


B-5554 BR

AVGVSTINI

STEVCHI EVGVBINI, EPIS-


COPI KISAMI, SEDIS APOSTOLICÆ

BIBLIOTHECARI, I,



OPERA quæ extant, omnia, è veteribus bibliothecis, & multis aliis locis bonorum virorum corundemque doctissimorum cura & labore simul redacta: ac in ordinem per tres tomos collocata, vt pagina quarta proxime sequenti videre licet.

Adiecti sunt denudè singulis tomis indices locupletissimi.



Por comision de los S. Inquisidores de Granada me al ex purgar en Granada a L. de fe. 27. de 1568.

Agustin de Quiros



Por comision de los S. Inquisidores de Granada me al ex purgar en Granada a L. de fe. 27. de 1568.

Agustin de Quiros

PARISIIS,


Apud Michaëlem Sonnum, via Iacobæa.

M. D. LXXVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS:

Del Collegio de la Compania de S. de Granada

Corregido tambien en su me. de 1568. ex purgar en Granada a L. de fe. 27. de 1568. me al ex purgar en Granada a L. de fe. 27. de 1568.



Bibliopola lectori, S.



X quo tempore cœpi in hunc laborem incumbere, ut optimos quosque veterum & recentiorum libros excudendos, ad rem literariam & pietatem Christianam iuvandam, meo ære ac sumptu curarem, nihil habui prius, quàm ut præterminis iis quos ad hunc finem minus conferre intelligerem, eos potissimum sumerem in manus, & publicari tandem curarem, è quibus eruditi, piique homines non parum emolumenti ac fructus se capturos sperarent. Ad quod vnum studium cum pridè animum applicuerim, Lector optime, admonitus, à viris certè doctis, nullis sumptibus ac vigiliis peperci, ut doctores quosdam veteres, veræ Theologiæ interpretes superioribus antea actis annis emitterem, idque non citra aliquam minimè pœnitendam accessionem, non tam meæ, quàm doctorum virorum industriæ testem, qui me connitentem non parum adiuverunt. Atqui ego, uti sæpe numero è sapientum quorundam sermonibus audiui, nunquam fas esse duxi, eos nullo in numero habendos, qui nostra ætate scriptis aliquid mandarunt: veteres vnos & solos euoluendos esse: quorum profectò doctrinam ut permagni facimus, sic aliorum qui posteri sunt, qui que nostro tempore floruerunt eruditionem, ad illam priscam sapientiam vel proximè, vel quadam ex parte accedentem, amplectamur. Quod ipsum confirmare verbis nihil habeo necesse, cum mihi vltro illud occurrat Plinij iunioris, qui se mirari antiquos ait, non tamen ut ingenia suorum temporum aspernetur. non enim in gignendis optimis lassam & effœtam esse naturam existimandum est. Sed quorsum hæc inquires: ut nimirum intelligas me non temerè de publicâdis Augustini Steuchi Eugubini scriptis omnibus, quæ nancisci hæctenus potuimus, cogitasse: nam ita recens est, ut cum plerisque veterum sit conferendus: ita solers ac diligens, ut permultos è veteribus industria superet: ita ingeniosus & acutus, ut ipsis etiam philosophis quanquã argutis non cesserit: ita denique omni doctrinarum meliorum refertus amplissimo penu, ut scriptorum isthæc in iusti formam voluminis collectio, sit instar bibliothecæ, in qua euoluenda studiosi omnes obseruabunt miro studio ac labore impressa vetustatis omnis ac prisce doctrinæ vestigia. Sed hæc satis: vereor enim ne quis putet me eo eulogio, aliis nominibus has quanquam utilissimas merces velle carnis vendere. Vale itaque, iisque optimi ac doctissimi hominis laboribus vtere fruiere. Lutetia, Kalend. Nouemb. cIo. Io. LXXVII.



AVGVSTINI STEVCHI EVGV-
BINI, OPERVM, CATALOGVS,

TOMI PRIMI.

Cosmopœia, vel, De mundano opificio, Expositio trium capitum Genesis,
in quibus de creatione tractat Moses.
De rebus incorporeis & inuisibilibus.
Veteris Testamenti ad Hebraicam veritatem, recognitio, siue in
Pentateuchum, Annotationes.
in librum Iob, Enarrationes.
An vulgata editio sit D. Hieronymi.

TOMI SECVNDI.


Enarrationum in Psalmos pars prima, Qui est primus Psalmorum liber
iuxta diuisionem Hebræorum.
Adiectæ sunt aliquot explanationes nobilium psalmorum, quorum ar-
gumentum est.

De { Rege Messia
Creatione mundi
Generis humani conditione
Spe cœlesti

TOMI TERTII.

De Perenni philosophia libri decem.
De Mundi Exitio.
De Eugubij vrbsi sue nomine.

Quibus adiectæ sunt in margine Annotationes, & in fine singulorum
Indices locupletissimi.



BEATISSIMO PATRI
SVMMOQVE CHRISTIANAE
RELIGIONIS PRINCIPI PAVLO III. AV-

GVSTINVS EVGVBINVS CANONICVS
REG. VI. SANCTI SALVATORIS, HVMLITER
S. D.



*O*Mnis religionis, quæ rerum humanarum regina verâque moderatrix est, penes te summe pater, gubernaculum diuinitus existat, optimi cuiusque Christiani arbitror, ad te tanquam iudicem ac caput referre, tuoque iudicio subiicere, quæcunque de religione, de litteris sacris, de maximis, altissimisque rebus scribantur. Est autem Cosmopœia, id est mundanum opus, quod in omnem posteritatem, hominibus non sine diuino consilio scripsit & tradidit Moses, in cuncta & sacra & profana philosophia maior & prior. Vnde fit, ut tibi, quem maximum in omni mundo, & religionis caput, quæ mundanarum rerum est prior, Deus esse voluit, iure id opus nuncupetur, in quo de sacra mundi origine, & rerum, quæ toto mundi corpore continentur, disseritur. Alit autem omnia & continet mundus ipse, & illa à Deo creata, sic tuum est, qui omnium à Deo pater es constitutus, omnes fouere, amplecti, alere. Hinc nec audacia, nec arrogantia dicetur esse, hæc tibi dicasse, cum & ad suum legitimum caput litteræ sacræ referantur, & paterna te vocet & inuitet ad omnes amplectendos clementia. Tum maximi reges, parua munera non contempsisse feruntur.



AVGVSTINI STEV.

CHI EVGVBINI CANONICI R. S.

S. IN COSMOPOEIAM.

PRAEFATIO.



DÆ sunt res, quibus in terris nihil habere melius homines potuerunt, in quibus sese exercentes, vitam tranquillam atque optimam, vitamque diuorum proximè adæquantem agerent: Pietas, & id quod Philosophari dicitur. Quæ quidem adeo inter se similes sunt, & finitimæ, ut vix altera sine altera reperiatur. Sed præcipue vera Philosophia nunquã fuit sine pietate. Nam cum pietas primam quidem sedem in animo teneat, tum se præclaris actionibus ostendat, hæc philosophia non in sola contemplatione detinet hominem, sed ad eas actiones adducit, in quibus Dei cultus, vitæque beata maxime existit: Efficitque tum eas operationes, quibus humana vita necessario agitatur, meliores: tum rariores quasdam, magisque cælestes quàm humanas edocet. Ut per diuinam philosophiam, & actiones vitæ melius instituantur, & ad sublimiores quasdam & augustiores, quas heroicas appellari posse credidit Aristoteles, mentes accendatur, in quibus maxime est homini cum Deo, & immortalibus animis similitudo. Ac quanquã est ipsa rerum omnium generalis contemplatio nobilis atque præcipua: in sola tamen hac permansisse, nec veram, ardentemque in agendo expressisse pietatem, & religionem, videtur & ab ipsa philosophia, & ab omnium qui penitus in arcana eius penetrarunt, alienum. Nam cum & omnis vita, in agendo transigatur, & philosophia diuina plena sit præceptis viuendi, hunc sibi videtur ea statuisse finem, ut homines operari doceret, nec in solis indagandis ac legendis oraculis ac dictis suis debere eos mentem defigere: sed ut his inuestigatis aliquando, aut quoniam & tantum est pelagus, & crebra repetitio demittit altius, semper consideratione vigente, iungerent etiam actiones, aut in actionibus exprimerent, quod aliquando didicissent. Duo sunt ut dixi actionum genera: Quædam ad vitam sustinendam faciliusque degendam necessariæ. Aliæ sublimiores, supra corpora, puriores, quibus se pium maxime, & cælestem potius, quàm terrestrem, & ultra res humanas aliquid sibi promittentem, demonstrat homo. Tunc igitur existeret beata vita, cum & audiretur, indagareturque quod loquitur hæc philosophia, & actionum, qui maxime quæreretur finis appareret. Non ego quidem

PROLOGVS.

dem vanas, inutilisque sine actionibus, perennes lectiones dixerim, sed à fine suo tamen semper longinquas. Ut pari fere errore ducantur, & qui agentes, sese à contemplatione, siue lectione subdixerunt, & qui solum in legendo laborem, spemque omnem suam, & gloriam constituerunt. Non enim videntur verum contemplationis ac lectionis fructum consequuti. Est quidem hoc ipsum contemplari laudabile, ac præcellens animi actio, sed altissimæ, veræque de qua loquimur, Philosophiæ finis esse videtur, ut etiam prodeat aliquando, quod te diu docuisset. Accidit quidem, ut ea diuersis interpretationibus distrahatur: sed vnus est tamen notus, & certus finis eius: ut vtrisque quas dixi actiones, priores quidem, iuste, recteque instituas, posteriores item assequaris, ut te & rerum caducarum propter Deum contemptorem, & curam carnis, ac voluptates abiicisse, & in excolendo spiritu, omnem spem, laudemque apud eum, collocasse comprobes. Hæc sunt enim celsiores illæ, heroicæque virtutes. Hæc ut de sacris litteris & omni Philosophia diuina loquerer, coëgit necessitas ipsa: quoniam uti est, diximus eam beatæ vitæ ducem. Et ad eam differendam nunc ingredimur, ut vim & finem prius eius considerasse non fuerit alienum. Ac præter omnem, quæ continetur affatim in ea, vberissimam vtilitatem, non dubium est, ut Philon disertissimus Iudeorum, multique alij mortalium asseruerunt, quin omnis humanæ vitæ vera & certa, omniumque virtutum stabilis constitutio, sit in cognitione creati mundi. Nam mundi creatione constituta, constituitur creator, gubernator item: Itaque & pietas, & cultus eius: tum & peccandi metus, propter eum qui creatis ab se, operibusque suis præsidet. Cunctæque actiones habent aliquod caput, quo referantur, sine quo in summa confusione versarentur. Omnes denique virtutes hinc habent initium, sicut omnia scelera ex contraria persuasione: ut magnæ cum in cæteris, tum vero in hoc ipso gratiæ à mortalibus Deo debeantur, qui res tam arcanas, tamque à posteritate summotas, & sæculorum caligine obuolutas, sæpius per interpretes suos reuelauit, & fecit, ut antiquissimis litteris fideliter tradita, omnium temporum decursu conseruarentur. Hoc igitur tantum, tamque præcipuum in omni Philosophia diuina, à Mose perscriptum de mundi cratione opus, & si habuit semper, apud Hebræos, Græcos, ac Latinos innumerabilem interpretantium multitudinem: nos tamen nec numerum interpretum, nec ingeniorum magnitudinem veriti, huc ingessimus, illud vsurpantes, quod prius doctissimus, sanctissimusque Hieronymus, deinde eminentissimus philosophus Ioannes Picus, cæteros aurum & purpuram, bissum, coccum & hyacinthum ad tabernaculum Domini obtulisse: nobiscum bene agi, si & pelles, & pilos caprarum obtulerimus. Nec præiudicamus illis, volumusque ea suum habere locum. Cæterum fieri potest, ut Deo docente, ad cuius imaginem facti sumus omnes, & cuius nunquam est manus abbreviata, ut aliquid à posterioribus deprehendatur, quod vel superiores latuissent, vel cognitum illi non prodidissent. Nos quidem aut credimus perfecisse, aut certe conatus ipse non defuit, ut hoc opus, quod erat magnis difficultatibus obscurum, multaque erant in eo penè indissolubilia, esset clarius, & his quæ videbatur inexplicabiles quæstiones, aut veras, aut vero proximas expositiones arbitramur dedisse. E quibus sunt, Spiritus Domini super aquas, Creatio Lucis & Solis quarta die, Aquæ super cælestes, & firmamentum interiectum: tum Ordo dierum, Paradisi terrestris situs & cõditio: & quod prius dissoluere non potuimus,

PROLOGVS.

de fluminibus Phison & Geon, credimus super his nunc veriores sensus reperisse. In quibus & si prolixiores fuimus, fecit necessitas ipsa, & magnitudo rerum, vt vitare hoc duntaxat opere, longitudinem commentationum non possemus. Ac nos superiore quinquennio annotationes in Pentateuchum edidimus, cuius commentationis ratio diuersa est ab hac aliquantum: cum ibi magis super editione, vocumque varietate & pondere, & variantibus locis scripserimus: hic de re, ipsaque mundi historia. Idem tamen autor, & res eadem, & sæpe eorundem hic necessaria repetitio. Quod si interdum hoc opere aliquid diuersum sensimus, id euenit partim quia illic aliorum placita referebamus: partim quòd iugis meditatio, & curæ posteriores sepe pariunt meliora. Pauca tamen id genus sunt. Iterumque hoc loco affirmamus, vulgatam editionem esse sanctissimi, doctissimi que Hieronymi: quam veritatem, quoniam intelleximus adhuc habere aduersarios, latiore argumento disseruimus. Ac speramus nullam, nisi apud pertinaces, futuram amplius super hac dubitationem. Quoniamque argumentum est prolixius, operi postpositum est, ne ex tam longo interuallo ad Genesim accederemus.

PRIVILEGII SUMMA.

CAROLVS IX. Francorum Rex, suo diplomate sanxit, ne quis Augustini Sreugubi Eugubini opera quæ extant omnia, tribus tomis digesta, ante decennium, à die primæ editionis numeradum, præter Michaelem Sonnum, ad eius castigationis exemplum imprimat, nèue alibi impressa diuendat in Gallis. Secus qui faxit, multa fisco applicanda, aliisque pœnis indiciis damnabitur, vt latius patet in litteris priuilegij, indultis Lutetiæ 5. Nouembris 1570.



AVGVSTINI EVGVBINI
COSMOPOEIA.

In tria capita Mosis expositio, vsque ad eiectum
Adam de Paradiso.

AN MVNDVS SIT AETERNVS.



SCRIPTVRVS de creatione mundi iuxta theologiam Mosaicam, quæ & initium mundi tradit, & rationem creati eius clarè ostendit, non incongruum exordium & ipsi theologiae, & rebus à nobis dicendis fore putavi, si prius mundum creatum probarem: probarem autem rationibus maxime ex hac theologia petitis, posthabitis multis, quæ solent à cæteris afferri. Mirari enim mecum, simul & misereri multorum impetiam, ne dicam insaniam, sæpe soleo, qui clariore & angustiore sapientia destituti, & certam irrefragabilemque veritatem non agnoscentes, iudicia potius deceptorum hominum sequuntur. Mundum quidem æternum non esse, æternumque nihil esse posse, nisi Deum, sit omnium rationum concursu manifestum & irrefragabile. Variæ sunt autem rationes, vt quæ non solum è fontibus naturæ, sed ex historiis etiam, & signis, ac coniecturis colligantur. Quæ & si per se debiles sunt, coniunctæ tamen, & in vnus rei assensum conspirantes, vim habent validissimarum rationum, vel earum pondus æquantium, quæ de natura duci putantur, quibus & philosophi tantopere gloriantur. Nec esset in numero prudentum, syncerèque de rebus æstimantium referendus, qui spretis historiis, spretis aliis innumerabilibus indiciis & testimoniis, eas tantum rationes probaret, quas è natura profectas ipse crederet: aut qui naturales tantum rationes appellandas censeret, quæ apud vnum Aristotelem inuenirentur. Ac qui putant sacrorum librorum, quibus nunc omnis orbis assentitur, auctoritatem sola legentium fide teneri, nec afferre secum diuinas quasdam, potentissimásque rationes, magnorum animorum ad se iudicia trahentes, ideo falluntur, quia non sunt horum è numero, quorum mentes & naturali bonitate, & assidua, variâque exercitatione philosophandi, altissima & verissima quæque solerter apprehendant. Quòd si cui data esset, quantam rerum æstimandarum magnitudo postularret, prudentia, diuinorum oraculorum tantum esse pondus sentiret, vt sola pronuntiatio ad ingenerandam validissimam, subitamque fidem sufficeret. Omnibus ergo rationibus constat mundum neque fuisse, neque esse potuisse ab æterno, quem æternum non esse, omnes religiones, omnium gentium vetustissima monumenta consentunt. Quæ si secum discrepant, negari fortasse auctoritas eorum posset: sed quia cuncta consentiunt, omnium necesse est, concorditer hoc assentientium, magnam esse auctoritatem. De mundi autem æternitate nullum est vsquam indicium, quæ tamen esse plurima deberent, si esset æternus. Deberent extare aliqua vetustissima monumenta, si non centum millium annorum, at quadraginta, at viginti, at decem. Debit aliquibus monumentis comprehendi, quæ bella olim gesta fuerint, qui reges claruerint, quæ nationes cæteris imperauerint. Nam si semper fuit mundus, semper artes fuisse, & bella inter mortales semper exaruisse, & aliquos, cæteros superos necesse est, sic necessario semper aliqui philosophati sunt, & in omni disciplina aliqui claruerunt. At vbi nomen est eorum, qui ante sex millia annorum mundi scilicet

*Mōsi crea-
tionem pri-
mus Mōsis
docuit.*

*Solus Deus
æternus.*

*Sacrorū li-
brorum au-
toritas.*

*Id copiosis-
sime distri-
bitur ab eo-
dem Eugu-
bino, toto
7. de peren-
ni Philoso-
phia.*

verissimum ortum, floruerint? Quæ linguæ eos demonstrant? quæ litteræ loquuntur? Neque enim potest fieri, quod philosophi quidam, suos errores defendentes, fabulantur, diluua quædam semper extitisse, mundumque labefactasse, vetera secum abstulisse. Primum, hæc diluua aut vniuersalia, aut particularia fuerunt. Si vniuersalia, necesse est vnum fuisse quodam tempore diluuium, quo toto humano genere deleto, nullus qui cladem posteris posset referre, esset superstes. Sin autem particularia, nationes à clade seruatae & de diluuiis ipsis testarentur, & millia præteritorum sæculorum commemorarent: Artes, & disciplinas, & bella gesta, reges, & exercitus ostenderent. Tum si fuerint hæc diluua, quo tempore ea inundasse probabile sit? Si ab æterno fuit mundus, fuerint ea, ab hinc centum millibus annis, fuerint quadraginta millibus elapsis. At vbi sunt monumenta, sæcula post diluua consecuta designantia? Cur neque natio, neque imperium, quod ante sex annorum millia extiterit, nullis in litteris & lingua extat? An vno tempore omnia conticuerunt, omnes memoriæ conflagrarunt? At si memoriæ & monumenta conflagrarunt, etiam homines, qui ea vbique tenerent, sunt concremati. Nemôque hoc tempore qui ista suspicari, vel scire posset, adesset. Si quatuor nostris millibus annis tot res gestæ sunt, & monumentis comprehensæ, tot artes apparuerunt, tot claruerunt ingenia philosophorum, tot bella memoratu dignissima sunt pugnata: cur tot annorum millibus, tam innumeris sæculis nihil est gestum? Cur non fuerunt qui retulerint casum alterius nationis, incendium, aut cataclysmum, quo genus aliquod esset extinctum? sicut postea litteris mandatum est, quæ fluctibus alluentibus vrbes absorptæ fuerint, quas terræ motus complanarit. Commemorasset igitur altera natio casum & interitum alterius, si diluua & incendia extitissent, & ad posteritatem transmississent, si homines erant, quales nunc. Non enim tot sæculis neque litteras fuisse, neque homines discendi & scribendi cupidos non fuisse verisimile est. Neque si vniuersalibus cataclysmis & incendiis prohibiti non fuerunt, par est eos non sua sæcula commemorasse. Cùm hæc igitur sint luce clariora, necesse est sermonem illum esse fabulosum, Semper mundum fuisse, semper artes apud aliquos floruisse, sed ad hæc sæcula non peruenisse propter incendia & cataclysmos. In contrarium autem extant inuictæ rationes, mundum & principium aliquando habuisse, & nec alio temporis principio cœpisse, quàm quo demonstrant sacræ litteræ. Nomina terrarum, gentium, principia regnorum, nationum exordia mirabiliter cum attestatione sacrarum scripturarum consentiunt. Nullas enim litteras præter sacras inuenies quæ gentes, qui progressus humani generis ante diluuium fuerit, demonstrantes. Ac regnum Caldæorum omnium ab omnibus scriptoribus fertur vetustissimum, longè tamen post diluuium excitatum. Quod solæ diuinæ litteræ, quod initium, quam inchoandi occasionem habuerit, quis autor fuerit, quæ ipsum antecesserint, ostendunt: omniumque inueniuntur verissima propter expressam temporum, locorum, hominumque commemorationem, quæ solent ostendere historiæ veritatem. Illud quidem est certissimum, non ante, sed post diluuium genus humanum per totum orbem se diffudisse, & in regione tantum Caldæorum atque Armeniorum (quibus in locis & arca extructa est) eos primo tempore habitasse. Terræ enim atque insulæ nomina ab his qui eas post diluuium occuparunt, acceperunt: postea quidem magna ex parte retenta: alia paululum, alia prorsus immutata. Hæc gentium, insularum, prouinciarumque nomina declarant veram esse sacrarum litterarum descriptionem, docentem quo tempore genus humanum fuerit in varia loca distributum, qui primi nomina locis & terris indiderint: quorum, vt dixi, apud omnes gentes integris litteris ac prolatione plura remanserunt, nonnullis prorsus aboletis. Nam libri sacri docent tres filios Noë, alios filios genuisse, ex hisque fuisse Ghomer, Magog, Madai, Iauan, & Tiras. Ex quibus Ghomer Gordieis, Madai Mediæ, Iauan Ioniæ, Tyras Tyro nomen dedit. Quæ nomina, vt videmus, remanserunt apud Græcos & Latinos, etiam si nescirent, vnde ad se peruenissent. Ex hisce nominibus apparet verissimum theologiæ testimonium, docentis hos earum terrarum, insularumque primos habitatores fuisse, & illis à se nomina fecisse. Quæ concordia ostendit scripturarum veritatem. Collige enim eorum nominum catalogum, quem hominum post diluuium natorum, & in diuersas prouincias abeuntium, nominatimque illis sua imponentium veritas comprehendit. Quæ tametsi non remanserunt cæteris gentibus sincera, possumus tamen facile, si volumus, intelligere, omnes ab illis hominibus nationes factas, omnes item regiones habitatas, easque ab eis nomina accepisse. Primæ terræ vbi nati sunt homines ante diluuium, post diluuium rursus restauratæ, sunt Caldæa, Mesopotamia,

Veritas sacrarum litterarum eorumque antiquitas.

Terræ primam habitata.

Apotamia, Armenia, Babylonia, Elam, Assyria, Arabia, Palestina, Sidonia, Tyrus, Cyprus, Rhodus, Saba, Lydia. Quæ si quis eorum originem veteremque theologiam ignoraret, crederet esse Græca, fabulasque Græcorum audiret, fingentium nescio quos Genarchas, his appellationibus nuncupatos, cùm sint Hebraica, restorationem hominum & propagationem, ac terrarum possessionem illam post diluuium, litteris Hebraicis comprehensam, locupletissime testantia. Homines ergo qui prouinciis his sua nomina indiderunt, fuerunt hi, quos antiquissima Hebræorum litteræ describunt. Ab Aram, Armenia, quæ & Aramea: Babylonia Hebræicè Babel, propter confusionem: à Casdim, Caldæa: ideo sine aspiratione: Assyria, ab Assur: Elamitæ, ab Elam. Apud Græcos Sidon: apud Hebræos Zidon: Palestina Græce, Hebraice Pelestin: Tyrum Græce, Hebraice Tiras, mas, non fœmina. Cyprus Græce, antiquissima descriptio Cittim, vnde Citæus Zeno è Cypro: Rhodus non Græcum, sed Hebraicum est, neque à rosis, vt illi fingunt, sed primus insulæ conditor, qui eam de suo nomine nuncupauit, dictus est Rhodanum, qui in illo antiquo catalogo insulam dicitur habitasse: Lydia Hebraice Lüd, si quidem & Græci y, pylon per v, olim proferbant: Saba quoque in ea descriptione est, quos & gentes Sabæos dixerunt: Nabaioth Hebraicum antiquissimum nomen, à quo Nabatei, partem Arabiæ tenentes, quam pater Nabaioth tenuit primus. Hæc igitur hominum antiquorum nomina, cùm sint toto orbe celebra, trita, vulgarissima, apparet restitisse terris, ab antiquis illis imposita, progressumque humanæ propagationis, principiumque ostendunt. Tunc enim hæc terræ sunt habitatae, cùm ad eas venerunt ij, qui eis sua nomina indiderunt: nominatimque docent originem, & principium habitationum, cum quo & generis humani principium, & omnis successus continetur. Generatim quidem Hebræi nominibus primorum habitatorum qui & aliquam gentem genuissent, & terras primi habitassent, eas ipsas terras appellant. Neque enim Ægyptus ab eis dicitur, sed Mizraim à principe. Sic Arabes & totus penè oriens non Ægyptum dicit, sed Mizraim. Plura quoque sunt alia quæ sunt à Græcis deprauata, apud gentes tamen orientis propter locorum propinquitatem, & cum Hebræis sermonis & generis affinitatem, integra. Maxima tamen pars etiam Græcis, restitit sincera. Hæc ratio & superior omni luce clarius ostendunt mundum nec semper fuisse, nec exordium eius alio tempore, alio modo extitisse, quàm in theologia demonstrato. Nam aut fuit diluuium, aut non fuit: si fuit vniuersale, cur non omnes extincti sunt? Et si non omnes perierunt, qua opo, qua ratione seruati superstites, nisi videlicet ea, quam docent illæ litteræ? Quarum si hac in re verum est testimonium, etiam verum, cùm mundum confitetur creatum. Si autem non fuit vniuersale diluuium, ostende nomina terrarum, ac gentium, quibus antea vocarentur: Doce vel vnam nationem aliud ante nomen habuisse: Dic etiam cur facta nominum mutatio fuerit: cur generatim totus mundus, omnesque prouinciæ, omnes insulæ nomina concorditer innouarint: cur reges & principes id fieri permisissent. Hæc cùm neque fuerint, neque esse potuerint, necesse est illorum philosophorum fallaces ac prestigiosas esse rationes, qui vt nouas, & à tota vetustate dissentientes disciplinas suas corroborarent, mundum statuérunt æternum. Non poterant enim eorum stare decreta, nisi huic fundamento niterentur. Ac mundum æternum non fuisse ostensum est, nunc æternum nec esse debuisse, nec potuisse docendum est. Dico autem mundum nec esse debuisse sempiternum, nec esse potuisse, meliusque esse, vt factus aliquando fuerit, quàm vt fuerit semper. Ruina igitur omnium rerum fecutura si mundus esset æternus, casus & flagitia, & summa omnium rerum calamitas, confusio, & desperatio, docet eum æternum non fuisse. Taléque est hoc argumenti genus, quale si quis ex ruina quæ sequeretur, si non esset Deus, ostenderet necessario aliquem esse Deum rectorem omnium, & viuificantem. Si enim mundus esset æternus, nulla pietas esset, nulla religio, sublato eo quod & ægritudinem tollere, & iustitiam vbique ingenerare potest, te principium à rege vniuersi habuisse, & immortalem ad triumphos claritatemque indeficientem eius aliquando venturum esse: quæ Spes & Fides tanquam clauus vitam regit humanam: quo sublato, totius mortalitatis cymba fluctuaret. Si enim semper fuit mundus, homines quoque semper extiterunt. Itaque à nullo habere principium. Quem igitur nostrarum rerum principem ac caput haberemus? Quem earum auctorem dicere, ac de eo gloriari possemus? In quem tantis in angustiis, quibus hæc vita vexatur, figere spem nostram, ac lachrymosos oculos attollere, eiusque implorare fidem possemus? Quis aspiceret ex alto, gementem iusto, exultante impio, & inter cruentas cupiditates etiam blasphemante? Omnis hæc proculdubio turpitudine volitaret, si nullum naturæ nostræ caput, ac

Genealogie primæ.

Terræ primam indita nomina.

Mundum non potuisse esse æternum.

*Lactant.
opif. Dei
cap. 3. &
seq.*

genitorem haberemus. Quod rursus animal homine miserabilius natura fecisset, in quo D solo eam & crudelem & diram fuisse libere confiteri possemus, in quem vnum tot morbos congefisset, tantam cæcitatem errorum, malarumque cupiditatum stirpem ingenuisset? Non enim tantarum miseriarum causas, in nostras & præsentas, & antiquam quandam culpam possemus referre, si mundus esset æternus. Est autem magna in his miseris consolatio ac recreatio, cum eas intelligimus ab errore nostro & proficisci, & profectas, cum nos nostrorum malorum autores fuisse scimus. Vide autem quid cosequens statuere necesse fuit his, quibus placuit mundum esse sempiternum. Eset enim numerus animorum infinitus, si mundus esset æternus, eorumque vagaretur infinita multitudo, olim ex infinitis corporibus egressorum. Omne cælum & omnes terræ eorum essent plenæ. Quod quoniam videbatur eis absurdum, duo coacti sunt decernere, alterum monstrum, alterum inexpiable flagitium: aut vnum esse vastum, & per omnia tendentem animum, in quem animi nostri post mortem resoluenter, aut animas esse mortales, in nihilum ab omni ævo resolutas. Quorum utroque evertitur vita humana, funditus tollitur religio, iustitia ex humano genere fugatur, infamatur philosophia, quæ rerum bonarum, & hominibus vtilissimarum inuentrix esse debet. Eas autem positiones absurdas & falsas esse necesse est, ex quibus & falsa, & absurda, & mala sequuntur. Eas autem oportet opiniones esse veriores, ex quibus sequuntur meliora. Ordine & ratione flagitante naturæ, ut meliora ac rectiora ita cum veritate magis consentiant, sicut sunt propinquiora naturæ. In omnibus enim rebus præualuisse videtur, quod esset melius. At cum ex æternitate mundi, tantorum malorum moles, E tanta omnium rerum turpitudine sequatur, quis sibi persuadeat eum æternum esse posse? Sequitur autem cum æternitate mundi, ad alia, aut animas esse mortales, aut vnum esse animum. Cum primo hæret ruina rerum humanarum, non solum ipsa mortalitas, sed auersio ab amore & à cultu Dei, quo nihil est præclarior, honorificentius, & quod res ipsas magis sustineat, regat, amplifcet, à turpitudine, interitu defendat. Qua igitur opinione hoc tantum bonum tollitur, eam & absurdam & falsam, minimèque naturalem, esse necesse est. Bona enim & naturalia & vera, eadem secum sunt. Cum secundo sequitur foedissimarum & prodigiosarum opinionum turba, Centauri, Scyllæ, Harpyæq;. Nunquam igitur erit verum quod & naturæ, & diuinis, humanisque rebus tam sit aduersum. Quare enim cogimur Deum fateri sempiternum? quia si quis daret Deo principium, eum in absurdissima cadere necesse esset. Sic ne tot absurda sequantur, velis nolis cogaris mundo æternitatem denegare. Nam si esset ita nunc hominibus persuasum, semper mundum fuisse, sicut persuasum est, aliquando coepisse, alia facies esset rerum humanarum, nulla templa cernerentur, nemo pietatem, iustitiarumque coleret: nec impius scelerum se poenas daturum, nec iustus pietatis præmia se recepturum putaret. Omnes ad hanc mundi vanitatem, ad inanes umbras has inhiarent. Cumque nunc in tanta rerum diuinarum claritate, tam caliget genus humanum, quid fore tunc putes, cum nec à Deo se fuisse profectum, nec vlla iustæ vitæ præmia proposita intelligeret? Sequerentur autem hæc omnia, si mundus esset æternus. Tolleretur etiam ex hominum opinione Dei providentia: quia sicut à nullo principio mundus & homo esset profectus, sic neminem esse putarent, qui rerum ad se nihil attinentium vellet esse custos & gubernator. Quoniam igitur pessima quæque inducerentur si æternæ res essent, & quia nec debent esse, neque esse natura possunt tanta dedecora, mundus æternus esse non potest. Porro rationem quis non perspiciat, sicut ad vnum fontem necesse sit riuos reuocare, sic necessario ad vnum caput cuncta referri, à quo tanquam principe, omnium rerum ordines prodierint? Vnam enim necesse est esse omnium originem, à qua propter summam diuinitatē ac potestatem potuerint cuncta proficisci. Vnam fuisse sapientiam, in qua decor ordinesq; rerum visibiles prius comprehensi exire in lucē atque depromi potuerint. Atque ornamenta hæc mundi, omnes quidem intelligunt vnum exornatorē habuisse, sed cum ab æterno dicunt sustinuisse, aliuiseque semper vniuersa, quandam perennem creationem comminiscētes, quæ potest dependentia vocari. Quos operæpretium esset intelligere errorē suum. Primum nulla est dependentia, quæ non coeperit aliquando dependere, nisi & dependens, & à quo dependas sint æqualia natura. Ea enim mutuo semper coniuncta fuerunt, in quibus esset eadem similisque semper existendi potestas. Non potest autem alteri dare vim æternitatis suæ magna ac suprema potestas: Quod tam fieri non potest, quam non potest alterum similem efficere sui Deus. Essent enim duo capita, maxima duo. Duobus autem summis constitutis, neuter esset summus. Sicut ergo Deus non potest

*Opiniones
veriores
quæ.*

*Deus an ab
æterno sus-
tinuerit om-
nia.
Dependentia.*

Anon potest vndequeque similem sui efficere Deum, sic efficere non potuit, ut haberet vli-
lius ab æterno societatem. Vbi est enim æternitas, semper item est existendi vigor ac po-
restas, quæ solo in Deo est. Tantæque est hæc diuinitas & potestas, ut alteri etiam ab ipso
Deo, non queat conferri, non propter impotentiam, sed quia capi non potest. Videant igitur,
probèque discutiant, quanto impietatis errore demergantur, qui dant mundo æterni-
tatem. Non enim animaduertunt se dare mundo potentissimam diuinitatem, ac semper
existendi potestatem: quæ non solum non potest cuiquam dari à Deo, sed à nullo etiam
potest recipi. Nam cui data esset hæc semper existendi potentia, id & genitum de substan-
tia Dei necesse esset, & totam in se diuinitatē recipere, perinde atque filium Dei, qui ideo
est æternus, quia generatus à Deo. Reputet autem secum, qui prudens est, quid sit aliquid,
esse sempiternum. Inueniet enim nihil distare inter hoc & diuinitatem, siue infinitam, &
incomprehensibilem potestatem. Idem enim est, si recte perpendas, æternitas ac diuinitas.
Non est autem eadem ista rerum manatio à Deo, atque fluxus radiorum à sole, aut umbra-
rum à corporibus profectarum, & corpora semper comitantium. *Exempla*
& congruentia. Nam ideo radij semper cum sole fuerunt, quia de substantia solis generan-
tur. Si ergo vis ita manationem rerum à Deo semper fuisse, sicut fluxus radiorum à sole, di-
cas etiam oportet, res à Deo generari, ac de substantia illius procedere, sicut fluunt radij à
solis substantia: Sic enim esset mundus æternus, si ab æterna Dei substantia manaret. Si au-
tem manaret, esset etiam Deus. Non quadrat etiam exemplum: Falsò enim ista rerum à
Deo dependētia, manatio vocatur, cum tamen hoc recte de radiis dicatur. *Quis enim non*
intelligit longe aliud esse hoc ab illo: non solum quia dissimillimæ sunt omnes res à Deo, sed
etiam quia si veniunt & sustinentur ab eo, voluntate quadam veniunt & sustineantur. Intel-
lige vero exempli dissimilitudinem. Deus sine omnibus rebus esse potest, sol sine radiis esse
non potest. Eset enim Deus etiam si genus humanum, si cælum, si terræ non essent: sed non
esset sol, si radij non essent: non fons existeret, si riuus non fluere: sunt enim riuus de fontis
substantia. Nauis quidem fluctuaret, raptatæque & vaga per pelagus, nouissimèque fracta
mergeretur in præceps, si gubernator abesset: gubernator autem in regno suo degere
sine nauis posset. Hoc Deus in mundo, sine mundo. Umbrarum quoque à corporibus pro-
fectarum exemplum, propter multimodam dissimilitudinem nihil est. Nam umbræ non
semper cum corporibus existunt, longèque alia fluunt ratione, quàm opificia ab opifici-
bus, aut mundi constitutio à Deo. Est enim carentia lucis umbra, non res vlla, at corpora
aliquid sunt. Eoque non manant, nec veniunt à corporibus umbræ: quia non potest quod
nihil est, ab eo quod aliquid est, proficisci. Deus autem optima res, quæq; ab eo sustinentur,
aliquid sunt. Fluxus igitur rerum non est à Deo, sed subita operatio, à potentissima
& sapientissima eius voluntate procedens. Quamobrem quibus hæc & id genus exem-
pla placuerunt, quibus à Deo perennem manationem ostenderent, facile suos errores
agnoscerent: si paulò attentius quid loquantur considerarent. Sed sunt quidam adeò per-
tinaces & hebetes, ut malint semel haustos errores defendere, quàm ad verum respisce-
re: parati ac coniurati, quos sequuntur philosophorum, animis inuidtis opiniones tueri.
Sed eos quando aliud non possumus, suis placitis delectari patiamur. *Rationes*
Duas autem ra-
tiones quæ palmares sunt illis, quibus mundi comprobent æternitatem, dissoluamus.
Si mundus, inquiunt, non sit æternus, duos execrabiles errores sequi necesse est: Deus
ut mutabilis sit, & ab opinione ad opinionem transiens, ceu mortalis: tum ut tempus
factum sit in tempore, id est ut fuerit antequàm esset: quod quàm sit absurdum, nemi-
ni dubium est. Nam (ut primum in eorum gratiam disseramus) qui fieri potuit, ut tam
repente mundi opifex extiterit, ab æterno cessator? *Qua tandem libidine permotus,*
eo initio, quo creatus est mundus, non infinitis ante sæculis hæc omnia molitus? Quo-
niamque in Deo non potest cadere mutatio, cuius est immutabilis, semper in summa
bonitate sua consistens substantia, necessario negandum est, mutata sententia in qua
fuerat ab æterno, ad mundi constitutionem eum venisse. Tempus autem idcirco fa-
ctum in tempore fuisset, quia quicquid sit, in tempore fieri certum est. Quod si, ut au-
tor est Plato, tempus vna cum cælo est generatum, sine dubio non potuit in tempore fie-
ri cælum. Tempus item est, quod instat, præsensque est, præsens nunquam caruit præterito
& futuro, nullum igitur habuit tempus principium, cum quo ex vtraque parte semper
est præteritum & futurum. Hæc sunt eorum validissimæ rationes, quibus adducti mundo
dederunt æternitatem. Sed nullus erit labor, quantum præstigijs his argumentis
a iij

*Exempla
parum con-
gruentia, ra-
diorum so-
lis, & cor-
poris um-
bra.*

*Rationes
quibus mō-
di æterni-
tatem pro-
bare nitun-
tur.*

infit perspicere, si relicta superna cute, oculos in recessum inferamus. In arcanis enim ac reconditis naturæ penetralibus inueniemus veritatem. Dicis in tempore fieri omne opus. *Quæro igitur, quo modo tibi sit necessarium, ut omnia fiant in tempore: quid dicas etiam tempus, scire cupio. Est, inquit, numerus motus cælestis, id est distributio, & quasi diuisio motus illius & consideratio. Est enim tempus vniuersum annorum multitudo: particulare tempus, hora: ex horis dies, è diebus menses, è mensibus anni, ex annis tempus vniuersale colligitur. Horæ autem, dies, menses, & anni, è motu cæli. Respondeo igitur, eò te falli, quòd tantum tempus esse cõtendis, quòd è motu cæli componitur & cogitatur, cum non in cogitatione solum, sed etiam in natura, alia possint esse tempora. Vnũque genus temporis est quòd cælesti motu conficitur, sicut ipse motus, non omnis est motus, sed vna tantum species, multis præter motum cæli, motionibus occurrentibus. Nam si perhibentur multi sub altissimis cauernis toto vitæ tempore habitare, hisque suas operationes distribuere placeret, quo motu eas diuiderent, qui cælum nunquam suspexissent? Aut ergo aëneas machinas erigerent, ad continuum motum incitatas, aut clepsydri vterentur, & ad istos motus, suas horas, dies & annos colligerent, ad motum autem cæli nihil metirentur. Est ergo tempus numerus aut mensura motus: sed non cæli solius. Nam quanquam fiant à cælo noctes ac dies, fiunt alia necessitate. Quòd si cogente Deo, cælum cursum suum sisteret, nihilominus tempus esset. Sublato ergo & amoto cælo, non tolleretur hac de causa tempus & motus, sed ea solum, quia non esset, qui viuerent, quique motus vllos exercerent, eosque metiri possent. Ac si possent sine luce & calore cælesti viuere animantes, sine dubio motus & tempus essent. Non est igitur inuicta necessitas, se tempus & motum cæli mutuo consequi, ut indissolubili vinculo alligentur. Ita enim potuit tempus sine motu cæli existere, sicut posset nunc his, qui sub altissimis cauernis aut carceribus habitarent. Quòd exemplum & si non facile inuentu sit, eo tamen probatur, motum cæli & tempus non esse inseparabiliter coniuncta. Quòd puto esse clarissimum. Factum est igitur cælum in tempore, sed non eo tempore quòd postea è motu cæli pependit. Quis enim non intelligit ante motum cæli, quoddam spatium, siue æternitas vocetur, siue quocunque alio gaudeat nomine, fuisse? Quid quòd Aristoteles ait, supra vel extra cælum nullum esse tempus, vbi sint res beatissimæ, tota diuinitas, degens æuum felicissimum? In hoc æuo Deus existens accessit ad mundi constitutionem. Adde quòd alij dicerent, eum non in tempore, sed instanti creasse, subita & momentanea operatione, omnia enim obediabant naturæ diuinæ, tempus autem mensura continua est, potens in multas partes secari. Non enim creauit Deus mundum aut anno, aut mense, aut die, aut hora, sed actione inuisibili: aut ff qua maiore actione, ea certe, quæ quòdam spatio, non cæli motu transigeretur. Initio, ait Theologus, tu domine terram fundasti. Cum terra fundata est, nullum erat cælum, nullum tempus, at quòdam spatio & alio genere temporis tamen est fundata, quòd ipse appellat initium. Dicerent fabulæ nostræ, nullum initium esse posse vbi non sit tempus, quæ deceptio & exemplo, & ratione, & autoritate coarguitur. Nam supra cælum, ut dixi, nullum censet esse tempus Aristoteles, viuatur tamen illic beatissimè eodem autore. Aliquam igitur actionem cogitabat vbi non foret tempus, & non adesse tempus assererat, vbi non esset cælum. Sic ante cælum aliqua fuit actio, qua partum est cælum, non in tempore. Hæc etiam dissoluunt quæ de præsentia temporis argumentabantur. Aliam enim vitam, alios annos, aliam ætatem degit Deus, in qua cum esset, venit ad mundi constitutionem. Illud præsens fuit ab æterno, tempus aliud diuinius, quòd, ut nunc dixi, Aristoteles censet esse supra cælum, sic erat etiam antequam esset cælum. In illa igitur præsentia Deus consistens mundum creauit, tempusque cœpit: æternitas autem est sempiterna, sempiterna præsentia, sempiternum nunc. Omnis etiam operatio initium temporis facit: si operatio habet initium, habet etiam tempus: Et ut non habet semper prius & posterius operatio, similiter nec tempus. Hoc item patet de magna illa mundi operatione, qua inchoata, inchoatum etiam est tempus. Itaque non necessario, omne tempus habet præteritum, sicut nec particularia tempora particularium operationum: nec verum est omne tempus ex duabus partibus constare. Quòd autem de mutatione Dei obiiciebatur, eadem ratione speciosius est, quàm verius. Non solum enim scriptura diuina testante, sed verissima etiam ratione docete intelligimus duas in Deo inesse proprietates, sic enim eas puto posse nuncupari: Vnam ad infinitam & incommutabilem, æternam & immensam diuinitatē suam spectantem: Alteram spectantem ad res nostras, eaque omnia quæ sunt extra substantiam diuinam,*

Refellit eas rationes. Tempus quid

Quomodo factum cælum in tempore.

Psalm. 101.

Due in Deo proprietates.

Adiuinam. In prima Deus est æternus, immensus, immutabilis, id est in rebus suis, in diuinitate sua, in diuitiis, in altissima, profundissimaque sapientia & sanctitate, quæ nulla potest ratione mutari. Amplissimum & admirabile regnum, quæ sunt, quæcunque esse possunt, complectens, omnium pelagus bonorum, altissima caligo, in quam nemo possit oculos inferre. Hæc substantia neque variari potest, neque mutari. Altera est in Deo proprietas, spectans ad res nostras, earumque administrationem, in qua Deus non solum non est immutabilis, sed fieri etiam non potest ne non sit mutabilis. Neesse enim est Deum mutare dispositiones suas ad rerum nostrarum mutationem: iniustissimisque esset, nisi mutaretur, implacabilis, inexorabilis. Quæ cum sit crudelitas (crudeles enim dicuntur à cruditate, quia nunquam maturescant, mitescant, mollescant) vix etiam in Tyrannis, nedum in Deo locum habet. Nam si cum primùm iniusti peccauerunt, continuo pœnis æternis à Deo deputantur, post respicientes redeunt in gratiam cum iustitia & probitate, nonne & Deum super his decreta sua mutasse dices? Quoties iratus, postea placatus est? Quibus exemplis refertissima est theologia, Quæ ne à philosophis quidē, nisi velint esse impij, negari queunt. Spectant enim ad prouidentiam, quam nemo bonus philosophus sustulit vnquam. Mutatur ergo Deus in rebus nostris, quem & pœnituit quòd hominem fecisset, super eo creato mirum in modum antea latatus. Multis sæpe est multa pollicitus, quæ non concessit, non merete eorum improbitate, quorum priori probitati promississet. Optauit etiam, id quod verisimile est, omne genus humanum ad suos triumphos euehi, quæ cupiditas non omnem B habuit successum. Quicquid aliud dixeris impium erit, & absurdissimum. Sic ergo voluit facere mundum, nihil in sua diuinitate mutatus, manente regno suo incolumi: nec gratia substantiæ & diuinitatis suæ, & ut vel tantillum res augetur suas, eum fecit, sed impellentia, quæ præcellit, solaque apud eum dominatur, sola placet, bonitate, & clementia. Quanta quæso res est mundus ad maiestatem diuinam, quæ posset mille mundos facere, si vellet, cuius creatio timemus ne quid mutationis afferret Deo? Respice res humanas, non diuinas, quæ mutari non possunt: respice quas creari propter ipsas oportuit. Non debuit ergo eas creare Deus, ne scilicet mutaretur, aut omnino non creauit? Vt igitur apparet, Deum sæpe in rebus nostris fuisse mutatum, sic mutatus est, ad mundi constitutionem manus admolians. Creauitque hoc tempore, non prius, quia quocunque tempore creasset, necessario aliquando æternus ipse creasset. Eademque semper esset quæstio, cur hoc tempore, non prius. Tum in æternitate, in qua Deus existens creauit mundum, nihil est prius & posterius, quæ res nostræ sunt, & animi nostri cogitationes. Fuitque mundus creandus, res à diuinitate separata, & aliena, in quo Deus creando hætenus est mutatus, quatenus se mutauit, cum eum pœnituit quòd hominem fecisset. Qui autem ex conchis repertis in montibus, tam facile ad asserendam mundi æternitatem feruntur, animaduertent errorem suum, si primo occurfu relicto, in recessu pectoris sui rem exactius ponderauerint. Inueniuntque apud historicos sæpe sanguine & lapidibus pluisse, cum nec ille sanguis verus, nec hi veri lapides essent, sed res verarum rerum aliquo modo similes. Sic montanæ conchæ, similes C marinarum, non marinæ: Ideo non fuit in montibus mare. Cur non cogitent etiam, si hæc marinæ conchæ essent, nõ fuisse tot millibus annorum dissolutas? Sit etiam verum aliquos montes inundasse mare, sequeturne ilicò æternitas? Ex diluuiò remansisse potuerunt, ex illis immensis ab exordio mundi aquis, quibus non subito tota terra, sed paulatim nudata, multa in montibus restitisse potuerunt creati, omniæque inundantis maris indicia. Denique omnes vetustissimi philosophi, & priores theologo, & poëtæ creationem mundi asseruerunt. Vnus Aristoteles suspectus est: nam Democritum & Epicurum nulli vnquam in numero bonorum philosophorum habuerunt. Quem quidem Aristotelem ob eos æternitatem induxisse constat, quos materiam informem, siue chaos æternum asseruisse credidit. Quo, sine dubio melius est, mundum dicere sempiternum. Minus inquam malum, pulchritudini & venustati atque ordini dare æternitatem, quàm confuso elementorum accro, quòd horribile quoque est ad cogitandum. Hoc cum videret aut crederet, Anaxagoram, Timæum, Platonem tradidisse, opposuit sese, mundique æternitatem & ordinis inuexit, quam illi dabant confusione, materiæ informi, & ei quòd dixere chaos, infinitum tempus à chaos ad mundum creatum inducentes. Sed quoniam nec veritas, nec fortasse quisquam, nisi qui priores theologos & Moysen non intellexerunt, à chao ad creatum mundum infinitum tempus interiecerunt, dicemus è duobus male constitutis, illud Aristotelicum esse tolerabilius. Vna quoque hirundo non facit ver: vnus in tanto & philosophorum & theo-

Deus quomodo mutatur.

Iogorum numero testimonium quid valere potest? Possent quoque ex dictis suis conuinci, quibus prudens vel imprudens mundum creatum est confessus. Sed quando tantus est maximarum rationum fulgor, quas ille videre non potuit, tantum robur, vt quacumque audacia quis opponat sese, facile sit prosternendus, non esset prudentis contendere aduersus eum, quasi eo deuictio vel esset maiorem lucem veritati daturus, aut labenti auxilium laturus: cum nec illum, si ad theologiae veros fontes aspirare potuisset, a toto mundo par sit fuisse difensurum.

Mosis sapientia.

Inchoata igitur est creatio quodam certo temporis initio, non fuit aut aeterna mundi à Deo dependentia, aut creatio quidem quodam initio, materia verò sempiterna. Ac Moses, vt ait Philon, qui λέγει ἀντὶ τῶν φιλοσοφῶν ἀκρότητα καὶ ῥησιμῶν τὰ πολλὰ, καὶ συνεπικώματα τῶν τῆς φύσεως ἀναδιδαχθεῖς, ἔγνω δὴ ὅτι ἀναγκαστότατον ἔστιν ἐν τοῖς θεοῖς, τὸ μὴ εἶναι δραστήριον αὐτοῖν, τοῦδε παθητῶν. Ad summum philosophiae culmen peruenisset, quique oraculis, praestantissimas vires & causas naturae didicisset, cognouit necessario in natura rerum, esse causam agentem, & patientem, sic Philon. Qui tollit igitur creationem, qui negat hoc omne à quadam magna causa aliquando habuisse principium, is non sentit, se auferre hominibus, quo nihil habere possint salutarium. Quod quoniam idem Philon intellexit & praedicauit, cupio vocem eius omnibus esse notam. τὸν δὲ κόσμον οἱ φράσκοντες ὡς ἔστιν ἀγέννητος λελεῖσθαι τὸ ἀφελιμιάται, καὶ ἀναγκαστότατον τῶν εἰς εὐσεβίαν κινῶντων ὑποστηρικτοῖς, τὴν ἀσθενίαν, τὴν μὴ γὰρ γενεῶντος ἔπιμελέσθαι τὸν πατέρα καὶ ποιητὴν, ἰστέρι λόγος παρὰ δὲ μὴ γενεῶν οὐκ εὐσεβείας ἔδειξεν τῶν μη πεπονηκότων. Qui mundum praedicant in creatum non perspicunt nec sentiunt, se qua potissimum pietatem constituunt, & ad eam adducunt, clam abscindere, dico prouidentiam. Docet enim ratio vnumquemque factorem & creatorem rei ab se factae esse custodem. Erga rem, quam tu non condideris, nulla charitas & beneuolentia. Haec Philonis ratio verissima est. Quod si prouidentiam nolumus tollere, nec tulit philosophus bonus vnamquam, ne tollere quidem possumus aut debemus creationem. Sequitur enim ingens ruina, labete eo, quo caetera sustinentur. Qui tollit creationem, tollit prouidentiam: sublata prouidentia, pietas omnium regina princepsque virtutum aufertur: pietate sublata, nulla virtutes, genus humanum nullam habet à brutis differentiam. Insolitumque est, vt idem ait, & profus alienum, vt si videmus vbique ἀναρχίαν esse turpissimam, eam à re omnium maxima ac pulcherrima, id est hoc mundo, remouere. Quae est enim vrbs, quae nauis, omnisque alia res, in qua aliquis ordo cernitur, quae principem, rectorémque non habeat suum? Idcirco Moses mundi creationem inuulgauit, e cuius historia & scientia plurima bona prouenerunt. De quo idem Philon, sunt enim obseruanda, eaque non vereor proferre: Διὸς δὲ τῆς λεξιθεσίας κοσμοποιίας, πολλὰ μὲν καὶ ἀλλὰ ἡμῶς διδάσκουσι, πάντες δὲ τὰ κέλματα, καὶ πάντων ἀεὶ, ἀρῶν μὲν ὅτι ἔστι, καὶ ὑπάρχει τὸ θεῖον Διὸς τῆς ἀθείας. δεύτερον δὲ ὅτι θεὸς εἰς ἑστὶ Διὸς τῆς εἰσηγητικῆς τῆς πολλῶν δόξης, τρίτον δὲ ὡς ἦν λελεῖσθαι ὅτι γενεῶντος ὁ κόσμος εἶτος Διὸς τῆς αὐτοῦ οὐμιθῆς ἀγέννητος καὶ αἰδίου εἶται. τέταρτον ὅτι καὶ εἰς ἑστὶν ὁ γενεῶντος κόσμος εἶτος. ἐπειδὴ καὶ εἰς ὁ δημιουργὸς, πεμπὸν δὲ, ὅτι καὶ παρὰ τοῦ θεοῦ ὁ θεός. Propter traditam à Mose creationem, praclarissima & omnium optima edocti sumus. Primum, esse & subsistere in natura rerum aliquod numen, aliquam diuinitatem, idque propter impios ostensum. Secundum quod Deus sit vnus, propter eos qui multos Deos introduxerunt. Tertium quod, vt iam assignatum est, mundus is est creatus, propter eos qui eum statuerunt sempiternum. Quartum quod vnus sit etiam iste mundus, quia creator eius sit vnus. Quintum quod gubernet Deus, & regat hunc ipsum, quem fecit. Sic Philon in sua Cosmopoeia. Deinde pulcherrimè ac sapientissimè concludit. ὁ δὴ ἑστὶ μὴ αὐτῶν μᾶλλον ἢ διανοία παρὰ τῶν, καὶ ἐν τῇ αὐτῆς ψυχῇ σφραγισμένος ἡνωμάσια καὶ ἀειμήνητα εἶδη ὅτι τε ἔστι καὶ ὑπάρχει θεός, καὶ ὅτι εἰς ὁ ἄνθρωπος ἔστι, καὶ ὅτι πεπονηκε τὸν κόσμον, καὶ πεπονηκε εἶνα ὡς ἐλέγθη, καὶ τὴν μοῦσιν ἐξομοιωσας αὐτῶν, καὶ ὅτι παρὰ τοῦ θεοῦ τῶν γενεῶντος, μακροῦ καὶ εὐδαιμόνα ζῶντος βιάσεται. Qui haec igitur, non tam auribus, quam cogitatione arripuerit, imprimens praclaras has & admirandas in animum species, Deum esse, & vnum esse, qui verè est, & hunc creasse mundum, & creasse vnum tantum, vt dictum est, singularem eum sicut ipse est faciendo, & quod factum prospiciat, felicem & beatam aget vitam. Haec praclare & diuinè mortales omnes docuit Philon, vt ex creatione Mosis, quicquid ad mundum spectet, & res humanas, possit perspicere, de eius creatione, vnitate, prouidentia. Sed saepe furiosa: quaedam inuadunt animum cogitationes, dicentes, Si creatus est mundus, cur non multis ante saeculis est creatus? cur non centum millibus elapsis annis? Contra quam insaniam (insania enim profecto) nullum inueni salutarium ac praesentius remedium, quam quod extat apud doctissimum Genna-

Creator & custos idem.

AGennadium. Eum igitur auribus intentis audi: vera enim, & praesentia, ad tollendam hanc aegritudinem, loquitur: εἰσὶ πινὲς οἱ φασὶ δὲ ἴν τὸν θεὸν βυλλήθεντα κτίσαι τὰ σύμπαντα, μὴ ὑπερον ἕτος, ἀλλὰ παρὰ πολλὰ τῶν ποιῶν, ἔστιν δὲ εἶτος ὁ λόγος, παρὰ μὲν τῶν πολλῶν, λὴν εὐθήης. αἰδίας γὰρ τῶν θεῶν καὶ ὄντος καὶ εἶτος πισυνομήνης, πάντοτε ἂν ὁ μοῖως τὸ αὐτὸ τῶν, τοῖς ἐθέλεις, λέγειν ὑπὲρ ἑστὶν εἰ παρὰ μυριάδας μυρίων ἔτις ἐπεπονητὸ τὰ γεννημένα. πάντοτε γὰρ παρὰ τῶν πεπονητότος ἀπερῶντον ὁμοίως ἂν ἀπελείπετο, ἀνέστις μὲν αἰεὶ καὶ ἀναρχήσσης εἰς τὸ ἀνα τῆς ἀφαισίας ἡμῶν ἐξινυμῆνης δὲ εὐδαιμόνας, ἔ δὲ πάντοτε παρὰ τὸ ἀναρχόντε αὐτῶν, καὶ αἰδίου, ὡς εἰς τῶν θεοσυνουμῶν πολυπραγμονητῶν ἡμῶν, ἀλλ' εὐλαβῶς τοῖς παρὰ δὲ δὲ μὲν τοῖς σερητέων. Sunt, ait, qui dicant, Deum condere vniuersa decernentem, oportuisse non tandiu à creando eum superfedere, sed multo ante tempore opus aggredi. Quorum verba praeterquam quod temeraria sunt, etiam sunt stulta vehementer. Nam cum Deus & sit & credatur sempiternus, semper id ipsum poterit qui vult, dicere: etiam si innumerabilibus annis ante, mundus fuisset creatus, aequali semper spatio remanente, respectu creatoris infiniti, & cogitatione nostra semper progrediente, nec vsquamistente ac proueniente, ad id quod est sine principio, & sempiternum. Quapropter his audacia nostra debet superfedere, standumque religiose est & acquiescendum his quae sunt erudita. Hucusque Gennadius. Quoniam autem hanc traditam à Mose creationem, & cum caeteris omnibus credimus oraculo eum didicisse, & alia quoque ratione fieri potuisse, vt à primis vsque saeculis inuulgata ad eum perueniret, hoc ipsum excutiamus.

QUOD COGNITIO MUNDANAE CREATIONIS fuerit etiam ante & post Mosén penes gentes.



RIGINEM mundi, omniumque rerum inuentionem quondam fuisse, nec in sempiternum retro tempus, innumerabilibusque saeculis caelum ac terras, hominesque extitisse, ipsam quoque creationem fuisse quale libri sacri tradiderunt, non his solum oraculis, quibus nemo nisi demens atque impius fidem derogabit, sed & omnium penè gentium monumentis, continuatissime doctrinam per totum orbem terrarum, apud omnes populos, successionibus, constat. Vt tradita per manus à primo genitore, transmissaque ad posteros videatur: Si quidem & apud Aegyptios, & qui priores illis, floruerunt Chaldaeos, atque Phoenices, demum Graecos ipsos, praecipue antiquissimos eorum poetas ac theologos, clara atque distincta, eademque non pauca Mosaeae philosophiae, quae sola pura sinceraque, caeteris magnis erroribus temeratis, restitit, apparent membra, vt facile sit prudentibus ea recognoscere. Fieri quidem non potest, quoniam tanta est doctrinae sermonumque de mundo condito, & ordine condendi, nominum, appellationum, & principiorum apud omnes similitudo, quin quemadmodum fluminum orientium ab vno iugo, & in diuersa abeuntium, sic ab vno homine multa in omnes terras magnae atque inclytae cognitionis istius facta sint diuertia. Potuerunt quidem librum Mosis, quippe qui omnium scriptorum est antiquissimus, cuncti legisse, & inde hausisse, quae nos in libris eorum reperta, soliti sumus admirari. Sed causam istarum rerum, ipsaque primordia penitus indagati, occurreret forte certius, ac probabilius, primarios homines, quibus cum is qui primus satus à Deo fuit, plus nongentos annos egit, cuncta quae ipse de creatione rerum vel vidit, oculisque conspexit, aut proximus quare quaeque facile discere potuit, vberime ac plenissime omnes docuisse. Quid enim aliud tam verisimile, quam magni ac sapientissimi & à Deo creati hominis illius vitam ac sermonem, maximis de rebus praesentibusque illis caeli ac terrae, & hominis initiis fuisse? Neque verò ante Mosén Hebraeos & caeteras gentes ignaros rerum tantarum fuisse putandum est, vt Noë, & Abraham, caeterosque sanctitate ac sapientia principes. Quid Iob, cum diceret: Manus tuae fecerunt me: Quis enim cum hoc docuit, cum ante Mosén multa saecula floruerit: in cuius libro non posset hominis discere creationem. Quis ea quae tam multa de Deo, rebusque humanis caelestibus ac terrestribus philosophatur, cum nec dum philosophia Mosis extaret. Certè igitur credendum, ante illa saecula omnes, sed eas praecipue gentes, quae primae conditae sunt, caeterisque antiquiores fuerunt, cuncta & litteris tradita, quae de mundi creatione perhibentur, habuisse, & omnibus ea nota, celebriusque fuisse, quemadmodum hoc tempore omnium in ore sunt, propter earum magnitudinem, ac temporum propinquitatem, res Romanorum. Quo tempore à florētissima Republica eorum, id est à nostra salute mille quingentos annos triginta tres absumus, eorumque res in-

Iob ante Mosén.

credibili celebritate circumferimus: sic eo tempore, quo tantundem sæculorum à mundi principio fuisset decursum, quanquam proximum instabat diluuium, fuere ut par est cunctis principia rerum notissima, deque his passim feruebat hominū sermo. Quis autem vel ab aliquo memorabili bello, vel à remotissimis terris proficiscens, non auide quæcunque viderit, audieritque cunctis refert? Quis eorum, qui longe in ætatem prouecti sint, non creber est rerum sui temporis commemorator? Hoc priscos illos homines fecisse multo magis necesse est, quod & numerosissime vivebant, & erant pietate, iustitiæque insignes: tum ea quæ narranda occurrebant, non parui erant ponderis. Hinc ut dixi in omnes gentes tota ista de mundo manavit scientia, deferentibus secum eam his quos parentes colonos in varios orbis terrarum tractus dimittebant. Omnium autem gētium primi sunt Chaldæi, Armenij, Charanci, id est Mesopotamij, qui primi has à se nominatas regiones tenuerūt, ibiq; res gestæ sunt priorum sæculorum. Creatio hominis, diluuium, arca, seu nobilissima memoratissimaque nauis, quæ in montibus Armeniæ conqueuit: deinceps turris illa ingens: Post, Phœnices, Egyptij: nouissimi autem omnium Græci conditi sunt: quorum sicut genus, sic qualiscunque apud eos fuisset, ab Eois philosophia, ut autor etiam est Plato & Plutarchus, manavit. Hanc igitur de creatione rerum Mosis descriptionem, cum apud omnes prope gentes reperiam, fit ut suspicer, plurima quoque alia antiquis de mundo scripta fuisse, unde hæc veluti frustra, ac quædam naufragia ad posteriora sæcula peruenerint. Refertq; ad alia Iamblichus & Philon Phœnix, Mercurium Trismegistum plura volumina de natura rerū & creatione scripta reliquisse. Conferam igitur, antequam Mosen aggrediar, quædam cum E descriptione eius, ut constet veras esse coniecturas, omnes quondam gentes creationem mundi, qualem tradidit Moses, cognouisse: eamque ante & post tantum virum ubique fuisse decantatam. Dico autem solas coniecturas, quæ sint quasi certissima scientia: Principio docuit Moses omnēsque deinceps propheta, cuncta in principio fuisse permixta, aquas videlicet ac terras, nulla desuper cælesti luce radiante: terramque fuisse aut vanitatem quandam, ac deformitatem, aut obscuram atque inuisibilem, propter aquarum multitudinem, quæ tanta fuit, quanta postea resolutis illis ad Aërem efficiendum sufficeret, & pars promari in terra resideret. Non enim temere & incassum tanta fuit aquarum copia. Alioquin nec aër ex aquis euaporatis fieri, nec continua vaporum, nubium, è quibus in aëre pluuia, in montibus & cauernis, fontes & flumina generantur, cōcrescere ac liquefieri potuissent. Denique si recte aciem mentis in rerum naturam intendas, si bene veritatem consulas, quanto tenuior leuiorque natura sit aquarum, natura terrarum, tanto maiorem aquarum copiam, fieri debuisse probabis. Quid enim, an à principio, antequam aër & nubes ac fontes, fluminæque essent, si fingamus tantas quantæ nunc, aquas fuisse, & creata luce solisque ardore hæ in aërem sudoremque tantum abiissent, quantum natura coëgisset, nonne consumptæ breui omnes in aërem euaniissent? Sic neque mare fuisset, nec ex marinis vaporibus genitæ nubes ac pluuia, nec aëris, vllis ex aquis continua reparatio ac restitutio. Ad alendas igitur terras, ad efficiendum extendendumque per omnem mundi tractum aërem, debuit à principio maxima fieri, ferèque decuplo maior terris aquarum vbertas, quibus ut dixi per solis ardorem euaporatis ac resolutis, duo sunt magna bona cōsequuta, quod pars terrarum habitabilis vna remansit, & creatus desuper effectusque est aër, quo animantes viuunt, terræ vitalibus eius humoribus fœcundantur. Atque etiam philosophi veris rationibus ostendunt, maiora ex proportionem alterum altero elementa esse, ut maior sit certo naturalique excessu globus aquarū globo terrarum, tantundem excedat aër, aquas. O singularem igitur opificis rerum sapientiam. Erant ergo primo terra & aqua cōmixta, aqueq; altissima circumquaque terras vestiebant. Hæc fuerunt rerum exordia duo, & inchoationes, iacta veluti reliqui ædificij fundamenta. Nam quia terris aquæ sustinentur, aquæ autē vapores, vitalisque halitus ex se terris suppeditant, terræ autem propter animantes & homines creabantur, iure fuerunt ea duo omnium rerum veluti principia. Erat autem terra inuisibilis & incomposita, ut transtulerunt Septuaginta: siue inanis, & vacua, ut Hieronymus. Sine herbis videlicet, sine arboribus, sine animantibus, nulla ei pulchritudo, nullus decor, nulla species & forma, tantum rudimentum quoddam, & principium, & inchoatio, qualis statuarum, signorum, tabularumque pictarum, quales item facit ubique natura, siue plantas, siue animantes respectes, quorum sunt omnium exordia inuisibilia, incomposita, inania, vacua. Quid homo, quando inchoatur? Monstrum sine oculis, sine manibus, nusquam cætera membra. Sic terra, quæ regina est omnium elementorum, solaque apta ad generandos, sustinendosque animantes, tunc omni decore, istaque mirabili, quam nunc aspiciamus omnes carebat varietate. Tum duabus de causis obscura & inuisibilis, quod tenebræ essent, nondum creata luce, quod sub aquis latitaret. Primo igitur fuit terra & aqua, sed aqua longe maior, altiorque terris. Nox autem etiam fuit à principio, non aëris obscuratio, sed lucis absentia, nondum sole ac cælo creato. Hoc fuit confusum mistumque rerum initium, postea cunctorum ab inuicem separatio, & in separatione duarum rerum, cunctorum creatio. Hæc omnia habet commemoratque philosophia Mosis rerum principia, quorum nomina sunt, terra, abyssus, horum confusio, nox, seu tenebræ, spiritus super aquas. Nomen terræ distinctæ ac separatæ & formatæ Hebraice, est Arez: confusæ, & informis, vel inuisibilis, Thohu & Bohu.

Prime gentes in terra.

Philosophia ab Eois ad Græcos.

Mercurius Trismegistus.

Terra erat inanis & vacua.

Ados, sustinendosque animantes, tunc omni decore, istaque mirabili, quam nunc aspiciamus omnes carebat varietate. Tum duabus de causis obscura & inuisibilis, quod tenebræ essent, nondum creata luce, quod sub aquis latitaret. Primo igitur fuit terra & aqua, sed aqua longe maior, altiorque terris. Nox autem etiam fuit à principio, non aëris obscuratio, sed lucis absentia, nondum sole ac cælo creato. Hoc fuit confusum mistumque rerum initium, postea cunctorum ab inuicem separatio, & in separatione duarum rerum, cunctorum creatio. Hæc omnia habet commemoratque philosophia Mosis rerum principia, quorum nomina sunt, terra, abyssus, horum confusio, nox, seu tenebræ, spiritus super aquas. Nomen terræ distinctæ ac separatæ & formatæ Hebraice, est Arez: confusæ, & informis, vel inuisibilis, Thohu & Bohu.

ארץ תהו ובוהו

Doceo igitur cæteris gentibus hæc credita & prodita, quin & nomina Hebraica, quæ lingua primorum hominum fuit, ut clarum est, ad alias nationes transisse. Repetens igitur, ut res clarior sit, dico principio fuisse confusum ac mistum, & indigestum quiddam, cui reliqua mundi moles superstructa fuerit. Non autem fuit ante decorem deformitas, antepulcherrimas formas, & ordines rerum magna quædam vniuersalisque ab æterno confusio. Hoc calumniatur Aristoteles, Anaxagoram, & alios quosdam existimasse, in quo errabunt solum hi, qui non recte de rerū naturis censuerint, & eorum quæ dicantur ignari. Nō enim vel ab æterno fuit illa moles indigesta, vel aliquo temporis interuallo creationē antecessit: Sed fuit prima hæc basis, primum fundamentum & solum, quod ab opifice ad cæterarum rerum creationem præparabatur. Creanda erant in terra animalia, Sed præcipue creandus homo, idq; erat primum, ac mouens quàm maxime opificem, consilium. Ad sustinendos autem animantes, excogitandum aliquid solidū fuit, quod in se haberet alimentum, sustinens iuxta ac nutriens animantes. Ad alimentum, omniumq; terrestrium rerum fœcunditatem & partum, aquas, id est exilius penetrabiliusque elementum, quod per viscera terræ subiens, completeretur vterum eius ac fœcundaret, oportuit fieri. Aquæ autē nihil egissent, nisi calore tepesactæ ac commotæ, & in aërem extenuatæ perq; omnes partes terrarum diductæ. Hæc cum vidisset ille opifex rerum & mundi melioris origo, id est inuentor mundanarum formarum, qui fuit mundus melior, quædam istius melioris mudi iecit principia. Quid enim aliud potest dici: Quid aliud faciūt humani opifices? Quid ipsa natura? Omnibus in rebus sunt exordia quædam informia, connexa tamen atque apta ad totum opus, nascentemque deinceps formam, paulatimque surgentem. Antegressa ac facta docet Moses creationem, formationemque mundi duo rerū principia, terram & aquam, facta autem vel antegressa non quodam tempore æterno, quod & impossibile, & absurdissimum, perinde ac si opifex statueret formandæ cupidus, rudimentum principiumque statuere quodam temporis spatiomitteret ociari, ac quiescere, quod ad cogitandum irrationabile est. Prægressa sunt igitur initia, sed neque ab æterno tempore, neque à reliquo corpore seiuncta. Hæc dixit & monstrauit Moses: idem Hesiodum, Anaxagoram, Platonem, veteres Græciæ theologos doceo credidisse ac prædicasse. Atque Hesiodus cum ait,

Exitit ante chaos, post hæc latissima tellus, Quam super inmixtum pondus rerum incubat omne.

In Theogonia.

Duo dixit scitu dignissima, & cum Mose vnde quaque consentientia: Primum fuisse chaos, id est terram & aquam informia, ac ceu massam: id enim etiam voce Hebraica dicitur chaos, id est Thohu, vel Bohu. Deinde terram extitisse, quod Moses appellauit seclusionem aquarum à terra. Ea enim fuit terræ creatio, cum primum ab aquis, quibus circumobruta, atque oppleta latebat informis, & quia nondum exsiccata, magis erat aqueum quiddam, quàm terra, emerit. Tum dicit Hesiodus creatam terram, quæ omnia sustineret, eoque vocat eam ἐπιτηρηθῆναι amplos, patentisque habentem sinus. Docet nimirum doctissimus vates, terram ideo fuisse creatam, ut sustineret omnium rerum pondus. Is finis, hoc opificis consilium, condere elementum solidum, sedem firmam ac robustam, qua cuncta sustinerentur, cum primis aqua, tum plantæ & animalia. Hinc veluti basis ac radix fuit omnium rerum prior nominata, ac iacta in omni creatione. Cor mundi terrestris, ceu tergus in naui, in animalibus costæ & latera. Nam tamen quæ post secuta sunt, longe sunt ea meliora, lux desuper, in terris animalia, & homines: ut tamen pedes sustinent caput, sensus, rationem, res longe pedibus ipsis meliores, sic creata veluti mater ac genitrix, sedesque firma pesq; totius magni animalis, prior omnibus terra: sed antequam esset ac diceretur terra, chaos erat & confusio. Cum autem dico ante, non tempus dico, sed inchoationem, ac initium. Hæc causa,

Terra pēs mundi.

quod Deorum antiquissimam terram, & altricem ac matrem poetæ ac theologi dixerunt, Deos elementa, cælum & sydera vocantes, quorum antiquissimam, ac matrem, id est genitricem, alumnamq; terram nominarunt. Homerus in hymno γαῖαν παμμήτερον ἀφεισθήτην, id est, terram omniparentem antiquissimam, seu venerandam. Plato autem in Timæo, mirabiliter cum Mose conveniens, ἀρώστη καὶ ἀφεισβυτάτω σωματόν, ὅσαι ἐν τοῖς ἕρξιν γαρονήσι, Primam & antiquissimam omnium corporum quæ intra cælum sunt fuisse terram. Hoc enim est quod psalmus, Initio domine terram fundasti. Concors igitur cum Mose est undeque Hesioidus. Quodque magis mireris ac stupefcas, hanc vocem Chaos quam diximus esse illam Hebraicam Thohu, facta permutatione vnus, quæ similis esset illi, litteræ Thau, & Chet in Thau transeunte factum sit Thohu, dico veteres Latinos, ac Græcos, totumq; penè mundum, primam illam rerum commistionem, ac ceu massam, mundique initium, appellasse eadem voce, atque Hebræos & Mosen: vt ex nomine sit perspicuum omnes gentes audisse quondam & cognouisse, illud initium rerum, quale primum extiterit. Chaos appellatur à Græcis, Thohu appellatur ab Hebræis, Latinos autem veteres perhibet Festus Pompeius, mundum appellasse Chohum, nomen à cohibendo vt certum est: habebatq; vt Ioannes Pontanus perhibet aspirationem in medio, quemadmodum Hebraica dictio. Remansit ergo apud Latinos vetustissima mundi nuncupatio. Namq; prima quæ fuit Thohu siue Cohu, postea cælum & terra & mare, omnibus digestis, & mundus dictus est. A choho illo dehinc factum est verbum inchoho, vt in omnium rerum deinceps principiis, vbi sint ea voce, quæ mundi significat primordium: & inchoare diceretur, cum res rudis & informis ante oculos astaret. Talis erat ante mundus, talem habuit naturam, erat Chohus, id est rudis inchoatio, ac vitæ principium. Ab ea re communissima, vniuersalique inchoatione, omnis dicta ac vocata est particularis inchoatio, vt vbicunque aliquid rude atque indigestum aggredieremur, inchoare diceremur. Rudis igitur illa, indigestaque moles, erat quadam inchoatio, non antecessit tempore æterno, cum toto opere secuta est, sicut in particularibus operationibus, non sunt principia ab operatione tota separata. Nec deflunt, cum semel artifices quid aggressi sunt, ab opere, nisi aut impediti, aut operis pœniteat eos inchoati: at Deum neque qui prohiberet erat, neque cur eum pœniteret, vlla fuit ratio. Quicunque igitur putarunt illud exordium, ac massam æternam fuisse, magno sunt errore, & animi hallucinatione obcæcati, nec quid siue Hebræorum, siue cæterarum omnium antiquarum gentium, vetus theologia, totusq; maiorum maximorumq; hominum chorus tradidisset, agnouerunt. Posterorum fuit is error, sicut & alia pleraque à maioribus bene tradita, prauæ fecit aut humanus sensus semper caligans, aut semper obscurans veritatem, temporum diurnitas. Hoc Chaos, sic enim vt ostendimus scribendum, proferendumq; est, vocatum est ab aliis ἀταξία, inordinatio, eaq; appellatio est Anaxagoræ & Platonis, vera & ipsa sicut & chaos. Fuisse autem apud vetustissimas Græcorum gentes eadem quæ perhibet Moses, de rerum commistione, atque chaos, & massa, prodita, atque monumentis eorū relata, constat non solum Hesiodi testimonio, sed nostrorum quoque, qui Græcam theologiam de origine mundi, versibus Latinis expresserunt, eaque omnis tota fere est Mosis. F Narrat theologia Græcorum quam & Hesiodus, & Anaxagoras, & Plato, & Ouidius apud nostros, secuti sunt, hoc modo fuisse mundi primordium: καὶ γὰρ πρὶν ἐξ ἀρχῆς τῆς ἔλων σί-
στασιν, μίαν ἔχον ἰδέαν, ἑρανό τε καὶ θῆν, μεμυγμένῃς αὐτῆς τῆς φύσεως. In principio, omnes res vnū aspectum habuisse, cæli & terræ commista inter se natura. Postea cunctorum separationē extitisse. Anaxagoras quidem, vt Plato & Aristoteles & Laërtius perhibent, dixit mentem ad illam confusionem accessisse, & in ordinem quæque redegisse. Qua causa mirifice se Plato dixit lætatum, mentem fuisse omnium ordinum inuentricem. Confusionem igitur primum & Thohu ac Bohu, post ordinationem per mētem Græca theologia proponit, quod plurimis verbis apud illos explicatur, solum testimonium Euripidis, quem Anaxagoræ ferunt fuisse discipulum, proferam, qui veterem de mundo famam, vsque ad sua tempora venientem excipiens, sic cecinit, nihil à Mose dissentiens:

Chaos unde dictum.

Chohus.

Error de Chaos, verū omniū principio.

Ὡς ἑρανό τε γαῖα τε ἰὺ μορφή μίαν
 Ἐπεὶ διδὲ ἐρανοῖο θησαν ἀλλήλων δίχα,
 Τίτυσι πάντα, καὶ ἔδαξαν εἰς φάος,
 Δένδρα, πτενὰ, ἦνες, ἔς τε ἄλμη πέρφει.
 Γενός τε θητῆς. Quæ sunt.
 Cælumque terraque vnus formæ fuit.

Sed

A Sed cum fuissent abiuncta amplexu mutuo,
 Emerfit omnis in lucem res progenita.
 Arborea, aues, fere, quasque affert Mare,
 Genusque mortalium.

Animaduertimus cum illam vnā omnium rerum & cæli ac terræ figuram, per circumlocutionem, ambitumque verborum dixisse, quod superior Hesiodus vocarat chaos. Neque vero Hesiodum putandum est, non habuisse quem sequeretur, eius sententiæ, ac nominis autorem, non fuisse aliquem ante eum à quo & nomen chaos, & rem didicerit. Deuoluta est igitur ad eum, & ad cæteros æquales eius, quorum nō extant scripta scientia maiorum. Figuram autem cæli & terræ eandem dicunt, aut quia cælum nondum esset creatum, aut quod non perspicue intellexerint, quæ vel Moses, vel antiquissimi memoriæ prodidissent, arbitrati eos vna cælum cum terra dixisse concretum. Quæ sententia hætenus vera est, si cælum, aut pro aëre acceperint, aut tanquàm in origine sua lucentes stellarum verbes in illa aquæ cum terra confusione, extiterint, postea creati ex ipsis. Illūque censcant fuisse globum, informemque congeriem, terrestrium visibiliūque rerum. Quoniam autem eadem Græcorum theologia refert, primum terras & aquas, his autem separatis, omnes ordines rerūque nitore effloruisse: fulsisse in cælo sydera, aërem agitari cœpisse, igneāq; eius ac puriorem partem sublimiora loca petiuisse, possumus forte suspicari ex eo facta sydera. Quicquid id sit, in cunctis videmus esse consensus, nulli non mirandum. Cæteras coniecturas, & indicia sequamur, nostram theologiam totius quondam mundi fuisse theologiam probantes.

Fuisse cum terra permixtas atque confusas aquas, abyssūque vastam atque excelsum super terras incubuisse, prodidit theologia Mosis. Tunc nullū in terra fuisse decorem, eaq; sua venustate, & nomine ac natura caruisse, sed cōgeriem potius, ac cœno simile quid fuisse, exerta prope voce clamat Moses, & sequi ex illis aquis cum terra turbatis, re & cogitatione aliud non potest. Hanc rem aliis verissimis coniecturis probo notissimam, famigeratamque omnibus gentibus fuisse: duoq; nomina assumo quæ quidem nomina terræ sunt, sed alterum eius cum esset aquis concreta, prioris scilicet status eius, alterum eius ab aquis separata. Ex his autem nominibus, quæ sunt apud exteras gentes visitatissima, dico nobis representari, quod traditur à Mose super hac re, audisse omnes gentes & agnouisse, aut audisse quidem, sed quid ab antiquis celebratum fuisset non agnouisse statum illum priorem, & denudationem terræ. Est apud Græcos notissima, & philosophorum, poetarum, theologorumq; sermone trita, ea quæ dicitur ΗΥΛΗ: cuius nominis vim posteriores non cognouerunt, fuit quoque scriptura ab illis deprauatum. Philosophi materiam quondam primā non illam in mundi exordio, sed omnibus naturis corporeis adiunctam, in quam formæ inhæreant, ab ea vicissim recedentes, ac redeunt: alij quidam nescio quid aliud, sed minime quod esset verum, nec minus quàm philosophi prauè interpretantes, suspicati sunt. Veritas igitur habet, Hyle est nomen terræ informis, & aquis obruta, antequàm ab his separata, in se coaluisset, summotis aquis. Dicōque hoc nomen sic esse deprauatum, quod factum est hyle, quod erat Ilys, quæ deprauatio notior est in scriptura Græca, prior ἕλη, posterior, ἰλῆς. Designat autem Græcis hæc vox, cœnum, limum. Hoc fuit nomen terræ cœnosa, aquisque sepulta. Hæc illa est philosophorum hyle, id est, limus, cœnum, & quod Græcis βάρβαρος. Talis erat terra, cum esset cœnosa, veluti limus, quem paludes & stagna, aquaq; stagnantes vbique efficiunt. Quin ipsa hæc latina vox limus, à Græca fluxit ilys, litteris adiectis. Hyle igitur illa celeberrima, & philosophis notissima, multorumque sermone crebro vsurpata est, id quod dicitur ilys. Reuoca litteras in suum quanque locum, & corrige quod esset consuetudine deprauatum. Hæc hyle dicitur ante omnia fuisse, dicitur ergo, quod Moses docuit, terram antequam informaretur, fuisse limum, fuisse altissimarum aquarum solum ac pauimentum, scilicet fuisse, quod nunc est omnis terra, aqua commista. Hoc nomen ostendit antiquam terræ naturam, docet esse verum, quod prodidisset Moses. Venit enim à vetustissimis sæculis hæc vox, sicut & chaos, quod simili errore Aristoteles ἀπὸ τῆς χόρας asseruit dici, quo hylem, & ipse & alij multi, sunt, vel praiacentem materiam, vel materiam formarum δεχομένον, id est receptaculum, vt ait Plato, interpretati. Ascribitque idem Aristoteles inter principia non quondam nascentium rerum, sed omnium quæ fiant, hylem, nesciens videlicet vim eius, & quid antiquis ea designasset. Sunt ergo hyle & chaos

Hyle quid

ἕλη ἰλῆς

b

vel sonitu tuo diffugerunt, à voce fragoris tui præcipitarunt. En Dauid ait aquas illas qui-
 bus montes obruerentur, omnes terræ demergerentur, à sonitu quodam diuino, & iussu
 vasto, terribili, commotas præcipitasse, montiumque vertices magno fragore liquisse, à ter-
 ris subitas atque incitatas & impulsas diffugisse. Quantus erat, aquarum è montibus ruen-
 tium, & ad caua intèrque montes iacentia sola properantium fragor ac tumultus, quan-
 doquidem tantus est parua Charybdis, tantus & catarractarum Nili fragor, vt accolat ex-
 terreat? Hanc præcipationè Græce dixit Æolopos ἀναρροφῆν quod designat æstuarè, & ab-
 sorbere cum sonitu & fragore, immanique tumultu. Itaque Charybdis veteris illius abyssi
 nomen est, forte à Chaos deductum. Quod putat etiam Suidas non mediocriter laudan-
 dus scriptor. χερύβδης ἢ ἀναρροφῆν γάλασσαν ἀπὲρ τῶν γαίδεισσι, καὶ πάλιν βελγδῶσιν ἀναρροφῆσαι, εἰρη-
 ται δὲ ἀπὸ τοῦ εἰς χάος καὶ ὄλεθρον κρητάρου. Charybdis, ait, mare est quod resorbetur circa Ga-
 des, iterum prærupte regrediens. Dicta quòd in Chaos & baratrum adducat. Apparet igitur
 hanc fuisse vetustissimam voraginis, euntis & redeuntis, donec in suas digrederetur con-
 sideretque sedes, appellationem. Quemadmodum autem inchoatio, quia dicebatur à cho-
 ho, id est, nascente mundo, illius antiquæ rei est nomen, postea ad particulares inchoatio-
 nes est translata, sic quæ veterem voraginem, furentemque æstum significaret, ad alios con-
 similes est tralata. Chaos igitur & hyle, & Thehom, id est abyssus, & Charybdis, atque arida,
 sunt antiquissimarum rerum theologiæ Mosaicæ, aut Mosaicam theologiam referen-
 tium nomina. Mosaicam dico theologiam, Tum quæ ab illo est scripta, Tum ea quæ per-
 uagata gentes similis eademque fuit vbique. Alias propono coniecturas.

Charybdis
 veteris
 Abyssus
 nomen.

Moses has tradidit fuisse res à principio, Chaos, Thehom, siue abyssum, tenebras, seu
 noctem, & spiritum, Chaos atque Hyle eadem res sunt. Quoniamque spiritum præ-
 cipue commemorat Moses, veluti principium agens atque operans, & omnem moderans
 creationem atque informans, doceo hoc principium omnium gentium theologos, pari con-
 sensu esse confessos, à quo fuerit omnis profecta creatio & animatio. Primus Hesiodus vt
 eius poësis testatur, autòrque est Aristoteles, hæc dixisse cognoscitur:

In Theogo-
 nia.

Πάντα μὲν ἀρχαίως χάος γένετ' αὐτὸς ἔπιτα
 Γαῖα ἐυκέρτερος πάντων ἔδος ἀσφαλὲς αἴει,
 Ἡ δ' ἔρος, ὅς πάντεσσι μετὰ κρητέπει ἀθανάτοισι.
 Exiit ante Chaos, post hæc latissima tellus,
 Qua super innixum pondus rerum incubat omne,
 Atque amor, inter qui caelestes enitet omnes.

Ante exutam ac denudatam aquis terram, fuisse vnum terræ atque aquæ corpus Moses
 ait & Hesiodus: ille Thohu, is Chaos, Latini Chohus hoc appellauerunt. Emergisse terram
 post hæc, pariter Moses & Hesiodus referunt. Moses expressè palamque memorat aquarum
 denudationem, Hesiodus hoc ipsum, creationem, siue existentiam terræ dicens, vt prius
 Chaos, deinceps terra extiterit. Moses ait spiritum domini incubasse & agitasse se super
 aquas. Hesiodus amorem clara voce cum his quæ à principio extitissent, fatetur. Amorem
 vocans, quem spiritum Moses. Est enim vt claret in nostris litteris, spiritus diuinus amor.

Spiritus di-
 uinus a-
 mor.

Hoc ipsum Empedocles & Parmenides comprobans, amorem & ipsi ad rerum principia
 adiunxerunt. De Hesiodo & Parmenide testatur Aristoteles loquens de principiis Ἐπι-
 πνεύσας δ' ἄν τις ἡσιόδου ἀρχαίως ἐπιτήσσει τὸ ποιῆτον, καὶ ἔτις ἄλλος ἔρωτα ἢ ἔπιθυμίαν ἐν τοῖς θῆσι ἐπι-
 γεν ὡς ἀρχαίωσιν καὶ παρὰ μὲν ἰδίου. Suspicietur quis primum Hesiodum de principiis quæfisse, ta-
 met si etiam nonnulli amorem siue desiderium statuerunt principium, ceu Parmenides. In-
 terpretatur autem Aristoteles amorem desiderium seu cupiditatem vsquequaque rectè,
 & ad eorum amissam mentem, qui hoc inuexissent. Parmenides igitur hoc carmine apud
 philosophos celeberrimo, theologiam suam declarauit:

Amor, an-
 tiquissi-
 mus Deus.

Πρῶτον ἔρωτα θεῶν μνητήσσει τὸ πάντων.
 Cunctorumque Deum primum quæsiuit amorem.

Amorem, æque ait Parmenides, primum deorum cogitasse primordia, atque Hesiodus, cu-
 ius videtur sententiam secutus. Hoc ipsum Empedocles amplexus & confessus est, non eo-
 dem atque Hesiodus, sed simili vsus nomine. Siquidem quod ille ἔρωτα, ipse φιλόνητα, id est
 amorem siue amicitiam dixit. Hunc amorem docuit inuētam litem, & non bene iunctarum
 discordia femina rerum modificasse, & ad concordiam reuocasse, quæque erant deformia,
 confusa, intèrque se pugnàtia, socia, atque amica, & decora fecisse. Hunc illi fuisse sensum,
 cum tota eius diuina poësis declarat, tum nõ desunt qui cõstanter testentur apud Græcos;
 præcipue

Præcipue Sextus Empiricus. Nam sic omnes concordant, vt quod Chaos & amorem He-
 siodus, Thohu & spiritum, siue Deum opificem Moses, litem & amorem Empedocles, hy-
 len & Deum Stoici, ἀταξία, id est confusionem & mentem Anaxagoras prædicauerint. Vt
 hæc sint vnus rei apud omnes, nomina, Thohu, Chaos, litem, discordia femina, hyle, ἀταξία.
 Similiter hæc vnus apud omnes, Deus, Spiritus, Amor, Amicitia, Mens. Atque Anaxago-
 ras prorsus cum Mose sentiens fertur dixisse, λέω πάντες ὁμοῦ χεῖρομαται, καὶ δὲ ἐλθὼν αὐτὸς διέκο-
 σμισε. Fuisse omnia confusa, & commista, ingressam autem mentem cuncta disposuisse &
 digessisse. Moses autem erat Thohu & Bohu, veniens Deus dixit, Sit lux, Sit firmamentum,
 discedant aquæ, nascantur omnia. Vehementer autem obseruandum, eundem Anaxago-
 ram, non vt Aristoteles, qui veterum suæ gentis theologorum vel ignorauit, vel nosse dissi-
 mulauit sensus, ac dicta, vt vel alij plerique, prauè sunt interpretati, illam quam primus vo-
 cauit ὁμοιομερίαν, homœomeriam, id eo nomine sensisse, quod aliis sæpe verbis expressisset.
 Perpetuus enim fuit prædicator, vana quondam & inuisibilia cuncta fuisse, Deum autem
 ordines lite dirempta, addidisse. Itaq; Homœomeriam vocabat terram informem & Chaos,
 quod & Latinus discordia femina rerum. Vis enim erat in terra limosa, illa cunctarum re-
 rum. Respicens tempus illud antiquum Anaxagoras, non particulares materias, philoso-
 phatur enim de primis vbique veterum suorum exordiis. Non mirum autem Aristotelem (is enim pri-
 mus in veteres, quòd quam nouam moliebantur philosophiam infirmam reddidituri essent,
 inuectus est) eorum sententiam quasi senum deliria, existimasse, aut absurdis interpretatio-
 nibus deprauasse. Quod alias, vt enim nec amorem & litem Empedoclis, nec hylem veterum
 theologorum cognouit, sic nesciit homœomeriam Anaxagora. Homœomeria igitur
 Anaxagora est omnium rerum feminariu, est massa illa antiqua rerum. Quæ postea sylua re-
 rum dicta est. Nanq; sylua, ἀπὸ τῆς ὕλης addito s. Stoici prioru decreta confirmantes dixerunt,
 autore Athenagora, δι' ὕλης χερσὲν τὸ πνεῦμα τῆς θεῆς, per hylem versatum spiritum Dei. Mercurius
 itaq; Trismegistus Ægyptiæ philosophiæ antistes, videtur laxasse fontes Græcis, & vbertate
 sua totam regionem repleuisse. Omnis enim hæc philosophia Græcorum Mercurij est. Ille pri-
 mus hylem, ille Chaos, ille spiritum Dei, & amorè, ille litem & mentem commemorauit. Is ad
 alia in sermone ad Asclepium, hæc ad verbum, Erat Deus & hyle, & mundo comitabatur
 spiritus. Quibus patet idem omnes (nam & Phœnices ad rerum creationem spiritum adhi-
 buerunt) asseruisse, credidisse, confirmasse quod Moses: eandemq; de toto orbe fuisse de mun-
 do theologiam. Certe & Homerum inuenio apud Græcos, qui crediderint hæc quæ dixi-
 mus posteris suppeditasse principia: τὸν μὲν ἀρχαίως ἀρχαίωσιν ἀπὸ τοῦ ἀπείρου, ἀρχαίως καὶ λαθὼν, τὸ δὲ εἰς εἶδη
 περὶ τοῦ μὲν ἔσσαν εἰδοθεῖαι. Vt primam quidem præcedentemq; omnia causam Proteum voca-
 rit, substantiam autem quæ formas ab illo recepisset, Idotheam. Alias profero coniecturas.

Veteres ante Homerum & Hesiodum, plures deinde post illos, omnium aquas rerum
 principium asseruerunt. Vbi que enim peruagatur carmen Homeri,
 Ὡ κακύνοντες θεῶν γένεσιν, καὶ μνητέροι τῆθῶν. Quod rectius nostri,
 Oceanum rerum patrem Tethynque parentem.

CDeos enim elementa dixit Homerus, Hoc perspicuum est eos, aquas illas antiquissimas,
 abyssumque respexisse, quæ fuit omnium gignendarum rerum principium. Eadem his ipsis
 mens ac sensus, atque illis, qui hyle & Chao dederunt principatum. Quippe qui dicunt res
 ex humenti terra, limosa, ac molli, creatas, dicunt aquas fuisse causam & originem rerum
 condendarum. Alij ergo terram, alij seorsum aquas nominatim genitrices omnium desi-
 gnauerunt. Eodemque sensu spiritum, siue amorem qui foecundaret animaretque aquas in-
 duxerunt. Itaque in hymno veterem ecclesiam canentem de spiritu diuino scimus, Tu su-
 per aquas, futurus eas, numen tuum expandisti spiritus. Tu animabus viuificandis, aquas
 foecundas. Ergo etiam theologia sacra, aquas animatas ac foecundatas, rerum parentes ac
 formatrices fuisse fatetur. Nimirum non aquas solas, sed has iuxta cum terra. Seorsum igitur
 aquas alij, seorsum alij terram nominauerunt. Thales ergo Milesius, ex antiquioribus Græ-
 ciæ theologis (theologos enim appello, quoniam Aristoteles negat eos fuisse physicos, idq;
 verissimum est, veteris enim erant theologiæ assertores) vt aliis in multis, sic item in as-
 signatione principiorum maiores secutus, aquas omnium fuisse rerum principium, hisq; fuis-
 se mundum animatum præcauit. Habuit enim teste Laërtio præceptores Ægyptios, vt
 Homerus, & Hesiodus. Is & mundum factum à Deo fatetur, eamque ob causam omnium
 esse rerum pulcherrimum: hæc omnia maiores sciens tradidisse. Alitam autem & anima-
 tam humiditatem appellasse veteres Oceanum, eamque asseruisse mundi principium,

Deus, spi-
 ritum, a-
 mor, Ami-
 citia, Mēs,
 vnus rei
 apud omnes
 nomina.

Homœome-
 ria Ana-
 xagora
 quid.

Mercurius
 Trismegi-
 stus.

Aque re-
 rum prin-
 cipium.
 Iliad. 8.

Aqua,
 principii
 rerum ex
 Thalete.

restatur etiam Diodorus. Omnes famam illarum vetustarum priscarum aquarum audien-
 tes. Et perspexit Thales, Deum fuisse mundi conditorem, eadem scientia, item est & mun-
 di conditionem, & ex quibus conditus esset, contuitus. Quo enim oraculo didicisset crea-
 tionem, hoc eum necesse est, principia creationis didicisse. Igitur aquarum fecunditatem,
 quibus terra irrigata, & humefacta, mollisq; effecta est, constat cunctis principium dedisse.
 Prisci autem illi, vt Anaxagoras quoque, de rerum primordiis loquebantur. Hinc autore
 Aristotele, per aquas, stygiamque paludē, Deos iurantes poëta inducūt, id est per id quod
 esset vetustius. Vetustiora enim esse sanctiora, vetustissimum sanctissimum, Ad alia autem
 quod maxime mireris, Thales cū aquam principii protulisset, autore Aristotele *πλωγῆν*
ὑπ' ὕδατος εἶναι ἀπεφθαιτο. Terram sub aquis fuisse pronunciauit, planē Mosaicū. Postea addit
 Aristoteles, *εἰ μὲν ἐν ἀρχαίῃσι ἀβύσσῳ πάλαι τε τύχην εἶσαι πρὸ τῆς φύσεως ἢ δόξα, ταχὺ ἐν ἀδύλον εἶναι.*
 An antiqua sit & peruetusta hęc de natura opinio non est adeo clarū. Claret ergo omnem
 quam tradit Moses theologiam, cæteris gentibus patuisse, & omnium sapientum voces in
 ea asserenda, & ad omnem posteritatem, transmittendam, cōsonasse. Vt constet, & mun-
 dum, quia constanter à cunctis affirmatur, principium habuisse, & tale principium, quale
 Moses designauit.

*Vetustiora
 esse sanctio-
 ra.*

*Ex nocte om-
 nia gigni
 secundum
 Græcorum
 theologos.*

*Nox prior
 die.*

HOc quoque clarum est, de theologia Mosis manasse, aut ab exordio mundi, & anti-
 quissimis sæculis, ad posteros ex relatione maiorū peruenisse, vt theologi Græcorum
 omnia ex nocte genuerint. In his enim rebus quas Moses & Mercurius Trifnegitus asse-
 runt à principio extitisse, censentur etiam tenebræ, quas postea iussit deus appellari. Ora-
 culūque Mosis super hoc, clarum est: Mercurius autem, *ἦν σιότος ἄπειρον ἐν ἀβύσσῳ.* Erant
 tenebræ immensæ in abyfso. Hesiodus item noctem cuncta præcessisse commemorat. Ge-
 nerabant autem omnia ex nocte, non tanquam principio gignendi, sed ostendebat ex no-
 cte, id est post noctem, sicut ex nocte, fieri dicimus diem, res esse creatas. Thales etiam ro-
 gatus, quid prius, nōxne an dies fuisset: noctem fertur respondiisse. Atque eō perspicuum
 est, noctem illam immensam, tenebræque abyfso incubasse, antiquos spectasse, quod He-
 siodus ait vnà Chaos noctemque extitisse, illam videlicet noctem, quæ Chaos comitaba-
 tur: Moses autem, erat Thohu & Bohu, & tenebræ super abyfsum. Coniungunt igitur om-
 nes Chaos & noctem. Aristotelēque theologos appellat, eos qui generarent ex nocte
καὶ τοὶ εἰ ὡς λήγεσι οἱ θεολόγοι οἱ ἐν νυκτὶ γεννῶντες, ἢ ὡς οἱ φυσικοὶ, ἦν οὐδὲ πᾶντα γένηματα. Theo-
 logi, inquit, gignunt ex nocte, aut physici fuisse cuncta simul. Hos quoque Aristoteles
 antiquissimos fuisse testatur, item affirmat veteres poëtas, qui idem sunt & theologi eod-
 em autore, hæc prima dixisse, *νυκτὶ ἐρανοῖ, χάος, ἀνεάνον.* Noctem, Cælum, Chaos, Ocea-
 num. Moses autem, cælum, & terram, & thohu, abyfsum, aquasque. Oceanus ergo illorum,
 aquæ Mosis, Chaos eorum, Mosis Thohu & Bohu, siue terra inuisibilis & incomposita, nox
 istorum, Mosis tenebræ super faciem abyfii.

Psal. 17.

Theologia quoque veterum Græcorum, quæ sine controuersia, omnis est Ægyptiorum.
 Ægyptia nascitur ab Hebraica, post assignata, sapiusque repetita rerū principia, in qui-
 bus statuendis vbique cum Mose concordēs monstrantur, describit seorsum quaruncunq;
 rerum creatarum rationem, quo cælum ac sydera, quo plantæ, bestiaq; terrestres ac ma-
 rinæ natæ modo. Quæ ratio eo differt à Mosaica, quod Moses sanctius ac venerabilius ad
 vnamquamque rem, nomen, & imperium & autoritatem adhibet opificis. Illa Græcorum
 rarius, exempli causa: Quod Moses ait Deum fecisse ac præcepisse, terra plantas & anima-
 lia vt produceret. Illa post discessum aquarum, post omnem vbique aridam denudatam,
 cū recens adhuc humus esset tellus, id est: aquarum humore mollis ac fluxa, inde asserit
 cuncta pullulasse, cæli adiuncto vitali calore. Fiebat quidē id à causis naturalibus, quæ non
 alia esse potuerunt, atque hæ ipsæ, vt ex humenti & confota ac concalesceta desuper
 terra, nascerentur, sed hæc omnia voluntas, imperium ac prouidentia diuina administra-
 uerat. Ac Mofi satis superque visum est, principem causam, moderatricem, reginamq; to-
 tius creationis commemorasse, omisit veluti minora, ac leuiora, qua quicque ratione fue-
 rit creatum. Humus igitur vniuersalis illa, & terra primæuis aquis irrigata, cælesti simul lu-
 ce & calore desuper aspirante, omnes animantes & plantas procreauit, id est, ex hac causa
 Deus terrestria produxit, aut producere ac nasci fecit. Sic enim sunt intelligenda & inter-
 pretanda quæ passim Deo vendicantur à scriptura. Intonuit de cælo Deus, & altissimus
 dedit vocē. Nimirum intonare fecit, sic cū dicitur, produxit Deus de humo terræ omne
 lignum pomiferum, produci fecit: creauit cete grandia, vt crearentur mundi principiumq;
 aptum

Aaptum excogitauit. Sic dicerentur nunc à Deo nasci eadem illa, quia principia ad nascen-
 dum & procreandum apta excogitauit. Respice igitur ac consule theologiam Græcorum,
 quā maxima ex parte poëta noster expressit, Latinisque carminibus illustrauit, apud Græ-
 cos repertam. Anceps quidem ille an Deus an natura, & licet elementorum illam dire-
 merit, & ornauerit orbem tanta varietate, postea it prorsus in sententiam, vt Deus autor
 fuerit, ex illa theologia vt appareat quanta concordia, post rerum aliarum creationem idē
 poëta, similiter atque Moses, hominem creatum fuisse docuit:

*Sanctius his animal, mentisque capaxius altæ,
 Deerat adhuc, & quod dominari in cetera posset.*

*Ouid. l. 1.
 Metam.*

Ecce quod dixit Moses, & post omnia creatum hominem, & vt cæteris dominaretur crea-
 tum, confessus est poëta interpres antiquæ theologiæ. Nam Moses, Faciamus hominem,
 inquit, ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli,
 & bestiis, vniuersaq; terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra. Ad imaginem Dei ho-
 mo creatus est, dicit Moses: Poëta verò,

Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum.

Ac forte Deos vocauit (audi suspensionem) quia Hebraice pro Deo est Elohim, id est Dij, &
 in numero multitudinis Moses loquitur, Ad imaginem & similitudinem nostram. Hoc plu-
 res Deos, ad quorum imaginem esset homo creatus, suspicari illi sunt. Vni tamen adscribit
 creationem, vnum dicens fuisse. Finxit ad imaginem, dominantū cuncta Deorum. Ex hu-
 mo terræ vel limo formata, & in imaginem humanam protracta, Moses ait Deum creasse:
 poëta de terra, mixtam fluuiatibus vndis, Finxit in effigiem. Vsurpat etiam modū loquen-
 di Hebraicum poëta. Neque enim dicitur, Ad imaginem & similitudinem nostram: Sed,
 Bezalmenu, Bidmuthenu, in effigiem nostram, in similitudinem nostram. Credendum est
 enim olim pro Caph, fuisse Beth, in dictione Bidmuthenu. Eundem opificem mūdi tradit
 poëta hominis fuisse conditorem, nec scit, an eum diuino semine fecerit, an quia prior ma-
 teria, è qua posset homo nasci cognati, id est, simul nati cæli, semina retineret. Quorū vtrū-
 que, verum est, alterum ad corpus, alterum ad animum pertinēs. Hæc igitur cū cura Dei
 facta referat vates, cū nusquā fere dissentiat à vero, cū vetustissimæ theologiæ sit inter-
 pres, apparet certe, confessam, prædicatam, vulgatam toto orbe rerum atque hominum
 creationem. Apparet omnes audisse mundum habuisse principium, quale theologia Mo-
 sis demonstrat.

ὁμοίωσις

*בצלמנו
 בדמותנו*

EX his duæ verissimæ rationes sequuntur, quod & posteriores philosophi, si qui fuerunt,
 contra mundi totius consensum, extra communes omnium gentium, omnium sæcu-
 lorum litteras ac philosophiam reiecti, mundo dederunt æternitatem: & quidam Chri-
 stiani, & infinita Hebræorum caterua magis ad suum arbitrium, quàm scripturarum volun-
 tatem, hanc traditam à Mose creationem allegoricè ac mysticè sunt interpretati. Ad quā
 cū propter aduersa ac repugnantia quædam nequirent penetrare, se ad allegorias rece-
 perunt. Hoc enim supererat refugium. Cū ergo ea quæ fortè allegoricè dicta videren-
 tur, eodem apud omnes gentes sermone, ac ratione celebrentur, vnam atque eandem tan-
 tum rationem creationis illam fuisse, necesse est. Hanc rationem, nos apud vnumquen-
 que abunde posse testari credimus, mundum habuisse quondam principium, & omnium
 initia rerum talia fuisse qualia esse debuissent, & esse nostra theologia demonstrat. Quod
 & ipsa consideratione fit manifestum. Facileque erit prudentibus causas cuiusque rei, al-
 legoriis amandatis, reddere. Omnis hæc superior tractatio comprobauit, cur aqua cum
 terra ante omnia existere debuerint. Repetens autem omnium istorum conabor afferre
 rationem. Moses visibilis istius, nostrisque oculis spectabilis mundi, de quo loquimur sem-
 per, cuius initia semper inquiruntur, indagantur, cuius inuentio reperta atque assignata,
 multis ac magnis erroribus esset humanum genus liberatura, explicare voluit ac docere.
 Non illi de his quæ non videntur, quorunq; cognitio ac scientia à paucissimis desidera-
 retur, curæ fuit. Qualis autem mundi creatio fuerit, verisimile est etiam ante Mosen, He-
 bræos, & genitores eorum, Abraham, & Noë, vsque ad primum hominem perceptum ha-
 buisse, & Mosen hæc ipsa clarius ac melius oraculo diuino audito conscripsisse. Existiman-
 dum verò est totam Hebræicę gentis ante Mosen genealogiam, similiter fuisse monumen-
 tis antiquorum comprehensam, vt Regum & regnorum successiones, & Iudicum post Io-
 suhe. Hocque sibi sanctissimos ac sapientissimos quosque in unum omni sæculo suscepisse.
 Priores illæ gentium ante Mosen genealogiæ, vsque ad creationem mundi mirabili ac

*In eos qui
 mundi crea-
 tionem
 ἀλλογοῦσα
 καὶς inter-
 pretantur.*

prope diuino ordine reuocantur, comprensis cum vnaquaque temporibus ac regnis, & D principibus, & rebus clarioribus, quæ essent ad sciendum vtilis ac necessaria. Quod planū ac perspicuum est testimonium, tale res humanas & principium & processum habuisse, qualem hæc fidelissima instructissimaque temporum ac regnorum, nationumque concate- natio demonstrat. Requirendum autem erat hominis initium, vnde & quando originem habuissent hæc quæ sursum ac deorsum aspiciamus, quæ propter hominem fuisse creata, omnes consententur facile esset cognoscendum. Duplex est autem rerum explanandarum cognoscendarumque ratio, vna cum ab initiis earum inchoantes, vsque in nouissima descen- dimus: altera cum per resolutionē reflectimur ad prima. A tota igitur genealogia, ab æta- tum, hominumque enumeratione, ad primam hominum originem peruenimus: ab homine, ad mundum ipsum, & partes eius, à posterioribus partibus ad priores eodem ordine semper. Cuius autem causa facta sint priora, ostenditur ex consequentibus deinceps. Er- go propter hominem & posteriores genealogias, quæ sita est, & prodita prior origo. Hu- man autē origo, cum terra, rebusque terrestribus habet cognationem, vt autem in homi- num genealogia à posterioribus, ad vnam primam radicem ascendimus, sic quædam rerum ipfarum inter se est genealogia, vt à posteris ad aliqua prima peruenire sit necesse. Res ter- restres sunt animalia, plantæ, priores animalibus plantæ: plantæ animalia sine luce, & ha- bitu, & calore, nec viuere possunt, nec nasci. Nata sunt animalia & plantæ de terra, cor- pus etiam humanum de terra sumptum. Aluntur autem & crescunt à plantis quidem ani- malia, plantæ autem à terra irrigata, & tepesacta. E durissima atque arida terra, aut humi- da, sed calore non affecta, nec animalium corpora coagmentari, nec arborum stirpes & succus coalescere potuisset. Irrigare igitur eam prius ac mollem tractabilēque reddere oportuit. Hæc quoque ipsa irrigatio, sine calore & luce infœcunda fuisset. Extenuatur enim & digeritur & coalescit calore, vis tenuis aquarum. Omnium igitur rerum princi- pium fuit terra, sed irrigata, mollesacta, quasi limus reddita, quod sine aquis fieri non po- tuisset. Inde animalium corpora, & anima, quæ & ipsa purissima pars aëris & caloris est, compacta sunt, inde stirpes originem habuerunt. Natis autem animalibus halitus ab aëre, cibus à terris suppetit. Aër gignitur ex aquis, sed non sine calore, qui eum ex aquis eliciat ac dissoluat. Plantis id ipsum calor subministrat, vt nisi dissoluat aquas, elicere ex eis suc- cum radices non queant. Aquæ quoque non irrigarent, nisi deuectæ ac sparæ passim. Hæc talia ac tanta, ac longe plura, excogitanda ac prouidenda mundi autori fuerunt. Igitur propter altricem terram cuncta sunt parta & quæ sita, terra vt esset hominum do- micilium, his sustinerentur, nascerentur, viuerent. Atque hæc quanquam prior fuit in- tentio, sunt tamen innumerabilia bona, & incredibilis multarū rerum venustas inde confecuta. Si cuncta igitur ad hominem rediguntur, si propter hominem factus est visibilis iste mundus, omnia commoda, & ad vitam eius necessaria, debuerunt excogitari. Arbo- res, & plantas, & animalia creare oportuit, animalia vt his iuuaretur, vesceretur, plantas, vt his & ipse & illa viuerent. Vt plantæ nascerentur & crescerent, & terram priorem ac primordiale oportuit esse, & passim irriguam. Eadem enim est ratio nascendi atque cre- scendi. Vt irrigatione crescunt & augentur omnia, sic nata sunt. Hæc igitur verissima ra- tio, cur vnā cum terra aquas esse oportuerit, vt esset terra limosa, & fœcunda, inde anima- lia ac plantæ pullularent. Terra seorsum esse non potuit, aquæ minus, quæ neque solum habuissent. Nulla vel terræ, vel aquæ separatim vtilitas. Nec vllum extra hæc aliud, rerum gignendarum principium. Creata sunt igitur vt Moses, & Græca, & Ægyptia theologia confessa est, primæua illa animalia è terra, cuius creationis ratio talis extitit, qualem pro- bamus & aspiciamus quotidie, vt ea, quæ Nilo deuectæ humus, solis operante calore, dici- tur procreare. Namque paulatim è terra molli animalia concresecunt. Quæ omnia mirabi- liter describentem, canentem, consistentem Ouid. audi:

Duplex ra-
tio rerū co-
gnoscenda-
rum.

Ordo &
natura re-
rum crea-
tarum.

1. Meta-
morph.

*Cætera diuersis tellus animalia formis,
Sponte sua peperit, postquam vetus humor ab igne
Percauit solis, cœnumque, vdeq; paludes
Intumuerunt æstu, fœcundaque semina rerum
Vinaci nutrita solo, cœu matris in aluo
Creuerunt, faciemque aliquem copere morando.
Sic ubi deseruit madidos septemflumis agros,
Nilus, & antiquo sua flumina reddidit aluo.*

Aetherioque

A *Aetherioque recens exarsit sydere limus,
Plurima cultores versis animalia glebis,
Immenunt, & in his quedam modo nata, sub ipsum
Nascendi spatium quedam imperfecta, suisque
Trunca vident humeris, & eodem corpore sepe
Altera pars viuit, rudis est pars altera terra.
Quippe ubi temperem sumpsere, humorque calorque
Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus.
Cùmque sit ignis aqua pugnat, vapor humidus omnes
Res creat, & discors concordia fecibus apta est.*

Hæc carmina locupletissime docent, vt nihil possit esse clarius, quamobrem opifex mun- di, ante omnia terram creatam immensis aquis alluerit: ecce humor antiquus. Planta- rum quoque nascentium ratio eadem est: Principium ergo omnium, fuit aqua limosa & mollis, quod non Moses solum confessus est, sed & idem poëta. Moses, Formatis igitur ho- minibus Deus de humo, cunctis animatibus terræ: & de homine, Et formauit dominus Deus hominem de limo terræ: Poëta, Mixtam fluuiatibus vndis tellurem fœtam à prometheo, id est sagaci, prouidōque Deo in effigiem hominis edocet. Intelligimus igitur quamobrem terram & aquam omnium rerum parentes fundare ac iacere ante omnia sapiens archite- ctus debuerit. Quoniam autem sunt omnia propter hominem facta, non terra propter cælum hoc visibile, sed cælum propter terras creatum est. Habitat enim homo in terra, cui parare pabulum, omnemque opem Deus decreuerat. Hoc omne suppeditat à cælo irra- diante terras, & aquas, terrasque concalescente, hocque consilio sydera sunt creata. Vt luceant, ait Moses, super terram. Hinc constat post creatam massam illam, congeriēque terræ & aquarum, cælum esse creatum, quod & Moses ipse docuit. Mirabilis est igitur & creationis & descriptionis ordo: sed singula perpendamus.

In principio creauit Deus cælum & terram.

PROponit totum opus ante oculos, vt autorem ostendat, quicquid oculis aspiciamus à Deo quondam docens creatum ac constitutum, vt si cui peregrino primum Romam contemplanti, obuius quis diceret, hæc vrbs quam cernis à Romulo condita est. Deinde assumens totum conditionem, eamque per partes suas distribuens, ostenderet singula. Primum cælum commemorauit, non quod ante massam & chaos, sol, sydera, cælumque omne fuerit, sed quod postea declarauit, cælum esse creatum ante terram, terram autem tunc esse & diu terram cœpisse, cùm esset aquis denudata, quod post creatum cælum esse ef- fectum. Erat prius terra Thohu & Bohu, inuisibilis atque incomposita, nondum poterat terra nuncupari, Siquidem prodit theologia, tunc appellatam à Deo terram, cùm facta esset haiabasha, id est, arida: & aridam, inquit, appellauit terram. At à principio arida non erat, aquis omnia prementibus. Terra igitur, id est, hoc quod postea terra est nuncupatum, creata tunc est, cùm facta est aquarum separatio, quod tertia die est effectum. Lux au- tem, id est cælum, ante primam diem. Duæ sunt autem res memorabiles, quæ primæ co- gitabantur, decernebanturque ab opifice, altera ab altera habens exordium, cælum & ter- ra, vniuersales res, cæterarumque rerum capaces & effectrices, id est humor & calor. Hasque primas memorauit. Quicquid autem sub aspectum oculorum veniat, cælum ac terra est, tota vrbs rerum visibilium, cælum supernæ regiones, inferiores terræ, omnium postea nat- arum rerum causa. Ideoque Orpheus duo hæc magna principia pronuntiauit, æthera, & chaos: chaos, siue terram recipere vti genitricem, æthera agere veluti patrem. Vere nihil sine calore caelesti, sine humore, materiæque terrestri, fieri potuisset. Has duplices causas opifex primas excogitauit, quas & si hæc vtilitas necessitasque creare compulerat, multa tamen ac varia, tum vtilitas, tum dignitas est consecuta. Hominum dentes, ad terendum cibum dati sunt, sed iidem incredibilem ori adhibent decorem. Cælum vt luceret, illustra- retque terras, dulcēque lucem, creatorēque calorem praberet, desuper est proten- sum, vndique terras amplectens: sed ex hac ipsa vtilitate, inenarrabilis euenit pulchritu- do, vt non solum salutis, sed etiam voluptatis causa inuentum esse videatur. Non quidem venustas, sed necessitas ipsa quæ sita est. Euenit autem ob infinitam creationis sapientiam, vt idem tantam haberet dignitatem, quam habuit vtilitatem. Cælum ergo duabus de causis in hoc primo sermonis ingressu, debuit præferri terris, quod in ordine creationis prima die creatum est: tertia autem, terra aquarum pondere & alluue est liberata. Aut

*Aether et
Chaos, duo
magnæ prin-
cipia.*

primam eius creationem innuit. Tunc terra cœpit vocari, cum in lucem emerit, visaque est. Deinde cum sint duae causae creandi, vna agens, altera recipiens: illa quasi genitor, haec vti genitrix: haec eo praecedit, quo est valentior, maiorisque habens in creatione vires. Caetera quae sunt occultiora, cur caelum praestet terris, non commemoro. Postum & hoc ostendere, non seruare Mosen certum ordinem. Siquidem in secundo capite, vbi in nostra editione dicitur, In die quo fecit Deus caelum & terram, Hebraice est, terram & caelum. Sed naturae est instinctus, vt priora dignitate & natura nominemus. Caelum autem hic proculdubio intelligendum est, quod Aristoteles in tertio significato posuit. Tripliciter enim dicitur eodem autore caelum, primum id quod est habitatio Deorum, extra caelestis vertiginem, vbi neque locus sit, neque vacuum, neque tempus, sed res tantum beatissima. Secundo dicitur caelum, substantia orbium caelestium, orbis solis, lunae. Tertio caelum est, quicquid est praeter terras. Quicquid est supra terras, cum quo & aer & aether est adiunctus. Hoc igitur postremum memoratur apud Mosen.

Caelum tripliciter dicitur.

Caelum Em-pyreii, quid

Psal. 144.

Psal. 101.

Timaeus Locrensis.

Exodi 20.

Psal. 145.

[REDACTED]

Duobus ergo nominibus, Moses comprehendit totum visibilem mundum, caelum appellans quicquid supra terras imminet, aethera: terra autem quicquid infra est. Nam cum terra, etiam aqua esset creata. Licet enim Moses non referat creationem aquae, sequitur tamen cum creatione terrae, cuius rei locupletissimus testis est Timaeus Locrensis in libro suo de creatione mundi, & quasi quodam altero Genesi, ἡ δὲ πρῶτη ὕδατος ἐγένετο διὰ τὴν γῆν. Nunquam ait, fuit, vel facta est terra sine aqua. Et Graeci pulcherrime demonstrant, praecipue Theodoritus, quia cum Moses dicit, Terra erat inuisibilis & in composita, & tenebrae erant super faciem abyssi, ostendit vna cum terra aquas esse creatas. Item de Sabbato praecipue dixit Deus ipse, Sex dies operaberis, sabbato autem est requies domino Deo tuo, qui creauit caelum & terram & mare, & omnia quae in eis. E quibus colligit, omnia quae in his sint, excepta diuina substantia, siue visibilia, siue inuisibilia, opera esse Dei, habere naturam creatam. Item Dauid, Beatus cuius est Deus Iacob adiutor eius, spes eius in dominum Deum suum, qui fecit caelum & terram, mare & omnia quae in eo. Praeter haec testimonia, etiam Iob, vt paulo post ostendemus, clamat mare a Deo creatum.

Terra autem erat inanis, & vacua.

Terra duae creationes.

Hoc principium descriptionis, hinc fieri quondam mundus a Deo, a Mose postea cepit describi: re a Deo, sermone creatus a Mose. Terram dicit, id quod postea terra est vocatum, explicatque quo haec sit creata modo. Duas habuit terra creationes a Deo, easque ambas a Theologis commemoratas. Prima cum vna cum aquis est effecta vna rerum sylua, vna congeries, & homocomeria. Hanc innuit, cum ait: In principio creauit deus caelum & terram.

A terram. Secunda creatio tertia die fuit, cum ab aquis est segregata. Priorē creduntur apud Graecos, veteres Philosophi abstulisse, vt negarent materiam a Deo generatam, quod Aristoteles crimē importat Anaxagorae φησὶ γὰρ οὐκ εἶναι οὐδὲν ἄνευ αἰθέρος, ἀλλὰ πάντα ἐκ τῶν αἰθέρων ἔσθαι. Dicit enim ille, simul cunctis existentibus, & infinito tempore quiescentibus, mentē motum dedisse, & diremisse. Ait Aristoteles de Anaxagora, secutusque eum Lactantius, sed nimis fortasse calumniose. Nam cum Anaxagoras, perinde atque Moses sit locutus, omnibus quiescentibus, simulque existentibus, mentem motum dedisse & exornasse, plane praeter eorum forte opinionem, additur temporis infinitas. Dicunt quidem omnes ante chaos fuisse, dicit Hesiodus, dicit Plato, dicit Anaxagoras, dicit Moses: sed hoc antē, vel tempus interpretari, vel infinitum tempus, est ab animis eorum alienum. Veluti si dicente aliquo, Primum vel antē in templo columnas positas fuisse, alius qui id audiret suspicaretur, aut tempus aliquod, aut etiam infinitum tempus ante positas. Vel si in animalī cor, si cerebrum ante omnia membra extitisse scriberet Hippocrates, infinitum tempus quis existimaret ab eo scriptum? Aut si in arbore radices antecessisse faterer, magnum a radicibus, ad reliquam arborem intermissum a natura tempus dixisse, quis me calumniaretur? Sic cum Moses referat, Terra erat inanis, qui hinc inuisibilis terrae aeternitatem arriperet, aut multitotus calumniator, aut iniquus rerum aestimator esset. Eadem ratione locutus est Hesiodus, Ante fuit chaos, postea terra: & Poeta.

B Ante mare, & terras, & quod regit omnia caelum. Vnus erat toto naturae vultus in orbe.

Ouid. ibid.

Eodem modo Mercurius Trismegistus, Plato quoque, Quicquid erat, inquit, quod in cernendi censum caderet, id sibi assumpsit, non tranquillum & quietum, sed immoderate agitata & fluctuans, idque ex ordinato in ordinem adduxit. Vbi est hoc loco, tempus infinitum. Lactantius vir eloquentissimus, Aristoteli & Ciceroni subscripsit. Eorum igitur inter chaos, & ordines digestos temporis, aut interuallum, aut infinitum, nemo nisi forte Timeus, interiecit. Creati sunt omnia simul ait vir sapientissimus, id est, coniunctim, causae cum effectibus, totum opus, simul iacta sunt omnium rerum fundamenta, simul prouecta & super imposita reliqua moles. Ante principis locatis, excogitata, & sagacissime reperta origine, omnes deinde ex ea formae sunt depromptae, vt species & formae sequerentur, eorum mirabile quoddam oportuit cogitare principium. Quis est tam male peritus, quin perspiciat, ideo fuisse ab eodem inuentam originem, sylvamque a quo res ipsas? Istarum enim successus declarauit, quid ille tunc cogitasset. Alioqui si non a se factam, sed casu repertam materiam informasset, utique non eam quocumque res postulasset flexisset, nec illam sibi parere cogitasset, sed contra sequi naturam ipse eius coactus fuisset. Neque enim opifex ex omni materia omnem educit formam, sed aptitudinem cuiuscunque materiae persequitur, coactus quasi parere trahenti. Similiter Deus nisi materiam ipse sibi creasset, ac parasset, nunquam fuisset tantus ornatus, tanta rerum omnium dignitas consequuta, multaque omnia fuissent.

C propter asperitatem difficultatemque materiae, quam sibi aduersantem, resistentemque in multis moderator habuisset. Ratio igitur coarguit eundem fuisse principij ac totius successus creatorem, non coarguit autem, quia Theologi tradiderint antecessisse quoddam primordium, istius primordij aeternitatem. Quae cogitatio facile vanescet, si referamus animos ad omnium naturalium & artificiosarum rerum naturas, easque pro exemplo obscurissimae rei habeamus. Nunquam enim tanto stupore, ac socordia sumus, quin percipiamus, inque animos inducamus, quicquid vbilibet producitur, iam antea inchoari, post informari, ac distingui: & hoc quod dicitur, ante ac post, quo pertineat, probe non intelligamus. Erratum igitur ab illis est, & praue interpretatum quod dicebatur ante, vel primum, vt ait Hesiodus: vel erat, vt Moses, Terra erat inanis & vacua. Fuitque peculiaris error Manichaeorum, de qua re Theodoritus ἐπεὶ τὸ ἦν καὶ μετὰ τὴν ἀρχὴν, τὸ ἀγέννητον διήλθεν, ἔργον αὐτῶν, τὸ ἦν, τὸ εἶδον διήλθεν, ὡς τὸ ἦν αὐτοῦ εἰκὼς ἐγένετο τῆς ἀφ' ἧλξ ἀνατολῆς. Non est quod erat, designet iuxta Manichaeos aeternitatem. Non enim semper designat aeternum, erat: vt erat homo ille insignior omnibus orientalibus. Sic ille, cuius declaranda rei cupiditate, pluribus forte, quam deceat verbis vtor. Nam prudentibus toties non debuit inculcari.

Inanis & vacua.

Quem habuit ordinem creatio, quemque diuini Theologi descriptio, eundem nostra habet interpretatio, qua probare conamur, nihil esse in hac descriptione absurdum.

& absonum, nihil allegoricum, non planum, & vsitatum, sensibile, nihil ab hac vita, & natura consuetudine alienum. Non debuisse aut esse potuisse aliud vel primordium, vel conditionis progressum. Omniaque facta Dei, dicta Moysi summum habere consensum & rationem. Terra erat inanis & vacua, Hebraice, Thohu & Bohu, quarum vocum proprietates est, hoc quod nos, sequutus Aquilam & Symmachum, transtulit. Quippe prior vox, habet originem à verbo, *הוהו* haiah, quod ad alia, designat euertere, destruere, in nihilum redigere, vanitatem efficere. Hinc Thohu sonat, vanum, nihilum, cuius nullus sit aspectus. Exemplum est ex aliis locis, præcipue Reg. 1. Nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt. Quo loco, bis est Thohu, quod vana traduxit diuinus interpretes. Idolâque appellauit, vanitatem & Thohu, quod nullus in corâ cultu esset fructus, & quod coleretur, esset vanissimum, esset nihil, non extaret, nec oculis & sensu pateret. Esaias quoque, Tanquam nihilum & vanitas reputata sunt ei, iisdem vocibus. Secunda vox Bohu, similiter designat, quod non est, rem latentem, obscuram, quæ non veniat in conspectum. Quæ vox vt alia pleraque, remansit forte in lingua Italica, quæ antiquissimæ Latinæ linguæ est colluuius. Figmēta sunt Hebræorum, Bohu esse materiam desiderantem formam, quasi in eo: figmēta ex iunioribus Philosophis petita. Ergo Bohu fortasse est, quod dicunt Buius, id est obscurum, tenebrosum, opacum, ideo Sept. transtulerunt *ἀόρατον*. Talis erat terra priusquam & à sole desuper mundus inclaresceret, & aquis quarum profundo cooperta latebat, ipsa emergeret. Dixi hoc fuisse, nec aliud esse potuisse rerum sensibilem, corporaliūq; primordium, vt ante omnia fundare in medio mundi terrâ, post aquas maius quoddam, exilius & fragilius, ac debilius elementum, diffundere ac superiacere oportuerit. Terra in obscurissimis & densissimis tenebris & profundissimis aquis latitabat, quibus fuerat ante subfrata, vt solidius elementum eas sustineret, vt earum assidentia ad rerum creationem mollesceret, dispondereturque ad vniuersalem rerum partem. Hoc præcipuum, diuinumq; consilium, Deique prouidentiam, in primo ingressu Moses declarat. Cur autem non ita commemorauerit aquas sicuti terram, nec dixerit eas fuisse creatas, ea ratio est, quod propter terras crearentur. Non enim terra propter aquas, sed aquæ propter terram, vt tum in illo primordio ab his irrigaretur, tum deinceps semper ascendentibus superius iisdem extenuatis à sole, volucribusque effectis. Quod Dei, naturæq; consilium clarum est. Res ergo præcipuas cælum & terram, fatetur à Deo creatas, quibus vniuersa, quæ toto in mundo continentur, comprehenduntur. Inuisibilem autem & incompositam transtulerunt LXX. interpretes, neque ipsi ab Hebraico dissentientes, neque ab illis dissentiente Hieronymo. Eas enim causas, quæ terram inanem & vacuum redderent, (nam nec videbatur, ob aquas, & tenebras, nec plantis & herbis, & animantibus erat ornata, & quasi extructa, & composita) declarant interpretes, alter verbi proprietatem, alteri rem sub verbo latentem explicant. Obscuræ autem erant terra & aquæ: sed terram aquæ, aquas tenebræ super aquis autem tenebras infedisse. Omnia necessitate cogente, tenebras lucis absentia, aquis terræ obscuritatem inducente. Terra propter aquas, & quia futura proles plantarum & animantium, aquæ propter terras mollescendas, altissimæ aquæ, quia circumquaque mollescere terras, & pars aquarum in vapores erant extenuanda, & aër ex ea efficiendus. Non alia rerum creandarum ratio, nec sapientius quicquam, hæc veræ ac solæ rerum origines. Terram oportebat condere, sed aquis associatam, quis sine terra nihil peperisset. Mater, & genitrix, & alitrix, omnium prior generata, ante lucem, ante cælum, ante aërem, animalia, plantas, homines. Tres igitur habet sensus, terram fuisse inanem & vacuum, aut quod propter aquas & tenebras, non videretur, aut quod esset informis, sine plantis, animabus, hominibus, sine luce, sine vlla vita. Aut dicit terram fuisse inanem & nihil, hoc est, vt postea ex theologia Iob clarebit, hoc quod fuit postea terra, antea fuit nihil. Erat terra nihil: in loco vbi terra condita fuit, nulla res erat: vanitas, inanitas erat: erat vacuitas, erat rerum carentia: ex quo conuinceretur eorum error, si qui fuerunt, qui siue materiam, siue ipsam terram æternam asseruissent. Quare recentiores Hebræi, qui Bohu dicunt esse materiam formas desiderantem, Aristotelica loquuntur, non Mosaica. Quandoquidem Bohu, & Thohu sint nomina vanitatis, inexistentiæ, inapparentiæ, siue materiæ primæ, siue cuiuscunque rei, vt declarant varia exempla scripturarum. Quas videbis semper cum rem non extantem, vanam, nauci, nihil volunt designare, vsurpare hæc duo nomina: è quibus duo proferam exempla. Esaiæ, Et extendetur super ea mensura, vt redigatur ad nihi-

Thohu.

Bohu.

Aque cur
nō dicantur
creatæ.

Terra inanis
& vacua
quo modo.

Ad nihilum, & perpendiculum ad desolationem. Hoc de Babylonis excidio Propheta, quam in nihilum redigendam vaticinatur, pro nihilo in Hebraico est Thohu, pro desolatione est Bohu, quasi idem his duabus vocibus pollutibus. Hieremię quoque cap. 4. Asperi terram, & ecce vacua erat & nihili, pro vacua & nihili, Hebraice Thohu & Bohu. Quibus exemplis declaratur idem esse Thohu & Bohu, nec in sola materia prima vsurpari, sed vbiunque nihil sit. Suntque sibi comites hæc voces, propter æquipollentiam significatus: placita sunt Philosophorum, illa Hebraica. Nam & eosdem sequuti isto loco, dicunt duas materias primas Deum fuisse, vnam rerum terrestrium, alteram cælestium. Fortasse magis est theologia consentaneum, principum rerum cælestium fuisse aquam, & eadem terram & aquam, omnium extitisse origines rerum visibilium. Nam ex aqua aër, ex aëre æther fit, ex ætheria substantia lumina cælestia. Priores duos sensus inuenies apud Græcos: Acaciūque eam inuisibilem ait dictam propter aquas (vnde paulo post: Congregentur aquæ, & appareat arida) Deinde & propter luminis absentiam. Inuisibilemque non Deo, sed hominibus, tum nondum existentibus, tamen si extitissent, propter altissimas aquas inuisibilem. Seueriano non placet propter aquas terram dictam inuisibilem, patrum quorundam sensum *εὐσεβὲς μὲν, ἐν ἀληθείᾳ δὲ*, pium quidem, sed minime verum. Mihi omnino videtur posse defendi. Basilius quem magis probat Seuerianus, inuisibilem, quia sine cultoribus, sine fructibus, quasi *ἀμορφος*. Aquilas autem qui vertit *κένωσις καὶ ἄδεια*, inanitas, & nihil, quem sequutus est Hieronymus præbuit occasionem postremi sensus, quem nos de fortibus Hebræorum eruimus. Nobis omnes probantur, quia Thohu & Bohu, etiam de solitudine informi, & horribili dicuntur, & de euerfa Babylone.

Et tenebræ erant super faciem abyssi.

CREATA sylua, ac massa, vnde promenda, ac gignenda cuncta terrena fuerant, nondum autem creata luce, necessariò erant tenebræ, non quidem illæ, quæ nunc singulas absente sole noctes efficiunt, quæque sunt aër tenebrosus, sed quales necesse sit nos cogitare, existente illa rerum congerie, sed nondum condito cælo inhorruisse. Nondum erat aër, nondum lux, sola massa, rerumque cogeris. Quid ergo aliud occurrit animo, quæ tenebras fuisse possunt aut tenebræ esse tam & si aër nō adsit. Nihil enim est umbra, nec habet aërē vti sedē ac subiectū, vt ei necessariò inhaereat, priuatio lucis est, vbiunque non est lumen, sunt tenebræ. Nūc tenebræ sunt aër obscuratus, tūc erat lucis absentia, qua luce carebat chaos, submoue lucē cogitatione, submoue aërem, remaneat terra, sūge oceanū cum terra, quid super immensis aquis illis insideret? Nōne densissimus & teterrimus horror? Fac talē esse totū orbem, qualis nunc oceanus, vbi mare vndque, & vndique cælum, talis sit orbis, nūquā terræ, florentesque cāpi, & mōtes, ne sit lux, non aër, iā vides horribiles tenebras, aquis illis, & omni oceano incubantes, eas videlicet tenebras, vt non modo lux, sed ne alia quidē res adsit. Ac ipse tibi quasdam tenebras proponā, tamen non aërias, tum his longe tetiores, quæ in aëris obscuritate cernuntur. Quæ sunt illæ tenebræ, cū nihil clausis oculis videmus? Quid tenebrosius eo, quod cæcorū oculis occurrit? & is tamen nō est aër tenebrosus, & obscuratus, obscurū tamē est quiddā, quod cuiuscumque sit, ex ipsa dulciss. luce perspicimus ac ponderamus. In tenebris cæci dicuntur esse, cū perinde ac cæteri sunt in luce. Tenebras videlicet appellamus, omnē lucis absentia, siue in aëre, siue quouis alio modo. Tales erant super aquis immensis, sine aëre, merū nihil, lucis & aëris priuatio, absentia nō modo per corpus perspicuum penetrantis lucis, sed ipsius etiam corporis perspicui: perspicuū corpus, aër. Erant autem hæc tenebræ super facie abyssi. Faciē appellat superficiē. Cogebat esse tenebras necessitas, sola aqua desuper incumbēte, in imo iacente terra, illæ duæ res solitaria, aliud præterea nihil. Nā tenebrarum cōmemoratio, nullius rei cōmemoratio cōmemoratio eius quod lucē antecessisset, vt constaret, quantum sit ex luce creata bonum consecutum. Hæc illa cū aqua & terris nox, eoque chaos, & nox apud Theologos ante omnia, prima de quibus lux induceta sursum, terra detecta deorsum. Tenebras ergo vocat lucis paulo post creatæ absentiam, quod docte & sapienter etiam Gennadius ostendit contra Manichæos inuictus *σκότος λέγει, ὑποτιθεῖν τινὰ φύσιν ὡς ὁ τῶν ἀθίων μανιχαίων βύβλιος χῆρος, ἀλλὰ τὴν φασὶ ἀπερίσταντε καὶ ἀπόλειπν.* Tenebras, inquit, non prauam quandam naturam dicit, vt impiorum Manichæorum nugæ volunt, sed lucis absentiam & defectum. Non igitur aliqua substantia tenebræ, nec sunt à Deo creatæ, sed accidens quoddam erat, proueniens ex lucis absentia, quod etiam Theodoritus fatetur. *ὁ τόνου ἀγέννητος ἴσται τὸ σκότος ἔτε μὴν γνητὴ πῆς ἑσάστασις, ἀλλὰ παράγωμα συμβεβηκός.* Non ergo aut æterna & increata,

Tenebræ
quid.

alia sunt vitæ minores, quæ ab illa præpotenti, veluti fonte vberissimo profluxerunt. D
 Hac sententia dixit Moses referens ferè quod in creatione docuisset. Domine Deus spiri-
 rituum omnis carnis. Magnus scilicet spiritus, spirituum minorum procreator, ac dominus.
 Vt vates: Magnus alit magnos committus corpore fœtus. Salomon: Et spiritus reuertetur
 ad dominum qui dedit illum. Principio ergo omnium corporalium rerum, sed præcipue
 vitarum fuit, estq; semper, inuisibilis quædam, quoniam incorporea, magisque sub intel-
 ligentiam, quàm sub oculos cadens, diuina virtus, quæ dicitur, dictaque est ab omnibus spi-
 ritus, siue anima mundi, dans omnes animas ac spiritus orbi, ac quasi procreans, solis pro-
 creatrix & rerum à quibus spiritus terrestres. Hæc potest duabus de causis, spiritus Dei ap-
 pellationem habuisse, aut quod sit tertium principium illud, & hypostasis manans à Deo,
 aut quod non id quidem sit intelligendum, sed satus quidam, atque animatio, & fauor à Deo,
 & quod Aristoteles Theologorum sensa aperiens, amorem illorum ἐπιθυμίαν cupiditatem
 est interpretatus, quæ rerum induxit exordium. Itaque quod possit quæri ac dubitari, an
 terris, aquisq; præter lucem caloremque cælestē, sit aliud ad rerum generationē necessari-
 um. Dicendum veteres docuisse, tantam ordinum mundanarum in tanta varietate con-
 cordiam, nunquam constare potuisse, nisi ea vno diuino continuatōque spiritu regeretur.
 Nunquam ex seminibus rerum tam exiguis, tantas formas gigni potuisse, nunquam spe-
 cies, ac formas, sine moderatore non confundi, & commisceri potuisse. Nos lucem & ca-
 lorem, terrarūque limosas aspiciamus, principium illud inuisibile non aspiciamus, sed ratione
 offertur nobis præterquam quod theologiæ & hominum consensus locupletissimus testis. E
 Ne imitemur eorum leuitatem, qui solas visibiles esse, nullas autem inuisibiles, quia non
 viderentur ab illis, substantias putarunt. Creatis itaque rebus benedixisse Deum pro-
 didit Moses, adesse videlicet monstrauit hoc robur, secretamque rerum custodiam, vt qua
 parte eadem seruari ope, & qui incubabat aquis, inducēs primordium, eundem affore
 præsto, absoluto mundo. Præter igitur hæc visibilia rerum principia, æthera, & chaos, aqua
 scilicet cum terra, aliud inuisibile latet principium, tam antiquæ ac primæ, quàm deinceps
 consecutæ creationis causa, & conseruatio. Dicitur spiritus, quod occulte perinde atque
 ventus, spiret, & animet, dans animas inuisibiles inuisibiliter. Triaque hucusque posuit Mo-
 ses principia, duo visibilia, æthera, & chaos, vel cælum ac terram, tertium autem inuisibile,
 spiritum operatione tantum, vt anima, quæ latet in nobis, manifestū. Et si igitur Hebræi &
 Græci hic spiritum, tum diuinū spiritum, tum aërem qui super aquis esset, putent intelligi
 posse, omnino priorem spiritum dixerim spectatum à Mose, vt magis ostendam.

Ferebatur super aquas.

EX verbis Hebraicis, quæ sunt hoc loco, videlicet הוהו ורוח אלהים מהפח, id est, abyssus, spi-
 ritus domini agitabatur, vel agitabat super aquas, hanc siue scientiam, siue opinionem
 colligimus, ad fontem enim respectandum est, principio spiritum diuinum primordiales
 aquas commouisse, inde illam voraginem aquarumque vastitatem sonantem, citam atque
 ruentem, appellatam Thehom, id est, tumultuationem, si etymon respicias, quod eam spi-
 ritus diuinus impelleret, spiritum domini hic interpretor præter animationem etiam im-
 petum diuinum, animositatem, ostendens sæpe spiritum vim, impetum in scripturis desi-
 gnare. De Sampson cum tria millia hominum prostrauit, dicitur, Et arripuit eum spiritus
 domini. Impellebatur igitur vorago siue abyssus, & agitabatur à spiritu, potestate, poten-
 tiâque diuina. Illa turbata rugebat. Inde vocata est Hebraice thehom, id est, si etymon dis-
 soluas & enodes, sonitus, fremitus, turbatio. Hanc aquarū vastarum à spiritu diuino com-
 motionem, declarat ipsa vox spiritus, ipsa vox thehom, id est, resonans abyssus, demon vox
 Hebraica merachepeth מרחפת quam Sept. trāstulerunt ἐπιπέτο, super ferebatur, ea notat
 tum fœtationem, tum commotionem, agitationem, vt verba Mosæica hoc per se ferant,
 spiritus, aut impetus diuinus, vt terra diluta aquis apareret, voraginem conturbabat, &
 commouebat, illaque tum secedebat, tum siccabatur, tum animabatur. Hoc sensu dixit for-
 te Salomon, Sapientia illius eruperunt abyssi, clarius Hebraice נקקו פקקי fractæ sunt, patuerunt,
 scissæ sunt. Eius sapientia, quam infinita potestas sequebatur, scindebat abyssum, vt id
 quod vidimus, fieret. Nam primum post fundatam terram, opus, prima in terrenis rebus
 operatio, fuit aquarum secessus, post, quinque dierum sunt opera consecuta. Totaque
 creatio à scissa voragine, à moderatis benèque constitutis aquarum tantis agminibus pe-
 pendit. Hæc forte scissio, & impulsio, & moderatio fuit, quam veteres decantauerunt,
 omnia

Eccle. 12.

*Spiritus pro
 vi & impe-
 tu.*

Proverb. 3.

A omnia quondam in vna congerie existentia, ingressam mentem secuisse, ac distinxisse, &
 moderasse, quod præclare Ouidius vt nemo melius,

*Quæ postquam euoluit, cœcōque exemit acervo:
 Dissociata locis, concordia pace ligauit.*

*Ouid. in iudic.
 l. Metam.*

Cæcum dixit acervū, vt & Moses, tenebræ erant super abyssum. Totum hoc Moses vno lin-
 guæ suæ verbo expressit, merachepeth. Vnam quidem diuini spiritus operationem, aquarū
 scissionem & ruptionem commotionemq; id designat, sed sub eo continetur, omne quod
 Theologi fando prosequuti, tradiderunt rerum acervos conglobatos, tum mentis cuiusdā
 sapientia, & consilio, dissociatos & dirēptos, quosque suas regiones tenuisse. Vt ergo Theo-
 logus, cælum ac terras scribit à Deo creatas, postea totam expolit creationē, cuncta nomi-
 natim appellans, sic ante totam formationem, hoc præfatur exordio, spiritus domini me-
 rachepeth, id est, ferebatur, mouebatur, inualeſcebat super aquis. Magnus ait tumultus, va-
 lida impressio & agitatio erat in aquis, diuini impetus submouentis aquas, litēque disso-
 ciantis, cælū desuper tendentis. Hinc Chaldaea tralatio, quod Moses dixit, merachepeth,
 reddidit ipsa מנשבה menasheua, flebat, pellebat, remouebat. Quæ vox quid habeat pōderis,
 nam & Hebraica est, agnosce ex illo loco psal. cx l. v. 11. Flabit spiritus eius, & fluent aque.
 Et ex illo Gene. x v. Et abigebat eas Abraham, est enim vtrobique נשב nashab. Vt ergo abi-
 gebat, ac submouebat aues Abraham, sic voraginem, & immensas aquas, impetus ille diui-
 nus. Et vt post creatum mundum, spiritu illius flante, diffluunt aquæ, sic idem fiebat tunc
 B in exordio. Appellatque illic spiritum non ventum, nam mundum erat ventus, sed sapien-
 tiam cælum desuper extendentem, & diuinam potentiam mouētē & animantem aquas,
 quod antiqui Theologi dixissent, litem acervumque rerum dirimentem, ac dissociantem.
 Hunc igitur ordinem ac progressum habuit creatio. Terra ante omnia fundata est. Initio
 ait diuinum oraculum, terram fundasti, pro quo quiddam lucidius Hebraice Iephanaim
 לפני ante, prius. Terræ magna vis aquarum est superiniecta. Quibus positis, ac iactis,
 Deus ad reliquum opus mentem adiecit, & vt aperiret terras, super aquis porrexit mo-
 lem cælestem. Dūmque omnia ab inuicem absinderet, æthera primum creauit, quod
 pœta docet:

*Hanc Deus, & melior litem naturā diremit.
 Nam cælo terras, & terris abscidit vndas,
 Et liquidum spisso secevit ab aëre cælum.*

Ouid. libid.

Moses autem primum gradum creationis lucem siue solem & æthera, vt ipse interpretor,
 docuit fuisse, sed principium inde habuisse, quod spiritus super aquas fluitaret, ac comoue-
 retur. Atque animo in illam spiritus diuini actionē vel commotionē penetrasse, perdifficile
 sit, eam tamen & aquarum animationem, & agitationem fuisse, ex proprietate vocum oc-
 currit animo suspicio. Appellauit enim Moses, agitationem, actionemque Dei, quam Ana-
 xagoras ἀσφαριστον, id est diuisionem, diremptionem, quam dixit fecisse mentem: eam com-
 motionem, ac tumultu quodam rerum factam, sed aquarum præcipue necesse est. Quasabat
 C iugiter impetu vasto, spiritus aquas, quod Hebraice dicitur hic & alibi rachaph, & quasfan-
 do rumpebat, & animabat. Ac plane videntur præsci Aegypti Græciæque theologi, vidisse
 quod scripsit Moses, qui concussionem aquarum illam, rerum ab inuicem abscissionem vo-
 cauerunt, Moses aquarum tantum fuisse prodidit. Sed cum iidem antiqui principium, ori-
 ginemque rerum aquis adiudicarent, in his polificas rerum vires ac seminariū videntur sta-
 tuisse. Ergo quem Anaxagoras rerū congeriem cœsuis secuisse, eundem & abscidisse aquas
 ac seiunxisse (quia sunt illis hæc principium & origo) cōfessus est. Ac doceo vera & sacris ora-
 culis cōsona, antiquos illos asseuerasse, omnia tunc cōiuncta ac quasi conglobata diuini spi-
 ritus impulsu, & agitato fuisse creata & secreta. Primumque ex cōmotione cōcussionēque
 aquarū cōceptum esse ignē, effectamque substantiā puriorem ætheriam. Nam etiam mor-
 tales cernunt ex concussionē aquarū ignem accendi, & sæpe noctu horrentibus tenebris,
 totū repente cælestem tractum vidimus irradiari, & alia quæ solis luce illuminari subiectas
 terras. Collisis inter se nubibus aquosis, & ex collisione inflamatis. Hæc illo primordiu, spiri-
 tu diuino, multo potentius operante, verisimile est puriorē quandam substantiā, accensam
 postea constipatam in orbem à sapientissimo artifice fuisse. Ideo subito ex hac agitatione
 creata est, apparuitque repente teterrima illa in nocte, quæ super abyssū insideret, insperata
 lux, vt nunc densissimis in tenebris, concussis ac commotis supernis aquis, exoritur aperies
 & illustrans omnia tenebrasque amolians, maxima lux. Decet enim nos de rebus conse-
 c

cutis, intelligere quales hæ in exordio fuissent. Tales enim postea extiterunt, qualem habuissent à principio naturam. Factumque est tunc, quod postea principiis nitens suis per omnia sæcula cucurrit. Nec vsquam dissentiunt ab extremis initia, sed horum natura, illorum est foetura. Ideo poëta dicit, opificem secreuisse primum ex aceruo, id est ex aquis, abscidisseque puriorem ac meliorem substantiam. Nonne vides id ipsum in omni natura, actione vehementi, optimaque secerni? Sic oritur ac secernitur per calorem, ex sanguine spiritus, sic aquis extenuatis à sole, efficitur purior his aër. Itaque & æthera, id est liquidiorum substantiam, genitum ex aquis in illa commotione credendum. Vides ex aquis nasci aurum, nasci argentum, lapides pretiosos. Quis filici & ferro ignem inesse putasset, si non vidisset: quãdo ne inest quidem: sed mirabiliter oritur his attritis. Duo autem mirabiliter, quod cum terra & ignis sint duo tam disparia elemëta, subito nascitur ignis, ubi non esset, vt ex nihilo nasci videatur, Mirabilius autem, vt ex attritu aquarum idem generetur. Si natura potest, ex aquis ignem accendere, idque sapiissime facit, quanto potentius id fecisse Deum credendum est, autorem naturæ, vt compulerit ex aquis oriri puriorem substantiam? Hanc ob causam, æthera cælestesque substantias dixerunt ex aquis esse creatas, & nomen habuit cælum apud Hebræos Shamaim, quod sonat aquas igneas, tum poëta canit:

שמים

Ouid. ibid.

Et liquidum spisso secreuit ab aëre cælum.

Ex aceruo, scilicet illo cæco & aquis eduxit ac deprompsit ætheriam substantiam. Hoc & Salomon sentiens, cum in creatione rerum quam breuiter & compendiose tradiderat Moses, despatiaretur dixit, Quãdo certa lege & gyro vallabat abyssos. Quod Hebraice habet פרוכרוב. Cum poneret ordinaretque ambitum, siue sphaeram super faciem abyssi. Innuit enim super abyssum à principio cælestem orbem Deum posuisse, quasi cum abyssu continuatum, ac cognatum. Omnium igitur rerum fuit terra & abyssus origo: terra animalium & plantarum, sed non sine complexu aquarum: aquarum substantiarum cælestium, quas solus, qui creare principia earum, potuit excudere. Vt autem nubes ex aquis tenuatis crassescunt, eademque accensæ incredibile lumen reddunt, aptissima ignis sedes, ac conceptacula, sic factum est ex his cæleste corpus, paulò magis densatum & constipatum, eoque leuis est æther, tenens supernas natura regiones. Mihi quidem ante oculos occurrit columna ignis, quæ noctu tenebras vsquequaque propellens, conluceret Hebræis ea vice solis erat illis, erantque nubes vt locus declarat, instar oblongæ in mediò aëre columnæ. Denique omnia perspicua sunt aquæ, vt aër, Chrystallus, vitrum, lapides pretiosi, humores oculorum. Ex aquis ergo, & aër est effectus, & corpora cælestia, vt nubes, sed his densiora. Idem fuit ætheris, atque aëris principium, & nunc quoque ex aquis vapores aërii, ex his igneæ trabes, Cometæ, Stellæ cadentes, quæ hoc solo differunt ab illis cælestibus, quod illæ perpetuo constant, intra certos limites ab artifice coactæ, hæ fluxæ sunt, & dissolubiles. Plato vir sapientissimus, ob hanc causam dissolubile ratus est corpus cæleste. Videbat enim id eadè ex materia, atque omnia lucetia, & perspicua cõstare. Rectè igitur & ex intimis philosophiæ, theologiæque arcanis, ex Chao nata veteres omnia prodiderunt, & Moses ante creationem cælestium terrestriumque rerum, Thohu & Bohu, terram & aquam commemorauit, vt omnes intelligerent, inde cuncta fuisse deprompta, & prudētissime alij sylluam, alij homoiomeriam, id vocarunt. Trahunt igitur omnia ab his duobus originem. Hoc spiritus diuinus agitabat, quatiebatque, aquas dirimens, & educens ex his cætera principia. Prius ergo terra & aquæ factæ sunt, ex his cælestis substantia, & ea quæ in terris. Atque huic vsque spiritum animatorem, postea & conditorem cæli sumus interpretati.

Spiritus domini ferebatur.

Spiritum, animationem, halitum, vitamque omnium rerum, omnium naturarum administrationem prior sensus docebat. Est alius sensus huic finitimus ac simillimus, ferèque idem, sed fortasse verior. Varius est enim spiritus in scripturis: Est primum animatio, satus viuificatio: est item spiritus sapientiæ & scientiæ. Talis spiritus erat prophetandi futuræque prospiciendi, nobilissima scientia, & sapientia, Dei propria possessio, quam hominibus cõmunicare solitus esset. De sapiente igitur tabernaculi artifice Bezaleel dicit Deus: Repleuit eum spiritus sapientiæ: Hebraice רוח חכמה ruach, chokmah. Ibidem de eodem: Et repleui eum spiritu domini: Hebraice רוח יהוה ruach elohim, eodem modo vt loquitur hic in Genesi Moses: Ibique obseruandum est, quod eundem post appellat spiritum domini, quem paulò ante spiritum sapientiæ. In libro Numerorum dicitur Mosi, Auferam de spiritu tuo, tradamque eis, vt sustentent tecum onus populi. Non procul inde, Descenditque dominus per

Spiritus Varius in Scripturis.

Exod. 28. 31.

Anubem, & locutus est ad eum, auferes de spiritu qui erat in Mose, & dans septuaginta viris. Cumque requieuisset in eis spiritus, prophetarunt, nec vltra cessauerunt. Ibidem cum duo, qui in castris remansissent, eodem afflati spiritu prophetarent, nunciarentque id Iosue vt eos prohiberet, Moses, increpans eum dixit: Quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis dominus spiritum suum? Quibus exemplis, intelligimus spiritum domini, esse spiritum sapientiæ, esse intellectum, sensum, sapientiam infinitam Dei & incomprehensibilem scientiam. De qua etiam David, Quo ibo à spiritu tuo, id est sapientia, scientia, cognitione. Quibus etiam perspicuum est similiter ist hic in Genesi locum esse exponendum, vt spiritum domini, sapientiam eius intelligamus, æternamque eius, omnium inueniendarum rerum prudentiam. Quæ superuecta aquis, & mouens eas operansque cælestes substantias ætheriosque orbis, quod opus, diuinam maxime testatur sapientiam, ex his educeret. Declaratur hoc ipsum alijs scripturæ locis, qui perspicue docent, esse spiritum diuinum, sapientiam Dei, quæ ante omnia, omnibus præfuerit, intelligendum. Salomon exponens ferè theologiam Mosaicam, multis, mirisque laudibus vehit sapientiam, eam dicens habuisse Deum in omnium rerum creatione sociam ac participem, dans illi non modo antecessorem ad cæteras res, sed etiam æternitatem. Ac qua gratia spiritum domini ante opera, ante mundum ornatumque rerum præmiserit Moses, optimis sententijs declarat Salomon. Ostendimus enim idem esse spiritum hic & sapientiam, sicut superiora declarat exempla. Sicut ergo refert spiritum Dei qui aquas creasset, superuectum aquis, vt cælum, syderaque crearet: sic Salomon attribuit sapientiæ diuinæ omnem creationem: Dominus inquit, sapientia fundauit terram, quod pulcherrime Hebraice בְּחֹכְמָה יָסַד אֶרֶץ Bechokma Iasad Arez. In sapientia, vel cum sapientia fundauit terram: Totius mundi fundamentum, terram principio iecit, & stabiliiuit. Deinde stabiliiuit cælos prudentia, pro sapientia, Hebraice תְּבִינָה Thebuna, id est, intellectu intelligetia. Cape igitur dictum Esaiæ, Et repleuit eum spiritu intellectus: pro intellectu, est Thebuna. Ergo Thebuna, id est intellectus est spiritus. Is erat spiritus domini, nempe intellectus, sapientia, quæ etiam terram ante omnia fundauit, & cælos stabiliiuit. Nec possum admiratione satiari, quomodo fuerit hoc à veteribus Græciæ theologis cognitum, & celebratum. Siquidem cum spiritus domini, isto loco designet intellectum, mentem, quæ ex aquis mirabilia cæli opera produceret, video Anaxagoram, id est mentem, siue intellectum, ad Chaos & congeriem vt separaret, & crearet, adhibuisse. Video id ipsum Platonem, Socratem, plurimosque alios asseruisse, quos & poëta secutus. Hanc Deus & melior litem natura diremit. Qui etiam, nun illam Græcam, video esse Thebuna Hebraicam, siquidem banum intellectus dicitur Hebraice. Detraxe igitur Græci primam syllabam, sicut in θεραπεύω Therapeuo, id est sano, quod Hebraice רָפָא rapa, priorem addiderunt: plurimamque id genus. Ergo quod apud Anaxagoram, cæterosque est νοῦς, nus, hoc apud Mosen spiritus domini, qui idem est spiritus sapientiæ, & intellectus. Prosequitur Salomon, Scientia illius eruperunt abyssi, ecce idem sunt, sapientia Dei, & intellectus, & scientia, quæ hic & alibi, à Mose, cæterisque prophetis, spiritus domini dicuntur. Nam Esaias cum dixisset, Et requiescet super eum spiritus domini, declarans quàm multiplex, quantarumque viriū esset spiritus, adiecit, Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij, & pulchritudinis. Hunc spiritum ne mireris & ad creationem, & ante creationem asciuisse Mosem, audiendus est tibi Salomon, de sapientia dei tam multa, miraque canens, Deus, inquit, loquens ex persona sapientiæ, possedit me in initio viae suæ, sic enim Hebraice נִסְּתָה נִסְּתָה. Viam autem appellat, opificium, rationem, ingressum modum creandi, ipsamque creationem, quam viam, quasi inuentionem, operationemque Dei vocat. Antequam faceret quicquam. Ab æterno, antequam esset terra, ante abyssos illas terris incubentes, ante montes & colles. Dum stabiliret cælum, dum sphaeras cælestes super abyssum extenderet, sociam se Deo fuisse gloriatur cum eo cuncta componentem, & operantem. Spiritus ergo Dei, id est, sapientia, quæ erat ab æterno, iure ad mundi adhibetur à Mose opificiū, sine qua, nec terra fundari, aquaque spargi desuper, nec stabiliri, & conglobari cælestes orbis potuissent. Esse autem spiritum Dei ipsam sapientiam, declarat idem siue Salomon, siue Philon, quod testimoniū quoniam est præclarum, multisque vsurpatum, profero suis verbis. In libro sapientiæ diffinitur, sapientia ea quæ spiritus esse dicitur, ἡ δὲ γὰρ αὐτῆ πνεῦμα νοερὸν, ἄγιον, μονογενὲς, παλμμερὲς, λεπτόν, ἐὼλόνητον, τρεῖς ἄνωγειον, σαφὲς, ἀπῆμιαντον, φιλάγαθον, ὄξυ, ἀμάλυτον, εὐεργατητικόν, φιλάνηρωτον, βέβαιον, ἀσφαλὲς, ἀμέμμιον, παντοδύναμον, πανεπίστοπον, καὶ ἀπὸ πάντων χερῶν πνευμάτων νοερῶν κεραιρῶν, λεπτοτάτων, πάσης γὰρ κινήσεως κινήσιμότερον σοφία. Est enim, ait, Sapientia, Spiritus intelli-

Proverb. 3.

Proverb. 6.

Mercurius Trismegistus.

Iob ante Mosē.

Tria principia rerū.

Pater Filius.

gens, Sanctus, vngignitus, multiplex, sine mole, mobilis, penetrabilis, infici non potens, clarus, innocuus, bonarum rerum amator, acutus, solutus, beneficus, humanus, stabilis, tutus, securus, omnipotens, omnibus prospiciens, per omnes spiritus intelligibiles, puros, tenuissimosque penetrans. Omni enim motu velocior est sapientia. Hæc & plura alia, quisquis ille fuit. In quo illud est mirabile, quomodo cum Mose & mercurio tantopere conueniat. Siquidem Mercurius Trismegistus Mose fere equalis, spiritum, quem Moses ait, delatū super aquas, eisdē prorsus vocabulis, quibus est Salomon, vel Philon vsus appellet πνεῦμα λεπτόν, νοερόν. Spiritum nudum intelligentem, vt in annotationibus ex verbis Mercurij in Pimandro citauimus. Quem animorum concursum non sine stupore considero. Aut enim est ordo à primo homine succedentis & per omnia sæcula delabentis doctrinæ: aut is ille de quo loquimur: Spiritus diuersis temporum interuallis sese in humana pectora insinuans, eundem se omnibus ostendebat. Quod Sapiens ipse testatus etiam est, καὶ ἐστὶ γενεὰς εἰς ψυχὰς ὁσίας μεταβαίνουσα φιλίας θεός, καὶ ἀποφίτου καταισιεύσει. Et singulis, inquit, aratibus in sanctos animos transiens, amicos Dei, & prophetas facit. Cum Mose autem mirabiliter consentit, vt quasi interpretis eius videatur, quod quem spiritū ad rerum creationem, & ad opificium aquarum ipse adhibuerit, interpretatur, dicens: fuisse sapientiam. Cū ergo Mercurius spiritum illum Mosis dicat πνεῦμα νοερόν λεπτόν, ille autem sapientiæ laudator, interpretetur sapientiam, diffiniatq; eam spiritum intelligentem, & nudum, certe perspicuū est, spiritum domini qui ferebatur super aquas, intelligendam esse sapientiam diuinam, quæ ex aquis eas agitans & vt opifices solent, ciens, cælestes formabat substantias. Quod alius antiquissimus theologus ante Mosē, id est Iob, mirabiliter testatur his dictis, Spiritus domini ornauit cælos. Claret ergo spiritum intelligentem esse sapientiam. Admirando autem expleri nequeo, considerans quod reperi sacramentum. Etenim apud Platonicos, tria cū sint rerum principia: τὸ ἀγαθόν, ἡδὴ, ψυχή. Excellentissima primaque Bonitas: Mens, siue Intellectus: Animus, vel animatio: eaque à vetustissima theologia (nam & apud antiquissimos habentur) descendant: tam priores illi, quàm posteriores cogniti & comperti sunt primum intellexisse fontem bonitatis, ac diuinitatis Patrem ac genitorem: secundū ipsum Filium, quem mentem genitam ab æterno à patre, ipsam autem mundi, omnemque rerum genitricem dicebant, vt nostrarum conformationū libri ostendunt. Hanc mentē cū Anaxagoras, cæterique ante eum complures ad mundi creationem adhibuerint, spiritus autem apud Mosē sit, id quod apud Anaxagoram mens, hunc autē spiritum sapientiam Dei diffiniat, deinde fateatur eam esse, ἀπόλασμα γὰρ ἐστὶ φωτός αἰδύς, καὶ ἔσσηρον ἀκτιλίδων τῆς τοῦ θεοῦ ἐνεργείας, καὶ εἰκὼν τῆ ἀγαθότητος αὐτοῦ. Hoc est, Radius est luminis æterni, & speculum virtutis diuinæ carens omni forde, & imago bonitatis eius. Ex his apparet filium Dei esse, quē spiritum super aquas dixit Moses. Mens enim apud Græcos theologos, est filius Dei, ad creandum cælum & terram adhibita, apud prophetas spiritus domini exornat cælos, est sapientia, est radius, & speculum diuinæ bonitatis, quemadmodum videlicet apud Græcos, qui mentem à summo bono fulgere dicebant. Sapientia autem & radius summi genitoris est filius. Ergo hunc Moses dixit & spectauit quando ait, & spiritus domini ferebatur super aquas: eodem enim omnes consensu filium Dei, cæli & rerum creatorem asserunt, diuersis eum nominibus, sed eundem sonantibus, appellantes. Anaxagoras ἦν, intellectū, mentem rerum ornamenta depromentem: Moses spiritum domini: Salomon, sapientiam: Philon, siue Salomon, & sapientiam, spiritum purissimum, & intelligentem, tum radium & exemplum, imaginemque summi boni, summamque concordia decernitur ab omnibus cæli conditio filij Dei. Siquidem & alius propheta, eundem & verbum Dei, & spiritum eius perinde atque Moses, appellans, adscribit ei cæli & omnium syderum constitutionem. Verbo ait domini cæli facti sunt, & spiritu oris eius omnis ornatus eorum, vt habet Hebraicū זבאם Zobaam. Quam sacrosanctam theologiam, mirabiliter demiror etiam Orpheo fuisse perspectā, qui & verbum Dei commemorauit & formatore eum dixit vniuersi, ad filium scribens:

Εἰς δὲ λόγον θεῖον βλέψας τότῳ προσέειπε
 Ἰθυῖων κραδίνης νοερόν κύτος. εὐ δ' ἐπιβόησε
 Ἀτρετῆ μέγιστον δὲ ἐξ ὅρα κόσμου τυπώτιον.
 Inque Dei verbum aspiciens, huic semper adesto,
 Desigens animi altas lucas, perge viamque
 Rectam & qui solus dedit orbi, cerne figuram.

In verbum

A In verbum diuinum mundi formatorem hortatur filium Musæum, semper intueatur, Formatorem mundi, dicēs sicut Anaxagoras ἦν intellectum, quam digessisse Chaos, formamque mundo dedisse semper prædicabat. Quod & Platoni fuisse cognitum, est supra quàm dici possit admirandū. Cui notum fuit ornatū, & certos ac cōstantes cæli motus à verbo diuinissimo fuisse repertos. In Epimionide: μήτε τίνα γένοντι τίσι μὲν, ἐν ᾧ διεξέρχεται τὸν αὐτὸ πᾶσι ξυμμοποτελῶν κόσμον, ὃν ἔταξε λόγος ὁ πάντων θεότατος ὀρχητὴν. Neque tempus, inquit, vllum stellis venerandis præscribamus, in quo vnaquæque proprium orbem conficiens ordinem abfoluit, quem spectabilem, oculisque notum omnium diuinissimū verbum instruit. O Deum immortalem assertorē tam clarum esse Platonē Hebraicæ theologiæ. Hebraica enim theologia dicit: Verbo domini cæli facti sunt. Plato autem, diuinissimum verbum, motus illos cæli rationesque cælestes ordinasse. Si enim motus, vtique & ipsa corpora mota, & orbis eorum. Vt etiam agnoscas spiritum apud Mosē, subito in vestibulo creationis ascitum, esse sapientiam diuinam, quæ more Hebraicæ linguæ dicitur spiritus. Latini quoque ingenium spiritum dicunt. Hanc autem sapientiam esse filium Dei, & filio Dei dari ab omnibus sæculis, à toto mundo, ab omni philosophia concorditer rerum creationem, testes sunt in-tonantes & sæpe in aures nostras idem repetentes permulti. Hoc enim est quamobrem filius dei appellatur cōcorditer ab omnibus λόγος id est verbum, ratio, principium, inuentio, interpres Dei, missus ad rerum creationem. Hunc Caldæi, Sibyllæ, Mercurius, Orpheus, Plato, Philon, Numenius, Amelius, rerum creationem appellant, celebrant, adorant, ex-
 B presse dicentes ei datam à patre rerum creationem & administrationem: patrem esse summum bonum, summam diuinitatis arcem, habentem filium, quo tanquàm ministro, nuncio ad omnia vtatur, ad creationem primum, tum administrationē & prouidentiam. Pauca quædam ex fontibus eorum delibabo. Nam Sibyllæ, & Orphei, & Mercurij, tum nostri sæpe, tum cæterorum libri demonstrant testimonia. Philonem autem ac Numenium hæc confitētes scias, filiū esse Ideam Idearū, Ideam archetypā, originariā, vt filius Dei, sit quasi mundus νοητός intellectualis mundus, idealis ille mundus, illa ratio rerum vasta, vniuersalis, plena originū, fons originū, εἰδὲ τις ἐθελοῦσα γυμνότερον γένησασθαι τοῖς ὀνόμασι, εἰδὲ ἄν ἕτερον εἴποι τὸν νοητὸν κόσμον, ἢ θεὸς λόγον, ἢ δὲ κόσμον ποιῆντος. Quod si quis velit, inquit, loqui nudius & apertius, remota omni obscuritate, nihil aliud dicat esse mundum intellectualem, vel idealem, quā verbum Dei creantis ipsum mundum, ait Philon: vt ostendat perfectissimum archetypum, vniuersalemque rerum rationem verbum Dei, qui & sapientia Dei. Iurēque Deus creaturus mundum, per verbum suum, & sapientiam suam creauit, in qua erant omnium rerum idealiter, virtute quadam diuina, origine, atque primordia: & iure narraturus creationem rerum Mosēs, nominauit ante omnia hanc sapientiam, eam appellans iuxta sermonem suum, spiritum. Quem idem Philon, propter luminum cælestium creationum, propter eorum creandorum scientiam cum illo insitam, & natam, existentemque semper πανούργειον, quasi luminositatem, omnium inuenit vocat. Eidem dicit datam à parte omnium rerum administrationem, appellans eum legem vniuersi, & ὑπαρχον magistratum, officijs Dei patris sui fungentem. Orientem quoque iuxta Zachariam, iure eum appellari, quia primogenitus prodiit ex ore patris. τὸν μὲν γὰρ προσέβουτατον ὁ τῶν ὄλων ἀνέτηλε πατήρ, ὃν ἕτεροθι παρὰ τὸν ὀνόμασε, καὶ ὁ γεννηθεὶς μὲν τοῖ μὲν μὲν μὲν τοῖς τῶ πατρὸς ὀνόματι, ὁ δὲ τὸς παραδείγματι ἀρχέτυπα τῶ εἰκόνος βλέπων ἐμὸς φῶς τῶ εἰδῆ. Hunc antiquissimum (id est æternum, vt Hebraice solet dici, qui antiquum dicunt æternū, & mundi æternitatē, Kadmut, id est antiquitatē) hūc, inquit, æternum genuit pater omnium, quem alibi vocat primogenitum. Genitus autem ipse imitans vias paternas, & ad exemplaria eius respiciens, creauit species. Sic ille. Intelligimus creationem esse primogeniti filij, vias paternas imitantis. Hæc est enim doctrina etiam Christiana. Ergo formator ille apud Mosē spiritus, est filius Dei primogenitus, sapientissimus, patris sui imitator. Numenius autem Pythagoreus, quod maxime est admirandum, ait patrem vacare ab omni opere, data filio omni creatione & administratione, totiusque regni prouincia, τὸν μὲν πρῶτον θεὸν ἀρχὴν εἶναι ξυμπαύτων, καὶ βασιλέα, τὸν δευτέρου δὲ θεὸν, ἡγεμονεῖν δι' ἕσπερον ἰόντα. Cito enim Græca, vt sit apud omnes, quod restor, clarum, fidele, pluraque philosophatur eximia, stupenda, profundissima de patre fonte diuinitatis, de filio creatore, quem mirabili consensu, omnes Platonici, sequentes antiquissimam theologiam, vocant δημιουργὸν opificem, propter creationem, quam omnes sciebant esse filij Dei, Ac Plotinus interpretans Platonem, qui in epistola ad tres amicos, vocat filiū Dei, ἀίτιον, id est causam, propter creationem, mirabilia

Filius Dei cur λόγος dicitur.

Deus spiritus, sapientia.

differit, quæ si citarem, quoniam copiosissima sunt, non carerem reprehensione. Ad alia ait *Opifex ait mens eius est, scilicet patris. En quem Anaxagoras mentem Plato opificem in Timæo dixit: hunc filium Dei, vel Deum secundum, ut illi loquebantur, dicit Plotinus: cum vero ait, κρείττον ἀπάντων νῦν, ὅτι τ' ἄλλα μετ' αὐτῶν, Ante omnia mens, & melior omnibus, quia cætera post illam: indicat creationem per mentem, supra quam ex sententia Platonis confitetur esse summum bonum, ipsum nempe patrem, ipsam autem mentem, omnium aliarum rerum primam. Obseruamus igitur apud Platonem sequentem veterem theologiam celebrari Deum, λόγον δημιουργόν, νῦν, ἄπειρον, opificem, mentem, causam, verbum, quæ sunt nomina filij Dei, exponētibus etiam ipsis Platonis, & veritate ipsa manifesta. Nam Plato ubi commemorauit causam, scilicet in epistola, patrem quoque istius causæ expressit. Ergo sunt hæc nomina filij Dei, propter creationem, quam ei omnis lingua, omnis philosophia concorditer ascribit. Sic & Basilus magnus putat hic spiritum appellatam esse potuisse efficaciam, operationemque diuinam his verbis, εἰδὲ πνεῦμα θεῶν καὶ τὴν ἐνέργειαν λέγει, λέγεται γὰρ πνεῦμα καὶ ἡ ἐνέργεια. ὅτι ἀπόλλωνος ἔσται. καὶ γὰρ ὁ θεὸς τῶν μωσῆν ἀποστόλων ἀποστόλους ἐν λέξασθαι ἐδοκίμησεν, τὸ μωσαϊκῶν πνεύματος μέρος ἕσται. ἕσται γὰρ ὁ θεὸς τῶν μωσῆν ἀποστόλων. Est autem hæc efficacia Dei, filius eius. Postremo Aristobolus, qui tempore Ptolomæi floruit, explicans theologiam Hebraicam apud supradictum regem, commendat sapientiam diuinam, quam quidam ex peripateticis scripserint esse λαμπρὸς πᾶσι, quasi splendorem quendam, & radium, & lucem. Pulchrius autem & clarius noster inquit Salomon καὶ ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ γῆ αὐτῶν ὑπὲρ αὐτῶν, eam fuisse ante cælum & terram. Sic claret quem ante lucem, ante cælum, ante omnia, nominauit Moses, fuisse sapientiam Dei. Huic à patre rerum creationem datam dixere Caldæi: huc Amelius vocans verbum Dei, & admirans quæ de eo scripsisset diuus Ioannes, quem barbarum nuncupat, affirmat ante chaos, in ipso chaos stantem, quod ipse ait ἀταξία καὶ πᾶσι, digessisse, moderasse, decorasse. Hanc etiam ob causam, omni pulcherrimam Salomon appellat sapientiam, & quod cæteri omnes de rerum ornatu per mentem effecto protulerunt, hoc respiciens idem, vocat ipsam sapientiam τὴν καλλίστην γενεσιάρχης, quod sonat pulchritudinis artificem, genitricem, inuentricem, principium pulchritudinis. Denique quem spiritum spectauerit Moses, optimus interpret erit Poëta Latinus, qui eundem vocat mentem, ac spiritum:*

*Virgil. 6. Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.*

Secundum principium.

Idem igitur est spiritus atque mens. Probauimus autem apud vetustissimos Græcorum theologos, quorum Plato, Platonicique sententias sunt secuti, mentem esse filium Dei. Primum principium ad res creatas, secundum ad summum bonum, & patrem. Hæc etiam omnia cum Hebræis mirabiliter consentiunt, qui imprudentes, & secretis quibusdam machinis ad se veritate eos attrahente, confessi sunt duo miranda: primum, per secundum principium creatum esse cælum & terram: deinde per sapientiam, ex quo ut dixi, imprudentes per filium Dei, cum Græca antiqua theologia & christiana confitemur omnia creata. Colligitur autem ab eis hoc mysterium ex litteris, ex quibus exacte solent philosophari: etenim, In principio creauit, Hebraice dicitur, Breshith bara. In alphabeto autem Hebraico, Beth, quæ est secunda litera, duo, vel secundum significat. Reshit autem denotat principium. Igitur Breshith, idem est atque secundum principium. Ergo dicit Genesis: Secundum principium creauit cælum & terram. Hoc autem secundum principium est filius Dei, quem dixere antiqui mentem, creatricem mundi. Primum principium, summum bonum: secundum, ipsa mens. Aliud super eo mysterium est apud antiquos Hebræos: sunt apud eos decem sephiroth, id est decem loca, ad quæ reducunt omnes res diuinas, ut sint quasi decem fontes totius theologiæ. Perinde si quis constitueret summum bonum, deinde ipsam mentem, tum animam. Sic apud eos disponuntur quædam eiusmodi. primus fons vocatur corona altissimi, ut sit quasi summum bonum, ipseque altissimus pater, quem antiqui concorditer τὸ πρῶτον primatum, primam naturam, primum esse vocitarunt. Secundum locum possidet ea quæ dicitur, cochmah, id est sapientia. In hac igitur vel per hanc dicunt omnia creata, allegantes dictum Salomonis: Dominus sapientia fundauit terram. Me autem non dicere fictitia, præter alia, videre hæc potes apud Ramban, antiquorum, sensa exponentem. Ex quo intelligimus creatorem illum apud Mosen esse secundum principium, esse sapientiam, esse filium Dei, qui secundus est à patre, per quem omnia creata, vno ore autores sunt omnes. De quo pro cæteris Græcis concordans

Acordans cum his omnibus, Serapion. πῆς ἡ ἀρχὴ τῶν πάντων εἰμὶ ὁ κύριος καὶ σωτὴρ πάντων ἡσούς. Quod est principium omnium, nisi dominus & seruator omnium I E S V S Christus, qui est primogenitus omnis creaturæ? Per hoc igitur principium, id est per verbum suum, Deus creauit cælum & terram.

Ferebatur super aquas.

Quid spiritus faceret super aquis, quæue esset commotio, quam vox Hebraica denotat, non quidem Moses declarat, sed oraculis cæterorum prophetarum quibus erat & theologia Mosæica probe nota, & in illa vestutate cui quanto propius ad originem mundi accederet, tanto erat notior, florebant, innotescit: ex theologia Iob & Salomonis ostendo. Primum non prophetarum modò, sed omnium penè gentium litteris prædicatur, cum Deus mentem ad creationem eius, quem postea mortales cælum & mundum dixerunt, adiecisset, fundamentum ante omnia, ante cælum & astra, ante solem & lunam, ante aërem, antequam esset quicquam, terram ex nihilo & in medio nihilo, ubi nihil erat, quod postea mundi medium fuit, posuisse. Hoc cum primis testantur tres magni theologi, quorum sum ego interpres, Iob, David, Salomon, prior in sua theologia ad hunc modum: *Qui extendit aquilonem super vacuum, & appendit terram super nihil. Extensam terram super vacuum affirmat, vacuum appellans id quod erat ante terram, ante mundum: erat autem nihil, erat vacuum: Neque locus erat, neque corpus locatum. Dicit autem aquilonem, pro tota terra, præcipue verò aquilonem, quòd cum terra sit corpus vastum, longèque porrectum, partes latissimas habens, id in creatione paulatim coaluisse sicut cætera, sicut arborum & animalium corpora, necesse est. Ut autem in corpore animalium, in arboribus, in rebus artificiosis item, quædam partes prius quædam mediæ, aliæ postremæ formantur: sic oportet totam terram ab aliqua parte fuisse inchoatam. Hæc pars appellatur aquilo, pars scilicet prior, & altior, & ubi homo creatus inque lucem editus, & tota posteritas eius vixit. Ab hac parte qua terra confurgit, Mundus ut ad Scythiam, Riphæâque arduus arces Confurgit, premitur. Libyæ deuexus in Austros. Vocatur etiam à Salomone קַרְנֵי עֶשֶׂת רִמֹן caput aphaerot, id est terræ limosæ, caput terræ nascentis. Hieronymus transfudit cardines terræ, principium scilicet, ab aquilone, terræ creandæ principium, & ut terra fuit mundi fundamentum ac basis, sic terræ torius fuit aquilo, pars editior, ac melior, & habitabilior. Idcirco hæc & primum aquis detecta, & homo illic creatus est, & tota vixit antiquissimorum hominum natio. Nam cætera terræ ante diluuium non sunt habitata, & forte nondum detectæ aquis erant, sed paulatim, est in se se mare coactum, quanto magis humanum genus augebatur. Ab hoc igitur principio terra super nihilo fundata est, nihil erat, ubi glebæ illæ insigebantur, ubi camentum illud iaciebatur. Quid dico ubi? cum & ipsum non adesset. Hæc vanitas, & nihil, quod terram antecessit, ubi terra fundata est, appellatur Hebraice Thohu. Et ut loquitur Iob dicens, Super nihilo terram esse fundatam, sic forte cogitauit Moses cum dixit, Terra inanis & vacua. Ante scilicet quam conderetur, & ubi condita est terra, nihil extabat, rerum erat carentia, quasi diceret, Cum terra creata est, omnium rerum fuit absentia, ipsi que arbitror eundem prope sensum esse Iob & Mosis de Thohu, Aliud testimonium super hac re è theologia Iob, est cum interrogat cum Deus, Vbi eras cum fundarem terram? Quo loco est expressissimum, in Hebraico verbum iasad, quod fundamentum, foundationem, inchoationem quasi adificiorum, quibus magnæ moles sustineantur, significat. Hoc testimonio, magnitudinem diuinitatis suæ Deus ostendit, quòd iacere & inuenire totius mundi tale ac tantum potuerit fundamentum. Hanc rationem, quoniam stupenda, propèque incomprehensibilis erat, humana scientia nec quibus ferramentis ac veltibus vsus tantam molem posuisset, nec vnde extrahere potuerit, posset intelligi, Deus in testimonium potentie suæ citat. Ostenditur igitur quondam terram, super nihilo constipatam habuisse principium. Quis, ait ibidem: posuit mensuras eius? Quis tendit super eam lineam? More scilicet artificum, qui vel columnas, vel quadrangula, vel rotunda corpora formantes, lineis & perpendiculis vtuntur. At Deus cum pulcherrimum, immensæque magnitudinis orbem tornaret, quibus artibus, quibus instrumentis id fecerit, intelligi non potest. Poëta quoque, qui non sine afflatu loquuntur, hoc sunt admira-*

Iob. 26.

Iob. 38.

Ouid. 1.
Metam.
De laudib.
silicon.

Principio terram, ne non equalis ab omni.
Parte foret, magni speciem glomeravit in orbis,
-Tellurem medio librauerit axe.

Claudianus.

Iob. 38.

Persequitur Iob terræ miraculum. Cui columnæ & bases eius nituntur? Aut quis illi angulares lapides iccit? Vbi sunt, inquit, columnæ, & anguli quibus sustineatur? Si super nihilo fundata est, quibus porticibus, more mortalium ædificiorum, sustinetur? Aliud testimonium apud Iob de creatione terræ totiusque mundani opificij fundamēto est, cum ait: Quando fundebatur puluis in terram, & glebæ eius compingebantur. Quo loco primum sciamus, pro puluere Hebraice esse אפר aphar, quæ fuit terræ natura, dum esset aquis concreta, nondum arida, nondum habitabilis. Præclare igitur ait, Hebraicorum enim pondus verborum examinari debet. אפרו ארץ ארצה Quod quanquam noster interpret elegantiſſime reddidit, proprie tamen sonat, Dum funderet humum infusionem. Quibus verbis, quæ terræ, dum crearetur, natura fuisset, demonstratur. Glebæ enim erant fusiles ac cœnosæ, & limosæ, lentæ, vt quasi funderentur, dum in sese constiparentur. Eoque dicta est ab antiquis hyle, id est limus, & ipsam hylem iisdem veteres autore Plutarcho, dixerunt περιπλην, βουτην, ὅλην δὲ ὄλεα, ἀλλοιωτικὴν, μεταβλητικὴν. Versatilem, fluxam, totam per totum, mutabilem, & tractabilem. Audierat enim hæc in antiqua theologia. Limus ergo funditur, & spargitur, spargebatur autem ille limus à Deo tanquam fons erumpens, eratque eius creatio quasi quædam fusio, fluxusque lentarum glebarum, qualis est tota inferne terra. Talis enim fuit terræ natiuitas & conditio, qualis arborum, ossium, carnis, animalium. Principio ossa antequam dureſcant, medulla sunt lenta, fluxa, liquabilis. Arborum cortex, antequam dureſcat, succus est, in medullis contentus, liquabilis, fluxus. Sic caro antequam dureſcat, est chymus, est sanguis. Lapides quoque & metalla, primum sunt lenta, fluxaque materies, omnia autem calore dureſcunt. Talis fuit cum nasceretur terra. Quam conditionem ac naturam adhuc retinet, quippe quæ in profundis partibus, tota cœnosa est, ac limosa. Hæc glebæ liquabilis terræ, tanquam creta nascentes cogebantur à Deo, & in seipsas adducebantur. Ac vox illa Iob muzak est etiam apud alios pro eodem. Regum primo. Domini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem. Hebraice, pro cardines terræ ארץ ארצה fusiones terræ. Vides eum dicere superfusiones terræ, id est fundamenta, fluxa, lenta, lutulenta, iactum orbem. Alia ex hoc theologo testimonia non cito. Superest David, qui ait: Initio terram fundasti. Dixit initio, quod Hebraice Iephanaïm אֶפְרַיִם, id est prius, antequam, in priore opere. Primum, inquit, opus tuum terræ fuit fundatio. Hæc terræ fundatio, ante dies facta est. Nam tunc dies esse cœperunt cum sol creatus circum globum terrarum vehebatur, vicissim eum more lucernæ irradians circummeundo semper, portata semper circum terras hæc lucerna. Terra igitur quando fundata est, nondum dies erat, spatium erat aliud quoddam, quod vocatur initium, vel antecessio, seu principium. In hoc principio creauit Deus cælum & terram, vocatur Hebraice reshith & Iephanaïm: quæ quidem vocabula, etiam de cæteris dicuntur, quæ inchoantur. Itaque terra non est in die creata: nam dies fuerunt post creatam terram. Terræ autem creatio, proprio nomine dicitur fundatio, quo, & inchoamētum omnis mundanæ molis designatur, & rerum omnium profundum ac meditullium. Rursum hoc ipsum David respiciens dixit, opera diuina commemorans: Qui fundauit terram super stabilitates suas. Quo loco est vocalissimum foundationis verbum יסד iasad. Stabilitates autem similiter atque Iob dixit, eodem eas atque ille sensu appellans יסודות meconim, quasi bases, stabilimenta. Iob autem יסודות columnas. Quæ sint autem hæc, non aliud dicendum, quam quod poëta docuit, Ponderibus librata suis, & philosophi hoc esse medium mundi naturale dixerunt, sicut naturalis in altum ignis ascensus. Verum istorum ratio assignari non potest, nisi ad sapientiam, spiritumque eum refugiamus, qui ipsam quoque terram reperit, traxitque è nihilo. Reliquus est Salomon, duoque eius de fundatione terræ cito testimonia. Primum quoniam nullum potest principium considerari, vt è nihilo terra prodiret, sapientiæ diuinæ vires admirans dixit, vt superius demonstratum est, Dominus sapientia fundauit terram: estque ibi solita vox יסד iasad. Sola mirabilis illa, & infinita sapientia potuit quod non esset, exculpere & depromere, & veluti omnium initium, ac fundamentum totius ædificij iacere. Addit Salomon sociam fuisse Dei, in omni creatione sapientiam demonstrans. Quando appendebat fundamenta terræ: Hebraice, non quod interpret optime non reddiderit, sed vt ipsa verba noscantur

יסודות

אֶפְרַיִם יְסוּדוֹת אֶרֶץ bechuko mofede arez. Hoc est, cum ordinaret, institueret fundamenta terræ. Vnde יסודות chukoth, præcepta, instituta, mores, ordinationes. Omnia quæ ordine certo, certaque lege formantur: sic certa lege & ordine, terræ fundamenta iaciebantur. Post fundatam terram, ante dies, ante cælum, ante solem, abyssus siue vis aquarum penè infinita creata est, de cuius creatione eam ob causam Mosen, neque cæteros prophetas, nihil arbitror dixisse, quod creationi terræ quæ limosa, & hyle fuisse traditur, hæc item creatio sit adiuncta. Tum si de abyſſo & aquis est locupletissima mentio, contineri autem nisi terra aquæ non possunt, traditur autem expresse terræ creatio & fundatio. Profecto cum creatione terræ intelligenda est aquarum creatio. Terra igitur & aqua simul creata, simul fundata, quod & poëta confessi sunt, etiam sacrarum litterarum ignari:

Principio terram, ne non equalis ab omni,
Parte foret, magni speciem glomeravit in orbis:
Tum freta diffudit.

Ouid. 1. Met.
tamor.

Aqua igitur vel abyssus etiam creata est, duoque cito testimonia. Primum locupletissime multis verbis testatur Iob. Apud quem de creatione & opere mirando suo, Deus differens, & vt in omni creatione prima fuit, sic primum commemorata fundatione terræ, mox adiecit: Quis conclusit hostiis mare, quando erumpebat, quasi de vulua procedens, cum ponerem nubem vestimentum eius, & caligine illud quasi pannis infantiaë obuoluerem? Circumdedi illud terminis meis, & posui vectem, & hostia, & dixi, Vtique huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Hucusque sublimis theologus, cuius testimonio natales maris panduntur, conditio, leges. Natales quidem, quod similiter dicitur erupisse, vt de vulua progreditur infans. Erumpebat autem è nihilo, quemadmodum & ipsa terra. Terræ creatio dicitur יסד iasad, fundatio. Aquarum autem יסד, id est eruptio, inundatio. Quasi igitur è quadam vulua mare fluebat, non quidem, vt nunc ex aliquo loco, sed è nihilo. Ab illa eruptione, forte vocata est abyssus, Hebraice thehom, id est resonans, tumultuans; quem fragore ac tumultu, eam in erumpendo verisimile est fecisse. Conditio autem declaratur, quod statim natum, caligine circumdatum est. Quæ res & à Mose describitur. Tenebræ, ait, erant super faciem abyſſi. Nec putes tenebras, & hanc caliginem, & nubem, veras tenebras, & aërem caliginosum fuisse: sed tetra fuit, horridaque omnis cæcitas ac priuatio. Nondum enim erant dies, non iucundissima lux, non sol, non luna, syderaque cælestia. Hæc priuatio dicitur ab antiquo theologo, nubes, caligo, ארפאל araphal, id est obscuritas, horror, à Mose יסד tenebrositas, exponiturque ac declaratur theologia Mosis, à theologia Iob, quia dicit vterque super mare siue abyſſum, horrorem, & tenebrositatem, tetramque caliginem fuisse. Leges autem declarantur mari præscriptæ, quod dati sunt termini à Deo, dati montes altissimi, & immensorum saxorum aggeres, ac munimenta, ad quæ mare insanum procurrens, reflecti cogitur, vltra procedere non potens. Factique sunt hoc consilio montes, vt mare primum coërcerent, tum hæc in terris esset montium, & camporum iucunda varietas, pluraque alia commoda. Nullumque ferè est mare, si pristinum statum respicias, cui aërij montes, fortissimaque scopulorum moenia non impendcant. Hæc hostia, hi vectes à theologia commemorati. Sequitur testimonium Salomonis, apud quem æternitatem suam prædicans, sapientia se ante omnia fuisse dicitat. Nec dum erant abyſſi, & ego iam concepta eram. Nec dum fontes aquarum eruperant. Quando librabat fontes aquarum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos. Ante mare, abyſſumque gloriatur se fuisse sapientia. Quod si fuit ipsa ab æterno, fuit etiam ante mare & abyſſum, creatum vtique est mare quoniam æternorum nullum ante alterum. Abyſſos ergo numero multitudinis vocat, infinitos propemodum illos cumulos aquarum, quæ vna cum terra creatæ, circumquaque per omnem, ac super omnem terrarum orbem sunt proiectæ. Ipsum hoc clarius exprimit, cum addit: Et librabat fontes aquarum: pro librabat, Hebraice מנא baazoz firmabat, stabilibat, fontes autem dicit abyſſi, primas illas aquarum nascentes, & è nihilo scatentes origines. Firmabat autem & solidabat tum in profundis terrarum cauernis, tum eas ipsas inter se cogens. Creatæ igitur terra & aqua, quod ab omnibus constanter affirmatur, & fundata quidem & subiecta ac substrata terra, aquis autem altissimis superiectis, quas propter innumerabiles, earum copias, abyſſum, & abyſſos appellant, ac Mose & Iob affirmantibus tenebras de-

Hostia est
vectes maris
quid.

Iob 26.

Eccle. 24.
Iob 22.

super teterrimas inhorruisse: quid postea factum fuerit, ex eorundem theologorum testimonio est demonstrandum. Moses ergo dicit, diuinum spiritum super aquas; concitationem, motumque fecisse. Declaro ergo quid senserit Moses auxilio & face reliquorum prophetarum. Spiritum domini diximus intelligendam esse sapientiam; ingeniumque diuinum. Siquidem & nostri spiritum appellant sensum, ingenium, solertiam, sedibus ætheriis spiritus ille venit. Quid is spiritus super aquas à se concitatus ageret, ex theologia Iob & Salomonis ostendo. Iob qui parem cum Mose tenorem in describenda creatione fuerat secutus, terræ è nihilo fundatione, aquarum eruptione desuper, tum tenebris commemoratis, addit: Terminum circumdedit aquis vsque dum finiuntur lux & tenebræ. Qui locus quem præ se ferat sensum clarius patet ex Hebraico. וְקָוַת עַל כְּנִי טִיפַת עֵרָא וְהַלְוִי אֶת עֵינַי חֲשֵׁךְ. Hoc est, disposuit sphaeram super faciem aquarum, vsque dum finiatur lux & tenebræ. Hic non pro figura mathematica reperta, hecatombe sacrificanda esset, ut dicitur fecisse Pythagoras, sed magnæ gratiæ habendæ illi spiritui, quem inuenimus quid ageret super aquis, Sphaeram videlicet orbemque caelestem, tendebat. Maximumque habent Hebraica verba pondus, suntque valde perpendenda. Primum ait חֹךְ chok, quod declarat, ordinauit, disposuit, digessit, locauit quod maxime congruit caelestibus, quorum est inexplicabilis ordo. Deinde est חָג chag, sphaeram, orbem, ambitum, circuitum. Hinc ea voce circinum vocant Hebræi, Deinceps עַל פְּנֵי מַיִם, Super facies aquarum. Moses autem de spiritu Domini, ferebatur ait, alpenè hamaim, eisdem verbis, eodem ordine, & sensu, Ac Moses dicit, quod spiritus diuinus, merachephet, super facies aquarum. Quid valeat, quidve fonct, quid respiciat, merachephet, offero tibi duos sapientissimos interpretes, Iob & Salomonem: nunc Iob, Salomonem postea. Ferebatur ergo, Hebraice merachephet, non est aliud nisi chok chag, id est orbem, seu circum extendebat. Hoc laborabat solertissimus spiritus, is erat motus eius, stupendum scilicet infinitæ considerationis opus cæli. Hoc respiciens apud eundem Salomonem, diuina sapientia, & spiritus ille Mosaiicus de se prædicat: Gyrum cæli circuiui sola. Quod hæc vox chag, orbem caelestem designet, ipse idem Iob paulo ante testatur: Et circa cardines cæli perambulat, pro cardines cæli, Hebraice חֹךְ שָׁמַיִם chog shamaim, super facies autem aquarum hæc moles à prudentissimo spiritu tendebatur (est enim & istud profunde considerandum) quod aquarum vastitas, in tantam altitudinem ascenderet, ut earum summa facies eo in loco esset, ubi cælum est extensum, ut quasi caelestis orbis aquas contingeret. Possumus autem quoniam ex aquis ætheriam substantiam, quæ dilucida & perspicua est, coalitam & descecatam meminimus, non quidem contigue super aquas cælum extensum arbitrari, sed dum moles caelestis conderetur, tantum ex aquis fuisse detractum ac subsedisse, quantum orbis illos ætherios crearet, extenuatam in illos aqueam naturam, reliqua aër & mare esset. Si enim potest natura in purissimum chrystallum aquas mirabili modo constipare, & in tenebris lucentes quosdam purissimos lapillos ex aquis eadem natura fecit: quid poterat Deus, omnium naturarum maxima natura, repertor. Prosequitur Iob: Vsque dum finiuntur lux & tenebræ. Ex intima philosophia locus: ea enim sapientia, ea prudentia, & eo vsque factus, & protractus est orbis caelestis, super quo soli esset incidendum, quousque legitimum lucis & tenebrarum procederet interuallum. Tantum est autem noctis ac diei spatium, quantus est desuper orbis, per quem sol circumueundo, noctes ac dies efficit. Quod si duplo latior ambitus ille caelestis esset, duplo item noctes, diesque maiores, quia defertur, orbe illo superno sol, circumquaque labens per cælum. Latius igitur solis iter, còque tempus etiam diuturnius. Quoniam igitur id noctium dierumque interuallum, eaque vtriusque intermissio quærebatur, quæ terris prodesset, non noceret, eousque protractus & extentus est solaris orbis, quousque vtiliter noctes & dies vicissim interquiescerent. Obiter hoc loco apud Iob duo maxime consideranda succurrunt, de luce, & aquis. Expresse enim & clara voce fatetur theologus, super aquas iactum esse orbem cæli: ex quo intelligimus, quod Moses dixit inter aquas supernas & infernas positum cælum, non esse sentiendam sphaeram caelestem, orbemque sydereum, sed aliud quoddam cælum, nimirum aërem, aërios tractus, regionem aëriam quæ post solem est creata. Docet enim Iob (quod & Salomonem fateri paulo post ostendam) super faciem aquarum immensarum, ac primordialium, gyrum, vel circum, siue orbem cæli à Deo fuisse dispositum: non inter aquas ergo, sed super: illud autem Moses inter aquas

Aaquas, quod testimonium est clarum & perspicuum. De luce autem admonemur expresse, quod quam lucem dixit Moses principio creatam, intelligenda est lux solis, sol scilicet ipse: Hocque pluribus de causis. Post enim terras fundatas, post commemoratas aquas, asserit Iob desuper orbem, quo lux & tenebræ finirentur extensum. Moses commemoratis terra & aquis, ait lucem esse, spiritu diuino super aquis operante, creatam. Tum hanc lucem diem appellasse, tenebras noctem. En causam Iob declarat, cur sit orbis creatus, ut sol delatus eò, dies & noctes vicissim efficeret. Paulò autem post eodem loco Iob ait, spiritus eius ornauit cælos. Ergo spiritus ille Moïsi, cum super aquis operaretur, cælum creabat, certe ipsum solem quem creabat spiritus ille diuinus opificans Mosesque eum appellat lucem, Iob cælum, & chag, id est, gyrum, ambitum. Intelligo autem solem & orbem eius pariter. Ut qui dixit solem creatum siue lucem, necessario orbem quem Iob expresse, comprehenderit. Venio ad testimonium Salomonis, quod verbis & sensu idem prope est, atque illud Iob. Opera mundi antiqua narrans sapientia dicit de Deo: Quando certa lege & gyro vallabat abyssos. Ut sensum priorem & verba Iob recognoscas, Hebraica profero. וְהָיָה חֹךְ הַמַּיִם חֲסִי וְהָיָה חֹךְ הַמַּיִם חֲסִי. Hoc est. Dum ipse gyrum, vel circum, super facies abyssi. Verba in Hebraico eadem sunt atque illa Iob, חֹךְ, chag, vel chug, al pene thehom. Iob dicit positum gyrum, al pene hamaim, super facies aquarum. Salomon super facies thehom. Idem enim est abyssus apud vtrunque. Declaratòque loco apud Iob, claret dictum Salomonis. Ecce omnes dicunt super aquas positum ordinatumque orbem. Ergo dicente Mose, spiritum domini operatum super aquis interpretantibus Iob & Salomone debemus intelligere creationem caelestis orbis. Quod & Moses expresse, cum statim dicat lucem esse creatam. Cæteri ergo orbem nominarunt, lucem Moses: concurrentibus autem omnibus, intelligimus orbem, solem, lucem, tria simul creata. Orbem Iob & Salomon, lucem Moses & Iob, solem cæteri prophetae, qui solem & lucem simul commemorant. Spiritus ergo domini operans super aquis, ornauit cælum, orbem, scilicet solis, quo sol delatus, dies & noctes circum terras finiret. Continuo igitur Moses ut dixerat, spiritus domini ferebatur, id est operabatur, subiecit creationem lucis, id est solis. Hoc illud est quod Thales Milesius, maiorum dogmata secutus, eodem præcise modo atque Moses, & quos citauimus theologi locutus est. De quo philosophus noster, Thales Milesius, qui primus de talibus rebus quaesiuit, aquam dixit initium rerum, Deum autem eam mentem, quæ ex aquis cuncta fingeret. Theologi autem veriores, dicunt super aquis Deum fingentem, non cuncta ex eis fecisse, sed super eis ambitum caelestem tetendisse, quem ex aquis creasse, cum naturales rationes coarguunt, tum vero hæc ipsa quòd ideo super aquis, quia ex illis. Aquea enim est substantia ætheria. Nuncque è terra fit aqua, ex aqua aër ex aère æther, caelestis autem substantia, ætheria est. Creatum est igitur cælum à spiritu diuino, id quæ faciebat super aquis, hoc moliebatur, operabaturque. In quo clarissime, & vocalissime de se ipsa sapientia, loquens apud Sirak gloriatur: Gyrum cæli circuiui sola, & in fluctibus maris ambulauit. Sed clarius habet Græce in suo fonte γύρον ἕρποντος ἐνύκλωσαι μόνι, καὶ ἐν βῆβη ἀβύσσου ἀεὶ περιπατήσασα. Gyrum siue ambitum cæli circunduxi sola, & in profundo abyssi deambulauit. Est enim ἐνύκλωσαι, malim interpretari, circunducere, circum, orbemque facere, quàm in orbem ire. Illud denique potest comprobare (spiritum, id est sapientiam diuinam, super aquas caelestem orbem tetendisse, Mosem tradidisse, quòd multorum philosophorum ac theologorum consensu cælum ex aquea est natura, in ætheriam substantiam translata) Seuerianus ut in annotationibus ostensum est, τὸν ἕρποντον τὸν ἕρποντον ἐπὶ τὸν ἕρποντον, ἀλλὰ τὸν ὁράμενον, ἐξ ἰδαίων ἐπιπίπτειν ὁ θεὸς, πᾶσι ὡς κρύσταλλον, εἶπεν καὶ ἐν μέσῳ τῆς ἰδαίων ἕρποντος ἕρποντος. Cælum non supremum illud, sed quod videtur, ex aquis fecit Deus, cogens & stipans instar crytalli, dictòque eius, congelata est materies crytalli similis, cælum in medio aquarum. Quam Seueriani sententiam, secutus est etiam posterior Damascenus Ioannes: ἐν τῷ μέσῳ τῆς ἀβύσσου τῆς ἰδαίων ἐστραβῆθη τῷ δεαστικῷ τὰς τὸν γύρον κρύσταλλου ὡς ἴσται, ὁ θεὸς καὶ περίσπασμα εἶπεν ὁ θεὸς γένεσθαι καὶ ἐγένετο. In medio, inquit, abyssi aquarum diuino imperio roborata, firmata est, substantia quædam glacialis. Vnde dixit Deus, ut in medio aquarum fieret firmamentum. Theodoritus item pari sensu se duci permittit, loquens de firmamento, ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῆς ῥοῆς τῆς ἰδαίων ἕρποντος, συῆσθη καὶ ἡ πρώτη φύσις, περιπατήσασα γύρον καὶ περιμυῖος. Quoniam ex fluxa aquarum substantia compactum est. Et natura liquidibus durissima fuit, & solida. Hoc ipsum etiam dicitur sensisse Empedocles, de quo

Prouerb. 8.

Eccle. 24.

Plutarchus, Εμπεδοκλής περί μιν εἶναι τὸν ἕρμην, ἐξ ἀέρος συμπόρευτος ἕως πύργου, χρυσάλλοδος, Id est, Empedocles solidum esse caelum, ex aere coacto ab igne, in speciem crystalli. Idem Plutarchus testatur simile quid Aristotelem sensisse. Αριστοτέλης δὲ περὶ τῆς οὐρανόθεν πύργου, ἢ οὐρανὸν καὶ ψυχρῶν μίγματος. Aristoteles, ait, è quinto corpore, igne, aut calido & frigido caelum constare asseruit. Quamquam Chrysostomus negat sciri posse, qua substantia sit caelum, πὶ δὲ ἐπιτοίσις τῆτο ἕρμην, ἕδωρ πεπιτῆς, ἀλλ' ἀέρα πινὸ συνετραμμῆθον, ἀλλ' ἕτερον πινὸ ἕρμην, ὅτε δὲ τις ἀπλῶς τῶν εὐφροσύνων διζυλισμοῦ, Quid dicas, inquit, hoc esse firmamentum an aquam gelatam, astrictam, an aërem quandam conglobatum & condensatum, vel ullam aliam substantiam, nemo qui bene sentiat, tam facile asserat. Potest igitur, ut his relictis, ad meipsum reuertar, facile intelligi, quam recte sit interpretatum, Spiritus domini inferebatur super aquas: Id est, sapientia diuina super aquas & ex aquas caelum moliebatur. Spiritus enim eius ornauit caelum. Ex aquis scilicet solem & alia lumina fabricabatur, in tenuissimam, liquabilemque substantiam eas adducens. Vnde Basilus & sanctissimus Ambrosius cum aliis multis haerent dicto Esaiæ, volentes sibi satisfacere super substantia caeli, qui ait, Fecit caelum aërem, tanquam nubem candidam, leuē. Quod & ipsum testatur ex aquis fuisse caelum.

Fiat lux.

Descriptis principiis, quorum ad ceteras res cognoscendas scientia est necessaria, creationem aggreditur. Sic philosophi theologique omnes imitati naturam, primos habent de principiis sermones, tum quid quaque ex his ratione coaliuisset, expediunt. Principia sunt indicata ac patefacta, positus ante oculos earum rerum status, quae comitentur principia. Ante omnia fuit nihil, post nihil, initia indigesta & informia, post haec, magna mundi moles. Manus tua omnipotens, ait sapiens, κτίσασα τὸν κόσμον ἐξ ἀμύρῃ ὕλης, mundum ex informi materia creauit. Vt in animalium artificiosissimis corporibus, ex vno principio sanguine, fiunt medullae, carnes, ossa, chartilagine, & quod est omnium admiratione & artificio maximum, fit spiritus & sensus, fit vita sensibilis: sic ex vna massa sunt omnes eductae res, tanquam autem sensus & spiritus, purissimum aetherium corpus. Vt sensus ob puritatem & leuitatem altissimas corporis tenuit sedes, sic altissimam mundi regionem occupat aether, quo nihil in omni re corporea est defaecatius. Miraris quod sidera quorum censet incorruptibilem substantiam, ex eadem massa atque res subiectae, fuerint nata: sed mirabilius, ex sanguine, purissimos sensus, velocissimos illos, inscrutabilesque motus, tenuissimas sedes potestate, virtuteque mirabiles substantias procreari. Ex ea materia sidera constant, quae lucem gignit aërias, quarum si altior esset sedes, si esset & natura incorruptior, idem terris officium atque sidera praestarent. Si sapiens eas artifex validioribus vinculis alligasset, veluti aëriae stellae, solisque minores essent. Per tractum caelestem velociter feruntur, lucent & terras illuminant, ut altiores illae: quantum distat inter lapides, plantas, animalia, quae ut ex eadem origine terrestri habeant ortum, omnia tamen sunt in suo genere plurimum disparia, tantum inter aërias, superioresque lucem. Prima igitur ex aquis genita res lucida substantia sint. Hunc fuisse solem, vna tantum deterret, plures autem aliae mutant, persuadentque nos asserere rationes. Deterret, quod quarta die factum esse solem, lunam, & stellas, theologus videtur dicere. Quod autem in contrarium, tantum non vociferatu magno, nos attrahunt rationes, haec cum primis sunt, quod solus sol (dictus quia luceat solus) lucis corporeae est genitor, solus is ignis caelestis, vna terrestris mundi lucerna, quam super candelabrum mundi ut ab omnibus videretur, posuit Deus. Deinde cum à principio caelum ac terras creatas dixerit, gradum hunc primum dans caelo creationis, non possumus non eadem sententia ac cogitatione solem comprehendere. Cum caelo enim creatum esse solem, quoniam sol & stellae sunt caelum, necesse est. Qui ergo primum dedit locum in creatione caelo, dedit etiam soli. Vastus enim orbis est sol, ne aliud quidem caelum videtur, nisi sol ac sidera. An sint orbis horum corporum vectores, nec visu perspicitur, nec prodidit Moses, cui consilium vnum fuit, res visibiles describere. Nam caeruleum quod suspicimus aëris immensi est decoloratio. Non videntur autem circumplexi aërem orbis. Non quod negem orbis illos. Praestantissimum item, mirabilissimumque opus, omniumque rerum sensu carentium primum est sol, quem Homerus διὸς τέκος prolem summi Iouis, Plato filium summi boni, regem luminum caelestium Astronomi, omnium fatorem procreatorumque rerum philosophi praedicaerunt. Hunc primum ex aceruo debuit autor producere, cuius illuc

sol.

Aincubuisse prudentia cernitur, ut ante particulares effectus, vniuersales causas excogitaret. Sicut autem vnde cuncta depromeret, terram & aquas primas iecit: Sic quo aërem, animalia, plantas conderet, solem istarum rerum praemisit genitorem. Deus, sol & Homo gignunt hominem. Deus, quia solem, hominemque primum creauit, à quo tota proles semen traxit: sol, quia fouet, alitque terras. Sic leonem Deus, sol, leo, tres causae generant: sic item in plantis, Deus, sol, & palma gignunt palmam. Haec igitur cum rerum omnium terrestrium prima causa sit, sine qua nasci, fierique nihil poterit, debuit prima omnium fieri, ut eius auxilio cetera fierent. Illud quidem probat ratio primum extitisse, quod omnium futurum esset causa rerum corporearum, à quo sidera lumen, terrae & aquae foecundas prolificasque vires nanciscuntur: A quo accedente fatus, discedente interitus omnium rerum adest: primum rerum gignendarum principium, fons & origo. Iam in theologia Mosis, idem est nomen, effectusque solis atque lucis: etenim cum de sole scribit idem, Vt luceant super terra, eandem usurpat vocem, atque cum prodit primo lucem fuisse. Illic, fiat or, אור, id est lux: hic Ichair אוראד ad lucendum, vel ut luceant. Praeterea cum dixit, Fiant luminaria, eadem est vox atque eius rei, quae prior dicitur fata. Haec or, illa maor, Maor luminare vel corpus lumen reddens, quod Graece φως, or ipsa lux. Nusquam vero nomen solis, qui dicitur Hebraice שמש shemesh usurpat Moses, cum de creatione agit, ne illi quidem, vbi nemo dubitarit eum loqui de sole, quarta videlicet die, eoque non mirum, nec prima die fuisse ab eo commemoratum. Sed maluit eum tum lucem, tum luminare vocare, quod id esset efficacius nomen, & quamobrem esset creatus ostendens, Mater autem atque alitrix, & rebus ut nascantur, & videantur, animalibus ut orientur, ac videantur causa quemadmodum ait Plato, est lux, amplissima rerum gignendarum causa, qua nihil habet mundus iste iucundius, vitalius. Deinde idem esse & apud Mosen & ceteras gentes lucem atque solem, fatis superque docet loquendi consuetudo. Latini lucem vocant diem, ut ab eodem lucem, atque diem effici monstrent. Moses autem quod maximo est argumento, illam primogenitam lucem fuisse solem, idem munus huic primogenitae rei attribuit, atque ei, quae die quarta est creata. De luce sic loquitur: Et vidit Deus lucem quod esset bona, & diuisit lucem à tenebris, appellauitque diem lucem, & tenebras noctem. De luminariibus autem magnis: Fecitque Deus duo luminaria magna, luminare maius ut praesset diei, & luminare minus, ut praesset nocti, & diuiderent lucem & tenebras. Hoc testimonium sole ipso de quo loquimur clarius est, primogenitam lucem esse solem. Vtrique datur munus fugandarum tenebrarum, vtrunque ad efficiendum diem creatur. Vtroque dies à nocte separatur, nec secus loquuti sunt ceteri, atque ipse Moses:

Nam cum dispositi quaeessent foedera mundi:

Et lucis noctisque vices. Eccelux appellatur dies, & illa diei ac noctis vicissitudo diuinum opus fuisse dicuntur. Tum non aliud quam istud ipsum, quod quotidie fieri videmus, illi, sicut & Moses loquentes, innuebant. Quid quod aliis scripturae locis sol vocatur lux, veluti regum secundo: Sicut lux aurorae, oriente sole, mane absque nubibus rutilat. Quod Hebraice clarius שמש יורה בקר בוקר, hoc est: & sicut luce mane oritur sol. Quo loco sunt duo nomina, Or, id est lux: shemesh, sol. Dicit Dauid, Luce matutina nasci solem, coniungit ergo solem & lucem appellans lucem eodem atque Moses nomine. Nanque Moses ait primam fuisse creatam or, Dauid cum or, oriri solem. Esaias quoque: Non erit, inquit, amplius tibi sol ad lucendum. Hebraice sol אור לאור ad lucem. Hic quoque apparet or cum sole coniungi: ut qui dicat or lucem, necessarium dicat etiam solem. Hieremias etiam sic loquitur: Qui dat solem ad lucem diei Hebraice אור יומא לאור יומא. Vides & hic lucem cum sole, & solem cum luce ac die. Vt autem Hieremias datum esse solem à Deo, ad lucem diurnam, asserit: sic eisdem propemodum verbis, eadem sententia comprehenditur, exhibeturque à Mose. Etenim Moses, creata luce, subito primam diem ait extitisse. Non enim in die prima creata est lux, sed luce creata, dies extitit. Cape Mosen, diligentemque pensata locum. Dies ergo & lux à sole, omnium prophetarum testimonio efficitur. Psalmus quoque lucem de stellis esse fatetur, recipiunt enim à sole: Laudate cum אור כוכבא stellae lucis, stella or. Apud Iob quoque de luce haec dicuntur: Indica mihi viam in qua lux habitet, & tenebrarum quis locus sit, ut ducas vnumquodque ad terminos suos, & intelligas scimitas domus eius. Per quam viam spargitur lux, diuiditur aestus super terram. Ex his duobus locis declaratur,

sol & lux idem.

Esaiæ 60.

Hierem. 31.

Psalm. 148 Iob 38.

quam Moses quoque lucem spectauerit: Similiter enim loquitur Iob antiquus theologus, atque Moses. Generalem uterque lucem quandam, & cum ea tenebras item uterque commemorat. Apud Iob non sol citatur, sed lux: de luce solis tamen est sermo, ut ex toto patet loco. Descriptio est solis, nomenclatura expressa lucis, similiter latet in descriptione Moysis sol, palam sonat lux. Maluitque uterque dicere lucem, non solem, quia funditur passim lux vno in loco immorante sole, tum propter lucem sol est creatus, solaque lux que rebatur, hæc vna ab opifice desiderabatur. Ut antiquitate pares, Moses & Iob, sic in loquendo similes. Hieremias item capite quarto, sic loquitur: Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihili: & cælos, & non erat lux in eis. Proculdubio cælestem lucem intelligit solem, aut id quod de sole manat, propheta: Ut minime mirari debeamus, si Moses quoque similiter sit loquutus, nominans vniuersaliter lucem, non solem. Nam lux comprehendit omnia, sol exiguus est oculis nostris. Talem ergo dixit Moses lucem creatam, qualem propheta dixit non apparere in cælo. Iob quoque cap. xxxiii. sic loquitur de Deo: Subter omnes cælos ipse considerat, & lumen eius super terminos terræ. Docet Deo omnia esse curæ, eum omnia tueri & gubernare, efficere ut terræ vsquequaque illuminentur. Sic & ipse appellat solem ipsam lucem. Nam lux non sol spargitur vsque ad terminos terræ, ob id maluit dicere lucem, utpote vniuersalem, effundentem sese vbique. Hoc clarissime docet Lactantius, ut aperiat & prophetas, & Moysen, loquens de infanis idolatris. Si cæleste, inquit, lumen, quod dicimus solem, contemplari velint, iam sentiant quod non indigeat lucernis eorum Deus, qui in vsum hominis tam candidam lucem dedit: & tamen cum in tam paruo circulo, qui propter longinquitatem non amplius, quam humani capitis videtur habere mensuram, tantum si fulgoris, ut eum mortalium hominum acies non queat cernere, etsi paulisper intendens, hebetatos oculos caligo ac tenebræ consequantur: quid tandem luminis, quid claritatis, apud ipsum Deum, penes quem nulla nox est, esse arbitremur? Qui hanc ipsam lucem sic moderatus est, ut neque nimio fulgore, neque calore vehementi noceret animantibus. In his Lactantius expressè lucem appellat solem, cum ait cæleste lumen, quod solem dicimus. Ergo cum Moses lumen vel lucem dicit creatam, non possumus nisi ipsum solem arbitrari eum dixisse, quem lucem appellauit, sicut hi omnes quos diximus. Nam lux quæ penes Deum est, non est creata. Eo etiam probatur lucem corpoream, id est solem, intelligendam hic primo creatam, quod omnes propheta, qui locuti sunt de creatione, aut res creatas nominarunt, solem expresserunt, vel lucem corpoream. Psalm. 148. commemoratis angelis, ait: Laudate eum sol & luna. In quo psalmo cum res omnes creatæ nominentur, nulla alia est lux, nisi sol & luna. Item psal. 103. tota creatio nominatur, cum ait: Amictus lumine sicut vestimento, Hebraice *אור* ote, id est, amiciens, vestiens: ut possit de corporea luce intelligi, qua Deus omnia vestiat. Sic Iob loquens de creatione: Solem corpoream lucem, nominauit. Quid quod Philon ait, in omni visibili re, præcipuam primamque naturam esse *ἡγεμονικόν*, lucem, siue lumen. Hanc, inquam dicit esse *ἡγεμονικόν* rem præstantem cuncta, & præcedentem, sicut in animo mens, in corpore cor, vel cerebrum, in plantis radix. Illud ergo in omni re corporea primum fieri debuit, quod est omnium primum ac principale. Nusquam autem in diuinis literis lucem nominari proprie, nisi corpoream istam: quod si aliquando aliam, illam profecto quæ est claritas diuina, quam fuisse creatam impium est credere. Cum autem lux ista nostra manet ab igne, à nubibus collisis, à syderibus, à luna, præcipua tamen visibilium est sol *ἡγεμονικόν*. Ut fictitia sit, & à non considerata scripturarum loquendi consuetudine profecta, nescio quæ nubecula & materia quædam luminosa, ab Hebræis & nostris ascita non multis. Quod autem quarta die fertur solem & lunam atque astra Deus fecisse, ne te res turbet. Creauit enim vsque ad eam diem alias stellas: repetit autem solem, ut cum cælestibus eum adnumeraret corporibus. Sæpe Moses aliquid perfecte atque absolute descripturus, solet res superiores reperere, veluti cum de fœmina creata loqueretur, primo capite, Et creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, ad imaginem Dei creauit illum, masculum & fœminam creauit eos. Inferius autem, Non est bonum, hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Creat hoc loco fœminam, quam superius creatam tradiderat. Iterat videlicet sexti diei opus. Paradisum quoque terrestrem tunc par est consitum fuisse, cum tertia die Deus iussisset, ut virides herbas, arborisque fructiferas, tellus eniteretur. Tunc verisimile est hortum illum, arboribus, omnique florum varietate amœnissimum, qui primum in omni satu diuino locum obtineret, effloruisse, iam quod

Τὸ φῶς, ἡγεμονικόν.

A quod etiam omnes consentitur. Eodem isto loco renouatur descriptio conditionis omnium arborum, quæ prima die dicitur facta. Produxitque dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suauē. Pertinet enim ad omnes generatim arbores terræ hæc descriptio. Ibidem dicitur: Formauit igitur Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. Hoc omne dictum est superius, quando ait, Faciamus hominem. Et illud item repetitur, Formatis igitur ex humo terræ cunctis animantibus. Nam Hebraice, & formauit. Sunt alia non profecunda nobis exempla, quæ tota scripturæ lectione ante oculos versabuntur, sed omni hac præcipue. Moses rerum nascentium descriptione, in quibus ut sit vbique, quod dicitur inter se aptum & connexum, reuocat quæ ante narraisset, oculos intentos habes ad exquisitam rerum explicationem. Sic cum prima die sol conditus fuisset, quarta autem veluti minus necessaria, luna & stellæ, totisque cæli ornatus, quæ potius decorem habet, quam vtilitatem, complexus est omnia lumina cælestia, relegens quod ante ex parte tradidisset. Hoc declarat, quod in quarta die refert conditorem iussisse, Fiant luminaria, stellas videlicet omnes numero multitudinis. In quibus & solem veluti non omittendum in cælestium rerum descriptione voluit complecti, ut cum in descriptione paradisi, omnem terrarum remorauit propaginem. Quod autem in scripturis fiat interdum quod Græci dicunt *ὑπερὸν ἀπὸ ὑπερὸν*, declarat locus Genesis, cum Sara fertur a deo prouectæ fuisse ætatis, ut sibi persuaderet, filium generare non posse. Quo loco refertur: Erāt ambo senes, prouectæq; ætatis. Non procul inde rapitur Sara ob pulchritudinem à rege Palæstinorum. Quis addubitet ordinem hic esse præposterum, & raptum accidisse, cum virides essent anni, & oculis grata iuuenta, animos inflammaret amore. Sic primo satu editus sol, quarto reuocatur, ut expleat comitum numerum. Ipse quidem stellarum rex, ut omnibus corpore, sic lumine maior, affectu eius stellarum cuncta cohors. Ipse prior satus & dictus, posteriorum siderum agmen. Esse autem quamquam etiam de sole, præcipue tamen de luna & stellis quarta die sermonem, declarat quod dicitur: Ut sint in signa, & tempora, & dies, & annos, pro tempora Hebraice *מחודים* mohadim, id est solennitates, coetus, celebritates, stata tempora. Hæc autem ad cursum lunæ apud Hebræos agebantur. Sic annos lunares numerabant, id est, à lunæ cursibus confectos. Anni fiunt è mensibus, menses à cursu lunæ numerantur, dies quoque ab exorta luna. Hæcque certior temporum quam ex sole supputatio. Signa quoque magis è luna quam ex sole, cuius est motus vniformis, colliguntur. Nam nunc maior, nunc minor, nunc antegrediens, nunc subsequens solem, certissima temporum, dierum, mensium, annorum est indicatrix. Hinc eodem nomine apud Hebræos ac Græcos dicitur mensis & luna, Hebraice *יָרֵאֵךְ* iareach, Græce *μήνας*, unde Latine mensis. Quæ omnia mirabiliter etiam asseuerantur à Sirach cap. 43. Et luna, inquit, in omnibus in tempore suo, ostensio temporis, & signum æui. A luna signum diei festi, mensis secundum nomen eius est. Intelligis lunam signum diei festi, quæ hic appellantur mohadim, ab ea colligi tempora, & æui labentis indicia. Menses appellari à nomine lunæ. Homerus item in hymno à luna signa fieri docet:

*Τὸν μῆνα δὲ βροτοῖς καὶ σῆμα τέτυκται
Indicium, signumque fuit mortalibus ipsa.*

Hymno in Lunam.

Quare hæc facit tempora, menses, dies, & annos, & de ea proprie loquitur hic Moses, & sint in signa: Sol potius lucet, dans & lunæ lumen. Eoque excellēti nomine vocatus est lux, lumen: propriæque est solis nuncupatio. Or, raro de luna dicitur: quod te varia scripturarum docebunt exempla. Proprie Or est sol, proprie luna Maor, quasi lucefactum, irradiatum, accensum à sole. Psalm. Tu fabricatus es auroram & solem: pro aurora Hebraice maor. Hebræique exponunt, lunam & Chaldæus. Salomon Ecclesiastes: Antequam obscureretur lux & sol, & luna, & stellæ. Ecce lux & sol simul, quasi eadem res, plurima quoque exempla cogunt idem esse or, & solem, ut apud eundem: Dulce lumen, & delectabile est oculis videre: solem pro lumine Hebraice or, sic lux & sol, & hoc loco simul. Proprie igitur or est sol, maor luna. Et de hac proprie quarta die scribitur descripto prius sole. Cum ergo per solem omnis in terris fiat generatio, omnis aquarum in tenues vapores, purissimumque aëre resolutio, quo & animalia vescerentur, plantæ orirentur, & aëria passim genita ex aquis substantia sterneretur, hunc certe antea parari ac fieri decuit. Hinc hac creata luce, postera die, incipiens illa ipsa prima, effectus est aër, eodemque tempore, aquis arefactis, solæ marinæ restiterunt, apparuitque arida, cæteris aquis, quibus obruta terra delitesceret, in imensam aëris regionem, per solem euaporatis. Ac doceo non philosophorum solum testi-

Luna aquarū regina.

Sol omnium rerū causa.

monio, sed ipsa quoque ratione vna die tantum dissoluere in vapores solem, quantum vix tota terra capiat. Omnia enim flumina intrant in mare non crescens, eisdem semper littoribus coërcitum & inclusum. Causa est, quod quantum flumina important, tantumdem sol quotidie dissolvens reddit aëri. Quod si omnia flumina, quotidie mare subeuntia, nihil extenuante sole, in terras inundarent, eas vsquequaque complentes, ad pristinum statum redigerent. Sic illo antiquissimo sæculorum, rerumque exordio, creata luce, vna die tantum ex aquis illis est detractū, vt primum aër sit effectus, postera die patefacta tellus, cæteris diebus magis ac magis aperta. Hinc ea ipsa die, volente Deo dare in lucem terræ fructus coëpuit, editis herbis & arboribus. Quoniamq; sine luna, quæ regina est aquarū, cuius auctu augetur, decremento decrescit, maria, congelationesq; marina vix hæ nasci potuissent, iustissimis de causis post creatam lunam quarta die, quinta stat in pedes cuncta marina propago. Cum ergo hunc creationis ordinem, & ratio & philosophia demonstret, necesse est solem vt in causis habet, sic in nascendo habuisse primatum. A quo omnia nascuntur & viuunt, aër, animalia, plantæ. Tunc & dies illos vere sine coactis allegoriis interpretabimur. Veros fuisse dies, quales nostros, veram creationē, qualem deinceps principia sua sequente natura, vidimus in mundo, cognoscemus. Nam sole constituto, & igne illo rapido, & præpotenti, suspenso, perq; aquas delabente, & aër factus, & terræ nudatæ eadem opera, & plātæ omnesq; arbores progenitæ. Addita autem & luna, tota est maris progenies excitata. Factumque quod vidimus quotidie fieri. Huncq; ordinem fuisse creationis declarat ordo resolutionis. Fac vt insperato Deus solem de mundo tollat, eum apud se vel in interiora cæli reuocans, vel prorsus amolians. Primum aër horrefactus & tenebrosus, animalia & plantas interficeret. Ipse in aquas, nulla per solem facta resolutione, totus ac stillas diffunderet. Ecce autem omnes terræ breui, distillante passim aëre, fontibus ac fluminibus, & mari redundante, quia non detraheret sol, quantum flumina importassent, alluerentur. Omnis terra sex dierum spacio sub aquis esset. Cuncta enim aqua quæ vna die à sole in cælum trahitur, in mari remanens, extra littora, eo ipso die excurreret. Altera montes iam omnes separaret. Sicq; extinctis animalibus, & plantis, terra inundata aquis, aëre in aquas resoluta, deficiente die, omnia in antiquum chaos, id est, terram & aquam altissimam reuertentur. Sol igitur omnium est causa rerum, sine quo ita quinque dierum opera, (nam primā fecit ipse creatus,) fieri nequiuissent, sicut si ipse interiret, illa quoque conciderent. Nam quod de aëre distillante diximus, probatur maxime exemplo diluuij, quod factum esse aëre in humiditatem & pluuias resoluta etiam sacræ litteræ testantur. Augustinūque ait, se in quadam canonica epistola legisse, tempore diluuij aërios cælos periisse. Nunc ad sapientissimos, sanctissimosque Græciæ Theologos me transfero, quos quidem ferè concordēs cum hac interpretatione inuenies. Offendit quidē eos, quod sol creatur à Mose quarta die, vt pronuntiare prorsus primogenitam lucem fuisse solem, id eos non permiserit. Ac censent lumen, seu materiam quādam luminosam primo fuisse creatam, quarta autem die quicquid esset purius & defecacius, in solarem orbem à Deo redactum. Apollinarius, τὸ δὲ πρωτόγονον φῶς, ὅσον μὴν χρυσαρότατον, ἐπέθηκε τῷ ἡλίῳ, τοῦ δὲ λοιποῦ σελήνῃ, καὶ τοῖς ἄστροις ἐμέμεισε. E primo genita inquit luce, quicquid purissimum esset, in solem selegit, reliquum lunæ & astris deputauit. Similia ferè sensit Theodoritus, qui quærens, quidnam fuerit prima illa lux, creatis quarta die luminaribus, respondet Deum è nihilo ποιῆν, facere vel creare, ex aliquo δημιουργῶν fabricari, moliri, primūque cælum è nihilo, secundum ex aquis fecisse. Sic terram è nihilo, ex ipsa verò arbores & semina καὶ τὸ φῶς τοῖνυ ἐδημιούργησεν ὡς ἡ θέλησεν διελῶν δὲ αὐτὸ, τὸς φωστῆρας τὸς μεγάλους, καὶ τὸς μικροὺς κατασκευάσεν. Etiam lumen, inquit, creauit vt voluit, partitus autem ipsum, lumina maiora & minora est molitus. Alius quoque ἀνάνομος. Sicut, ait, aqua à principio sparsa vsquequaque in certas sedes coacta, Deus creauit mare tertia die & flumina & fontes, ἔπειτα καὶ τὸ φῶς τὸ ἐν ἀρχῇ κτισθὲν κορότερον ἀπεκεχυμένον, ἀθρόως ὑπερον τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ συναγαγὼν ὁ θεὸς ἐποίησεν ἕξω τῆς τῶν ἡλίου, καὶ τῶν σελήνῃ, καὶ τὸς λοιποὺς ἀστῆρας. Sic & lumen iam inde ab exordio creatū, cum esset vagum ac sparsum, postea quarta die, ex eo coacto fecit solem, lunam, & alia sydera. Nos igitur diceremus, solem prima die perfecte fuisse creatum. Non enim fuisset prima, secunda, tertia dies, non vesperum, nõ mane, nisi talis fuisset sol, qualis postea. Tum reperta resolutione creationis in quarta die, cessat causa, quæ coëgit ea excogitare. Sunt autem cōcordes, quod totus ille cælestis ornatus vsque ad quartam diem est absolutus. Talemq; eorum mentem fuisse credendū est. Philon quē fecutus est Basilus, vult idcirco post natas arbores solem esse creatū, vt idololatriæ dempra

Adempta esset occasio, quæ ferebat solem, rerum terrestrium autorem, ac genitorem. Cuncta hæc fecit excogitare solis creatio repetita quarta die: quam quidem repetitionem solitam fieri à Mose, inuenimus etiam à Græcis obseruatum. Vnde Theodorus censet virum atque mulierem pariter fuisse creatos, reuocans in pristinum caput, cum dicitur, Masculū & foeminam creauit eos. Id quod est in capite secundo de creatione mulieris. τότε γὰρ ἄρσεν καὶ θήλυ ἐποίησεν αὐτὸς. ἀλάλοθον δὲ ἡ εἶπεν, ὅπως μὲν τὸ ἄρσεν ἐγένετο: ὅπως δὲ τὸ θήλυ ἀρμωδῖος τῇ τῆ ἀδύμ ποιήσῃ, πλὴν τε εὐαν ὅτι σπονδάτων εὐλοιοετο (αὐτὰ μὲν οὐκ εἰρήχε, μὲν ἀναγκῆως εἰς δὴλωσιν τε τῆς τῆς νομιμάτων ἀναλαθῆας, καὶ εἰς διδασκαλίαν, εἴτε καὶ τῆς καὶ παρέθεσιν, κειμήλιον, εἴτε καὶ τῆς καὶ ἐπανάλυψιν εἰρημύθων. Tunc, inquit, masculum & foeminam creauit eos. Consequens autem erat dicere, quomodo quidem mas factus esset, quomodo autē & foeminam congrue cum creatione hominis adiungeret, inuentus esset. Hæc necessario diximus, vt sensuum clara esset consecutio, & vt demonstraremus tum ea quæ per parenthesis posita sunt, tum quæ per reassumptionem dicuntur. Hæc ille. Eadem ferè vbi animalium recapitulatur creatio, admonens: Non, inquit, alia animalia dicit Moses Deum creasse, sed de iam creatis scribit. Quod autem ait ἐπι, id est, insuper, ex quadam sermone Hebraici proprietate fit. Sicut & illud, Produxit etiam Deus de terra, sic Theodorus. Memorat ergo duobus in locis τὸ ἐπανάλυψιν. Vt & omnibus rationibus, & clara aduersantium obstantiumque solutione, sol sit primogenita lux.

Dixit Deus.

NVlla philosophia, nulla naturalis causa, sed sola loquendi consuetudo, vt hic locutiones & sermones introducantur. Priuatus mos Hebraicæ dialecti, qua & Hebræi frequenter admonent lectorem, bilshon Adam, id est, humana lingua loqui, sermones humanos sonare. Non sic Græci & Latini loquerentur. Plato quidē his vtitur verbis, quæ & propiora sunt, & Dei, hominumque communia. Fecit, creauit, vidit, considerauit: dicendi autem verbo nunquam est vsus. Nunquam etiam Poëta Latinus, sed quæ magis Deo conueniant, littem diremit, abscidit terras ab vndis, secreuit cælum ab aëre, euoluit, exemit, ligauit,ongerem secuit, diffudit freta, & cætera id genus. Ne ceteri quidem qui de rerū creatione sunt locuti. Qua autem consuetudine dant digitos Deo, dant manus (Digitus Dei est hic, aiunt magi Pharaonis. Manus mea fecit cælum & terram, sæpe audies) eadem dant linguam. Haud equidem crediderim ab aliqua ratione profectam hanc consuetudinem, sed vt in omni lingua & gente priuatus est dicendi mos, sic habere suos Hebræos tropos, ac similitudines, ac tralationes. Similitudo autem est, vt quemadmodum reges ac dictatores, imperiis solis ac dictis, immensa opera excitant, sic magno dictatore imperante, surgerent omnia, omnibus illi naturis parère paratis. Vt autem agnoscamus esse in hoc sermone non abstrusorem interiorēque aliquam rationem, sed consuetudinem loquendi solam, ex eo liquet exemplo, quod est apud Ionam: Et dixit dominus pisci, & euomuit Ionam. Hic aut iustum, motumque reconditum interpretari cogimur, potius quàm locutionem, aut similitudinem quandam esse. Qua etiam dicitur: Odoratus est dominus sacrificium. Quibus enim naribus: Est autem duobus modis figuratum & tropicū superius, quod dicitur, quod neque loqui Deus, neque irracionales bestiarum possint, quæ dicantur.

Ionae 2.

Itaque pro dictione Poëta posuit iustionem,
Iussit et ambitæ circumdare littora terre.
Hocque sonant illæ locutiones Hebraicæ:
Qui variam Phœben alieno iusserit igni
Compleri, solēque suo.

Et Claudianus.

De laudib. stilion.

Sic Deus iussit existere solem, iussit eum suo igni compleri, idcirco luminare eum appellauit. Dicere eius est velle, velle autem & posse idem apud eū, etiam autore Aristotele. Has dictiones Mosaicæ respiciens Daud, & ipse confessus est: Verbo domini cæli firmati sunt. Quæ de verbo sunt ascita à nonnullis, mihi viderentur ab eis potuisse non credi, si sermonis Hebraici nota fuisset consuetudo. Nam & Hebræi probant, dicere in sua lingua, esse quasi cogitare, secumque meditari. Dant enim dictionē etiā cordi. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Salomon: Dixi ergo in corde meo, vadam, & affluam diuitiis, & fruam bonis. Et in libris Regum: Porro Anna loquebatur in corde suo. Quæ sit autem locuta, superius ostendit. Ergo cum ait, & dixit: idem erit atque, cogitauit in corde suo, meditatus est, decreuit esse lucem. Secernentes ergo Hebraismos à naturalibus, omniumque gentium communibus locutionibus, iter ad veras rerum intelligentias tendemus. Plurimam enim submouet ex animo cognitionem fontis ex quo rerum istarū

psal. 32.

psal. 13.

Eccl. 2.

1. Reg. 1.

*Psal. 147.
Sup. 18.*

scientia hauritur, ignorantio. Ac magni refert ipsum sua verba sonantem Mosen audire. Eodem tropo canit psalmus: Emittere verbum suum & liquefaciet ea. Vult verbo diuino emisso onanem glaciem liquefcere. Eodem sensu dixit Salomon: Omnipotens Dei verbum veniens à regalibus sedibus, in media nocte in primogenitos Ægyptiorum fecisse vastitatem. Non enim hic filium Dei, qui verbum dicitur, debemus intelligere: sed imperium, voluntatēque ipsius filij Dei, eaque referre in priuatam Hebræorum loquendi consuetudinē. Tale imperium veniens à regia sede, & autoritate filij Dei, quæ ante mundum, in mundo diuinitatis suæ præsidebat, iussit primam omnium existere lucem. Explicaturque Hebraismus is in Psalmo: Quoniã ipse mandauit, & creati sunt. Loquitur enim de cælis, sine aquis. Dicitur igitur eius fuit imperium, voluntas, decretum, assentionibus Græcis & Hebræis. Theodoritus autem solertissime alium sensum istarum locutionum excogitauit. Non alloquitur, inquit, quenquam, sed vocat ea quæ non sunt. Quod si locutus est, διλον ὡς ἔστι τῆς ἀφύλων ἕνεκα φησὶν ἀλλὰ τῆς ἀοράτων χάριτι δυνάμεων ἵνα γινώσκων ὡς αὐτὸ κελαιοντες, τὰ μὴ ὄντα συνίσταται. Videlicet non propter inanimata elementa loquebatur, sed propter inuisibiles potestates, vt intelligerent, eo iubente, fieri quæ prius non essent. Omnes ergo alij, videlicet Basilij, Chrysostomus, Seuerianus, non vocem mortalem & articulata, sed voluntatem & imperium Dei sentiendum esse docuerunt, dicentes non verba hæc esse, sed ἔργων καὶ σενάσις operum molitiones. Nosq; aperuimus, vnde sit hæc consuetudo loquendi profecta.

Et vidit Deus lucem quod esset bona.

*Sermone
accommodato
ad sensum
popularem
Moses vsus*

Hoc quoque ad eandem fere rationem atque superius ex Hebraismo est profectum, vt dicat Deum vidisse, lucem esse bonam. Ea facilitate gens illa loquitur, attribuens Deo, quos à consuetudine hominum sermones sumpserit. Non enim constitutum ac certū erat Mofi apud plebem philosophari, necdum subtilior philosophia erat reperta, sed promiscui de Deo atque homine, Deo tanquam humano rege, iustissimo illo quidem & potentissimo, ferebantur. Huic & iram & indignationem, dolorem, & penitentiam, commiserationem, sententiæ mutationes, placationem, munerumque oblatorum gratam recordationē attribuebant. Quod philosophandi genus vulgarij fortasse videatur: si quis autem perspiciat, longe melius ac sanius isto posteriorum sæculorum. Genus ergo Theologiæ Mosaicæ, scripturarumque sacrarum, humanius fuit ac simplicius, & antiquorum sanam illam, incorruptamque simplicitatem retinens. Quod & apud nationes apparet floruisse, appellatum ab Aristotele, contemptim ἀρχαίων. Omnia verò antiqua hoc meliora, quo simpliciora. In hanc igitur consuetudinem referendum est, quod Theologus dixerit, vidisse Deum lucem à se creatam esse bonam: humanius scilicet quiddam dixit, hominumque sermonibus accommodatius. Quis enim adduci non debeat vt credat quæ fierent à Deo, non fuisse optima? Optime quoque locutus est Moses. Siquidem & Plato quasi ex isto loco mutuatus, asseruit opera ista mundi, mundumque ipsum esse optima, quia nefas sit, ab optimo nõ optima fieri. Quod vel à Mose, vel Mercurio, Mosis vbique æmulo, didicit. Cuius explicas Marcus sententiam, inquit: Quæramus igitur causam quæ eum impulerit, qui hæc machinatus sit, vt originem rerum, & molitionem nouam quæreret. Probitate videlicet præstabat. Probus autem inuidet nemini. Itaque omnia sui similia generauit. Hæc nimirum gignedi mundi iustissima. Fas autem nec est, nec vnquam fuit quicquam nisi pulcherrimum facere eum qui esset optimus. Intellexerunt igitur etiam illi, omnia quæ fecisset Deus, bona esse necessario, propter opificis bonitatem. Quibus verbis subest etiam pulcherrimum mysterium. Declaratur enim de quo sæpe solent animi mortaliū dubitare, an quæ facta sunt, fieri meliora potuerint. An mundus melior, homo, aër, terra, aqua, arbores meliores. Dicendum enim Deum quæ fecisset, fuisse optima, quia nefas sit ab optimo, nisi optima fieri. Nihilque eum omisisset, quod melius fieri aut potuisset, aut debuisset. Imperitis autem, aut perturbatis nõ fecus atque his accidit quorum malis humoribus infecto palato, dulcia, amara videri soleant. Sic imperitissimis Manichæis, magis portentis quam hominibus, videbantur omnia mundana opera mala, à malo principe profecta. Qui vinum etiam diaboli fel dicere non dubitarunt. Quos non Christianorum modò, sed etiam Philosophorum rationes retuderunt tanquam insipientissimos, sensusque etiam communis expertes. Duplicem autem habet naturam in omni lingua, quod dicitur bonum, non solum bonitatem, sed venustatem quoque designans. Erant ergo omnia quæ fecit Deus venusta, apta, congrua, ornata. Et prudentissimus idem scriptor pulchritudinē nominauit, nefas esse dicens quæ fierent ab optimo, non esse pulcherrima. Fertur primus Pythagoras mundum sua lingua vocasse κόσμον, ob venusta-

*Error Manichæorum
de creatio-
ne.*

Auoniam. Quæ nuncupatio proprie designat lucem, id est, cælum. Quod pulcherrime idem Orator ex Platone circaque cælum æqualiter distribuit, vt hunc varietate distinctū bene Græci κόσμος, nos lucentem mundum nominaremus. Lucentem mundum interpretatur, quod Græce κόσμος. In luce igitur, propria mundi nuncupatio. Lux vt fati, sic venustate & pulchritudine prior, primum pulchrum, prima in rebus corporeis venustas. Hinc omnia lucentia sunt pretiosa. Nihil est enim oculis luce delectabilius. Græcorum ac Latinorum est dicere γλυκὺ φῶς, dulcem, iucundamque lucem, vt & Moses bona lux, pulchra, iucunda. Hanc ob causam lucem istam, necesse est fuisse solem, quo nihil vident oculi pulchrius, & suauius, non solum omnium creandarum efficiendarumque rerum causam, sed omnium rerum primam pulchritudinem, primus sensus est oculorum, prima item in omni pulchritudine pulchritudo oculorum, in hac item lucis prima pulchritudo, omniaque fontent sine luce. Solis igitur est hæc lux, à quo efficitur lucidus mundus, & κόσμον venustatem, siue ornamentum, lucentemque mundum interpretantur. Proprijsque mundus & cosmos est cælum. Catullus:

Concussitque micantia sidera mundus. Lucret. Nec magni sidera mundi.

*Catull. A
gonauicis.
Lucre. li. 5.*

Moses autem venustam, siue bonam, vel decoram dicit lucem, vt idem sit apud Mosen bona lux, atque istos, lucens mundus: quia cosmos, id est, venustas, & lux venusta, videntur idem. In Hebraismo autem, simpliciorēque gentis eius consuetudinem referes, quod dixerit vidisse Deum lucem esse bonam. Multa sunt id genus in scripturis. Cernens autem dominus Mosen, quod pergeret ad videndum. Hebraice: Et vidit Deus quod pergeret ad videndum. Attribuunt auditum, visum, tactum, membra Deo. Eum considerantem, mirantemque opera sua propter eorum venustatem ac decorem, optimo iure inducunt. Pulcherrime quoque & superioribus similia philosophantur Græci super hac re. ἵνα πείσῃ τὰς ἀρχαίους, μὴ φέρον ἀπερὶ θεῶν ψῆφος ὀνομαζέει ἄελοι. Vt persuaderet ingratis ne vituperarent, quæ testimonium diuinum ac subscriptio, bona vocasset, dixit, Et vidit Deus lucem quod esset bona, ait Theodoritus.

Et diuisit lucem à tenebris.

Non separatim, sed eadem opera, simul creata est lux, simul disiecta, fugataq; tenebræ. Ab eodem lucis autore, qui eo condiderat lucem, quo nox ab abyssu discederet. Non post lucem creatam diuisit lucem à tenebris, sed orta luce, dies facta est. Nec aliud fuit lucis creatio, quàm noctis & diei separatio. Declarat enim quamobrem fuerit ab eo lux reperta, nempe vt faceret quod fecit. Noctis videlicet & diei spatia diremit. Tolle lucem de mundo, nox sola, horròrque dirus obumbrat. Reperta est lux, non quidem quæ totum sursum ac deorsum mundum simul collustraret, quod animalibus & plantis pestis, non salus fuisset, sed quæ vicissim per omnes terras decurrens nocte recreatas, quæ luce attractæ fuissent, pulcherrimum ordinem præberet. Voluit ergo lucem creatam id habere muneris, vt noctem diemque separaret. Idcirco nata luce, statim effectus est dies, quem dicitur Deus fecisse, quia lucis euntis in orbem, quod noctes, diēsque efficit, fuit inuentor. Idcirco enim lucem voluerit, circumcuntēque fecit, vt noctes & dies essent. Iure igitur & lucis, & diei noctisq; creator idem prædicatur. Vide igitur quod loquendi genus id sit, quasi separatim sit creata lux, & à tenebris separatim item diuisa, non simul dicit, & diuisit lucem à tenebris. Isto modo loquitur hæc lingua. Ne te igitur id turbet. Salua res est. Est quædam loquendi simplicitas. Debuerat quidem in hunc modum loqui, & creauit Deus lucem, ad diei noctisque interuallum. Interposuit autem quoddam spacium verbo, non re. Sicut in superioribus locutionibus apparebat Hebraismus. Duobusque locis dies ostenditur, cum separatio noctis ac lucis facta perhibetur, & cum fertur primus dies extitisse. Ac cum scribit Theologus, & diuisit lucem à tenebris, repetit rem superius memoratam, vt fiat lucidior, & explicatior. Debuit item veluti res eximia ac præcellens, & in rebus creatis memoratu dignissima, ac præcipua, creatio diei, à quo omnia moderantur, describi. Lux & dies principatum in omni opere diuino, primūque locum habuerunt. Ad lucem pertinet quod ait, Et dixit Deus, fiat lux. Ad diem, & diuisit inter lucem & tenebras. Idem quidem fere est lux ac dies, & vbique lucem comitatur dies, sed is fuit ordo Dei, vt ne semper eodem in loco lux commorata ab alijs terræ partibus abesset. Non solumque lucem creauit, sed talem ei ordinem præscripsit, vt absens noctē, præsens diem efficeret. Atque hoc loco multas res comprehendit ac deuincit Moses, lucem, diem, noctem, separationē, spaciumq; interiectum inter noctes & dies, licet spacium non sit vllum, nisi ipsa nox & dies. Qui fecit ergo

*Lucis creatio
quid.*

lucem mouentem sese, non tardam, non vno in loco morantem, idem diuisit inter diem & noctem. Moses dicit finem, dicit consilium opificis. Fuit autem consilium vt lux vagaretur, per omnes terras funderetur. Ex quo duo miranda opera sunt consecuta, quod lux omnibus terris est data, tum inuentum est interuallum noctis, sine quo lux inutilis, perniciofa fuisset, nihil profuisset, tam pulchram, delectabilemque rem creasse. Volo vt audias loquentem aurea Ioannem. Non citabo Græca ne sim prolixior. In libro *περὶ τῆς ἀνατολῆς καὶ ὑποστάσεως τοῦ ἡλίου*. Quod si & ipsam noctem, inquit, volueris exacte perpendere, videbis & hinc magnam opificis providentiam. Hæc tibi corpus diurnis laboribus fessum restaurat, & membra attrita & fatigata, operando remittit, reparatque vires amissas: nec solum in ea corpus labore quiescit, sed abeunt etiam curæ ex animo. Sæpe & laborantis febrem eiecit antipharmacum somnum adducens. Et vbi defecerant medicorum artes, ipsa subueniens, ægritudine corpus liberavit. Tot sunt eius commoda, tantâ utilitas, vt sine ea diem claudicare, inutilemque maiore ex parte esse oportuerit. Si quis enim submoueat cogitando requiem & remissionem & inducias, quibus cuncta quiescunt, & animus fatigatus & corpus attritum cogitatione vigenti ad subsequenter diem reparatur, videbit inutile hoc animal esse. Si enim noctes adderet diebus semper vigilans & operans, & vicens, idque aliquandiu faceret, breui moreretur, aut certe longa ægritudine confectum, nullam e die utilitatem assequeretur. Hæc aureus ille, quod ad hominem attinet, noctis utilitatem & necessitatem demonstrans. Aristoteles autem ostenderet sine nocte nihil in mundo esse posse. Nam nisi tantundem vaporum caderet ex alto, noctu, quantum die detraxisset sol, non flumina, non fontes essent, non venti, non nubes, non pluuia. Deficeret mare, quarum omnium rerum defectu cætera quoque interirent. Eadem Chrysofostomo locutus est Theodoritus *ἀναγκαῖα τοῖς ἀνθρώποις ἀμφοτέρωθεν, τὸ μὲν γὰρ τῆς ἡμέρας ἐργασίαν τε καὶ φιλοπορίαν, συνεργεῖ τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τὸ ἑσπέρουσι τὰ ὄρα μὲν, καὶ τὸν ἑσπέρου ποιεῖ τὸ ἡμέρας, καὶ τὸν ἡμέρας ποιεῖ τὸ ἑσπέρου, τὸ δὲ ἀναγκαῖον, καὶ νεκρῶν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τὸν ἐν τῆς ἡμέρας ἐργασίας ἐργάζονται, καὶ τὸν ἡμέρας ποιεῖ τὸ ἑσπέρου, καὶ τὸν ἡμέρας ποιεῖ τὸ ἑσπέρου, καὶ τὸν ἡμέρας ποιεῖ τὸ ἑσπέρου.*

Appellavitque lucem diem, & tenebras noctem.

Dvobus sensibus potest intelligi, vt vel ad ipsa nomina vocisque rerum, vel res ipsas in solidum spectet. Non fuisse videlicet factas ac notatas has appellationes à rerum creatore, sed eum statuisse de rebus ipsis, vt lux esset id quod vocatum est postea dies, quasi hoc Moses dicat. Et solem statuit esse diem. Sicut enim nõ dicendo, sed vel iubendo, vel volendo creauit lucem, licet Theologus scribat, & dixit Deus, Fiat lux: sic non expresse vocis sono, diei ac noctis nomina signauit, sed voluit lucem esse diem, & ad diem efficiendam eam creauit, vt mirabile verèque diuinum esset istud noctium dierumque interuallum. Quo sicut nihil est pulchrius ac melius, sic primum hoc, par est in omni illo primæuo opere extitisse. Lux ante omnia reperta, & cum luce dies. Hinc dulcissimus & à veterum aliquo doctissimo viro editus, totius Ecclesiæ voce canitur hymnus, quem quoties pronuntio vix lachrymas præ gaudio continere queo. Lucis creator optime, Lucem dierum proferens, Primordiis lucis nouæ, Mundi parans originem. Qui mane iunctum vesperi, Diem vocari præcipis, Tetrum chaos illabitur. Ecce sapientissimus vates intellexit lucem illam in primordio creatam, fuisse hanc, qua dies ac noctes diuiduntur. Quam prudenter ait hac luce partam originem mundi? Creatam enim luce, totus mundus editus est. Illud fuit omnium originum rerum principium, quod ipsa totius mundi declarat descriptio, cum luce creata, dies est effectus, vesperum & mane, effectus aer, seclusa aquæ, creatæ plantæ, animalia terrestria & marina, nouissime homo. Partaque est & excogitata mundi origo in primordio, inuentioneque lucis, in qua cæteræ res creandæ continebantur. Illud idem prudentissime cecinit. Qui manè iunctum vesperi, Diem vocari præcipis. Hæc nimirum Dei nuncupatio diei ac noctis. Fecit aut præcepit vt spacium à matutino ad vesperum tempus, dies vocaretur. Non indidit ipse nomen, sed edidit rem talem, vt hæc sortita sit nomina. Quoniam autem omnium antiquissima est, qua constat etiam primum hominem vsum, lingua Hebraica, fortasse vt homo est à Deo creatus, sic omnium rerum nomina credi potest eum docuisse. Constat autem Hebraicam linguam eam esse, qua primus homo, cæterique ante & post diluuium sunt locuti, quod nomina & etymologiæ nuncupationum, primorum hominum, ab ea nascantur. Siquidem *אדם* Adam ab *אדמה* Adamah terra, est nuncupatus. Sic autem necesse est priores homines appellasse terram Adamah, sicut nunc scimus ab Hebræis eam vocari, quod ab hac deductum fuerit antiquissimum nomen. Prima quoque femina dicta est *חַוָּה* Chava (Eua corrupte dicitur à nostris) habere suam in lingua Hebraica nomine

lux, origo mundi.

Hebraica lingua antiquissima. Adam.

Eua.

Anomine etymologiam. Nam quia fuit mater omnium in Chai, id est, animalium, quod de hominibus tantum videtur dici, vocata est Chauah. Et Abel dictus est *חַבֵּל* Chebel, forte littera he, in locum chet propter affinitatem transeunte, luctus, qui primus luctum attulerit patri. Is enim primus in omnibus mortalibus ante paternos oculos iacuit extinctus. Aut Hebel dictus cum littera he, id est, vanitas, quia cito euauit. Kain *קַיִן* autem dictus acquiret *קַנָּא* Kana acquirere, quia primum hunc pater adeptus est à Deo, ipso dicente, Possedi hominem per Deum. Et qui in locum interfecti Hebel redditus est patri vocatus est *שֵׁט* Seth, id est, restitutio, redditio. Omnia hæc cum sint antiquissimorum hominum nomina, sumpta ex lingua Hebraica, hanc eam esse necesse est, qua priores illi loquerentur, ex qua sibi ipsis nomina imponerent. Hac vsi sunt omnes vsque ad diluuium, postea, maxime vero cum turris ædificaretur, ad quod prodigiosum ædificium ex omnibus locis illis homines confluerunt, corrupta est in linguam Chaldaeam, Arabicam, Syram. Iniecta inter omnes diffensione, omnibusque in diuersas terras dissipatis. Ex quo facta linguarum diuersitas est. Hanc igitur linguam partim à Deo partim à primo homine cõflatam par est. Primarumque nomina rerum à Deo notata. Tum hæc & res ipsas Deum, Adam docuisse. Neque credibile sit totam linguam ab homine signatam, sed quoniam vbi creatus est, & dum crearetur, homo sese creantem Deum vidit, est allocutus, vicissimque ille hominem, quãdam inter eos linguam oportet fuisse, subito eius scientia homini donata, sicut donata est vita, intelligentia, sensus. Audiuit igitur Adam in omni eo colloquio, Deum solum appellare lucem diem, & tenebras noctem, & aeris effusionem, cælum. Quemadmodum autem, quod postea clarius dicitur, Deum, id est, filium Dei, auctoritatem ac potestatem, cui condendarum administrandarumque rerum pater tradiderat potestatem, vidit Adam, quia vidit eum & Abraham, vidit inquam imaginem suã gerentem, ad quam fuerat ipse formatus, sic audiuit eum in illa humana figura loquentem. Sermo autem fuit de rerum creaturarum nominibus, & cæteris, quos vsus postularat. Cum multa vero in quacunque historia oporteat reticere, tantumque referre magis prementia, & vigentia, multa omissa super homine, superque cæteris rebus, sola creatione, & origine demonstrata. Quomodo autem & à Deo primum reperta, & homini cum multis, præclarisque scientiis tradita, locupletata autem postea fuerit, & si theologia non laborauit referre, suspicari tamen ipsi nobiscum possumus, quod cũ diu multumque volutauerimus cogitando, hoc quod dictum est, probabilius (debet autem nostra mortalitas probabilibus esse contenta) reperiemus. Iure autè, nec sine ratione Deus appellauit diem *יום* Iom, sic enim dicitur Hebraice, ductum, vt dixi à verbo ham, fremere, strepere, consonare, quod in die cuncta fremant, & perstreant, noctu contra cuncta silèat, plenaque horroris omnia, & tenebrosa. Cœperuntque nato sole & die, cuncta perstreperere, idque tum primum fecerunt, quod postea semper factum est. Dies enim vigiliæ, nox omnium rerum quieti data, vt eorum nomina declarant. Diciturque Iom dies Hebraice, à verbo, vt dixi, ham, in futuro formatur iom, sicut à Zachak verbo, nomen & futurum. *לילה* Nox quoque congruam naturæ suæ habuit etymologiam. Vocauit eam Deus, *לילה* fortasse à Laha defatigari, in qua fessa diurna vigilia, & strepitu quiescunt omnia & reparantur, Quod pulchre Flaccus:

*Nox hominum genus, & duos miserata labores,
Rettulerat somnos, & fessa silentia terris.
Sic domo diuum gratissima serpit.* Aut ab horrore & tristitia tenebrarum. Hæc ante hominem & alia ab homine reperta nomina, à natura rerum sunt indita.

Factumque est vespere & mane dies vnus.

OPræclarum & creaturarum rerum, & earum descriptarum ordinem, iustissimum ac reuerentissimum illo quidem astiquo ac nascente conditoris, insecuto autem & adulto tempore, descriptionis seriem, creata luce, dies subito fulsit, rotarique sol, ad eum, quem constantissimum ex illo tempore tenuit ordinem, cœpit, arripiens rapidam motus sui vertiginem. Ille fuit primus dies, illa temporum, sæculorumque origo. Simul enim ait sapientissimus Plato: Cælum & tempus nata sunt, vt simul si placuerit ei qui ligauit, dissoluantur. Si cum cælo tempus creatum est, non possumus aliud cælum interpretari, nisi solem, à quo solo tempus generatur, datore luminis lunæ, à qua dies, menses & anni colliguntur, ad motumque solis lumen variante, in quo tempus inest, primus ille dies in mudo refulsit. Est autem dies idem atque lux, sed lux intra certum interuallum conclusa, duos habens terminos, mane & vesperum. Sed prima dies non habuit mane, vesperum tantum habuit, Quia mane tunc est, cum

Dies & lux idem.

sol conspectus super orizonte, lustrat omne cælum cursu vsque in occasum. At in creatio-
 ne, in medio cælo, refero enim ad situm vbi creatus est homo, vbi cæli terræq; dicta, ac pro-
 mulgata fuit creatio, vbi homo cælum solemq; suspexit, & in suum orizontem respectans,
 dies numerare coepit, creatus est sol. Vbi que quidem si ad totum orbem terrarum, diuer-
 sosq; situs respicias, est sol, in ortu, in occasu, in medio cæli. Qui cum nobis oritur, occidit
 degentibus sub nostro hemisphærio, quorū ortus, est occasus noster, & occasus, ortus. Ori-
 turque aliis & occidit, cum nostris verticibus imminet. Sed quoniam est & testimonio theo-
 logiæ, & certissimis coniecturis clarissimum, in terris nostris, dico in superiore hoc nostro
 hemisphærio & vero mundo, genus humanum habuisse principium, & constat primos ho-
 mines in Armenia, & Chaldæa, Mesopotamia, locisque passim illis habitasse, ibique primū
 totius humanæ proles fatorem creatum, & comoratum, ibique paradysum fuisse, hinc ne-
 cesse est ad hunc situm cuncta oportere referri. Vt hæc terræ detectæ aquis primum, & ad
 harum positum, sol super hemisphærium, non ab inferiore vt nunc emergens, sed in prima
 origine sua illic in cælo consistens, velut si quis accensam lucernam in laqueari suspendat, à
 Deo suspensus ille fuerit. Vt sol hemisphærium nostrum lustrare primum coepit, inde per
 totum circumquaque orbem vagatus, & ad antipodas delatus fuerit. Quod cum sit vehe-
 menter necessarium, recte ad id docendum, tradidit theologia primum omnium tempo-
 rum, sæculorumq; illum diem, non mane, sed vesperum duntaxat habuisse. Ob eamq; cau-
 sam scriptor dixit, Et factum est vespere. Nam cum in describendo vnus diei interuallo, de-
 buerit mane primū, postea vesperum censere, videlicet factum est mane, & vespere, tuncq;
 dicere, diem vnū fuisse, huncq; ordinē vbiq; Mosen seruare decuerit, ea certe cur non ser-
 uarit, causa fuit, quod primus ille dies, quia super orizonte sol est creatus, dimidius prope
 dies fuit, nec aurorā, antecedentesq; solem lucis afflatus habuit, caruitq; matutino. Eoque
 dixit, Factum est vespere. In quo ordine admiratione digno si quis introspeciat, clara mani-
 festaq; cōtinetur demonstratio, super creatione solis præcedente cæterarū rerū creatione.
 Ac quod adiecit, Et mane, Ad diem secundum spectat. Progrediens enim, & inchoatū opus
 cum tempore prosequens, totū sequentium dierū est ordinem, quasi præposterum, nisi pru-
 denter animaduertas, cōplexus: Ac cum dicit, Factumq; est vesperum & mane, dies vnus:
 Sic sonare scias, Vt vesperū primi diei, vt mane subsequens accipias, vt non cū primo die,
 mane cōprehendas, sed primi diei interuallum cōprehendentem Theologum dedisse ve-
 sperum ei scias, noctis veluti non necessariam racuisse, Non enim noctem idcirco non com-
 memorauit, quod omittere Deus opus, laboremq; interpolare cogere, sed sicut quod
 de viris dicimus, de sceminis item, cum de natura ipsa disputatur, intelligimus, licet illa si-
 leantur: Sic tametsi nō meminit, cōmemorato tamen vespero primi diei, mane sequentis,
 planè & nocturnū spacium descriptione cōplectitur. Atq; totum diuinum opus, sole crea-
 to, nocte, dieq; sequebatur, aquæ exhauriebantur in aerē, nudabantur terræ, præcipue quas
 primas sol attigisset, quasq; minus aquis Deus oppleuisset, fiebatque maximus aquarum à
 terris discessus ac fragor. Nam cum & eas sol exsiccasset, tum ad cæteras aquas circū rota-
 tus & has exhauriret, in loca caua pelagus terras patefactas relinquens, rēbat. Verique est
 simillimum, primum illum diem, fuisse ardentissimum, quod id & diuinus impulsus vrge-
 ret, & nubes ac vapores, qui solis ardorem retunderent, pauci & perexiles essent. Eadem fla-
 grantia, rapidusq; æstus est cæteris diebus consecutus. Eoq; animalia ex humo vehemen-
 ter concalefacta & confota, affatim pullularunt. Cuius rei, plura postea natura referens, &
 sequens ortus suos, dedit exempla. Eas enim terras nouimus & varietate formarum, & nu-
 mero plures bestias edere solitas, in quas potentius sol ac rectius ardores suos dirigeret. Pri-
 mus ergo dies non mane & vesperum habuit, sed vesperum tantum, quod fecit ipsa neces-
 sitas. Nam mane antecedit solem, ex inferiore hemisphærio aduentantem. Tum in matu-
 tinos prædicit lucifer ortus. Sed quos ortus prædixisset, si sol non erat satus? Nasciturque
 mane & efficitur à sole: absente sole nullum mane potuit esse. Sicque necessario, post crea-
 tum solem, secutum est vesperum & mane alterius diei, & necessario post creatum solem,
 naturali ordine commemoratur mane. Non enim nascens sol in exordio nascebatur vt
 nunc, sed subito lampas constitit in cælo. Quod argumentum clarissime conuincit, primo-
 genitam illam lucem fuisse solem nascentem, à Deo, & in exordio suo & creatione, mane
 non habentem. Quid enim solem creatum antecessit? Consule Mosen, terra videlicet, &
 aqua & tenebræ. Dicitur à Græcis mane φωσφόρος lucifer, proprie quidem de Venere, sed
 quam lucem attulisset nondum natam? Sicque non primus ille dies genitus ex mane, sicut
 nec pri-

*Homines
 primi vbi
 terrarū ha-
 bitauerint.
 Paradysus
 vbi.*

*Dies pri-
 mus fuit ar-
 dentissimus.*

*Dies pri-
 mus nullū
 mane ha-
 buit, sed ve-
 sperū duntaxat.*

Anec primæ plantæ ex plantis, nec prima animalia ex animalibus, sed diuersa fuit omnium
 tunc natorum, atque postea nascentium origo. Sic iustissime, naturalissime posuit Moses
 vesperum primi diei, mane dedit sequenti. Nam vt primus dies caruit mane, sic coepit ha-
 bere secundus. Eundemque ordinem sequitur in cæteris diebus, non curans meminisse no-
 etis. Nam & interuallum quod vno rotatu, ac vagatu efficit sol, id est, naturalem diem, vt lo-
 quantur Astronomi, respicit, & si non respicit, scimus saltē seruari ab eo primum ordi-
 nem. Bene ergo dixit tunc primum diem fuisse, cum ad occasum sol respectu illius situs, &
 occasu ad ortum rediisset. Nec fuit is animus illi, matutinum diei sequentis cōplecti, quasi
 ad complendum primum diem id exigeretur, sed cuncta connectens, & prima cum secun-
 dis, quasi coniungens, rationemque primam æmulatus vbi que, & principium, pari semper
 sermone locutus est. Hæc eadem est ratio, quod per hunc ordinem incedens, & vesperum
 antecedentis, ac mane subsequens diei colligens, perueniensque vsque ad sabbatum do-
 cet, Deum opus suum eodem absoluisse, & eodem requieuisse. Vltimum enim mane, quod
 in descriptione sextæ diei ponitur, fuit mane sequentis sabbati. Eousque peruenit opus emi-
 nentissimum Dei, exiguoque spacio, tantum, tamque immensum, per ordines naturales pro-
 grediens excitatum est & creuit. Tanto spacio initia rerum extiterunt, initia plantarum,
 animalium, quædam terræ nudatio. Pauca enim & exigua fuerunt, vt sunt, principia, sicut
 vnum hominem tot hominum fatorem creauit Deus, postea magna ex initiis creuit ca-
 terua. Hæc exigua initia sex diebus, vsque ad mane septimi. Quando autem terra & aby-
 sus est creata, non erat dies, quia nec sol nec lux, sed paulo ante lucem condita, velut ini-
 tium, Initio domine terram fundasti. Lux ergo pariter cum die: Ante lucem & diem, terra
 & aqua, id est, in initio: Cætera post lucem & sub luce. Priora illa alio spacio, non quidem
 die, spacio tamen, quod theologia vocat initium, sicut insecuta spacia, dies: quod intellectu
 facile est. Reddidimus igitur rationem, quo situ sol creatus, cur vesperum prius, postea ma-
 ne extiterit, Moseque commemorauerit: quod dies illi, veri ac naturales dies quales no-
 stri fuerint: quod prima die non est creata lux, sed lux creata fecit diem: Totamque crea-
 tionem comprehendentes dicimus, terram fuisse inanem & vacuam, id est, Deum creasse
 terram è nihilo, quod Hebraice vocatur Thohu, Bohu, Tum eundem Deum, siue spiritum
 operantem super aquas, creasse lucem: luce creata natum esse diem, imo ipsam lucem fuis-
 se diem, fuisse lucem istam diurnam, dicente Mose, Et appellauit Deus lucem, diem. Cūq;
 in ortu suo esset sol, in cælo, necessario caruisse mane, vesperum tantum, primum illum diē
 habuisse, non antecedente alio die, cuius mane esset initium diei sequentis.

*Dixit quoque Deus, Fiat firmamentum in medio aquarum,
 & diuidat aquas ab aquis, &c.*

Si mihi poetarum more, Deos Deasque omnes inuocare liceret, vt in re difficili atque ar-
 dua, & vt tempore antiquissima ac remotissima, sic à cogitatione maxime longinqua, no-
 bis præsentis essent, eamque oculis subiicerent, profecto serius numen illud esset inuo-
 candum, quod fecit & creauit, affuitque ipse operi suo. Nunc magnis difficultatibus nobis
 circumuentis, ambiguum, quid pronuntiare, quomodo, qua consecutione, post lucem crea-
 tam, cælum deinceps sit creatum, cum lucem, solem fuerimus interpretati. Solem autem,
 ipsum ex parte cælum, quod etiam profana philosophia κόσμον, id est, vt Tullius interpre-
 tatur, lucentem mundum, & cælum vocat, vt κόσμος & mundus, & cælum, & lucens mun-
 dus sint idem, lux autem cæli sit à sole. Vt lucens cælum, sit ipse mundus. Omnis autem lux
 in cælo, à sole in omnia perspicua illa, lucisque capacia corpora, dimanet. Quo fit, vt si cæ-
 lum non intelligitur sine luce, cum sol dicitur creatus, necessario fuerit & cælum compre-
 hensum. Tum illud penitus incomprehensibile, inter quas aquas positum sit firmamen-
 tum, quæ ve aquæ illæ superiores. Ad fontem igitur sacrorum oraculorum recurrentes, quem
 portum in omni difficili atq; aspera quasi iactatione & tempestate, dubitatione in-
 uenimus tutissimum, docemus aliud intelligendum hoc loco firmamentū, & cælum quam
 substantiam illam orbium cælestium, siue perpetuum quendam & terras circumquaque
 ambientem globum, quem quidem oculis non percipimus, sed tum philosophi tradidere
 nobis, tum sit ratione manifestus, quod corpora fulgentia desuper, quorumque sunt perpe-
 tui cursus & conuersiones, hos certos tenere motus non possint, nisi ab vnoquoq; orbe suo
 deferantur. Tum apparet eodem in loco cardinibus insistentibus, fieri totius simul, eūdem
 locum cunctis stellis tuentibus machinæ cælestis conuersionem, quod sine orbe qui gerat

*Firmamen-
 tum quid
 hoc loco.*

infixas luces illas, fieri non potest. Quod ut verissimum sit, quia tamen non patent oculis hiD
orbes, arbitramur autem Mosén, omnium sensibilibus, oculisque appatentium rerum ori-
ginem docere voluisse, nullum de his orbibus dicimus hic esse sermonem. Sed tum ordiné
descriptionis à natura, tum nominú proprietatem à scripturis petentes, hæc duo nomina
shamaim, & rakia, primum designat cælum, alterum diffusionem, pro aëre dicimus hic esse
accipienda, ordo autem est descriptionis & naturæ, ut post solem sequatur aër, quod arden-
tissima solis lampade inflammata, eaq; super immensas aquas, quæ nullis inferne flumini-
bus, quibus nunc, nullis superne hymbribus augebantur, iubar suum præpotens, rapidum,
demittens, magnam aëris regionem, perinde atque nunc solet, effecerit. Quod simul effe-
ctum esse, ut sol extiterit, descriptio & natura demonstrat. Quid enim aliud flagrante de-
super sole, inferius tantarum agminibus aquarú, iacentibus, & late abyfso decumbente fie-
ri debuit, quam aëria substantia, quam Deus ad infinita omnium generatim rerum cõmo-
da, sed animalium præcipue, excogitabat? Hac enim audiunt, vident, olfaciunt animantes.
Neque enim quia aer non esset, calere solis lux & radij non poterant, nam hi in aquas infi-
gebantur, ordo autem est alius post res creatas, quotidianus consecutus. Duoq; duorú die-
rum magna & admiranda opera, fecit sol creatus, imò per creatum ab se solem fecit Deus,
quod cû cum prima die statuisset, secunda factus est aer, tertia denudata terra ea aqua quæ
terram tegetet, in vapores dissoluta. Quomodo enim vnum in locum aquæ conuenissent,
quod prodit Mosés, si plena erant aquis vniuersa? omnes voragine, omnes conualles, mon-
tes item omnes essent sub aquis. Stabant enim, ait David, super montes aquæ. Quo in quâ E
modo in vnum locum secessissent? Quis enim erat locus, quin aquis esset demeritus, & cir-
cumfusus? Certe igitur id fecit denudationem terrarum, & aquarum in vnum locum con-
cessum, quod maxima earum pars in vapores aëriosq; tractus abierunt. Vno rotatu sol or-
bem circumuectus, tantas exoluit cateruas aquarú, ut tunc cælum, id est aer, & rakia, id est
diffusio aëriæ regionis effecta, mox autem & terra sit detecta. Ob hanc causam, magnam
aquarum vim Deus creauerat, ut his tum tota terra madesceret, tum fieret ex eis aer. Pars
autem quæ remansisset, esset acriarum nubium materia, & continua aeris reparatio ac re-
generatio, vnde pluuiæ venti generarentur. Nam pisciú mirabilis ac varia natura, nauiga-
tiones item, magis ad voluptatem & cõmodum quæsitã videtur. Ad vsu autem & neces-
sitatem mare, quod inde nubes, & omnes aerij vapores, quibus viuitur, erant creandi. Nam
& si è terris humefactis hi generantur, verus tamen eorum pater mare est. Hoc etiam est
quamobrem cum cõmemoratione istius cæli, miscet Mosés etiam aquarum superiorum &
inferiorum mentionem. Aquarum scilicet quæ in aere generantur, quæq; remanserunt in
terris. Quid enim oportuisset cum cælo aquas cõmemorare? Quæ cognatio? Quid simile?
Quid finitimú? Quæ præterea causa, qua ratione, à firmamento interiecto, in creatione re-
rum, tanquam mœnibus quibus superiores & inferiores diuiderentur, sunt aquæ separata?
Quicquid enim quod ante coiret, aliqua re interiecta, hinc atq; hinc partibus suis sepositis,
separatur, partes habet illas inter se adhærètes, sola mediatrice re separâte. At si firmamento
interiecto aquæ supernæ quædã sunt ab inferioribus diremptæ, deberent hinc atq; hinc E
hæc adhærere ipsi firmamento. Nunc autem videmus infinitã propemodum distantiam ab
aquis inferioribus ad cælum, siue firmamentú, ut cum creatione firmamenti cõmemora-
tas aquas esse marinas, nulla ratione factú videatur. Quæ enim necessitas, quæ ratio cæli cõ-
ditionem stabilitatemq; describentem, cogebat inferiores aquas, id est mare, cum eadem
conditione cõprehendere? Quid enim similitudinis ac societatis mari cû cælo? Quid aquis
nunc facit etiã firmamentú? Nam quod tunc factú est, debuit vsq; ad hoc tempus perseue-
rare. At mare à firmamento nihil accipit, à quo immensis regionibus & magno naturæ di-
scrimine seiungitur. Quoniã ergo in creatione molis cælestis superuacanea fuisset illa inter
superiores & inferiores aquas interfiti discriminis cõmemoratio, necesse est illud cælú in-
telligere, quod & natura cum aquis & situ sit contiguú. Ordo enim rerú est, ut terra subia-
ceat, ob id ante omnia creata, post aqua deinceps aer, qui statim interiacet inter aquas in-
fernas & supernas. Sicq; omnia elementa cõmemorantur à Mose, id est totus, qui venit sub
oculorú obtutú, mundus, Terra, aqua, aer, æther, id est sol, luna, stellæ. Terras enim & aquas
ante omnia, postea lucé, siue solé, inde cælú, id est aéré. Regiones illę celsissimæ proprie cæli
cælurú, aut cælú cæli dicuntur, quæ visibili & nostro cælo altissimæ assurgunt. Quod Mosés
qui neq; angelos, eorúq; natales, nec vitã, moresq; descripsit, tacuit, solasq; nostras, morta-
les regiones, vnde essent ortę, indicauit. Intelligitur tamé per continentia propinquitatęq;
cum

Cæli calo-
rum.

Cælum pro
aëre.

Acum isto. Cælum ergo hic designat aërem, cui supernè sunt hymbres & pluuię, infernè ma-
re. Respicit enim Mosés tempus illud antiquum creationis, quando à mari vapores eleuati,
aërem creauerunt, & de super aquæ postea generantur, medio ipso interfuso aëre. Sed de
his aquis supercælestibus latius disseramus, tum quod cælum fuerit secunda die creatum,
patebit. Sæpe quidem per obscurum, & per difficile, nonnunquam etiam inexplicabile de
supercælestibus aquis mihi visum est iudiciú. De quibus non isto modo loco, sed tota pas-
sim philosophia diuina sit mentio. Hic inter aquas superiores & inferiores interiectum fir-
mamentum asseueratur, post in descriptione diluuij, aquarum tria genera commemoran-
tur, fontium, abyssi immensæ, pluuiarum, postremo earum quæ lapsu confragoso magno-
rum catarractarum, è cælo præcipitarunt. Tum Psal. 103. Vates diuinus, opera Dei, totumq;
mundanum opificium, carmine prosequens, ait de cælo: Qui tegis aquis superiores eius.
Quod Hebraice ut locus appareat, המקור במים עליוווי. Qui contignas aquis summitates eius.
Significat autem carmen, quædam cælestia laquearia, ac quasi superiora tecta, & id quod
in cælo vice contignationis vates sibi fingebar, aquis à Deo fuisse contectum ac contabu-
latum, non secus atque domos terrestres, trabibus, asseribusq; superne soleant contegere
mortales, Quæ autoritas eos maxime in eorú opinione firmat, qui putant cælum ex aquis
solidissime concretum, inde & perspicuum esse, & firmamentum, siue validissimum robur
& crystallum appellatum. Alio quoque in Psalmo dicitur: Et aquæ quæ super cælos sunt,
laudent nomen domini. In hymno trium puerorum: Benedicite aquæ omnes, quæ super
B cælos sunt, domino. Sunt alia fortasse testimonia, quæ sacras litteras euoluentibus occur-
rent. Hæc igitur inextricabilibus angustiis nos coarctant, quod & scripturas arbitrari fabu-
losas, illisq; fidem abrogare impium ducimus: & ex aduerso quod dicitur, nec naturæ capit
ratio, nec potest percipere cogitatio. Propria enim sedes elementis datæ sunt infra ambi-
tum lunæ. Quod corruptibilem, mutabilemque omnium rerum est regnum. Quod si su-
pra cælos aquæ existerent, magna incommoda admitterentur, corruptibilibus enim his in
regione incorruptibilium rerum existentibus, & nubes illic euaporatis aquis concre-
scent, & pluuiæ quales in terris, caderent ex alto. Multæ quoque illic animantes, ac formæ
omni varietate distinctæ ex aquarum corruptione generatæ, tum in aquis natarent, tum
exirent in sicco sæpe. Deinde non est probabile Mosén describentem visibilia induxisse
rerum inuisibilem historiam, à quo constantissime se abstinet. Hanc ob causam pleriq;
inviolatam esse debere, vti est, scripturæ diuinæ autoritatem existimantes, dixerunt his aquis,
cæli quandam substantiam designari, quæ nisi ex aquis propter perspicuitatem, nõ potue-
rit concretere. Duasq; esse & repræsentari in cælo substantias, alteram igneam, quæ calore
& nitore, & luce: alteram aqueam, quæ soliditate & perspicuitate sit manifesta. Nihil est
enim cælo solidius, cuius soliditas, perennè in eo efficit cõstantiam, ut ne frustillú quidem,
tot annorum sæculorumq; decursu è corpore eius decesserit, aut quemadmodum cætera-
rum visibilium, corporearumq; rerum extiterit tabes ac dissolutio. Vixitrix omnium tempo-
rum natura, ab incredibili soliditate, incõcussaq; robore profecta, vnde plus quàm adaman-
C tinã necesse sit esse cæli materiã. Quoniam autem idem est & perspicuú ac tralucidú, vtra-
que hæc vis hinc aqueam quandã ac veluti crystallum esse molem cælestem sibi persuase-
runt. Calorè autem ac lumen diceret igni attestari. Suffragatur nomen Hebraicú, Vt enim
cælum, quia syderibus quasi cælutú sit, & exculptum, siue quia arcana multa contineat, cæ-
letq; dictú est à Latinis, Græce ὑπερανός, quasi ὑπερανός terminus supernus, extrema ora, & deter-
minatio mundi, omnium rerum superna diffinitio, sic Hebraice vocatú est שמם shamaim ab
שם igne, שמם maim aquis. Hinc Græcorú ac Latinorum quin & Hebræorum plures, nõ du-
bitarunt totã cæli cõpagem dicere quasi solidissimã crystallum, concretã, firmatãq; ex
aquis, vti gémã (si parua licet cõponere magnis) pretiosiq; lapilli, & has esse aquas supercæ-
lestes. Nihil certe de aquis illis si sunt, dici poterat probabilius. Nos auté non quidem hæc
insufficientes, quæ à doctissimis hominum iudiciis, magno consensu comprobata sunt, à qui-
bus & in annotationibus non dissensimus. Sed quia videre visi sumus quiddam aliud senti-
re scripturas his de aquis, testimonia & rationes in aliam sententiam, in medium profere-
mus. Primum asserentes fieri posse cælum, ut crystallinum sit & aqueú, idq; magis affirma-
ri, quàm negari à philosophia diuina, eamq; nos sequi sententiam: aquas autem istas esse
aliud prorsus ab hoc ipso. Nullas supercælestes aquas in sacris litteris commemorari, &
omnes locum, qui porrigat hanc suspicionem, aut non probe intellectum, aut non recte in
peregrinas linguas ex Hebraico fuisse tralatum. Hincq; errorem (vt nos quidem putamus)
c iij

Cæli soli-
dissimú cry-
stallum ex
aqua concre-
tum.

Aquas su-
percælestes
nullas esse.

de his accidisse. Hæc autem dicimus, non aliorum quorumcunque sententiã, quæ fortasse vera est, oppugnantes, sed quæ nobis ex scripturis visa sunt, ostendentes, quas nullas vsquam arbitramur supercælestes aquas agnoscere. Ac refugio Hebraicarum litterarum vsi, quarum cognitione, multa intelliguntur, quæ à cæteris quod earum sensa, ex linguis externis hauserunt, non percipiuntur, veriorem sententiam existimamus, nullas super cælum aquas à scriptura constitui. Declarabimus autem, ac soluemus quæ in diuersam sententiam adducere lectores potuerint. Primus locus est, cum in descriptione rerum creaturarum dicitur secunda die positum firmamentum, diuidens inter aquas & aquas. Qui locus vt probe intelligatur in quo solutio cæterorum continetur, horum admonendi sumus. Duos esse in cælo suspectus, vel duo superna: vnum secretum atque abditum, à nullo vnquam mortalium cognitum, ac visum, secretiores cæli partes, interiorisque eius sedes, conuexum eius supernum, in quo inambulare pedibus eos qui ibi sunt necesse sit. Alterum aspicientem terras, obuersum circumquaque atque ambientem inferiorem mundi globum, qui nostris oculis patet. Cui sol ac sydera sint affixa, & omnino quod primum, conuexum, secundum concavum cæli philosophi dicerent. Horum prior ille raro à scripturis commemoratur, quia secretus & separatus ab oculis sit, nec quid illic sit, facile possit cognosci: sapissime autem secundus, quia propter ea quæ in mundo gerantur, crebro eius incidat mentio. Vtrunque etiam vocatur in scriptura cæli supernum, siue cælestis summitas, ac vt dixi suspectus, sed frequentius secundus ille, quem & sublimis poëta cæli suspectum dixit:

Vergil. 6.

Quantus ad ætherium cæli suspectus olympum.

Cælum pro
voto aërio
tractum.

Hæc appellatio ad nostrorum obtutum oculorum indita, vt dicatur suspectus, vel sublimitas. Non appellatur supernum propter eos, qui sunt intra & extra cælum. Id quoque constet, vt apud Latinos dicitur cælum, aër, & quicquid inferius inter sydera & terras interiacet: sic scripturam, cælum & firmamentum dicere, quicquid est infra cælum, totum aëriũ tractum, & quicquid patet à terris ad ipsum cælum. Quod his exemplis est manifestum: Volucres cæli, & pisces maris. Et: Qui operit cælum nubibus. Et: Sit cælum quod supra te est, æneum: multisque aliis. Duplexque est cæli nuncupatio in Hebraico, shamaim & Rakia, primo apud nos, respondet cælum, secundo firmamentum, quanquam non firmamentum proprie vox designat, sed extensionem, expansionem, veluti aulea, cortinæ, tentoria diffunduntur. Talem sua quadam vulgari consuetudine vtentes, cælestem tractum vocant Hebræi. His ergo duabus vocibus, tam ipsum cælum, corpusque ipsum, in quo stellæ visuntur, quam omnem inferiorem regionem scriptura vocat. Quibus duabus declarationibus facile possumus ostendere nullas esse supercælestes aquas: aut non recte hoc, quod Hebraice dicitur supercæleste, intelligi, si creditur eo designari id quod sit vltra solem ac lunam. Atque cum dicitur, Deum posuisse firmamentum, quo aquæ superiores & inferiores diuidentur: doceo istud supra cælum ac firmamentum, non esse intelligendum quasi vltra sydera, & extra solis, lunæque regnum, supraque molem cælestem, sed circum cælum, ac supra, respectu nostri. Quod ne mihi sinxisse videar, perspicuo & claro exemplo docebo, quo hoc quod obscurius est, facilius intelligetur. Vt timur vt dixi, quoniam hæc omnia ab Hebræis fluxere, Hebraicarum litterarum refugio. Vbi in nostra translatione dicitur: Producant aque reptile animæ viuentis, & volatile super terra, sub firmamento cæli: hoc quod dixit noster, sub firmamento cæli, Hebraice habet, שמים וקרקע וישרים super firmamento cæli. Quam locutionem sciens id Hebraicum sonare, quod ipse retulit Latine, prudenter noster deflexit. Septuaginta vero sequentes Hebraicum, καὶ περὶ τὰ πετόματα ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὸ περίωμα τῆς ἕρηνδ. Et volucres volantes super terram, in firmamento cæli. Sed & ipsi noluerunt dicere super firmamento cæli. Nemo igitur est mortalium, tametsi super cælo vel fusione cælesti, aues volitare iubeantur, qui putet id intelligendum de quibusdam extra cælum, solémque auiibus, quæ quasi diuis in delitiis sint. Nam declarat deinceps quid sentiat. Et aues, inquit, multiplicentur in terra. Ecce claret exemplo, hoc quod dicitur supra cælum, non sonare, & si sonare videatur vltra sydera, quos locos nusquam verisimile est Mosen, vt qui nec angelorum creationem indicauit, & apud plebem loqueretur, & de interioribus theologiæ mysteriis loqui recusasset, commemorasse. Transfer auium exemplum ad aquas, vt tales aquas intelligas, quales aues, quas supra firmamento iusserit sator nasci ac volitare. Vt nullas supercælestes aues cogitamus, sic nullas supercælestes aquas in animum inducamus, ne par absurditas consequatur. Vt autem in auiibus illud super firmamento cæli, sonat quidam supra terras, ac supra aërem, & circum cælum, sic sonant aquæ supercælestes, aërias, & pluuiiales, quas

Aquas supra firmamento, quadam Hebraica phrasi, dixit existere, & inter eas, atque inferiores, terrestresque istas interiectum cælum, id est, aëriam regionem, quæ solet à scripturis cælum appellari, vt superiora declarant exempla. Et vt ait Zacharias: Cæli dabunt rorem suum quod non de corporea cæli mole, ipsive aethere, sed tota regione, quæ nobis imminet desuper, dicitur. Vtque volatilia cæli appellat vbique, quæ supra cælum dixerat volare, sic aquas cælestes aërias quasdam dicemus, & sursum, aut super cælo, supernum aëris, cælique tractum, omnemque cæli altissimam regionem interpretabimur, non quidem temere, & ex nostris insomniis, sed ob notam, crebròque vsurpatam à theologia consuetudinem, quæ nusquam non præsto est. Obseruandum quoque, atque altissime in pectus demittendum, non declarasse, aut non ita demonstrasse nec Mosen, nec cæteros prophetas, cælum esse vastum quoddam, ac validissimum, robustissimumque corpus, molem quandam extensam, cui cælestia lumina sint affixa: sed tantum dictitasse in aëriis tractibus, regionibusque supernis, positam omnem syderum multitudinem, non quod id credi non debeat, aut quod tollatur ab eis, sed quod non fuerit commemoratum. Cælum autem, & rakiam, id est fusione appellasse supernos mundi tractus, omnes à terris sursum ac deorsum ac circumtendentes regiones. Nam vox Græca στερότητα, id est soliditas, firmamentum, non respondet ad sensum vocis Hebraicæ, designantis fusionem, non soliditatem. Dixerimque cælum & fusionem appellasse eos tantum regiones supernas, quas oculis suspicimus, quæque cæruleæ nobis videntur, non sedes illas firmas ac solidas, nisi raro: nec illam à philosophia rationem eos proponere voluisse, eas quas aspiciuntur lucas, non solitarias ac vagas circumferri, sed habere vectores suos, solidos orbes, à quibus circum terras deferantur: sed nuda tantum, & visibilia, ac nota eos dixisse, cælumque non orbes illos, sed omnem supernam, cæruleamque regionem, quam oculis, vbi fugatis nubibus, serenam nobis venti reddidere, longe latèque suspicimus, appellasse. Cum autem dicitur de stellis, sole, ac luna: Et posuit ea in firmamento cæli: intelligendum eas posuisse in superna regione. Et: Qui habitat in cælis, in superna mundi regione, etiam vltra ipsum cælum. Et: Dominus in cælo sedes eius. In superna mundi regione, altissimis mundi partibus. Et: Extendens cælum sicut pellem, siue tentorium, fusionem illam aëriam: qua de causa dicitur rakia, quod etiam solet de aëre vsurpari. Cum vero ait Salomon: Quando præparabat cælos, aderam, quod Hebraice נבוכים, quando firmabat, stabiliebat, quod de robore & corpore videtur dici, non de aëre, quod non potest firmari ac stabiliri: respondeo me dixisse frequentius nomen cæli esse totius supernæ regionis, quam orbium cælestium: quod pro orbe aliquando reperiri non diffiteor. Verum neque nos illud prætereat, firmitatem à Salomone dari etiam nubibus, vt possit intelligere cæli firmationem etiam de aëria regione. Nam paulò post cum ait: quando aethera firmabat sursum: pro aethera, Hebraicum habet שכך shechakim, id est nubes. Sic paulò post, & librabat fontes aquarum: pro librabat, est מנן baazoz, dum firmabat, stabiliebat. Declaransque, quid sibi voluerit, quod de cælo, nubibus, fontibus, stabilitis & firmatis dixit, addit: Et legem ponebat aquis, ne transiret fines suos. Hæc inquam cælestis stabilitio, situs, positus, locatio, præscriptæ sedes omnium rerum, & elementorum. Denique audiendus hoc loco Aristoteles, qui variam significationem cæli afferens quòtque modis soleat dici cælum docens, vnum ait esse, quod quicquid supernum est, solemus cælum appellare, εὐθαδὲν γὰρ τὸ ἕχματον, καὶ τὸ ἀνω μάλιστα καλεῖν ἕρηνδον, ἐν ᾧ τὸ θεῖον πάνι ἰσχυρᾶται φαιδρ. Solemus enim extremum, & supernum vocare cælum, in quo dicimus, totam diuinitatem consistere. Ergo cum prophetæ dicunt, Deum & angelos habitare in cælo, proculdubio, vt autor est Aristoteles, non in orbibus solis & lunæ dicunt, sed in altissimis totius mundi regionibus. Quod quidem neque cælum est. Nam est alia cæli significatio, quæ corpus cæli & orbes solis & lunæ & astrorum designat, quam raro aut ferè nunquam credo à scriptoribus sacris commemorari. Est nouissima significatio, totum à terris ad cælum, ambitum mundi designans. Hos ille assert cæli significatus, pro aëre igitur, & tota superna regione creberrima est theologiæ consuetudo, dicere cælum. Quæ regio iure merito vocata est à Deo shamaim, & hoc est verius etymon, & verior vocis sensus quam superiores, à sham illic, maim aquæ, vbi aquæ generantur, inde ad nos descendentes. Aquarum regnum. Ergo cum dixit: Fiat firmamentum in medio aquarum: intelligitur omnis superna regio, quam primum fusionem, & spatium extensum, vocauit, postea shamaim, quasi sedem, regionemque aquarum. Eaque disclusit aquas inferiores, ac superiores. Inferiores autem, quia nondum fuerant à terris separatæ, dixit hac regione separatæ à supernis aquis fuisse,

Psal. 112.
Psal. 10.
Psal. 103.
Proverb. 8.

*Aër om-
nium aqua
rū genitor.*

nullas supernas aquas innuens, nisi quæ defuper concreſcunt & delabuntur ſemper, quas D
loquens populo, qui nondum philoſophari poterat, quaſi ex altiffimis cæli regionibus de-
labi monſtrabat. Hanc regionem, que diſiungebat aërias aquas, ſic enim putant vulgares,
ab aquis infernis, fuſionem, tractumque cæleſtem, quem inter eas aquas, quibus tunc om-
nia tegebantur, & eas quæ nunc inde deſcendunt, tradidit poſitum, appellauit. Quantum
autem ab omni ſæculo, defuper, agmen aquarum deſluxit in terras, omnibus fluminibus
ac fontibus terrarum, ipſo quoque latiffimo Oceano vberius? Et mare ſuum, ſuôsque fontes
attingit, ipſis terris, quas perennibus aquis fœcundat, longe vaſtior: quas niſi fontibus, na-
tura ſiccæ, irrigaret ſuis ariditate & ſquallore deſectæ, nihil vile ac ſpecioſum animalib-
usque alendis aptum, continerent. Genitor autem ac pater omnium aquarum eſt aër, à
quo non hymbres ſolum, ſed & terreſtres fontes, qui de montibus cauiſ, plurimique aë-
ris, & propter ſolis abſentiam frigidiffimi, oriuntur, fluminaque ingentia, quæ maris am-
pliſſimis ſinibus recepta, ipſum augent, & efficiunt, habent initium. Hinc veteres omnium
rerum principium aëri adiudicauerunt, & plures flumen appellauerunt aërem. Orpheus & Pla-
to, tartarum, fontium, ac fluminum itémque maris genitorem. Nec melius quiſquam do-
cebit hæc, & interpretabitur Moſen, quam Ariſtoteles, qui loquens de ſitu aëris, vt cau-
ſas aëriarum rerum assignaret, diſtribuit eum in duos locos: primum aſcribens cometis,
facibus volantibus, capris ſaltantibus, & id genus: de ſecundo autem loquens ait, *αὐτὸ δὲ
τῆς τῆς θείας μὲν δευτέρης πότις, μετὰ τῆτον, αἰσώτα δὲ αὐτὴ τὴν γῆν, λέγων μὲν, ἕτος γὰρ κοινὸς ὑδατὸς τῆ
πότις, καὶ αἰέρος, καὶ τῆς συμμεινοντων αὐτῶν τὴν ἀνα γένεσιν αὐτῶν.* De ſecundo, inquit, loco reſpe-
ctu eius quem diximus, primo autem circa terram dicamus: ſiquidem iſ communis eſt loc-
us aquæ & aëris, & eorum quæ accidunt ſurſum, vbi ipſe deſuper generatur. Ecce Ari-
ſtoteles & Moſes mirabiliter concordēs, imò philoſophiæ Moſaicæ Ariſtoteles interpres.
Nam quem apud Moſen Deus appellauit ſecunda die, ſhamaim, id eſt ibi aquas, vel ſitum
aquarum, hunc Ariſtoteles quoque locum communem aquæ & aëris appellat. Duòque
nomina Moſaica declarant quæ dicit Ariſtoteles, rakia, ſhamaim, quæ ſunt nomina aëris,
primùmque eſt aëris effuſi, ſecundum aëris aquas generantis: & vtraque illa aëris & aquæ,
quam dicit Ariſtoteles, communitas declaratur. Quid quòd idem Ariſtoteles ait eſſe
quendam fluuium labentem inter cælum & terram, communem aëris & aquæ, modòque
ex aqua fieri aërem, modò ex aëre aquam? Meritò igitur aëris creati Moſes faciens men-
tionem, aquas ſimul ſupernas & infernas memorauit, quæ alteræ ex alteris generantur, in-
terfuſo aëre, & loco communi aëris & aquæ. Hunc communem locum inter vtramque
rem ſeparantem, Moſes vocat rakiam, & ſhamaim: primum, quia fuſus eſt circum terras:
ſecundum, quia habet gignitque aquas. Cum quo iuſtiſſimè vtrasque aquas commemor-
auit, quia infernæ aquæ gignunt ſupernas, ſupernæ item infernas, interiacente aëre &
loco, quo fit iſte reditus & reciprocatio ab aquis marinis euaporatis, ab eiſdem deſuper
congelatis, & in terras iterum redeuntibus. Quæ cum ſit maximum diuinumque opus, ad
rerum terrenarum mundanarumque procreationem neceſſarium, vt maxima pars ſit phi-
loſophiæ, iure inter diuina opera habuit locum præcipuum. Eſt autem Genēſis iſte Moſis
quaſi quidam liber philoſophiæ naturalis, non rerum gignendarum cauſas, ſed earum pri-
mo natarum origines docens. Nec eſt fortatte fictitium quod docemus, omnium viſibiliū
rerum Moſen quæſiſſe & docuiſſe principia. Videntur autem mare, terra, aër, ſydera: ignis
autem quem circum lunam conſiſtere tradidere philoſophi, non ſenſu, ſed ratione perci-
pitur. Sed enim etiam ipſe Ariſtoteles eum non ignem, ſed aërem ignitū, & igni quiddam
ſimile, eſſe teſtatur eſt. Hoc quia non videtur, nec eſt ab aëre natura ſeparatum, non com-
memoratur etiam à philoſophia ſacra. Quid igitur, ſi dicamus, quoniam terras & aquas
creatas docuiſſet, id eſt, duo elementa, ſuperſeſſent autem duo, quorum vnum non venit
ſub oculorum obtutum, nec eſt ab aëre, ſeparatum, reliquum alterum ei commemorare
ac deſcribere neceſſe fuiſſe? Itaque poſteaquam abyſſum, id eſt, aquas, & terras nomi-
naſſet: poſtquam lucem, hoc eſt, ſolem deſcripſiſſet: vbi eſt aëris, quæ maxima eſt mundi
pars, deſcriptio? Non enim eſt, vt Hebræi ſuſpiciantur. Et ſpiritus domini ferebatur, quo-
modo enim aër ſpiritus, pars aëris? Et quomodo ſpiritus ante ſolem & aërem? Nimirum
igitur ibi eſt aër. Fiat firmamentum, vel vt habet Hebraicum, rakia, effuſio, expanſio in
medio aquarum. Sciant igitur omnes, atque quod obſeruauimus ipſi ex cognitione He-
braicarum litterarum, audiant, nullam eſſe ſacris litteris aëris appellationem. Eſt nomen
terra,

A terra, eſt aquarum, terra dicitur Aëz, aquæ dicuntur maim, aëris appellatio nuſquam eſt.
Nam *אֶרֶץ* ed, ſignat vaporem quendam vt tranſtulit Symmachus *ἀτμός*, *אָנָן* anan deſignat
nubem, ſic & *שְׁהַקִּים* ſhehakim, nomen autem totius elementi nuſquam eſt. Hinc & Cal-
dæi, & qui apud Hebræos philoſophantur, vſurparunt vocem Græcam aer, vt & Latini.
Dico autem eſſe neceſſario iſtius rei, quæ certe non debuit in creatione rerum, cunctis re-
bus nominatis, ſilentio præteriri. appellationem rakiam, id eſt diſuſionem, ſiue ſhamaim,
quod ſonat illic aqua, aqueam regionem, aquarum regnum. Hinc volucres cæli, & ſuper
rakia volantes aues, id eſt aere, hinc aquæ ſuper hac fuſione, id eſt deſuper generatæ inter
aſpectum noſtrum, & eas quibus terræ obruebantur, aëriis campis interfuſis. Hinc & Theo-
doritus ait, *τὰ νεφελὰ τὰ φέροντα ὑετὸν, ἕρπονδὸν καὶ λέει ἢ χεῖρα, καὶ τὸν ὑετὸν ἕρπονδον ἐρπονδον*. Nubes
ferentes hymbrem, cælum vocat ſcriptura, & de cælo pluuiam labi. Ac forte ſhamaim
primum ſignificat aërem, deinceps cælum ipſum ſydereum, quod aëri imminet, ſydereòs-
que globos, in omnes mundi partes diſuſos, cæleſtes aulas, quarum vna eſt aula Dei, à
ſplendore perenni vocata ab antiquis cælum empyrium, præcipue igitur ac primo ſha-
maim ac rakiam aërem fuiſſe nuncupatum, poſt ex loci propinquitate ipſum iam cælum,
non eſt credere abſurdum, id quæ traditum ac deſcriptum à Moſe cum dixit: Fecit Deus fir-
mamentum in medio aquarum: id eſt diſudit ex altiffimis aquis illis terreſtribus, quæ om-
nium cacumina montium, teſte ſacro vate Dauid, excellere, inter eas, quas vident om-
nibus ſæculis, delabi mortales, aëriem regionem, eam vſquequaque velut velum tenuiſſi-
mum pandens (ſic enim nobis ſuſpicientibus appareret porrectum quiddam & effuſum)
eòque veſtiens terras. Declaranda nunc vel ſoluenda ſunt alia, quæ ſupercæleſtes aquas
credere nos cogere. Quod enim dicitur: Qui tegit aquis ſuperiora eius: quem ſenſum
habeat, ex alio ſcripturæ loco declaro, Qui operit cælum nubibus, Eadem cum ſit vtro-
bique oratio, idem debet eſſe orationis ſenſus. Cum cælum dicit nubibus à Deo cooperi-
ri, quid percipit? quo to vocari & impelli animo ſentis? Nempe cæli, hoc eſt, aëris regio-
nes ſupernas nubibus offundi, per latas cæli regiones, Deum nubila ſpargentem, auferre
ex oculis ſerentatem: poſſumque audacter aſſeuerare, cælum à vate hoc loco non ſuper-
nos illos orbes, qui non videntur, non veniunt ſub aſpectum noſtrum (Nam cœruleum
illud, aëris immenſi eſt decoloratio) nominari, ſed viride iſtud ac ſerenum quod tegi vel
operiri atque abſcondi nubibus poteſt, non poſſunt orbes, qui non videntur. Sicut ergo
cælum operit nubibus Deus, ſic contegit aquis. Vt quæ non ſemper nubes adſunt, cælum ve-
ſtientes, ſic nec ſemper aqua, ne forte ſuſpiceris perpetuam quanquam aquarum aſſiten-
tiam eum dixiſſe. Decet enim nos ſecum theologiam conferentes, eam propriis facibus
illuſtrare. Idem ergo eſt de aquis atque nubibus cælum contegentibus ſenſus. Vtrisque
cælum contegit Deus. Vbi enim ſunt aquæ, niſi in nubibus? Qui tegit nubibus cælum, etiã
aquis, quæ nubibus continentur, ſuperiora autem dixit, id eſt ſupernas partes eius, quæ di-
ſtant plurimum à terris. Intellige enim quid ſit cæli ſupernum. Non vltra ſolem ac lunam,
& extra cæleſtem vertiginem, ſed ſacris litteris, cæli, id eſt, aëris ſupernum, eſt quicquid
eſt ſupra nos. Quod & à Græcis dicitur *μετέωρον*: vnde & ventos & pluuias, & cometas,
grandinésque vocant meteora, Latine ſuperna, ſublimia. Ergo quod dixit, Qui tegit aquis
ſuperiora eius, recte dixeris: Qui tegit aquis ſublimitates eius, ſiue meteora. Ac nubibus
condenſatis, veluti teſto, cælum, id eſt aërius tractus, contegitur: hiſque confertis ac con-
globatis, ſit per totum cælum, valida contignatio ac quaſi tabulatum. Hiſ etiam quæ dixi-
mus patet illud oraculum. Et aquæ quæ ſuper cælos ſunt, laudent nomen domini. Dicen-
dum enim cælum, propter morem linguæ Hebraicæ: & ſuper, intelligendum reſpectu no-
ſtrorum oculorum, non cæleſtium globorum ac ſphærarum, quaſi vltra ac ſupra illas. Cæ-
lum quoque aërem, totamque regionem ſublimem exponendum. Aquas ergo quæ ſuper
cælos, nubes ac pluuias voluit ſignificare, cuius eſt in promptu euidentiffima ratio. Nam
cum omnia ad laudem Dei conuocaret, ſolem & lunam, & ſtellas luminofas citans, tum
cælum & aquas quæ ſuper cælo. Dein cetos marinos, & abyſſos hinc ignem, grandinem,
niuem, glaciem, ſiue iuxta Hebraicum *קִיטוֹר* kitor, vaporem & nebulam, deinde ventum &
procellam, quæ omnia meteora ſunt. In hiſ non eſt vſquam pluuiæ. Quid igitur eſt, quòd
omnibus ſublimibus commemoratis, pluuiam, quæ præcipue ac cum primis fuit commē-
moranda, reticuit? Certe igitur hanc aquas ſupercæleſtes vocauit. Quod clareſcet magis
teſtimonio de catarractis cæleſtibus, vt & iſtud diſſoluamus. Dicitur enim, Et catarractæ
cæli apertæ ſunt, & facta eſt pluuiæ ſuper terram quadraginta diebus, & quadraginta no-

*Aëris nub-
lum apud
Hebræos
vocalibus*

*Cæli em-
pyreum.*

*Supercæle-
ſtes aquæ.*

Gen. 7.

Catarracta
quid.

Psal. 17.

Caeli quid
apud gen-
tes omnes.

ctibus. Vides causas largissimorum hymbrium, quia ruptæ essent catarractæ cæli. Quos appellat præcipitantes magno cum impetu, rapidoque descensu nimbos. Nimbos ergo appellat catarractas Hebraico dialecto. Quos & Græci catarractas hymbres vocant. Sunt autem catarractæ præcipites ac vasti largarum aquarum ex alto loco descensus, veluti catarractæ Nilî: Talis ac tanti nimbi fuerunt inundantem diluuium. Non sunt autem duo genera aquarum catarractæ cæli & pluuia, sed exponens causam cur facta tanta pluuia esset, dicit cæli catarractas patefactas. Idemque illic pluuia & catarractæ, aggeratio prioris est postremum. Talis est autem ibi locutio, qualis cum nostri poetæ dicunt, labi præcipites ex æthere nimbos. Neque enim eos putamus de cælo præcipitare, quod ita poetæ loquantur. Has ipsas aquas respexit planè Dauid cum cecinit de Deo: Posuit tenebras latibulum suum, tenebrosas aquas in nubibus aëris. Hebraice clarius. Tenebrositatem aquarum, densas vel densitatem nubium. Nominat quasdam aquas, quæ sint latibulum Dei, easque ne credas caelestem substantiam, crassas ac densas esse nubes dicit. Consideratis igitur locutionibus Hebraicis, deprendemus supercaelestes aquas, esse nimbos & pluias, quæ super firmamento, cælique sublimitate generantur. Et si verò permultum supra nubes interualli superfit, populari tamen suspitioni inseruiens, firmamentum & fusionem, quicquid est infra nubes appellauit: quod autem in hymno trium puerorum statim post angelos, ante solem & lunam aquæ nominantur, dicendum auctore eius carminis in ea sententia fuisse, sicut & Hebræi postea, vetustiores autem secus credidisse. Ex cognitione igitur caelestium aquarum, innotescit quod cælum fuerit secunda die creatum. Nam cum aquas coniunxerit cum commemoracione cæli id certum est indicium, id cælum ab eo describi, quod habeat, generetque aquas. Non enim, vt à principio dixi, oportebat cum cælo, si cælum hic orbis illos caelestes designat, aquas comprehendere: sicut nec in commemoracione solis, lunæ, cæterorumque astrorum. Quid enim istis corporibus cum aquis? Vt ergo catarractas cæli, & caelestes aquas, more quodam suo, pluias vbique scriptura dicit. Sic tale cælum, à quo istæ aquæ descendunt, secunda die est factum. Ac sicut solita est, pluias & nubes dicere, consistere supra cælo, si hoc loco locuta, subiicit quoddam cælum illis aquis, semper enim ait supra de cælo vel desuper cælo delabi aquas. Ergo quoddam cælum subiicit illis aquis. Eademque est phrasid apud Mosen ac cæteros prophetas, in cæteris item locutionibus inter se similes. Vt cum ait Dauid: Verbo domini cæli facti sunt. Respexit enim ad illud Mosaicum: Et dixit Deus, Fiat firmamentum in medio aquarum. Quanquam apud Dauid magis, cæli superior pars significatur. Est igitur omnium linguarum, ac gentium mos, cælum vocare omnem superiorem tractum, vastam circumquaque regionem. Ideo vocatur Hebraice shamaim, id est situs, generatioque aquarum. Et ab Aristotele τὸπος ὑδάτων, locus aquarum, vt sit quasi Hebraicæ vocis interpretatio. Sham locus, illic, maim aquæ. Tres autem sunt res, vt natura, sic nomine finitimæ, in quarum appellationibus est nomen aquæ, shamaim, iamim, maim, cælum, maria, aquæ. Omnium igitur rerum, terra & aqua fuere principium, terra terrestrium arborum, plantarum, animalium: aqua caelestium aëris, ignis, aetheris, lucis. Atque aër à calore solis est effectus. Qui si abesset, aut prorsus deferueret, omnis in aquas aër rediret. Hinc aër in cauernis, aqueus totus, & in fontes, fluminæque distillans. Nos igitur (quanquam doctissimi Græci duos cælos induxerint: Primum supernum quoddam supra firmamento, de quo dictum sit, In principio creauit Deus cælum & terram: alterum creatum secunda die, appellatum firmamentum, hocque secundum velint esse crystallinum) dicimus, habita prius omni ueneratione tantis uiris, ex his quæ nobis videntur, hos cælos sic esse digerendos, vt cælum quod creatum dicant secunda die, reuocetur in primum, vt spiritus domini creauerit cælum illud crystallinum ex aquis, non secunda vel prima die, nam nulla dies sine cælo esse potuisset, cui sol est affixus dei creator, sed ante diem, quando spiritus domini ferebatur super aquas: ideo subito lux extitit, Deinde cælum quod dicunt esse primo creatum, supra firmamento, dixerim non esse apud Mosen, vt qui nec de angelis sit vsquam locutus. Nam cælum illud, si esset, esset cælum empyrion, de quo non est credendum Mosen scripsisse, apud quem de solis corporeis rebus creatis est fermo. Deinde cælum secundi diei dicimus esse aërem, de quo nihil illi sunt locuti. Duabusque rationibus necesse est, quod illi cælum secundum esse uoluerunt, esse primum: quia dies non est sine sole, sol quoque non est sine cælo, sine orbe uetore. Ergo quoniam fuit ante cælum secundi diei, dies & lux, non est cælum in quo est sol & lux, cælum secundi diei. Necesseque est prius esse aut simul creatum firmamentum cum sole

A sole & luce & die. Aut inquam ante solem, lucem, diem, quæ sunt eadem, firmamentum est creatum, aut vna, dum fabricaretur orbis uector, etiam sol ac sidera creabantur, quia sunt de orbis substantia. Et vt Astrologi volunt, talis est stella in orbe, qualis nodus in arbore. Ne sequatur igitur confusio, necesse est ponere istum ordinem, vt cælum secundi diei, sit aër, cuius sunt multa indicia, orbis autem caelestis creatus sit ante lucem, aut vna cum luce, quod nisi fecerimus, magna incommoda sequentur. Præterea resoluta est ambago, quæ coëgit hæc dicere. Videbant enim commemorari cum cælo aquas quasdam supercaelestes, quam rem nos resoluimus, & ad ipsam naturam reduximus, secundum illud cælum inuenientes esse aërem. Nam quod fecit locutio suspicari de aquis supra firmamento, quas desuper remansisse consistitur ad temperandum calorem corporum caelestium, certum est eos coactos id dixisse. διχῆ δὲ διείλεν τῆς ὑδάτων τὴν φύσιν ὁ τῆς ὕλων θεός, καὶ τὸ ὑδρότητι ἐπέθηκεν τῷ σφαιρωματι, τὸ δὲ κρεττὸν χεῖρα λέλοιπεν, ἵνα τὸ μὲν ἀνωθεν ἑπιπέμεθμα, τὴ τε ὑδρότητι, καὶ ἡ ὑδρότητι μὴ συγχρηθῆ τῷ περὶ τῆς φωστῆρον, λωβασθῆ τὸ σφαιρωμα. τὸ δὲ κρεττὸν μεμεινυκότα ἀφ᾽ ἑαυτοῦ τοῖς ἀνωθεν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ καὶ ἐπ᾽ ἑαυτοῦ ἐπιπέμεθμα πρὸς, Bifariam ait Theodoritus pro Basilio, Seuariano, Acacio, Deus vniuersi diuisit aquarum naturam, aliasque desuper imposuit firmamento, alias reliquit inferius: vt desuper impositæ, humore & frigiditate non sinerent ignem luminum caelestium labefactare firmamentum. Quæ autem inferius remansissent, nutrirēt vaporibus aërem, quem iugiter permeat, & exsiccat superius ignis. Nos ergo gratias habemus Deo, reperta via, qua possemus ista nimium à natura dissidentia, effugere: inuenientes secundum cælum esse aërem, cum quo naturaliter hæreant aquæ superiores & inferiores. Dicerent enim multi, nulla indigere refrigeratione firmamentum, Esset enim corruptibile: Aliæque sequerentur impossibilia. Duos ergo cælos nonnulli è sanctissimis illis theologis à Mose inductos crediderunt, quia secunda die fit etiam quoddam cælum. E quibus Aquacius, quasi tamen dubius: μή πτε σφαιρωμα ἀνωμάει ἕτος ὁ ἕρενός παρὲς ἀνωθεν τῆς φωστῆρος ἕρενός ἐκός γὰρ τὸν φωστῆρον λειψομερῆστρον σῶμα πηγύων, καὶ εἰληκρινέστρον. Quæ sunt, An firmamentum appellatum est istud cælum, ad discrimen prioris cæli? Par enim est, prius illud, esse corpus rarius & purius. Ecce Acacius si uocem Hebraicam rakia, quæ sonat effusionem, & extensionem, in firmamentum tralatam à Septuag. cognouisset, non sonare proprie firmamentum, nihil addubitasset: nunc autem dubitat an sit dictum firmamentum hoc secundum cælum, quia robustius, & ex aquis, & densius quam illud, quod proprie cælum sit dictum. Atqui vox Hebraica, non solum non sonat robur, & firmamentum, vt potius designet raritatem, & extensionem, fusionem. Sicque ea non cogit hoc esse caeleste corpus. Theodoritus etiam fuit in eadem suspicione, ὁ μὲν φωστῆρος ἕρενός, ὁ πὲρ κληθῆναι σφαιρωμα, ἀλλ᾽ ἕρενός ἐξ ἀρχῆς ἀνωμάει, ἕτος δὲ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀφ᾽ ἑαυτοῦ τὴν φωστῆρον ἐδέξατο. Primum, ait, cælum non est appellatum firmamentum, sed mox à principio cæli appellationem est sortitum. Istud autem ex ipsa re nomen accepit: post declarat quia ex aquis densatum. Ego igitur semper alioqui ueneratus eorum doctrinam & sanctitatem non arbitror esse duos illos cælos apud Mosen, sed duos hoc modo vt vnum sit tota substantia orbium, luminumque caelestium: alterum ipse aer: Et utrunque Mosen spectasse quando dixit, In principio creauit Deus cælum: vt hic designet cælum, quicquid est supra terras, aerem, aetheriamque substantiam: postea explicas, commemoret antea primum, id est lucem, seu solem, qui cum suo orbe est creatus, postea secundum, in secunda, scilicet die. Bifariam quoque diuisi sunt Hebræi, alij prima die creatos esse cælos afferentes, & cælos interpretantes, nouem hagagalim, id est rotas vel orbis caelestes, siue sphaeras, quorum est præcipuus Rabi Moses, & maiores. Alij secunda die, cælumque exponunt rakiam, id est effusionem. Sed priores eadem sequitur impossibilitas, sequitur etiam posteriores, nisi cælum, aërem interpretentur.

Fiat firmamentum.

T Ametsi in annotationibus secutus sum veterum theologorum opinionem, quæ maxime pendet ex interpretatione Septuag. qui reddiderunt uocem Hebraicam rakia, σφαιρωμα firmamentum, soliditatem, non destruunt tamen illa ab istis. Ea sunt de substantia cæli, quam soliditatem, immutabilitatemque philosophi, poetæ, theologo esse dixerunt. Et Homerus uocat, nunc πολύχαλκον, ferreum, durissimum: nunc χαλκοβατην, area pauimenta, solum firmissimum: nunc, ἕδος ἀσφαλές, tutam, incorruptibilemque sedem. hoc tamen, quod hic proponimus spectat in aerem, & aliud quoddam cælum. Vt abeunte uoce rakia in duos significatus, & significante tum cælum ipsum solidum, tum aerem, illic

Firmamentum.
Ilad. 6.
Odyss. 5.

pro cæli soliditate sit exposita, hic pro aëre. Designat enim vox diffusionem, diffusio au-
 tem pertinet ad cælum ipsum sydereum, & aërem. Non quidem proprius est significatus
 huius vocis rakia, quod transtulerunt Septuaginta, *περίωμα*, sed ad priorem sensum tamen,
 respondet. Commode de nubibus dicitur, & campis aëriis, qui fusi partes monstrantur in
 omnes. Cùmque vox ducatur à raka diffundere, extendere, vere dicitur de aëre, qui dif-
 funditur & extenuatur. Vt enim malleus aurum in laminas diffundit, quod ista voce He-
 braice significatur, sic sol aquas extenuat in aërem. Nec aër est aliud quàm aqua subtiliter
 explicata. Cùm autem hæc naturalia sint, quæ diximus de hoc cælo, minime autem natu-
 ralia, quæ nonnulli Hebræi, philosophiæ cognitione carentes, dixerunt, constat ea esse
 aspèranda. Dixerunt enim hac secunda die materiam illam cælestem, principio creatam,
 nunc diffusam vsquequaque, rakiam appellatam. Hæc qui fieri possunt? Cur non eodem
 tempore cælum creatum & effusum credamus? Deinde prima die, qua creata est lux, si
 lux corporea fuit, fuit sine cælo: sine orbe: si incorporea, quomodo aggressus creationem
 rerum corporearum, & visibilibus, inchoavit ab incorporeis? Quomodo ante abyssum,
 terramque commemorans, refugit statim ad lucem incorpoream?

Aër quid.

In medio aquarum.

A Quas non quæ tunc essent, sed in omne tempus, vniuersalemque naturæ consue-
 tudinem respicit. Erant quidem aquæ infernæ, supernæ autem non quidem tunc,
 sed ad sua, omniâque alia sæcula respectat theologus, quoniam desuper creantur, gentis
 suæ more locutus, quæ solet vbique quasdam supernas, & cælestes aquas vsurpare, non
 illas quidem semper in sublimi pendentes, sed aquas supernas semper appellatas, propter
 tempora, quibus delabi videntur. Nam & cælestes sunt appellatæ, non quòd semper mor-
 rentur in cælo, sed quòd sæpenumero inde cadant, priuatæque est Hebraicæ gentis lo-
 quendi consuetudo.

Diuisitque aquas quæ erant sub firmamento.

Hebraice non est verbum erat, sed habet ad hunc modum. Diuisitque aquas quæ sub fir-
 mamento, siue diffusionem, tēporis diffinitionem sublata. Itaque non tunc quidem aquas
 desuper innuit fuisse, quamquam vaporibus exhalatis, nubes tunc cogi poterāt, sed vt dixi
 ad omnem naturæ consuetudinem pertinet. Neque de diuisione aquarū tanquam re præ-
 cipua, ac inter cæteras principe loqui theologo consilium fuit, sed sicut de auium, planta-
 rum, pisciūque origine est locutus, sic ista aquarum interposita est ab eo diuisio, vt decla-
 raretur vnde pluuia, quarum in his litteris est celebris commemoratio, & inter maxima
 Dei beneficia recensentur, à quibus ali terras, annuos proventus effici demonstrat. Quam
 habuerunt & causam & principium. Id scilicet principium habuerunt autore & indice
 Mose, quòd interiecta est quædam regio, & cælum quod nubes superuolantes sustinens,
 ab altis locis, non minorem vim demittat aquarum, atque earum, quæ sinibus marinis
 continentur. Quòd si de mari loquendum sibi existimauit, certe & de cælestibus aquis,
 non erat quamobrem reticeret. Vniuersales enim origines & causas rerum cunctarum ge-
 nitrices, quæque omnem mundum & naturas omnes amplectantur, sibi demonstrandas
 putauit. E quibus autem omnia nata esse dicuntur sunt sol, cælum, aqua, terra. Si solem di-
 cas, non tam vniuersalem, totòque mundo vagantem rem, cuius sint omnes res partici-
 pes, dices: sin lucem, ecce res omnes aspicit, omnibus locis, omnibus animatis & inani-
 mis rebus adest. Similiter vbique est cælum, id est aër, mare quoque omnes terras intra
 & extra, circūque vagatur: generalis quoque omnium terrarum est pluuia. Has vniuer-
 sales res describere Moses curauit. Summa ergo sapientia, cælesti afflatu, in secunda die
 tres res est complexus, cælum siue aërem, mare infernum, mare supernum, id est eam
 regionem, à qua tanta vis aquarum descendit, quantam mare cōtinet. Simile enim est ma-
 re in cælo, atque in terris. Totum siquidem mare fluminum, fontium, ac pluuiarum con-
 cursu efficitur, flumina & fontes, de montium latissimis cauernis, quæ frigidissimi sem-
 pèrque stillantis, & in his ipsis cauernis, ob frigus, solisque distantiam, in aquam coacti
 aeris, sunt plenæ, oriūtur. Hymbres quoque à cælo. Ergo in cælo quoque id ipsum est mare.
 Eunt ergo redeuntque in semetipsa, mare terrestre & cæleste. Ex aquis terrestribus ac-
 cigitur, ac per flumina & fontes, & hymbres ad genitorem suum reuertitur. Vno die
 totum mare circūquaque trahitur in cælum, & eodem die reuertitur in proprias sedes,
 præcipue noctu. Nam tot flumina, fontes, hymbres, quæ mare quidem subeunt, sed auge-
 re non possunt, eodem die à sole in cælum reuocantur: quæ omnia pulcherrime etiam
 docuit

*Et quatuor
 elementis na-
 ta omnia.*

Adocuit Aristoteles vt sit eum audire operæpretiū. *γίνεται δὲ κύβηλος ἕτος μίμνυμιος πὸν τῆ ἡλίας
 κύβηλον, ἅμα γὰρ ἐκείνος εἰς τὰ πλάγια μεταβάλλει, ἕ ἕτος ἀνω καὶ κάτω, καὶ δὲ νοήσαι ἕπον ἄνω καὶ κάτω
 μὲν ῥέοντα κύβηλον, ἀνω καὶ κάτω κοινὸν ἀέρος, καὶ ὕδατος. πλῆστον μὲν γὰρ ὄντος τῆ ἡλίας, ὁ πῆ ἀπὸ μίμνυμιος ἀνω
 ῥεῖ ποταμὸς, ἀφίστα μίμνυμιος δὲ, ὁ πῆ ὕδατος κάτω, καὶ τὸ ποτὸν ἐνδελεχῆς γίνεται καὶ γὰρ πλῆ πᾶσι.* Quæ sunt.
 Fit autē ista conuersio, solis circuitū imitata. Nam simul ac ille flectere sese capit, ea sursum
 ac deorsum it, reditque. Oportetque quasi circum eūrem fluuium istum communem aë-
 ris & aquæ cogitare. Nam cū proximus nobis est sol, vaporum flumen sursum ascendit:
 cū vero discessit, flumen aquæ reuertitur deorsum. Idque iungitur, ordine quodā certo.
 Hęc Aristoteles. Ex intima ergo philosophia & Moses aquas superiores & inferiores, inter
 quas interfusus sit aër, nominauit. Quod Aristoteles dixit inter cælum & terram com-
 mune flumē. Et vere prophetica sapientia vtrumque mare est commemoratū. Etenim vt
 regio maris terrestris est terra, sic regio maris cælestis est cælum. Inter vtrumque mare, se-
 parat quasi latissimum velum, ipsum cælum siue aër, propriæque cælum est aër, vnde color
 cælestis, caruleus. Hoc cælū, hæc regio, cum aquis suis facta est & constituta, à prudentissi-
 mo illo omnium rerum & causarum, è quibus alia nasci possent, inuentore.

Vocauitque Deus firmamentum cælum.

Nomina ista, nuncupationesque Dei, quidā Hebræi & Latini dispositiones interpretan-
 tur, vt cū dicitur vocasse, quasi sit eū disposuisse, statuisse, decreuisse. Mihi videtur ip-
 sum etymon spectādū, quod à rerū natura depēdeat. Vt autē natus Adā iuxta proprietates,
 naturasque cuiusque nomina animalibus indidit, sic antequā nasceretur, eas res que creationē
 eius antecesserunt aliquis necessario nuncupauit, & nuncupauit iuxta naturas & proprie-
 tates cuiusque. Quis autē & naturas earum rerū norat, & nomina poterat indere, nisi solus
 opifex? Merito igitur istarum rerum primordialium nomina, Dei nūcupationes fuisse di-
 cuntur, quibus eas ipsas res eum appellantes Adam audiuit. Atque natura rerum nomina
 indita à Deo certum est, sicut & à primo homine, & cæteris qui in quacunq; lingua florue-
 runt. Vera igitur etymologia, nominis cæli ducta est à natura eius. Nam cū multas ha-
 beat vtilitates & proprietates, aër, vna est notissima, & maxima, quòd continet aquas, est
 aquarum genitor, à quibus omnia affatim bona suppeditantur. Ab aquis ergo iustissime
 nomen est sortitus. Atque hanc vocē shamaim declarare proprie aërem: & ab aquis nomē
 accepisse tres sunt rationes: priores duæ sæpe adductæ sunt, quòd scriptura creberrime pro
 aere eam vocem vsurperet, volucres cæli, nubes cæli, pluuias cæli: quòd eius rei quæ hoc no-
 mine significatur, ibi facta sit mentio, vbi & de aquis terrestribus, & cælestibus, cū in de-
 scriptione orbiū cælestiū non fuerit operæpretium aquarū meminisse. Postremo quòd ip-
 sum nomen aperte declarat ab aquis esse deductum. Nam aqua apud Hebræos in numero
 multitudinis semper, in numero singulari nunquam profertur Maim. Nomen quoque cæli
 semper est in numero multitudinis shamaim. Hęcque est vera ratio, quòd cælum semper in
 plurali profertur apud Hebræos: non quòd sub nomine cæli aliqua multitudo cælorum
 subsit. Itaque quoties hæc vox, ad Latinos & Græcos traduceretur, debuit numero singu-
 lari reddi cælum, non cæli, quia non à multitudine cælorum, numerum multitudinis acce-
 pit, sed à nomine aquarum quæ semper in plurium numero designatur, est formata. Quod
 vehementer obseruādum reor, vt sciatur, quid hæc vox proprie designet, & quam ob cau-
 sam Deus eam sic formauerit, Diuina nempe ratione.

Congregentur aquæ, quæ subter cælo.

Mirabili ordine naturam creatio, creationem sequitur descriptio. Nulla est ea
 philosophia probatior, quæ cum theologia est commista, id est quæ causarum in-
 gressa indaginem, eas primas & veras repertura, ad earum primum autorem sapius
 respectat. Talis est philosophia Mosis, quæ philosophia quidem est, quia rerum natu-
 raliū veras causas, antiquissimæque assignat exordia, theologia vero, quia Deum
 sine cuius numine nasci proculdubio nihil potuisset, autorem, dictatoremque omni-
 um monstrat. Lætatur Socrates apud Platonem, audita sententia Anaxagoræ, qui
 censuisset ordines istos rerum inuentos omnes à mente, vnum hoc causarum vere red-
 dendarum refugium arbitratus, si ad mentem sapientissimam cuncta referantur. Pri-
 mam igitur diem fecit sol creatus, ab excellenti, diuinæque operatione lux appella-
 tus. Pariter autem solem fecit Deus, ac sol fecit diem. Eo die ac sequenti à sole simul
 concoctis vastis aquis, aer, quem dicimus cælum, est creatus. Quod cū eo tempo-
 ris spatio sol egisset, apparere terræ solis ardore sublatis supra terras aquis. Nam cū
 f

*Cæli apud
 Hebræos e-
 tymon.*

toto oceano hæc lampas superuecta, circumquaque omnem aquarum orbem exureret, ab altioribus locis, in depressiores aquæ confidentes, terras ubiq; celsiores nudas reliquerunt. Est autem hoc loco quo dicitur, Congregentur aquæ, vox Hebraica קָוָה kava, ea congregationem Hebræi dicunt designari: sed proprie sonat, vt ex scripturis apparet, voraginem, concauum quid. Et vt tam multa Græca ac Latina nomina ab Hebraico deducuntur, sic clarum est, istud Latinum esse factum, cum idem sit & Hebraicum. Caua igitur dicta sunt postea omnia voraginosa, & cauernosa, quod fuit locorū profundarūque sedium nuncupatio, quas Deus aquis illis immensis præparasset. Veri enim est simile, eundem ipsum terræ & aquarum conditorē, terram à principio ita disposuisse, vt eas haberet sedes, quibus aquæ receptæ, terras altiores, habitabiles relinquerent. Ideo non est his assentiendum, qui ferūt terras nunc arboribus & animalibus plenas, quōdam mare fuisse, rursus redituras ad eundem statum, idq; vicissim:

Terra ac Mare an sibi vicissim cedat.

Ouid. 15. Metam.

Vidi ego quod fuerat quondam solidissima tellus,
Esse fretum, vidi factas ex æquore terras,
Et procul à pelago conchæ iacere marinae,
Et vetus inuenta est in montibus anchora summis,
Quodque fuit campus, vallem decursus aquarum
Fecit, & elumie mons est deductus in æquor.

Hæc quidem vera sunt ex parte. Verum quidem est mare prope vetusta littora alicubi difcelsisse, quod quidem spatium non multum est ac latum. Nunquam autem probabis voragines suas, altissimosq; sinus mare liquisse. Nec vllis exemplis ostendes montes esse deductos in mare. Est persuasio latius quàm deceat patens, & à breuib; aquarū sinibus ad vniuersum mare tralata. Nec vero mirum hæc dicere Aristotelem, quem poëta est secutus, quippe qui maris æternitatem ex falsedine eius argumētatur. Cuius operæ pretiū est videre rationem, & locus exigit quo creatio maris asseritur, vt conuincamus ac refutemus talem argumentationem. Hæc apud eum super hac re habentur. Hi qui gignunt mare, negare id esse salsum coguntur. Siue enim circum obsidente terras omnes omni humore, & à sole, sursum eleuato, quod remāsit mare fuit, siue tantus succus inerat in aqua vasta, & dulci, quia admixta esset pars aliqua terræ dulcis, nihilominus delapsa iterum ea aqua, quæ fuisset sursum euaporata, necesse est cum æqualis copia extiterit à principio, vel si non à principio, ne posterius quidem salsum fuisse. Quod si à principio mox esset falsū, quæ causa id fecerit, dicenda. Et simul quamobrem si tunc euaporaretur, non idem fiat & nunc. Hæc ille in priscos theologos vno omnes autores orbe cæli ac terræ & maris quondam initium extitisse. Ratiocinatur autem ad hunc ferè modum. Audierat eos dixisse, totam vndique terram oceanum complexum fuisse à principio. Si aquarum, inquit, illarum terras vnde quaque prementium tantum est à sole euaporatum, quantum in terra mare refedit, idemque ipsum postea recidit è cælo, efficitur necessario vt sit partim salsum partim dulce ipsum mare: salsum propter remanentes aquas: dulce, quia tantundem dulcium aquarum è cælo per pluuias, rorésque nocturnos fuerit postea restitutum. Quod si non fuit tunc falsum; quia delapsus è cælo humor reddidit ei dulcedinem, ne postea quidem cum fuerit eadem semper subsidentis atque ascendentis aquæ proportio. Hæc est ratio Aristotelis: Nos autem exemplis & rationibus necessario factum docemus, vt mare, quod cum crearetur, dulce esset, qualis est propria vis aquarum, postea salsum fuerit effectum. Scire enim conuenit ex immensis aquis duplex aëris genus fuisse creatum: vnum quod in totam aëriam regionem abierit, maximo inter cælum ac terram spatio repleto. Alterum, quod nubes & quotidianas pluuias efficit, sustineturque ab illo primo. Dico scilicet præter effusum vbiq; aërem, vapores à toto mundo assurgentes, Nam cum Moses & cælum, & aquas quæ super cælo citauerit, Aristoteles autem reuertentem noctu fluuium aëre remanente, commemorauerit, magnam aquarum vim ad efficiendam hanc duplicem aëris naturam constat fuisse necessariam. Vt probabile sit, maiorem aquarum copiam esse absumptam, quàm refedisse. Seposita autem hac consideratione, dico, tametsi fiat per solem euaporatio, maius esse quod residet, eo quod absumitur. Quod in portione quoque cernas: nam quod subsidet si quis exempli causa metretam vini absumpserit, multo copiosior vrina confedit, quàm quod fuerit excretum. Do autem vt eadem sit residentis atque ascendentis & euaporatæ aquæ proportio, non ne claret, si quis duas ex æquo partes dulcis vnam, alteram salis aquæ in cyathum infundat, magis cuieturam salis, vt totus sit salus cyathus, quàm dulcem, vt

Mare æternitas refutatur contra Aristotelem.

Aëris duplex generis.

Acem, vt sit dulcis: Sic in omni mari, cum dulce esset totum à principio, etsi idem fuit residētis atque ascendentis & per solem vanefacti humoris numerus, perfecit tamen quod remansit, vt totum mare esset salsum. Mitto alias rationes, præcipue quod falsedo efficitur non solum euaporatione, sed concoctione, concoctio autem tota aquarum commotione. Naturale quidem videtur, quotidianam solis euaporationem, & quasi concoctionem, dum dulcissimū ac purissimum quodque resoluit, crassus autem quicquid est, & densius, magisque terrestre, quasi excolatum dimittit, efficere mare vt sit salsum, essetq; solis ardorē, quasi naturalem calorem totius mundi, sicut naturalem habent suum animantes, euaporationem autem marinarum aquarum esse quasi digestionem, marinas aquas residentes, quasi vrinam, sed hoc præcipue factum, cum recens creata solis ardentissima flamma, quæ tunc, quia per mane ferebatur, nec inter ipsam ac terrā obstabat aër, fuit potentissima, radiisq; habuit flagrantissimos, vastas aquas adeo concoxit, vt tunc præcipue, tunc primum, facta fuerit falsedo. Illam enim solis aquarum dissolutionem, ideo necesse est fuisse potentissimam, quod per eam infinitā vim aëris elicere, crearēque Deus statuisset, Hæc aëris postea vastitas à cælo vsque ad terras densata, solis calorē temperauit. Vt autem nunc per aërem, lux & aër feruntur, sic tunc licet exiguum tempus, per inane in aquas descenderunt. Quod quamquam est decretis Aristotelis contrarium, tendere per inane aliquid posse, ratio tamē alia est deprehensa melior ac verior. Bene ergo & Mosi consētaneæ dixerunt veteres Græciæ theologi, diuinæ creationis non ignari, & bene laudat eos Aristoteles, ἀλλὰ μᾶλλον εὐδὸς ἅσπερ φασι πινὲς, ἀπελθόντος τοῦ πλείστου καὶ μεταπειροθέντος τοῦ ὑγροῦ ἀπὸ τοῦ ἡλίου, πρὸ λήθοθεν εἶναι θάλασσαν. Magis esse probabile quod quidam asseruissent, plurima per solem, aquarum parte recedēte, ac in sublimi leuata, quod remansisset mare fuisse. O veritatem, omnia tempora, omnes animos penetrātem. Hoc quod illi dixerunt apud Aristotelem, prodidit nobis Moses. Hanc ob causam terra tertia die nudatur, mare efficitur, sublata scilicet in altum parte aquarum, per rapidi potētiam solis. Deum igitur vt ad principium reuertar, terras cauasse, aptasq; ad aquas recipiendas eas fecisse, verissimū est: contineturque sinibus, voraginibusque suis mare, à quibus ipsum nulla dimoueat æternitas. Solas mari adiacētes paludes, temporum diuturnitas immutauit, & circum littora in se coarctatum, ea ampliora reliquit, sed non magno progressu. Veras autem sedes nunquam deseruit, dico voragines quasdam, & loca caua, quæ vox tunc est reperta, cum proprius locus, legitimæq; sedes sunt datæ mari. Hoc fortasse sit quod toties vociferatur scripturæ, Deum, mari terminū præscripsisse. Obiecit enim magnorum longas, & inter se implicatorum montium series. Vt nullum ferè sit mare, cui vel non immincant, vel non proximi sint, aliorum ordines montium, in quos penetrare, ne tota quidem æternitate possit. Sæpe ad ignota littora, & à littoribus paulo vltius progressus, & circum editissimos montes, & scopulos procurrentes aspiciens, agnouit mirabile Dei consilium, quod eos montes veluti munimenta & aggeres, fluctibus infans obicisset. Exhaustæ quidem sunt paludes, quas circum littora stagnare irrupentiū in mare fluminum hostia coëgissent: Veluti palus, quæ sub Augusto, Strabone scribente, multo que etiam post, totam circumibat Italiam, Rhauēna in media palude relicta, quæ nunc omnis ferè, partim natura, partim opere humano, euanuit, ingensq; spatiū circa montes reliquit. Sed id raris in locis, vt à mari cōdito, cui creato montes pro littoribus & claustris, dati, non late campi excreuerint circum littora, quos olim mare allueret. Sed respice montes illos altissimos, mare vndique cingētes, ac munientes, siue in Italia, siue in Græcia, Gallia, Hispania. Iam ab vno tantum latere sit discessus. Hinc est ille qui in Libye dicitur catabathmos, hoc est, descensus. Ab Italia quoque in idem mare sit maximus descensus, in quādam profundam, vastamque voraginem, ab Aphrica & Italia recipiente se mari, vt iure ab accolis appelletur chonca. Contra sunt autem vsi quàm decuisset, ratione, qui ex his conati sunt probare maris ac terræ mutationes. Nam quia facta esset aliquorum locorum mutatio, eo argui voluerunt, quia mundus esset æternus, fore aliquando vt montes in campos descenderent, in cāpis montes surgerent: sic vicissim mare & terræ sibi succederent. Fieri quidem id posset, si mundus esset æternus. Nam cum omnia particularia in æternitate corrumpantur: vtique & montes laberentur, & mare decederet, & aliæ terræ frugiferæque campi inundarentur. Sed quoniam non est mundus æternus, nullum vnquam erit tempus, cum imas illas, profundasque sedes mare deserat, tametsi fiat in littoribus paululum. Mirabile igitur videmus Dei consilium, qui maria vastis vndique montibus sapiuerit, sedes ei in profundum, vt latissime subsideret, deiecerit, terras munitissimis immensisq; saxorum

Paludes exhaustæ.

aggeribus, tantarum ab impetu aquarum protexerit. Itaque quod nostri trāstulerunt, Congregentur aquae, Hebraice que habet *מקוה* ikauu hammaim, quasi dicendum esset. Excauentur aquae, in cauernis subsident aquae. Fuit enim mare quasi totius aquae sedimentum, in altissimas regiones purioribus subleuatis. Eo quod vocatur quasi *מקוה*, quod idem est & vrinae animalium est nomen: Sedimentum autem ad imas partes defertur. Tanquam vrina totius mundi fuit mare, in vnam quasi vastissimam cauernam delapsa. Sol autem melius detraxit, quod animalia pasceret ac nutrirer. Hinc tanquam philosophiae haud ignari poetarum loquuntur, mortales vesci auris.

Appellauitque Deus aridam, Terram: congregationesque aquarum appellauit maria.

Quoniam autorem non modo rerum, sed etiam nominum ipsarum Deum theologus ostendit, aliquas haec nomina ad naturas ipsarum rerum proximas etymologias habere necesse est. Terra igitur aquarum alluuie segregata, dicta est arida, seu sicca. Graece *ξηρα*. Hanc siccitatem solis vehentissimus aestus, qui in primordio fuit rapidissimus effecit: siccitas autem est aquarum discessus. Qua gratia porro Deus aquam segregasset, terram nudam esse voluisset, ipso nomine terrae indicauit. Appellauit enim eam lingua illa vetustissima, in qua nomina primarum rerum à veris ipsarum naturis ducebatur, Erez *עֶרֶז*. Nomen proprie designat quod calcatur, à verbo razaz, addita iuxta idioma Hebraicum, littera Aleph, quod consilium creandae terrae demonstrat. Creata est ut ab animalibus nobilissimis, quibus omnia creabantur, calcaretur. Hoc respiciens antiquissimus Graeciae theologus, sapientissime totam hanc Dei voluntatem, vno versu declarauit:

Γῆν εὐχρηστος, πάντων ἔδος ἀσφαλὲς αἰεί.
Tellus laeta sine, cunctis tutissima sedes.

Hesiod. Theogon.

Tantumdem valet apud Hesiodum *ἔδος*, atque Mosen Erez. Ac forte vox Graeca *ἔδος*, ducta est ab Hebraica, mutata littera, ut quod esset Erez, factum sit edes. Edos Graece pauimentum, solum idem Hebraice Erez, quod premitur, calcatur, quod ingrediētes homines, reliquosque animantes sustinet. Ostenditurque eo quam ob causam & terra creata, & aquis enudata fuerit. Idem istud probat terram & si ceteris elementis grauior, densiorque sit, tamen praecipue, quia hominum futura erat habitatio, Deum condere voluisse. Omniumque prima condita & fundata est terra, aequae conditione ac dignitate prior. Quod autem mirabilius est, nescio qua sorte, quo casu, qua ratione, nisi potius diuina, & ob successionem saepius nobis commemoratam, eadem etymologia, antiquissimi Latini appellarunt terram à terendo, atque Deus, Erez à razaz, id est terendo, ut Erez signet terram, quia teratur, ita Hebraice, sicut & Latini. Hinc sunt illa, quod apud omnes gentes, terra sinus ac mater antiquissima & alitrix dicitur: & Homerus ignauos appellat, *ἔρως* *ἀργός* *ἀργός*. Terra inutile pondus. Haec terrae in theologia appellatio coarguit eam ita accommodatam, ut vnde quaque posset ab animantibus habitari. Quod nunquam euenisset, nisi rotundam, ut aequè caelestis esset ubique luminis particeps, figuram habuisset,

Illiad. 6.

Terra rotunda.

Ouid. 1. Metam.

Maris etymon.

Principio terram, ne non aequalis ab omni parte foret, magni speciem glomeravit in orbis.

Sic enim habitari ac teri vestigijs animantium ubique poterat. Itaque hoc nomen terrae indicat tum ad habitationem animalium eam fuisse creatam, tum ad id, aptum situm, dispositionemque habuisse. Maris quoque nuncupationem, quoniam Dei est, Hebraice autem vocatur *ים*, arbitrandum ab aliqua maris proprietate factam. A fremitu videlicet, perpetuoque stridore. Siquidem & aquae quae Hebraice dicuntur *maim*, à fremitu, sonituque habent nomen. Fremitus, vociferatus, ac stridor Hebraice significatur hoc verbo *ממ*. Ab hac origine dicuntur *hamaim* *מַיִם*, id est resonantes, stridentes, tumultuantes, numerus multitudinis à singulari *hamah*. Inde elisione hinc atque hinc hiantis litterae, fit *Iam*, id est, consonans, fremens, tumultuans. Iob litera ad futurum spectat, sicut in nominibus *Izachak*, *Iacob*, *Israel*, à verbis, *Zadiak*, *Aakab*, *Sara*. Aequae ab *ham*, *Iam*, & *Iom*. Ab eodem hoc verbo fit *thom*: Omnia sonitum, fragorem, tumultumque significantia. Ab vno verbo *ham*, haec quatuor, *hamaim*, *iam*, *iom*, *thom*, id est aquae, mare, dies, abyssus. Fremunt omnia & consonant, subitoque nata fremuerunt, ab illo, & ab isto sonitu, nomina sortita. Hoc appellatum est mare, quo natura eius nunquam conquiescentis, sed in perpetua commotione semper frementi, significatur. Agitatus facit fremitum, à ventis fit agitatus. Sed ut nulli incumbant venti, sunt tamen secretiores causa, à quibus moueatur. Nam cum incōstantes

Mare cur moueatur etiam sine ventis.

Ares aequae natura sunt, haec latissime patentes, motus illos suos habent liberiores, facilique impulsu seu ventorum, seu feruore solis, qui concoquat, aetumque quasi ignis in olla efficiat, seu radijs lunae, quibus mouendorum, augendorumque humorum vis inest mirabilis, incitatur. Verior autem causa ut semper ageretur mare ea cum primis est, quod ut videmus flumina temetipsum per planum ferantur, ut in summa aequalitate consistere videantur, ire tamen semper in aliquam partem & impelli, sic aliquid semper decurrit oceanus, tamen si videatur in plano. Reiectus autem à littoribus, quae habet ubique tanquam claustra, nec valens ulterius progredi, necessario reflectitur. Quod idem facerent & flumina, si hostia maris nata, aliqua vi refunderentur. Nam quae in plano sunt, breui momento, huc, illucque impelluntur. Hinc semper it, reditque stans horis mare, tanquam flumen vastum, quod non habeat ubi conquiescat. Si terra esset inaequalis alibi profundior, alibi celsior, vnus tantum esset motus, nunc quoniam aequalis est vndique & rotunda, stare autem in tanto spatio non potest, necessario eum tenet cursum ut eat, redeatque. Est autem in tanta vastitate ex omni parte in rotundum decliuitas, quocirca facile eunt redeuntque maria ad vnam decliuitatē, & à littoribus repulsa, ad aliam decliuitatē reflectuntur. A motu isto vocatus oceanus Graecae: à sonitu, qui fit ex motu, Hebraice *ים*, quasi sonans & tumultuans. Sic fremit semper, sic semper littora plangunt, hanc habuit à Deo, & naturam, & naturae aptissimum nomen.

Et ait, producat terra herbam virentem.

Perpicuum est, quamobrem eodem tempore, aquarum ad vnum locum concursus, terrarum emergio, tum earum fecunditas extiterit, vna omnia, die, non vna dies in profundas sedes abeuntibus aquis, vna terrarum partui sit data. Narratur enim quam ob causam, quod ve consilio extiterit primum. Non propter se videlicet mare, terris aquarum contagio solutis, in sedibus suis constituisse, sed ut longe lateque montium & camporum viriditas, omnigenaque vberitas, primaeuis aquis humefacta, desuper autem solis ardore confota tellure, pullularent. Idcirco vna eademque, dum cogitur mare, dum celsiores terrae patefiunt, producit in his omnis arbor & herba. Ac prima die, quam fecit sol creatus, quadam facta est aquarum resolutio, secunda terrae magis aruerunt, tertia ex his arefactis, sed adhuc humeribus, omne genus stirpium exortum est. Quod habuit ordinem mirabilem & prouidentiae & naturae. Naturaliter enim, quia prudentissime parata & prouisa fuerant, sequebantur. Natae sunt igitur plantae, sed herbarum priores scilicet, & ad nascendum faciliores, tum priores natae, quam plantae, quia nata prius animalia, quorum herbarum cibus esset futurus, posterius ea, quorum arborei fructus. Saepem autem mecum soleo demirari quae reperio apud philosophos aut sumpta de theologia Mosis, aut quadam sorte contententia. Theophrastus probat Dijs non sanguine & animalium adipe esse litandum, sed potius frugibus terrae, & floribus, atque herbis suaue olentibus quod haec ipsa priora, quam animalia terra enixa sit, ex his autem quae terra genuerit priores herbas quam plantas. Quod his verbis docuit, *Δένδρα μὲν γὰρ δὴ πρὸ ζώων ἀνέδωκεν ἡ γῆ, καὶ τῶν δένδρων τε πολλὸν ἀρόδων, πλεὺ ἐπέτερον γονομήσειν πῶαν*. Quod est: Arboreis ante animalentes terra edidit, multo autem ante arboreis, cistam quae annuatim herba producitur. Haec ille: Legimus autem hoc loco apud Mosen, tertia hac die, herbam virentem, & lignum pomiferum, terram protulisse. Sexto autē die producta esse animalia. Et quod Theophrastus ait, multo antē herbas è terra natas, quam animalia: sexta nempe die, illae tertia: tum Moses antē herbam, post arboreis ait è terra pullulasse: prius enim dicit, Producat terra herbam virentem: postea, Et lignum pomiferum, id est, arboreis. Mosesque ait, imperatum esse terrae, ut produceret. Theophrastus vtitur verbo producendi *ἀνέδωκεν ἡ γῆ*, quod Moses Hebraice, *וַיַּצְמַח אֶת הָאֲרָצָה* Et protulit terra. Septuaginta paulo vulgarius, *καὶ ἀξήνησεν ἡ γῆ*. Herbam annuam ait Theophrastus, id est foenum; quod brutorum animalium esset cibus. Eaque Graece dicitur *πῶα*, qua voce vsus est idem philosophus. Moses autem sua lingua *קמח*, quod proprie foenum designat. Septuagintaque transtulerunt *βοτάνην κόπρω*, herbam foeni. Salomon autem illa voce Mosis vtens: Et collecta, inquit, sunt foena de montibus. Quo loco est *עשבורת*. Arboreis autem in cibum humanum datas, etiam oraculum ostendit. Ut duo genera animalium, alterum ante alterum sunt creata, sic ciborum genera duo eodem ordine. Sexta die bruta de terra nascuntur, post eadem die, creatur homo. Tertia die terra profert herbas aut foenum, post frugiferas arboreis. Itaque herba, quam iussit cum primis è terra nasci, est foenum Hebraice *קמח*. Haec dicitur *קמח* quando pullulat, & virere coepit, quando sicca colligitur *עשב*. Quidam tamen Hebraei putant *עשב* f iij

Herba priores plantis.

Proverb. 27.

plantas maiores dici, minores autem *νεωτεροι* dese. Arguiturque Salomon à nonnullis, quòd asseruerit dese virorem herbarum, non herbas ipsas appellari. Ostendunt autem Deseim esse numerum multitudinis à Dese, quod non esset, si virorem ipsum terrarum designaret. Hoc ergo fuit brutorum cibis: frugiferæ arbores, cibus humanus, delicatior. Quod doctissimus vates, de antiquissimis, paulo post creationem hominibus loquens, cõfiteatur, quasi Mosis interpretis:

Ouid. 1.
Metam.

*Ipsa quoque immunis, rastroque intacta, nec ullis
Saucia vomeribus, per se dabit omnia tellus,
Contentique cibus nullo cogente, creatis,
Arbutos fetus, montanaque fraga legebant,
Cornaque, & in duris hærentia mora rubetis.
Et quæ deciderant patula Iouis arbore glandes.*

Hæc clara & expressa traduntur apud Mosen, cibus animalium brutorum fœnum prius de terra, tum arbores fructuum feraces producuntur. Nam tametsi nonnullis herbis homo, fructibus quibusdam bestiarum vescuntur, proprius tamen cibus istius, fructus arborum, illarum id quod theologia proprio nomine dixit eseb, id est, fœnum, ut transtulerunt Sept. Hac de causa erant arbores in paradiso, quibus, vna excepta, vesci homini concessum. Poëta notas sibi arbores nominavit, sed alias longe potiores, tum ob situm orientis, tum ob paradisi locum fortunatum ibi floruisse putandum. Ex cluso tamen, quòd quidam ferunt, cuius aiunt etiam Bedam autorem, septuaginta duo genera fructiferarum, suauisque olentium arborum fuisse in paradiso: quòd quidem non arbitror Bedam sanè bonum theologum scripsisse: quanquam non magni apud me hæc referunt. Nondum ergo terra segetes dabat. Ille fuit hominum antiquorum cibus, quod usque ad rauim, succedente inuicem sibi ordine seculorum, Poëta sunt vociferati, & in insulis fortunatis, nec veteribus incognitis, paucis ante annis reperti sunt, qui passim hoc cibo vescerentur, segetum bouumque ignari. Itaque non fabulose hæc fixere Poëta, sed à primoribus illis fama vulgata, post multa secula cum scribi & decantari ortus humanus coepit, repleta sunt ea carmina veterum Poëtarum, quos postea recentiores secuti sunt. Quam & Theophrastus & Porphyrius confirmarunt.

Herbam viventem, facientem semen.

Cum de arboribus loquitur, duas ab eis res exigit, ut faciant fructus, ut habeant semen iuxta genus suum: cum verò de herbis, vnam tantum, ut habeant semen. Non fructus ergo efflagitat ab herbis, sed eas vult esse cibum animalium humi reptantium, reddituras terræ semen, unde generis sui alia nascerentur. Fœnum igitur veluti herba medica, id est, *τεσφυμιον* iubetur nasci, quæ se ipsa, non fructu ut arbores, animalia pasceret. Ac quod ait inferius, Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui, promiscue de homine & brutis animantibus loquitur, cibum eorum simul decernens: non quòd fœnum hominum escam præscriberet, quod explicat cum ait, Ut sint vobis in escam, & cunctis animantibus. Fuisse igitur primordia fœcundissima, illasque in sua origine terras & aquas, & solè fuisse efficacissimam, ut quemadmodum nunc multi de terra nascuntur frutices & herbæ, natae tunc arbores felicissimæ sint, quas fortasse terra nunc non pareret, omnium rerum exëpla & earum principia considerata confirmant. Quæ enim priores homines formosa & procera, robustissimaque corpora, morborumque omnium, propter sanguinis bonitatem, nescia habuerunt, viuebantque numerosissime: eadem omnè terram, omnes aquas & cælum, quæque ex his nascuntur, alunturque, felicitate fuisse genita, necesse est. De solis hominibus, eorumque longæua vita declaratur, sed ex hac humanæ vitæ loginquitate, quam ex originis bonitate pepèdisse intelligimus, in ceterarum rerum felicibus exordiis, considerando versamur, habuisse terras, proceras, aspectuque & fructuum dignitate insignes arbores, iucundius rutilasse solè, nientioribus radijs complese late terras. Hoc, ut dixi, non modo ratio, omniumque consideratio rerum, quarum sunt exordia ferè semper meliora, sed ipsa quoque scriptura demonstrat, de genere humano, parte rerum meliore protestans. Quod latius patet in cæteras res exemplum. Terra itaque facile est in illo fœcundo primordio, imperio Dei obsecuta, ut omne genus herbarum, amœnarumque arborum produceret, cum adhuc usque quæque humefceret, & nouus sol desuper illi animationem abunde suppeditaret. Species quidem arborum, naturali ratione, sicut in carne pili, in terra continebatur. Ut enim in causis effectus, quia similes sunt causis de quarum substantia procreantur, insunt: sic in terra omnium stirpium

Primordia
rerum fœ-
cundissima.

Apium erat materies, ut quæcunque formam quæcunque se daret, cadere posset. Omnia quidem referenda sunt in Deum, qui genitricis causas, in quibus cunctarum rerum lateret origo, creauit tales, ut his constitutis tantis, tamque mirabiles effectus generarentur. Nam quemadmodum aëre constituto, secuti sunt venti, pluuia, nebulæ, grando, nix: sic posita terra, positum est id quod in omnes stirpium formas, mirabilibus modis variaret. Eoque idem fuit terræ fundator, atque plantarum, herbarum, fructuumque sator, quia matrem, quæ tantarum esset rerum parens, ad hoc creauit. Requisiuitque postea ab ea, ob quæ fundamenti & parentis altricisque loco eam parasset. Ideoque in diuinis litteris idem est Deus atque natura, omnia quæ ceteri, in æternas, stabilesque rerum leges referrent, ad voluntatem constitutionemque Dei, redigentibus. Quod autem formas edere mare potuit, totidem quod potuissent, stirpium edidere terræ. In quâtam potuit aquarum vitalis humor, formarum prodigiosam cadere varietatē, tantas, tantorumque generum protulit terra, naturalem cum illa similitudinem, coniunctionemque habentium. Quid enim aliud sunt stirpes, quàm ipsa terra & aqua, in quandam aliam speciem traductæ, & quasi excolatæ? Formas autem efferunt omnigenas, in quas se cunquē vis ipsa transformet: ut quod venire in animos opificum formæ possint artificiosæ, tot de se ferre terra naturæ instinctu poterit. Ac sæpe ipse mecum quærere soleo, facta ne sint naturalia & æterna quæ Deus fecisset, ut quemadmodum ab artificibus dictæ & factæ sunt res artificiosæ, sic à naturali operatore, naturæ sint omnes repertæ, idque esse naturale contigerit, quod post creationem successit, an reperit ipse quod esset maxime à natura, extra quod melius fieri non posset: ut decem tantum, verbi causa, rerum creandarum, mundique totius rationibus propositis, meliorem Deum viderit, eumque naturam omnium rerum esse contigerit. Soleoque assentiri postremo, Deum fecisse non quidem omnia quæ fieri aut ipse facere potuisset, quia minus bona vtiliaque essent, sed quod esset optimum ac pulcherrimum. Quod quoniã esset melius ac perfectius accidisse ut esset omnium vera natura. Poterat enim Deus creare terras, platis & frugibus steriles, duras, saxæas, sine aqua primordiali, vides quid fuisset consecutum. Decem alij si proponantur modi, in his fuisse melius & absolutius probabis, quod fuit, ut natura fuerit cuiusque rei. Est autem natura id, quod in vnaquaque re fuit melius. Tantas igitur terra species & formas edidit, quâtas naturæ eius conditio virtusque reciperet. Quod quidem & si principium habuit ab ipsa terra, nisi tamen quiddam secretius, ordinem formis dedisset, stare ac seruari quicquam nequiuisset. Hinc ingenio magni viri, cum in consideratione rerum istarum versarentur, & admirabiles essent hominum rerumque naturalium ordines considerando progressi, non habentes quid amplius in horum assignanda ratione dicent, Deum & naturam associarunt, naturam ordines eos, Deum eorum inuentorem & moderatorem appellantes. Sic Aristoteles Deum & naturam clamat nihil ociosum ac superuacaneum fecisse, quod non fuit nisi summæ sapientiæ: Idemque ait, Deum, quia res essent in terra corruptibiles, parasse ut esset inuicem sibi succedentium perpetuus generationum ordo. Cuius impellor huc proferre, quia longe est clarissimum testimonium. ut qui non considerant vel quæ ab illo, vel à Mose diceretur, fiant hac nostra admonitione attentiores. Etenim Moses docet Deum dixisse, imperasse, statuisse, ut omnia à terra nascerentur. vim gignendi simile sui retinentia. Hoc imperium & legem ac placitum, fuisse Dei Moses docet. Aristoteles autem, ἐπεὶ δὴ γὰρ ἐν ἀπασιν αἰεὶ τὸ βέλτιον ὀρέγασθαι φαιδὸν πλὴν φύσιν, βέλτιον δὲ τὸ εἶναι, ἢ μὴ εἶναι. τὸ δὲ ἐν ἀπασιν ἀδύνατον ὑπάρχειν, ἀλλὰ τὸ πρότερον τῆς ἀρχῆς ἀφίστασθαι, τῷ λεπτομενέστερον, σικεπαλιώστε τὸ ἅλον ὁ θεὸς ἐνδελεχῶς ποιήσας πλὴν γενέσθαι. Quoniã, ait in quocunque genere rerum, desiderare melius naturam asseueramus, melius est autem esse quàm non esse, id autem fieri ubi que non poterat, quia longa esset ab ipsa origine distãtia, quod supererat. Deus dedit vniuerso, perpetuam generationem. Aspicias interpretem & assertorem theologiæ Mosis Aristotelem? Moses quidem non assignat causam cur sit rerum terrestrium successus & formarum generationis rebus, rerum gignentium similitudo locata: docet Aristoteles duas causas, vnam propinquam, alteram superiorè proponens. Volebat, inquit, Deus aut natura facere quod esset melius, est autem melius esse, quàm non esse, quod Aristoteles ratione, Moses testimonio Dei, quod optima est ratio, probat. Siquidem asserit eum ad vnamquãque rem creatam affirmasse, fuisse bonam. Fieri autem perpetuum esse non poterat, quia ab origine sua æterna, nimium res recederent, non substantia solum, sed etiam loco. Vult, ait vterque, Deus quod est bonum, nam si voluisset, non creasset: assertum est autem, quod creasset esse bonum. Ecce & bonum dixit esse, & creare ipsum voluit. Id igitur maxime habuit in votis. Idque docet

Deus &
natura idem

Aristoteles. Fieri autem non poterat, ut esset perpetuum esse, perpetuū rerum æuum, per-
petuę plātę illę primordiales, & animalia. Causam non docet Moses, quia clara, docet A-
ristoteles, quod à perfectissima, æterna omnium origine, res essent longe distun-
ctę. Potentissimam veritatem non patientem tenebras & silentiū. Rerum originem, quasi Theo-
logus, Deum clamat Aristoteles, hoc fortasse discrepans cum Mose, quod is fecisse, quodā
temporis initio, Aristoteles facere quadā dependentia perpetua, & creare affirmat. Hoc q̄
sensu ἀρχῆς, id est, principium & originem Deum fortasse dicit: Quę sententia facile
seipsa, sui que verbis autoris refellitur. Loquitur enim idem in præterito *οὐκ ἐπὶ τὸ ὄλον*
ὁ θεός ἐν ἀρχῇ ποιῆσας τὴν γένεσιν. Dedit vniuerso perpetuam generationem: spectantque in
præteritum, hæc præteriti temporis verba *οὐκ ἐπὶ τὸ ὄλον, ποιῆσας.* Dependentia debuit præ-
teriti tempore designari. Veritas igitur inuito quasi de pectore erupit. Exciditque impru-
denti, Decretum quoddam Dei & inuentum fuisse ait, hanc perpetuam generationem:
Moses Hebraice, & sua phrasi, vnum sibi succedentium rerum ordinem, ut vnumquodque
iuxta genus suum, semen retinentem prolem produceret. Id enim est *ἐν ἀρχῇ γένεσις*, ha-
bere vim alterius sui similis gignendi. Generari à matre arbore cum generandi alterius fa-
cultate. Idque vicissim quodam ordine sempiterno, quem nullus casus, nisi is qui ligasset
vnus, ut ait Plato, rescindat. Hunc perpetuum, continuatum, catenatimque per omnia sæ-
cula labentem ordinem generationumque seriem, (est enim res diuina, magnęque admi-
rationis cōmuni consēsu & consilio Moses & Aristoteles Deo ascribunt, vterque præterito
quodam tempore factum, Moses: Et dixit Deus, producat terra. Aristoteles *οὐκ ἐπὶ τὸ ὄλον*,
ὁ θεός. Et eodem consensu originem & principium rerum Deum fatentur. Tria scilicet pari-
bus suffragijs: Perenne flumen similium sibi succedentium formarum: Dei opus: & sapien-
tiam vterque originem rerum ipsum Deum, à quo res corruptibiles plurimum recedant,
eāque causa sit corruptionis, vterque: perennem istam successionem quodam olim tempo-
re institutam vterque. Philosophi igitur propter necessitatem scrutantes fontem, causamq̄
rerum pulcherrimarum, quarum admiratione animos fatiare non potuerant, Deum auto-
rem, temporis initium coacti sunt asciscere.

Iuxta genus suum.

Genus, siue species, Hebraice גֵּזֶרֶם min. Vox à verbo גָּזַר mana, distribuit, decreuit, instituit.
Itaque proprie sonat decretum, institutum, normā, legem. Quasi que dicitur à scripto-
re, iuxta legem, decretumque suum siue cursum, vel instinctum suum. Fiat, inquit, è terra
quicquid fieri, & ad quas vsque formas progredi terrarum queat vbertas. Quos & quā
varios fœtus, terra sinu complectitur, tam varios edat in lucem. Hoc diuino imperio pro-
batur omnes omnium rerum causas & origines in Deum referri oportere, eius causę crea-
torem, quę mater innumerabiliū feminum fuit & causarum. Omnia quę ex igne nascun-
tur, quod rerum causa est aqua, quantum valent spiritus & impulsus aërii, quicquid de terra
nascitur, efficiturque cum terra, opere terrena quętor aspiciamus, tot sunt in autorem primū
redigenda. Viderat enim, animoque cōprehenderat fator ille, quid esset vsquequaque tum
ad decorem aptissimum, tum ad vsum maxime opportunum. Eos ergo parabat, tot perenni-
um generationum fontes, quos ad vitam sustinendam, tempusque per sæcula propogan-
dum, & ad perfectissimam pulchritudinem efficiendam, poscebat vsus. Hoc consilium eius,
omnium fuit postea natura rerum: quę est continua rerum per easdem formas, in exiguis
feminibus, quorum vim esse maximam voluisset, contentas, successio. Quod sine Deo fieri
non potuisse certum est. Factum autem & Moses indicauit, & Aristoteles, ac sapientissimi
quique crediderunt & prædicauerunt, ut fuerit ars Dei, ipsa natura. Quodque ars in homi-
nibus, hoc in Deo natura.

*Natura ve-
rum quid.*

Fiant luminaria in firmamento celi.

Creatis rerum cunctarum, terra & aqua, initijs: à qua rerū cælestium, id est, aëris, ætheris:
terra stirpium, & animantium, cæterarumque mole præditarum rerum, ex his postea
has ipsas res creauit, quę & ipse quædam aliarum rerum essent origines. Omnium autem
origo & autor, id est, cuius ope & auxilio, omnes supernę infernęque naturę nascerentur,
fuit sol: quem ante omnia, quę eius ope essent creanda, fuisse creatum, hæc ipsa necessitas
demonstrat. Creato sole, duo rerum natarum ordines sunt in duas partes secuti, terrę stri-
um & cælestium: cælestes res appello nunc, omnem cæli ornatum, innumerabilem astro-
rum multitudinē: terrestres sunt, ut dixi, aër, quatenus eius respirationibus viuunt animan-
tes, ipsi animantes, plantę, marę, terrę separatę. Harum rerū diuinus scriptor, cum totam
ante

*Solis crea-
tio.*

Ante oculos haberet creationē, alterumque post alterum, & si simul fuissent creata, esset
ei commemorandum: maluit tamen quod natura monstrabat iter sequi, & explicare cun-
cta deinceps, vnumque ordinem aggressus, eoque absoluto, reuertitur ad alterum. Prior
ordo fuit, quod creato sole, fusę & extenuatę aquę, aërem fecerunt, nudatę sunt ter-
rę, immensęque residuarum aquarum copia in vnam voraginem, coër cita. Terris au-
tem nudatis, natę sunt omnigenę stirpes, vestiti floribus, herbis, arboribus, montes &
campi. Vides vnum deinceps ordinem, quem totum absolueret describendo coactus sit
Theologus. Eodem autem tempore quo factus est aër, mare intra legitimos fines coër-
citum, terrę nudatę, stirpes & herbę genitę, desuper luna & omnia sidera creaban-
tur. Conglobatus & accensus, sapientissimęque constipatus sol: in terris quidem ipse
reliqua opera faciebat. Ipse factus fecit diem, fecit aërem, fecit denudationem terrę,
aquis exhaustis, stirpes & animalia creauit. Desuper autem Deus cælestia lumina, ex ea-
dem atque sole, sed diuersa ratione, massa creabat, processitq̄ opus vsque ad quartum.
Primum enim creatus est sol, post luna, post septem errone, demum sydera, vel *ἀστὲρ*.
Prima dies nata est à sole creato, secunda creata est luna, tertia creatę septem errantes,
quarta omnium syderum multitudo. Nihil enim temerè fit à Deo, & si fiunt omnia mira-
biliter, quorū nulla possit, nisi potestas eius qui creauit, ratio assignari. Tria igitur opera in
terris exequente sole, cælū, siue expirationes cælestes aëriamue regionem, reuclationem
terrarum, aquis in profundum subsidentibus post, fatum arborum, herbarū ac florum, de-

*Solus Deus
rationē ve-
rum creatu-
rum tenet.*

B super creabat astra Deus implens mundum luminibus, quod quidem opus non solum non
minoris momenti fuit, quā illa tria terrarū, sed longe etiam maioris. Vt si duobus diebus,
in cælestem lenitatem diffusa est pars aquarū, & terrę patefactę, frugibus & plantis sunt
repletę, tantundem temporis aut plus etiam tam mirabili ac vasto dandum sit ætheriarū
substantiarū opificio. An si vna dies in creatione solis, id est, spatio simili vnus diei, est ex-
actum, in omnium opere stellarum, quarum singulę vix credibili magnitudine dicuntur
excedere terras, non diuturnius spacium absumptum debemus arbitrari: Omnis hæc ratio
demonstrat ipsdem diebus cælum stellis exornatum, quibus inferioris mundi opera pera-
gebantur. Etenim à principio per spiritum sapientiamq̄ diuinam operatē, & eam quam
dixere Theologi *διάνοιαν* diremptionem, & quasi extrætionem faciētē, totus æther effe-
ctus est. Sol ante omnia, cuius à cæteris corporibus plurimum distare volebat dignitatem,
quorum neque calida est neque lucida natura, sed quædam quasi crysalli, purissimęque
veluti speculorum species, ut si lumen adsit, colluceant sin minus, quemadmodum cætera
sint tenebricosa. Atque illud est verissimum, & à Theologis quoque vetustissimis asser-
tum, eadem ratione fuisse ex aquis educam ætheriam substantiam, atque ipsum cæ-
lum, expirationesque cælestes. Videmus enim aquam in aërem, in nubes, in faces, vapo-
res igneos mutari. Itaque eodem illo tempore id factum existimandum est, cum sapien-
tia, ingeniumque Dei ferebatur super aquas, & ex his puriores substantias educebat.
Solem primum, cuius operosa magnitudo & pulchritudo vincit omnia, cælestia &
terrestria. Agitans igitur & concutiens creatas ab se aquas secreuit & accendit ignem,
purissimęque lumina, defecatasque materias veluti speculorum & nubium, ut eadem
& luminosę sint, & leuissimę: quales nitidissima nubes, quę quo puriores sunt, hoc
altiores sedes appetunt, ipsęque ignis, id est, flamma non est aliud, quā accensus aër.
Ideoque aquarum magnitudinem tantam fuisse credendum est, quanta & ad spiritus
aërios efficiendos, & ad effundendum totum æthera, cælestesque substantias sufficeret.
Hoc antiquarum gentium monumentis perpetuisque successibus traditum erat:
Quam penes eos Poëta repertam sapientiam referens ad amussim cum theologia Mo-
sis consentit:

*Sol pulcher-
rimus &
maximus re-
rum omnium*

*Hanc Deus & melior litem natura diremit:
Nam cælo terras, & terris abscedit vndas,
Et liquidum spisso secreuit ab aëre cælum.*

*Ouid. Me-
tam. l.*

Nisi theologia Mosis succurreret, Poëtarum more cum fabulose locutum putaremus.
Sed vera canit, si tamen theologiam Mosis adhibeas. Non enim prorsus erat his illa cum
terra, congeries aquarum, sed iacta & preparata fuerant ceu rerum supernarum, infer-
narumque origines. Ergo sapientissimus ille, & infinita potestatis spiritus diremit litem,
diremit quam parauerat congeriem, ad opus, magnitudini, sapientięque suę congruum
accinctus. Nam cælo terras, & terris abscedit vndas. Primum enim super illam aquarum

vastitatem operans (id enim proprie sonat Hebraicum מרחפת merachephet, motum scilicet magni opificis, immanemque operis immanis operationem) abscidit caelum à terris. Secreuit enim purissimum ex aquis illis aethera, camque substantiam assumptam redegit in orbem, qui terras illuminantes, signa quoque & tempora distingueret, hominumque in terris opera gubernarent. Denfiora fecit ipsa luminosa corpora, orbem autem eorum rariorem. Abscidit ergo terras à caelo, caelumque à terris, in altum aethera substantia sublimata. Secutum est deinde, ut vna fuerint ab eodem à terris separata. Scribit enim Moses, Congregentur aquae ad locum vnum, & appareat arida. Ecce abscidit terras ab vndis: & liquidum spisso secreuit ab aere caelum. Cernis & hunc eundem ordinem seruare non potuisse, & repetisse quod ante dixerat. Nam caelo abscidit terras. At hoc commemoratum est. Nunc autem, & liquidum caelum è spisso aere secreuit. Bis ergo idem inculcat. Non potest enim in tanto simul vrgente opere non fieri repetitio. Repetit ergo & Moses in quarto die solis operationem. Sed carmen confere: Et liquidum spisso secreuit ab aere caelum. Moses autem secunda die docet caelum, id est, diffusiones aërias, spiritualesque animationes extractas: addo ego, ex aquis. Debet autem summopere considerari quod ait, liquidum caelum, spissum aërem: Ostendit enim substantiam caelestem esse ipso aere puriorem. Sicque fatetur omnes, ex aquis aërem, ex aere aethera generari, aethera vero esse caelestia lumina. Non mirum igitur si mundi altissimas regiones obrinuerunt. Consistentur autem & ipsi ex aquis aethera creatum, ut annotationes ostendunt: Simile quid enim est aether, atque purissimae nubes, quae & albescunt, & altissimis sedibus immorantur, Faces etiam per inane feruntur. Quo modo autem sempiternis saeculorum aetate, pares in eadem semper varietate teneant cursus, Dei opus fuit, & spiritus idem. Idem Poëta iterat tertio quod bis ante dixerat:

Onid. ibid.

*Ignea conexi vis & sine pondere, caeli,
Emicuit, summaque locum sibi legit in arce.*

Cogebatur enim ut series esset perfecta, saepius idem memorare. Et Moses cum primum dixisset creatam lucem, id est, solem, quarto cum caeteris eum adnumerat, ut esset inter se apta & connexa descriptio, ne separatim quasi caesa membra, moles & ornatus caelestis describeretur. Debemus enim naturam in his assignandis sectari, non turbari verbis. Nam tamen descriptio sequitur operationes, multa tamen semel fiunt, quae semel nequeunt tantum commemorari. Natura hanc rationem creationis ostendit, ut lux fuerit sol, duoque statim nascentium rerum riuus, alter caelestium alter terrestrium in duas semitas abierint. Neque enim credendum est, dum in terra nascerentur plantae, fuisse caelum sine luna, & syderibus. Sed non poterat simul vtrunque opus describi. Assumpta est descriptio earum rerum quae à prima re creata, factae essent. Nam luna & stellae non fiunt à sole, & si irradiantur. A sole autem & aquae in aërem euaporatae sunt, & exhausta abyssus, & terrae patefactae, & ex his calore confotis generatae arbores & omnes stirpes. Haec Moses deinceps: narrare oportebat. Occurrendum est autem errori, quem non scriptoris quidem vitio, sed ipsa natura solet in his legendis animus arripere. Ut enim videbatur prima die fuisse sol creatus, veritas autem erat, solem siue lucem creatam, diem fecisse, ut secuta post solem, dies fuerit: sic hac quarta die, qua videntur legenti creata sydera, luna, sol, non in ipsa creata sunt, sed his creatis, quarta dies circumacta & absoluta est. Dies ergo quarta, post opera, secuta est, non in die quarta sunt facta opera, qui sensus non esset nisi animi ludificatio & exorbitatio. Ecce igitur sic debes intelligere, opus eousque peruenisse, ut absoluto ornato caelesti, dies quarta exacta fuerit. Sicque totus ornatus à calce ad caput processerit. Ne videamur autem somnia, commentitiasque fabulas, quanquam est ratio in promptu eorum quae dicta sunt, induxisse, & solem qui prima die fuisset satus, quasi repetitum quarta die fuisse, & caetera sydera cum luna, totum illud spacium, dum fierent, confecisse, quasi rememorationem primi diei, esse quartam, nec debere nos his repetitionibus turbari, nonnullas eiusmodi his ipsis etiam locis ostendam. Quod & si feci superius, addam tamen exempli causa, hoc quoque loco. Bis homo creatur, bis in paradiso ponitur, bis bestiae nascuntur, bis plantatur paradisos. In quibus est etiam ordo praeposterus. Quod repetatur hominis creatio superius ostendi, sed & subijcio hoc loco. Primo capite sexta die creatur. In secundo, Formauit igitur dominus hominem de limo terrae, & insufflauit in faciem eius. Hic tum repetitur humana creatio, tum additur quod fuerat praetermissum. Non enim sexta die scribitur, Deum hominem de limo fecisse, & in

A& in eum spirasse. Quasi ergo fuerat omissum. Sic tamen omissa est in prima die commemoratio syderum, non est quod sensum quem ostendimus, id vel tantillum dimoueat loco. Eodem capite sic legitur: Plantauerat autem dominus paradysum voluptatis à principio, Hebraice עֵדֶן ab oriente: in quo posuit hominem quem finxerat. Paulo post: Tulit ergo dominus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis. Nam prudenter addidit noster, ergo, cum non sit in Hebraico: intelligens videlicet esse repetitionem. Primo capite dicitur: Ad imaginem Dei creauit illum, masculum & foeminam creauit eos. At homo sexta die creatur, in qua si & masculus & foemina creata est, vtrique quod postea de costa narratur, ibi fuerat omissum. Eodem loco legitur: praecipitque ei dicens, Ex omni ligno paradisi comede, & quae sequuntur. Hoc praecipitum similiter mulieri atque viro datum, certum est, at mulier nondum creata paulo post è latere Adam educitur. Ibi dicitur: Formatis igitur dominus Deus de humo terrae cunctis animalibus terrae. Pro formatis, Hebraice est ipsum verbum formauit. Quod quidem ante multo, quam homo crearetur, factum fuerat. Fit igitur vbi que necessaria repetitio, & quae ante narrata non fuissent, secundae descriptioni relinquuntur. In priore tamen intelligenda. Quae exempla cum sint vera, cum non discedant à similitudine solis, lunae, stellarumque conditarum, sic debemus arbitrari hoc opus in primi diei commemoratione praetermissum. Solis autem conditionem in quarta repetitam, sicut in caeteris est factum. Disco autem ex his exemplis tria de ornatu caeli, Tum omissam esse in prima die partem caeli, id est, aliorum syderum creationem, sicut pars hominis quod insufflauit, & B ipsius mulieris constructio. Et ut reuocata est postea, sic postea reuocatam lunae, stellarumque creationem, prius omissam. Tum sol & si primum fuisset editus, repetitum esse postea cum caeteris, tamen costet ea post absoluta. Postremo totum opus à primo ad quartum diem dico peruenisse. Superest vnus scrupulus, qui tantum animu torqueat, de die quarta, in qua haec creata memorantur, ut spacium quasi temporis certum praefigatur, quem sic remoueo: ostendens non in die ea opera facta, ut quasi narretur hoc die factum esse caelum, altera primum syderum: sed hunc esse veriorem sensum ostendo, his operibus exactis, diei spacium circumactum & absolutum. Sicque ordinem fuisse conditorum, ut neque noctu, neque interdiu, primae causae ab effectibus producedis interquieuerint. Quod ne fieri quidem poterat. Eundemque ordinem caetera opera habuisse quem primum opus, quo nato & facto dies est secuta. Illud vero non sine maxima admiratione mecum considero, quod Poëta Latinus repertam apud Graecos, ad Graecos autem à barbaris tralatum creationem describens, post omnem caeli ac terrae, post aetheris & aëris, aëriarumque regionum dispositionem, stellas scribit toto caelo exortas. Ideo enim demiror quod dicitur ab eo, quod traditur à Mose, qui post creationem lucis, post aëra, post aethera, post partas herbas, & stirpes, & arbores, affirmat à Deo sydera creata: Poëta vero,

*Vix ita limitibus discreuerat omnia certis,
Cum qua pressa diu, massa latuere sub ipsa,
Sydera ceperunt toto effervescere caelo.*

Res certe cōtemplatione dignissima. Interpretatur enim Mosen, cuius viderat apud Graecos theologiam, non illam quidem in libris ipsius Mosis, sed Phoenicum, Mercurij Trismegisti, Orphei. Latebat, inquit, pressa & occulta sidera caelestia, sub massa, massa scilicet aethera, caelique substantia. Aetherium corpus, materies aethera qualis facum in caelo volatum, nuper ex aquis abscissum, arreptum, ac secretum, & in globum protractum, ut ait Plato, quod super aquis in theologia Mosis moliebatur spiritus, ingeniumve diuinum. Parata igitur hac substantia, & artificio Dei compacta, qui subito mirabiles & insolitos ignes & splendores saepe accendit, ut ignis in rubo, ut is quo mons Sina ardere videbatur, ut splendor de facie, vestibus eius manans in monte, exorta repente est lux. Interea conglobata & inclusa, & quasi in sua origine, in illa massa latentia caetera sydera, veluti sua vi & sponte nascebantur. Sicut enim creata terra fuit in ea mox partus foecunditasque stirpium, paulo post prodierunt, sic erant in massa caelesti, nondum quidem nata, sed paulatim nascentia & feruescētia, certatimque erumpentia sydera. Quod opus vsque ad quartum diem, trium dierum interuallo processit, absolutumque est. Feruebantque per omne caelum sydera, perinde atque innumerabiles lucernae. Nascebantur autem è massa caelesti, aethera, sicut è massa terrestri stirpes. Asseritur enim & ab Astronomis syderum in orbe esse quasi nodum in arbore. Ut ergo è terra stirpes & animalia, partes scilicet quaedam terrestres, condensata in debitas formas fangebantur, & ut ex aquatili materia, quidam densati humores & coacti, exiguo

spacio in mirabiles formas euaserunt, sic mirabiliter densata liquiditate celesti, stellas collu- xerunt. Idque fiebat dum certis omnia limitibus diffiniuntur. Atque ubi Poeta occupa- tur in describendis mundi regionibus, qual lege creator eas ligasset, Moses interea, ad maximas generationum causas generationesque ipsas, quod erat potius progressus, des- cripsit aërem, & maria in sinus coacta, terras patefactas, & natos camporum, motuumque vestitus, annuum ac riparum, cibos scilicet brutorum herbas, hominum fructiferas arbo- res. Ac poeta quod erat mirabile, & carminibus aptissimum, repetens creationem, multus est in describendo aëre, aethere, ac caelo, terrae forma, ut globosa sit, flumina, fontes habeat: aëre, ut ventos, fulmina gignat. Moses haec veluti minora minime moratus, breuibus ma- ximas causas comprehendit. Poeta igitur posteaquam situs aërios ac meliora descripsisset, demum haec addidit:

Hæc super imposuit liquidum & gravitate carentem, Aethera, nec quicquam terrenæ fœcis habentem.

Quo dicto ut è massa hac aethera astra creata monstraret, adicit:

Vix ita limitibus discrete erat omnia certis, Cum quæ pressa diu, massa latuere, sub ipsa, Sydera coeperunt toto effervescente caelo.

Ovid. ibid.

Non est igitur cur miremur, si post mare coactum, post terras apertas, post natas arbo- res, & herbas, dicuntur à Mose stellæ creatæ. Ordine pari, atque æquo, iustissimoque dicuntur. Cœperant quidem effervescente toto caelo stellæ, cum primum aethera massa, E mox sol esset creatus, sed ne impediretur descriptio, nascentibus ac feruescentibus syderi- bus, terrestria aggressus est Moses: Ibi que non diu moratus, reuersus est ad astra, iam na- ta, iam rutilantia: cum quibus solem, & si iam fuerat satis oportere commemorare cen- suit. Nam neque ipse Poeta, solem in descriptione stellarum retulit, quippe quem ante dictum esse oportuit. Describit enim ante nata sydera, fontes, flumina, sylvas, ven- tos, quæ omnia sine sole fieri non possunt. Nec mireris quod Moses asserat Deum syde- ra creasse, tametsi è massa caelesti pullularent: proponit enim Deum tanquam causam principalem, sicut in creatione arborum & aquaticorum dixit: Et dixit Deus, Producat terra: creauitque cete grandia: & animam viuentem quam produxerat aqua. Sic tametsi dicat, Fiant luminaria in firmamento caeli: intelligenda quoque est alia causa, è qua sic facta sint sydera, sicut è terra stirpes, ex aquis pisces. Tacet quidem Moses hanc caelestium sy- derum materiam, quod esset ab oculis remotior, nec intimos & obscuros Philosophiæ locos tangere decreuisset. Esse autem quasi interpretem Mosis hunc Poëtam, formamque Mosaicæ theologiæ cum sequi, declarat idem apud vtrumque rerum descriptarum serua- tus ordo. Moses quarta die creat sydera, quinta pisces, sexta bestias marinas, sexta bestias terrestres, & hominem: Poeta quoque eodem ordine, post ornatum syderibus caelum, digerens quæque in ordinem,

Ouid. Me- tam. l.

Astra tenent caeleste solum formæque decorem:

Cesserunt nitidis habitanda piscibus undæ:

Terra ferax cepit, volucres agitabilis aër:

Sexta, in qua & homo creatus est, lege Mosen: Poeta vero,

Sanctius his animal formæque capacius altæ,

Deerat adhuc, & quod dominari in cetera posset.

Hoc omne traditur à Mose, animal altæ mentis, id est, imaginis diuinæ defuisse. Et homo ait, non erat, qui operaretur terram. Formatur igitur, ut in omnes accipiat dominatum. Quocirca si sunt vbi que ferè similes, certe intelligimus quartum opus à Mose descriptum, cum describatur idem eodem ordine à Poeta, de solis syderibus & luna esse intelligendum. Nam & Poeta, cum primum fuisse chaos prodidisset, post in diremptione tantæ litis ca- lum, aetheriamque substantiam, primum factam narraisset post ad ornatum rerum terrestri- um se transtulisset, fieri ista ab eo descriptio non poterat, nisi præmissis sole, quem nullo etiam in loco nominat. Moses autem sub nomine lucis, rei scilicet in omni mundo, ut ait Philon, ἡ γυμνωτάτης, principalissimæ. Cuius dictum sit Mosis interpretatio. Nam si na- tura lucis res est in mundo principalissima, habens præcipuum in omnibus locum, hæc ut cætera dignitate anteit, sic item creatione & tempore debuit præcedere. Nulla est au- tem alia lux in mundo nisi solis, cui dandus sit principatus: hæc igitur & creari primum debuit

Die quarta.

Quinta.

F

Adebut, & creatam primum in descriptione Mosis debemus credere. Quarto autem loco veluti minoris momenti, quod à Mose & à Poeta Mosaicæ theologiæ interprete describitur, fuit astrorum multitudo.

Sint luminaria.

Soccurrit editio Chaldaica, id est, Biblia tralata quo tempore Hebræi essent in Babylo- ne, in idioma illud Chaldaeorum ex Hebraico, quartum hoc opus esse quasi primum, ut hic quasi commemoretur, quod prior descriptio tacuisset. Eodem siquidem nomine vo- cat opus primi diei, atque quarti. Primi נְהוֹרִים, nehorim, id est, lumen, splendorem: quarti נְהוֹרִים, nehorim, lumina, splendores, numero multitudinis. Creatur itaque hic iterum ca- lum, cum repetitione eorum quæ fuissent ommissa: sicut creatur iterum homo, addita ra- tione creationis, quam prius tacuisset. Additur autem in descriptione, ut sint in signa tem- pora, & annos, & ut luceant super terram, & ut dominantur noctibus ac diebus, lucis & tenebrarum spacia moderantia, quorum nihil prius dictum fuerat: sicut additur in repeti- tione creationis humanæ quod finxerit lutum, quod insufflauit in faciem, quod traxe- rit costam, & tamen dixerat, Masculum & foeminam creauit eos: & foeminæ creationem ibi non narrauerat. Dicat igitur mihi qui quartum diem aliorum dierum explere nume- rum contenderet, an si sexto die homo creatur, pars autem hominis est mulier, efficitur altera die muliere creanda: Certe igitur hæc separare non debet ratio, & si separauit de- scriptio, nec separata, debent nos ad inania fragmenta reuolueret. In quibus & Hebraismus est, & omnium scriptorum, omnis quotidiani sermonis crebra consuetudine usurpata eo- rundem enarratio.

Editio Chaldaica quæ dicitur.

In signa.

Signa quoque à Græcis ac Latinis ea sydera dicuntur, quibus menses, solisque efficiens diuersa tempora conuersio, internoscitur. Et signiferis circuitus, quem sol annuis re- uolutionibus totum peragrat. Signaque ea astra, sub quibus incedens sol, menses efficit, quanquam hæc signiferi (qui zodiacus, quod zodia, id est, parua animalia deferat, dicitur) notatio, nondum erat tempestate Mosis ut reor reperta. Vera igitur signorum, tempo- rum, festorumque dierum rerumque gerendarum, & solennitatum, quæ Hebraice מוֹדֵי מוֹחָדִים, monstratrix est luna. Ab ea certissima rerum gerendarum, omniumque huma- narum actionum signa & indicia colliguntur. Hinc Hesiodus & totius agricolationis, & aliarum humanarum actionum signa, notat ex lunæ crementis & decrementis. Et Home- rus eadem prorsus ratione loquitur de luna atque Moses:

Zodius.

Luna semi- porum in- dex.

Τὸ κοινὸν δὲ βροτοῖς καὶ θῆμα τετραπύλον.

Indicium fuit, & signum mortalibus ipsa.

Hymno in Lunam.

Solis mi- nus.

Proprie igitur hæc de luna dicuntur, Solis munus est lux, idque ei datum à principio, & hæc idem officium confirmatur. Quare falluntur ac supra quam dici possit mentiuntur, qui ex hoc loco, signa rerum futurarum iudiciariamque astrologiam defendunt, & peruersissime locus ab eis interpretatur, ut quod de agris & festis ac celebritatibus scriptum fuerat, nulla prudentia, ad bella & foedera, ad dies felices & infelices ab eis transferatur, imprudentif- sime scilicet à corporeis ad incorporea, ab exterioribus humanæ vitæ, hisque non omnibus exercitationibus, ad secretos & distantissimos morus animorum ascenduntibus. Deus au- tem per prophetam admonet, A signis caeli nolite timere, quod scilicet esset metus vanif- simus, & falsa suspitio: optimèque hos irridet Apollinarius, ἡ γὰρ θεῖον ὄρισμῶν ἀστρολόγοι γινέσθαι φέροι. Non enim sciunt diuinas diffinitiones astrologi. Stent, ait propheta, & seruēt te astro- logi. Signa ergo sunt agricolis, ut ait Hesiodus, nautisque, ut Augustinus, cæterisque rebus, in quibus temporum, id est sereni, nubili, pluuiique, frigentis, vel calentis necessaria est ob- seruatio. Sol quoque & exoriens & cum se condet in vndas, signa dabit, ait egregius poëta. Signa Didymus ea quæ leguntur in scripturis, ut stella magorum: Signum sol manans im- motus sub Iosuhe, sub Esaiâ retrogradus. Item signa nauigantibus, arantibus. Basilius, ventorum, siccitatum, hymbrium, signum exitiale cometæ, pluuiiales hædi, aquosus Oriō. Philon, signa rerum futurarum syderum ortu, occasu, deliquis, occultationibus, frugum prouentus, caritates annonæ portendi, foetus animalium, interitusque, serenitates, caelum nubilum, ventorum tranquillitates, aut violentias, fluuiorum inundationes, aut exhaus- tus, maris tempestates, aut tranquillitates. Quatuor temporum mutationes, frigidæ æsta- tes, aut ardentes hyemes, aut veris autumnantis, aut autumnus vernantis. Iam & terræmo- tus, & alia multa signa ex astris accipi.

Et tempora.

Cur diebus & annis commemoratis, menses tacuerit, hæc videtur ratio, quod Moses respiciens in consuetudinem legis, & mandata quæ condidisset, cum hæc scriberet, voluit menses designare cum dixit, tempora, Hebraice מוֹדִים moadim, qua voce cuiusque mensis celebritates denotantur: quanquam Chaldaica tralatio, quæ in declaratione Hebraismi sic vsui est, sicut olim Græcis nescio quæ Syra editio, aliisque Græci interpretes, in qua Hebraicorum verborum proprietates sæpe clarescit, pro moadim transtulit מוֹדִים זִמְנִין, id est tempora, sed stata tempora, & cærimonia intelligit. Nam & Psalmus: Fecit lumen in tempora: quo loco est moadim. Ex quo perspicitur quod superius demonstraui-mus, hæc omnia, vt sint in signa, tempora, & annos, proprie de luna fuisse dicta, non de sole, cuius sit munus tantum præbendæ lucis: Istam autem descriptionem quartæ diei proprie esse lunæ. Præclare autem diffinit tempus, & huic loco maxime consentaneæ autor Latinus: Tempus, inquit, est id quo nunc vtimur. Nam ipsum quidem generaliter diffinire difficile est, pars quædam æternitatis, cum alicuius annui, menstrui, diurni, nocturnive spatij certa significatione. Intelligitur etiam hac voce Occasio, quæ est pars temporis, habens in se alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem. Hoc addidimus ad ea quæ in annotationibus habentur.

Tempus.
Editio Syra.
Psal. 103.
Occasio.

In firmamento cæli.

Pro firmamento est solita diffusio in Hebraico, quam proprie aërem esse docuimus. Quemadmodum autem & Latini aërem, & orbem cælestem appellat cælum, sic in scripturis sacris, vterque vsitatissimus est significatus: possumusque arbitrari vt supra demonstratum est, vel in sublimibus aëris regionibus dicere Mosén, opificem lumina posuisse, vel ipsi extenso orbi affixisse. Totos autem supernos tractus solitum esse cælum appellari, omnis quotidiani sermonis consuetudo testatur. E cælo fulmina descendere, delabi cælestes hymbres, per cælum ferri ventos, salubre, noxiumque cælum, variare & fingere cælum humana ingenia, Nam cælestes orbes à nemine videntur. In cælo igitur posita sydera, quasi in altissimis regionibus, quantum acies oculorum sursum extenditur scriptorem dicere, potest ipsa consuetudine probari. Talisque erit hic locutio, qualis cum Deuteron. cap. III. dicitur, Auium quæ volant מְעוֹפְוֹת in cælo. Quam prudenter noster locutionem mutauit. Sic in cælo sunt sydera posita, id est, in sublimi regione. Itaque quod alibi admonuimus firmamentum in scripturis, non est vt creditur, & ab indoctis prædicatur, octaua sphaera, quæ Græce ἀπλανής aplanes, in contrarium videlicet, quam septem planetes, id est errantes, tendens, siquidem ad alia, hoc loco scribitur, sol, luna, sydera, posita in firmamento, cum sol & luna procul infra firmamentum, omnium philosophorum & astronomorum testimonio, suis orbibus deferantur. Quapropter vel de tota sublimi aëris regione, vel tota cæli compage est sermo. Nunquam autem separatim orbis & sydus nominantur.

Cælum.
Firmamentum.

Et illuminent terram.

Treis habet cælum res, lucem, calorem, motum, propter duo tertium, non quod vlla ex teo terris vtilitas. Deferente ergo motu lumina circum terras, fit id quod diuinum oraculum declarat: ne forte, ait, eleuatis oculis in cælum, videas solem & lunam, & errore deceptus adores ea & colas, quæ creauit dominus Deus in ministerium cunctis gentibus quæ sub cælo sunt. Quem locum & si ad sensum prudentissime vertit interpres, id tamen quod transtulit, creauit, Hebraice significantius est, בָּרָא, id est distribuit, diuisit, partitus est, communicauit. Hoc inquam facit motus, cuius circumactu lumina rotata, omnibus cælo subiectis gentibus, æqualiter distribuuntur, cunctis, ver, æstas, autumnus, hyemsque adest. Non sunt multæ terræ, quæ vel appulsu solis nimio, vel longiore discessu, cremantur, aut frigore torpeant. Ecce sese, suaque consilia declarat diuina sapientia, cur solem, & lunam, & stellas cælo suspenderit. In Hebraico quidem non est, In ministerium, licet sit intelligendum: sed habet, Quæ partitus est, siue communicauit Deus cunctis populis. Propter vtilitatem igitur omnium populorum, quæ vera est de cælo luminibusque illis philosophia, sunt astra creata. Quod cum eo loco in Deuteronomio, tum vero hoc ipso expresse declaratur. Vt luceant, ait, super terram: Is finis, hæc gratia. Motus autem datus est propter lucem & calorem, Lux autem præcipue, non calor memoratur, quod hæc & spiritualior & cõmunior, & dignior. Ea omnis vita regitur, hæc humanæ operationes diriguntur. Tale inter lucem & calorem differt, quale inter calorem animatis & sensum. Solus enim sensus, licet sine calore sensus esse non possit,

Deuter. 4.

Apossit, in animali quæritur, & desideratur à natura. Iam voce Hebraica quæ lucem declarat, simul etiam calor intelligitur. Vnde Or, siue Vr, & lux est, & fornax, vt Vr Chaldaeorum. Quare qui dicit luminaria, dicit & quæ luceant, clarescant, atque flammescant. Philosophus igitur coarguit ipsa philosophia, qui cælo quod propter vtilitatem, necessitatemque humanæ vitæ pulcherrimis astris decoratum est, quoad omnis vsus exigeret, diuinitatem vendicauerunt, asserentes hos motus æternos, non nisi ab æternis sapientissimisque mentibus posse regi. At vera philosophia, nõ philosophia Platonis & Aristotelis, docet propter homines cælum creatum. Prohibeturque idololatria cælestis, ne fiat quod aiunt, ἄνω πτοταμίον. Nam cum propter humana commoda, & quasi in ministerium ac famulatum, & vt vsibus humanis deseruirent, sint lumina cælestia creata, nõs si contra feruiremus illis, pergerent quasi flumina retro. Quis ergo non miretur felicitatem hominum, & indefessa voce non laudet creatorẽ, quem terras, omniaque terrestria nobis fecisse dubitare quidem non poteramus? cælo autem, quod videbatur incorruptibile, & diuinum, propter mirabiles, constantissimosque motus, nemo ferẽ erat, qui nõn nefarium scelus duceret, vt Platon dicit, non adscribere diuinitatem, honorẽsque diuinos tribuere quasi seruatori, datori omnium bonorum. Vera philosophia errorem detexit, & indicauit, contra cælum esse homini debitorem, esse seruum & ministrum, perinde atque ignem & aquam, iumenta, quorum vtimur obsequiis. Sic homo lætari, felicitatẽque gloriari sua debet, cum videat omnia ditiori suæ late parere, ipsum etiam pulcherrimum cælum. Gratias agamus ei qui B falsos & impios philosophorum errores detexit & coarguit. His enim testimoniis & fabulæ Platonis, qui ait in Epinomide, Τίνα δὲ καὶ σεμνόνων ποτὲ λέγω θεῶν, ὃ μεγαλλέτε, καὶ κλησία, καὶ ἄδον ἕργων. τὸ δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀίτων ἀγαθῶν πάντων ἡμῶν αὐτῶν γεγονέναι, πάντες ὁμολογοῦμεν. Quemnam potissimum veneratus Deum dixerim ὁ Megille & Clinia: Certe ipsum cælum: Quod omnium nobis causam & autorem bonorum, nemo est qui non fateatur, Aristoteles autẽ in metaphysicis cum ad summam diuinitatem aspiraret, ad cælestes motus substitit, eosque potissimum Deos approbauit. Hæc igitur commemorauit, quoniam hic expresse docemur, ad vtilitatem, ad lucendum facta esse sydera, vt quod faciunt sit ministerium, sicut aliorum corporum, ignis, aquæ, terræ, quæ & si nos iuuant, non tamen veneramur, nec venerari debemus. Sed si cælum videri sicut hæc terrestria potuisset, intellectum fuisset, motus illos esse naturales, non ab aliqua intelligentia, sed machina sic à Deo instituta, perfectos.

Astra pro diis perperam habita. Ad quid cælum creatum.

Duo luminaria magna.

EX his forte posset probari eos errare, qui stellas sole lunaque maiores contendunt: Duo enim luminaria magna tantum. Tum ratio coarguit, si ad illuminandas terras sole & luna erat satis, non debuisset maiora lumina fieri, à quibus neque calor, neque lumen abunde suppetit. Solus ornatus quæsitus. Fieri quoque non posset, si tanta esset singularis cuiusque stellæ magnitudo, vt ne lux esset & quantus quantus sit calor terris manifestior. Est fortasse probabile, orbem stellarum esse solis ac lunæ altiore, & longe minores ac sint, has nobis videri: superare autem eas magnitudine solem, non est credendum. Sint igitur stellæ maiores, quam nobis videantur: lumina maiora dicta sunt sol & luna tantum, non solum respectu nostrorum oculorum, sed etiam naturæ, respectuque sui, vt ait Beda, & stellarum.

Stellas non esse maiores sole & luna.

Luminare maius.

Si magnitudinem solis ac lunæ oculis metiamur, non videtur sol maior luna. Sed non sensibus solis, sæpe fallacibus, verum & rationi simul credendum est. Cum ratione theologia quoque consentit. Ea autem est ratio solem esse luna maiorem, quod tantam oporteat esse solis magnitudinem, quanta splendore totam lunam, quæ non natura, sed lumine solis resulget, comprehendens, stellas quoque illuminet circumquaque sparsas. Quod fieri non posset, nisi esset maior. Maior quoque dicitur, quasi regius, quasi augustior, clarior, venustior, principalior. Tria constat efficere solem, ex quibus magnitudo, pulchritudo, potestasque eius intelligatur. Illuminat terras, illuminat lunam, illuminat stellas eodem tempore. Tantamque eius necesse est esse lucem, quanta primum terras procul, id est vnum hemisphaerium, tum spargens radios in lunam, exuperansque eodem fulgore lunam, in omnes circum stellas euibret. Vt si lucerna procul emicans, treis deinceps res illuminet. Idem facit autem sol in lunam, atque in terras. Vt enim terrarum late spatia larga luce complet, sic inuectus in latissimam lunam, eodem tempore eam, quo & terras collustrat.

Sol Luna maior.

Ex quo perpendimus radios solis esse eximie virtutis, tantumque habere cursum, ut in terram ei aculati, in medio quasi spatio existant, tum delati potenter ad alterum cæli hemisphærium excurrant. Ex quo clarum est, eum non terras solum, sed totum etiam cælum vndique luce sua, veluti totius mundi lampada, complere, quæ totum templum, & si quæ in medio penderent signa, vel tabulæ pictæ, aut aliud visendum opus, tum laquearia sursum deorsumque omnia contingeret. Quod exemplum facile declarat, quantus sol existat, non terris, ut mea fert opinio, maior, fortasse à ratione non aliena. Ut enim vna parua lampade totum cubile inclarescit, sic vasta quidem illa, sed ad terras non vasta, luce solis, cælum & terræ nitescit. Maior est enim sine comparatione res illuminata, quam illuminans: cum res illuminata sit corpus infra certas mensuras præscriptum: lumen spirituale quiddam longe latèque excurrens. Egrediturque à corpore luminoso, lux ipso corpore incomparabiliter latior, quemadmodum exigua acies oculorum, vno intuitu, cælum & terram comprehendit. Oculum est quasi totius mundi sol, corpore quidem non vastissimus, sed plurima luce, & sua virtute ac dote, maximus. Incredibiliter luce, quam corpore maior. Iam si sol esset tota terra maior, ut Plato in Epimionide, Τὸν γὰρ ἥλιον ὅλον, τῆς γῆς ὅλης μείζων εἶναι νομίζουσι διωκτῶν, ὀρθῶς. Solem totum, tota terra maiorem recte nos arbitrari posse. Marcusque secutus ex æthere, inquit, innumerabiles flammæ syderum existunt, quorum est princeps sol, omnia clarissima luce collustrans, multis partibus maior atque amplior quam vniuersa terra. Et Anaximander solem dicitur existimasse, οὐκ τῆ γῆ ἐκείνοι πλάσσειν τῆς γῆς, Viginti & octo vicibus terra maiorem. Quod quidem credendum, si ipse metitus esset, oculisque propius aspexisset. Si hæc inquam essent, non lateret terras hæc tanta vastitas, videreturque profecto maior. Dices fortasse eum adeo sublimasse opificem, ut aufugiat oculos magnitudo. Quod duabus rationibus reprobatur: Qua enim gratia eo vsque separasset à terris, an scilicet, ne proximus terras inflammaret? Erat ergo melius eum & minorem facere, & terris admouere propinquius. Frustra enim tanta magnitudo parata fuisset, si ne terras concremaret, remota est. Tantopere autem illustratæ à minore luce, & idcirco propiore terræ fuissent, quantopere à vasta illa, sed ne nimia tum luce, tum calore exuperante læderet, à terris submota. Tum si tantus est creatus, tam exiguus apparuit, fieri non potest, quin à terris ad cælum infinita propemodum esset distantia. Et tamē si non certissimis rationibus, optimis certe coniecturis ambitum cæli constat non esse maximum. Par est quidem solem esse maximum ut qui tantum absens, tantum conficiens iter, moueri tamen non sentiat, quod infinitam penè distantiam indicat, distantia autem arguit magnitudinē. Verum etiam luna, non videtur moueri, quam tamen omnes fatentur terra minorem. Vidi autem ego sæpenumero media in nocte, subito exigua nube ut fit, cum sero vel noctu collidunt sese, omnem subiectum tractum, quemadmodum in media die fit, à sole illuminari. Diffusæque luce copiosa ex paruo nubeculæ corpore, maxima terræ spatia compleri, nulla ut ad magnitudinem, subito illuminatarum terrarum, cum magnitudine nubis, quæ lucem desuper accensa profudit, sit proportio. Vidique nubeculam tenebris horrentibus subito inflammamatam, detegere mihi ante oculos circumquaque terras, campos, arbores, semitas, ædificia. Quod si exiguæ nubeculæ corpus, magna terrarum spatia, perinde luce larga complet, ut altissimus sol implet lumine terrarum orbem: eo perspicuum fit, ad illuminationem terræ, non tantam corporis luminosi molem Deum fecisse, quanta esset ipsa terra: Tantoque esse solare corpus magnitudine terrarum minorem quantum breui lumine possunt maxima spatia collustrari, ut corpus illuminatum & illuminans, nulla queant inter se mensura ponderari. Nam & si, ut Homerus ait, verum sit, solis luce exorta, cælum, id est, ut ille ait:

Iliad. ε.
 ἕρων ἔς πολὺ γαλκόν, ἢ ἀθανάτοισι φαείνη,
 καὶ θνητοῖσι βροτοῖσι ἕτη ζείδωρον ἀρέσεν.
 Extulit in cæli se ut bis appareat, omis
 Mortales, videantque illum terre super aruis.

Verum inquam fit, corpus à sole illuminatum esse, non modo terras, sed totum vndique mundum, ad cuius magnitudinem sol illuminans sit minimus: certa tamen ac fixa creatoris mens fuit, ut sol irradiet terris, eaque esset propria sedes radiatorum. Itaque si paruo corpore poterant incommensurabiliter latiores terræ collustrari, eius magnitudinis lampada par est à Deo fuisse inflammamatam, quanta caperet luce sua, pauloque etiam magis in vnoquoque finitore, terras. Venientes ergo à minore luce, & à minoribus spatiis, ad lucem maiorem, maximæque spatia, horumque inter se proportionem componentes, possumus sic decernere,

Ad decernere, ut si nubeculæ exiguum corpus magnitudine puta vnus iugeris, multa iugera terrarum circumquaque adeo illuminat, ut non minus atque in media die, omnia subito clarescant, sic multa iugera terrarum, à longe minore sole illucescere. Certum quidem est solem circum terras rotatum, semper eorum dimidium, vnumve hemisphærium illuminare. Quod si verum esset, quod tradit Aristoteles, supputari à mathematicis crassitiam terræ, quadraginta myriades stadiorum, id est, stadiorum quadringenta millia, hemisphærii esset ducenta millia. Tantoque spatio solem esse minorem existimandum esset. Sunt quidem magnitudinis solis, ut Beda sane bonus theologus ait, cum alia, tum vero illud clarum argumentum, quod omnibus idem orbis eius videtur, qui si minor aliis, cæteris maior appareret, exiguum eum esse id conuinceret, Conuincit quidem id eum esse maximum, sed terris maiorem, non conuincit. Tum qua tandem ratione fieri posse putauit, ut aliis minor, aliis maior videretur? si terra in medio sita, sol & sydera per certos, & æquales cæli ambitus deferuntur. Si sit in monte lampas, & à populis circum æqualiter distantibus videatur, eadem, parque ab omnibus videretur. Sed fortasse id respexit, quod tametsi in medio sit terra, sunt tamē quibus supra verticibus fertur sol, velut his qui sunt Syenæ, & ultra tropicum cancri, quos propiores esse soli necesse est. Nec solus æqualis ambitus cæli est considerandus, sed etiam terræ crassities, & summa superficies, quam multa circū millia patere ostensum est. Quo fit ut Sol magis distet à nobis cum est in ortu, vel occasu, quam cum in meridie. Nam non solum abest illo spatio, quod est infra cælum & terram, sed etiam quod patet à nobis ad finem horizontis. Sed hoc respectu distantiæ cælestis, nihil propemodum est. Sic idem, sol & nobis videtur cum æstate propior, atque hyeme, cum longinquior, quod apud nos, maximas facit mutationes, eoque necesse est, magnum interuallum esse à sole æstiuo, ad hyemalem. Quod si, ut perhibent multi, lucis magnitudo testatur solem maiore tota terra, non obstabo pertinaciter. Nam rationes Plinij facile mihi videtur posse dissolui. Illud quidem de calore solis & luce solet interdū succurrere, an sol albescat, vehementerque calefeat, quod ab orbe suo deuectum lumen eius transit in terras, per orbes inferiorū planetarum, saltem lunæ perspicuū ac quasi crystallinum, in quem radij solis immissi, colligant sese veluti in corpore densiore, ex quo densati, & clariores sint in terris & calidiores, sicut videmus fieri, si quando sol per crystallum, aut vitrum tranauerit, à tergo ut redditi radij longe clariores & calentiores cernantur, ut mirum sit, & latissimū lumen. Fieri autem non potest, quin solis & lunæ sit propior orbis à quo deferantur, sistemus astronomorum, philosophorumque iudiciis, censentium multos esse orbes, ibique peculiarem esse orbem, vbi peculiaris sit motus. Ex quo & septem planetarum, septem esse orbes seorsum asseuerat. Ac fieri potest, ut solis in regno suo nullus sit calor, ut censet Aristoteles, sicut cum non sint ignei radij eius, tamen in corpore perspicuo recepti, fiunt ignei, non secus atque ignis comburetes, eodem modo à regno solis radios non calidos venientes, sed in crystallina lunaris orbis densitate receptos, sparsosque per orbem, & inde in terras delapsos, calidos fieri. Vidi ego solem, per phialam plenam aquæ penetrantem, adnotam à tergo materiam penè accendisse. Sicque posse dissolui, quod & Aristoteli fieri non posse videbatur, ut sol esset calidus, ut caliditas eius aliunde proueniat. Ille quidem ait aërem vehementi cælesti motu, circum aërem inflammari fortasse per orbes alios penetrantes perspicuos radij fiunt calidi, densati, & albescunt, sicut lumen solis aut lucernæ per crystallum transiens fit lucentius, & calor est maior.

Ut præesset.

AN tropus & is Hebraicus est dicere de syderibus ea regnare ac dominari, quemadmodum habet Hebraicum ἡγεμονία lememsheleth, hoc est in dominatum, sicut sydera, stellasque ipsas cælestes, solent cæli exercitum appellare? Dicitur enim omnium cælestis ornatus צבא זבא, id est exercitus, militia. Huius exercitus duos fortasse dominos ac principes, qui cæteros magnitudine corporis & luminis antecedant, prætendunt eodem tropo. Forte regem diei atque autorem siue operum diurnorum rectorem solem, nocturnorum lunam, quam noctilucam, decus noctis, reginam cæli, idololatra quondam dicebant, Iulianus solem βασίλεια regem in hymno nuncupat, similiter astrologi: sed ut hic veritas, sic apud illos superstitio. Tullius item, Ex æthere, ait, innumerabiles flammæ syderum existunt, quorum est princeps sol, omnia clarissima luce collustrans. Sic autor Latinus principem appellat solem, sicut ei dat Moses dominatum. Præsides ergo diei ac noctis hæc duo statuuntur, tanquam duces ac rectores, quorumque ductu & signis terrena regantur, ut quasi signiferi nobis sint ac ductores, sicut stella Magos, columna in deserto ductabat Hebræos.

Et vt de cardinibus, & his quæ circum polum sunt, vt de Cynofura siue Helyce,

Hæc fidunt, duce nocturna, Phœnices in alto.

Dominari ergo ac præsidere dicit ingredi ante oculos, itérque ostendere, ac duces esse dici ac noctis. Idémque eloquentiæ princeps in somnium, de sole, moderator & princeps luminum cæterorum.

Luminare minus.

Hebraeis, qui astrologis Arabiæ assenserunt, omnes stellas & planetas, Venere excepta, maiores esse luna: lunam autem apparere maiorem, quia sit terris propior, nisi certas ac probatas super eo rationes attulerint, assentiri non debemus. Est enim locus iste in contrarium, qui plurimi faciendus est, quo duo tantum maiora lumina esse feruntur. Tum ipsa ratio non consentit, vt sydæra, quæ tantum ornatus causa, sole & luna ad vtilitatem creatis, sunt reperta, tantam habeant corporis vastitatem. Certe & eorum lumina in cælo maiora resfulgerent, si hoc esset. Quid autem prodesset vastitas, si neque vtilitatem afferret, neque venustatem non visa? De magnitudine corporum cælestium, vt nulla certa potest esse vestigatio, si certa & expressa est temeritas pronunciare quantum vnumquodque sit. Potest quidem augurari & coniectare animus ea esse magna, esse maiora alteris altera. Sed hic quoque fallacissimis omnia sunt erroribus exposita. Luminare igitur minus est luna, propter solem, à quo irradiatur, eoque infima est, proximâque terris vt radios solis propior melius exciperet. Esse autem lunam tum corpus densum, non perspiciuum ac tralucidum, tum sole inferiorem declarât solis eclipses, quas lunas soli ad lineâ rectam opposita efficit, vt penè dimidius splendor solis videatur. Si igitur sol est longe luna superior, vt probat exemplum, & si tantus in ea distantia videtur, quanta luna, certe hoc palam testatur solem & lunam esse duo maiora lumina, sed solem esse luna maiorem. Nam quanto sunt res longinquiore, tanto minores videntur. Si sol esset lunæ æqualis, minor videretur, quia remotior. Sint autem duæ lampades, vna proxima, altera remotior, æqualis autem magnitudinis oculis nostris videantur, proculdubio longinquiorem illam, constat hac propiore esse minorem. Si posset autem sciri quantum distet sol à luna, quanto quoque esset sol luna maior, sciremus, sed posse sciri despero. Illud quoque arguit lunam esse sole minorem, quòd ab eo illustratur, lunamque quasi lucentem luce aliena dictam putant: quanquam id non omnino probat excessum. Hoc loco admoneo solem & lunam hic non fuisse propriis nominibus nuncupatos. Sol dicitur Hebraice שמש shemesh, luna ירח Iareach, quæ nomina isto loco non habentur. Ex quo intelligimus, id quod fuit primo creatum, esse id quod repetitur quarta die. Tam enim illic non proprio nomine, quam hic non appellatur. Appellantur autem ab vna præstanti, diuinâque facultate lumina, luces. Mirabilis autem, quæ est in calore solis & lunæ, virtus non commemoratur, aut quia esset abstrusior, oculisque remotior, aut quia minus honorifica. Nam tametsi sine corde spiritus generari, vita sustineri non possit, dignior tamen & pretiosior corde & phantasia & sensus. Sic tametsi ad vitam sit calor necessarius, spiritualior tamen, diuinioreque est lux. Et res ad perfectos animantes, perfectissimasque operationes pertinens, calor autem ad inchoationem, ac rudimentum. Tum lux ad sensus puriores, calor ad corpus & corporeas congeries: operaturque lux spiritualiter, calor corporaliter. Sunt aliæ rationes, quibus intelligitur in omni re corporea, quæ ad vsum ac vitam sit necessaria, dignitate ac venustate & vtilitate lucem esse primorem, idcirco ante omnia creatam, quia cuncta natura anteit. Cuius nomine cum cælestia corpora nuncupentur, liquet eius causa ea esse creata. Luminare autem dicitur Hebraice מאור maor, quasi illuminator, & Græcè φῶς. Ergo duos magnos illuminatores Deus creauit.

Et stellas.

Descripsit noctium ac dierum diuidendorum solis & lunæ munera, quo commemorato, quasi ad aliud diuersum transiens, ait, & stellas. Ex quo probatur, luminis fundendi munus esse solis & lunæ, non stellarum. Quæ tametsi luminosæ sunt, non eo tamen vltique luminosæ, vt ad cuiuscundas tenebras sufficiant. Venus quidem exiguum iacit lumen, vt vmbra in eo corpus efficiat. Quod autem addit & posuit ea (sic enim legendum est, non eas, ne ad solas stellas pertinere videatur) in firmamento cæli, vt diuiderent, ad solem & lunam referendum, de quibus omnis sermo fuerat: stellarum autem tanquam appendix addita, & stellas. Mirabile autem esset cur de sole & luna multa dicantur, septem planetes nominatim non exprimantur, nisi videremus certum huius philosophiæ consilium: è tribus rebus in cælo pulcherrimis lumine, calore, motu, priorem præcellentem, totam spectare

Luminare minus.

Sol maior luna.

D

Aspectare descriptionem. Tenebrarum enim super abyfso insidentium, inducta est mentio, de die ac nocte, varius multipléxque sermo. Nam nihil fuit luce, quæ tenebras illas horribiles sustulit, mirabilius, ob hanc causam stellæ à quibus nec dies efficitur, nec noctes admodum illuminantur, & tanquam minores & affecle sunt duorum principum, particulariter non describuntur. Atque planetæ solo ferè motu sunt mirabiles, lumine vix à cæteris stellis dignoscuntur. Lumen autem, solis & lunæ, noctes & dies illuminat, tenebrasque repellit, motus autem horas, dies, menses, & annos, & tempora efficit. Quorum nihil sit à stellis siue his quæ ἀπλανῆς, id est non errantes, dicuntur, siue planetis, quos erroneos Latini dixerunt, ipsumque nomen, eorum proprietatem, naturamque declarat, quæ omnis in motu, non in lumine est. Vt autem illa duo à lumine veluti natura sinéque suo illuminatores sunt appellati, sic ab errore, id est per varios cæli tractus vagatu, isti. Superiores autem à contraria natura vocati stantes, non quidem quòd non moueantur, sed quòd vnam perpetuo sedem, contrà quam illi septem, tuentes, ad vnum cursum moueantur. Tacetur ergo motus, sola lux potior, regaliior nominatur. Sic quoque omnes qui solem & lunam laudabant, tantum pulcherrimæ lucis meminerunt. Homerus,

- Λαμπαρὰ δὲ ἀκτῖνες ἀπὸ αὐτῆς,
Αἰγλήναι φιλῶσι, ὡς δὲ προτάροντε παρειαί
Λαμπαρὰ ὑπὸ κρατῶς, χεῖρῃ χεῖτεχῆσι παρῆστον
Τηλαργῆς, καλὸν δὲ ἔδει ἕρσι λἀμπεται ἕδος.

B Formosi affulgent capiti radij, ora, genâsque
Insignit mitor, & facies cum vertice, crinisque
Elucent, splendor & gratia corpore toto est.

De luna quoque similia, quam à solo nitore collaudat.

Ἦς ὑπὸ ἀγλή γῶν ἐλίσσεται ἕρμῶδ' αἰετος
Κρατὸς ὑπὸ ἀθανάτω, πολὺ δ' ὑπὸ κόσμῳ ἕρπην,
Αἴγλης λαμπύσης, φιλῶν δ' ἀλάμπεται αἴηρ,
Aqua telluri nitore emicat actus ab axe,
Vertice ab æterno, totus citatur & orbis,
Lumine fulgente, atque aër clarescit opacus.

Nec motum nec calorem hic agnoscit Homerus, nimirum quia vera gratia in lumine solo. Ideo & à Mose vocatur lux, luminare, vel illuminator.

Producant aquæ.

Res perspicua, quo ordine, post cæteras operationes, post certum ac naturalem necessariumque præteritorum dierum, numerum, secuta sit animalium aquaticorum terrestriumque creatio. Nam cum post primas origines terram & aquam ab ingenio diuini repperas, orta esset ab eodem, lux, id est omnium futurarum generationum instrumentum, qua fecit vniuersa quæ consecuta sunt opifex, tum ex aquis aërij vapores se supra terras à sole rapti extulissent, eodemque tempore & aquæ, in latebrosos sinus recederent, & terræ caput madidum extollerent, nec ipsæ terræ à producendo, nec aquæ, sole, & fecunditate primordiali, omnia in lucem vocante, cessabant. Itaque terræ facili de genitili utero suo, herbas primum, paulo post arbores, non longe post bestias & reptilia generarunt, generatæque in lucem ediderunt. Interea dum terra patefacta ab aquis, plantas produceret, dum operi cælesti à principio inchoato supremam manum Deus imponeret, aquæ quoque non cessabant. Itaque & ipsæ passim feruentes, omnigena naturæ suæ mōstra procrearunt. Quo loco diuina hæc philosophia, quæ veras causas, & motus originésque omnium nouerat, multa nos edocet præclara postea perpetuis sæculorū cursibus & exemplis cōfirmata. Omnes quidem animantes ex humo & limosa terra creatas, quorum sunt tria genera, ea quæ perpetuo in aquis, quæ perpetuo in terris, quæ vicissim in terra & aqua degunt, quæ Græcè dicuntur ἀμφίβια quasi ambiuiua, duas vitas habentia. Deprehensum est autem quotidianis exemplis, ea quæ semper sunt aquatica, nasci quidem atque ali ex aquis, sed aliquo terrestri principio ac materia inchoata. Veluti exempli causa choncha, nauis eodem in loco diu immoranti paulatim ad latera eius coalescunt, aqua alimentum suggerente, terra defixas eas vt adhæreat alimentum continente. Sic anguillæ è limo nascuntur. Audiui etiam qui se vidisse dicerent, frustum funis in litore, quodam temporis spatio putrefactum in serpente, ac quasi anguillam euasisse: capillos etiam muliebres eodem modo putrescentes, in totidem serpentes conuersos vidi: vidi fetas equinas aliquandiu in aqua canosa moratas

Hymno in Solem.

Hymno in Lunam.

Animantium generatua.

Miracæpe- rictia quorundam animalium naturum.

ad solem, serpentes fuisse. Multa quoque sunt exempla nascentium à terra, sed suppetente D
perenni ex aquis humore, quo coalescunt, diuersi generis piscium. Nam & phocæ & croco
dili eodem modo nascuntur, licet etiam ex propagatione nasci possint. Eorum ergo prin
cipium tametsi terra sit comes, præcipuum tamen est aqua, quæ alat, membræque compo
nat, sic ad generationem terrestrium tametsi aqua concurrat, è terra tamen, maxima ex par
te ducta sunt. Amphibia vero corpora cum vtraque habent affinitatem. Omnium igitur
aquaticorum animantium, aqua est præcipuum principium & alimentum. Hoc loco obser
uandum obiter (tota enim sese declarat philosophia) si quis iudex æquus esse velit, quinti
huius diei opus, non ad amissum, hac quinta die conditum, quin in superioribus diebus ali
quod principium habuerit. Cui enim non necessariū videatur, subito eadēque die è ter
ris patefactis nasci herbas & stirpes cœpisse, eadēque seorsum ex aquis aquatilia pullu
lasse? Neque enim quintū diem, parturientes aquæ expectarunt, sic quando de terris plan
tæ nascebantur, parte alia, animalium terrestrium exordia inchoabantur. Itaque hoc atte
statur his quæ de sole & luna creatis scripsimus, non prorsus quarta die fuisse creata, sed eū
certum narrationis situm, locumque tenuisse. Etenim possunt multa eodē tempore diuer
sis in locis fieri, quæ non possunt, si quis certum ordinem tenere instituisset, narrari. Est
singulare istarum euadendarum pedicularum, quod superius demonstrauimus, quod etiam
est verissimum, non in diebus facta hæc opera, sed operibus absolutis, dies esse peractas, &
secutas. Sicut non in die sol est, luxque creata, quem errorem rectè offerebat animo ipsa le
ctio, sed creata luce, dies secuta est. Sic creatis cum sole & luna stellis, est quarta dies cir
cumacta. Et natis aquatilibus absoluta est quinta. Quo tempore etiam terrestres, animan
tes nascebantur. Quibus perfectis, sexta dies affuit, sicque à scriptore positum est. Nasceba
tur item post creatum solem cum luna totus stellarum chorus: quo absoluto quarta dies
aderat. Idque ipsum narrat scriptor eminentissimus philosophus. Hæc igitur exempla, nisi
omnino tardi, hebetesque fumus, abunde nos docent, ne ad nubes, quæ prima die dicuntur
creatæ eamque fuisse lucem primogenitā dicunt, refugiamus. Agnosce, perpende consue
tudinem, modumque loquendi, & phrasas scripturæ. Porro quod ait, producant aquæ: He
braice *ישרו* ishrezu pulcherrime ab interprete redditum, Designat enim porro ducere, in
auras, in vitam, motu quodam emittere. Eoque Caldæus qui ob affinitatem clare & expe
dite, ad Caldaicam linguā, Hebraicam accommodabat, pro eo trāstulit *ירחשום* irchashum,
eructent, promoueant, æstuēt. Nam ab hac ipsa voce dicitur *מרחש* marchash, cacabus, quasi
æstuarium, pullularunt autem ac quasi ebullierunt ex aquis affatim omnia genera aquati
lium animantium. Quod vero dixit reptile, Hebraice *רמש* quasi pullulatio, res mobilis mo
tatio. Septuaginta *ἐρπετῶν*, quod noster sequitur. Sed proprie designat motabile, germina
tionem, propagationem: & id proprie quod animaduertimus in ranis, quæ è limo primum
nascuntur: quarum ortus & productio hoc ipso verbo exprimitur in Exodo, Et ebulliet flu
uius ranas: Hebraice, *sharaz* præfens verbum. Hebræi dictum arbitrantur *שראז* sharaz quasi,
שרחאז she hu raz, quia currat, moueatur: quo nomine alij eorum minora reptilia vocari
putant. Maiora vero quæ dicuntur *רמש* ramas, quasi calcantes. Deinde quod ait, Et volati
le, quasi referatur ad creationem aquarum, Hebraice *עופות* Et volucris volat, vt si lo
cum ipsum consulas, non videatur ad creationem aquarum referendum. Separatim enim
præcipitur vt aquæ ebulliant piscibus omnigenis, & vt volucres volent super terram: vt nõ
cogaris ex aquis volatilia producere. Sed quoniam auium creatio cum creatione piscium
coniuncta est, videtur originem volucrum potius aquæ quam terræ adscribere. Quod ve
rissimum esse, & ex interiore philosophia dictum ratio & exempla declarant. Credendum
est enim talem fuisse tunc auium generationē, qualem penè prodigiosam, & ad cuius con
siderationem animus stupefcit, hodie quarundam auium accepimus. Sæpe fit vt ad ocea
ni littora appulsum nauis aliquod fragmen & sabulo affixum, diūque fluctibus contusum,
& aquis & diuturnitate peresum, fungos albescentes primum proferat: post certo temporis
spatio, & calente sole, pedibus, alisque adformatis, è ligno auellunt sese aues, quondam fun
gi, nunc volucres aëra tranantes. Est extra Italiā locus vbi mirabile dictu, nascuntur in fru
tice quasi formæ teretis vellera. Hæc certo tēporis spatio ex arbore in flumen quod infer
ne elabitur, decidencia, vt primū aquam attigerunt, dant aues volatum, & in sublimes re
giones more cæterarum auium aufugiunt. De ephero simile quid prodit Aristoteles. Quid
tam multa genera volucrum, stagna, lacus, paludes & flumina accolentium, nõne testatur
originem suam id fuisse, quo nunc maxime oblectantur? Credendum est autē omnes aues
generatim

Aduerte
quo sensu
creatorerū
distingua
tur diebus.

Aues ex
fungis.

Aues ex
arboribus.

Ageneratim aquam procreasse, conuersam in aliquam materiem densiorem, quales aquati
les aues cernimus. Ex hisque temporis progressu, quasdam quæ longius ab aqua secessissent,
in remotiores terras, mutasse colorem cum sedibus, ibique ex propagatione nascentes, his
in locis perseuerasse, vt ab aqua non videantur habuisse principium. Leuia quoque auium
corpora, & volatus atque alæ, quibus cum piscibus conueniunt, declarant vnā vtriusque
fuisse originem. Habent enim pisces squammas, & per grauius elementū, instabiles vt aues
semper natāt, & quod illis volatus, hoc natatus istis. Illæ quasi pisces aërij, hi volucres aqua
rum, sola sedium densitate discrepantes, sed tamen vtraque perspicua & penetrabili. Ge
nerasseque sic aues aërias, aquas probabile est, sicut est ex aquis aër ipse generatus. Omniū
enim leuium aqua principium, sicut terra grauium. Neque vero puto ita aquis volucrum
generationem deputatam quod per aquas aër turbulentus sit intelligendus, sed licet aër
volucres sustineat, principium tamen vt nascerentur, genitalisque materia fuit aqua. Ex
aquis enim primum cælum creatum est, tum aer, tum animalia aquea & aëria. E terris autē
herbæ, arbores, animalia terrestria. Ergo nec sola terra terrestres animantes, nec aqua sola,
aquatiles procreauerit: sed terra commista aquæ, & aqua commista terræ: secreta tamen
quædam vis, maiorque materies, hæc terrestria, illa aquea & volucra reddidit, partimque
ex his natarunt, partim auolarunt. Quod autem ait, Animæ viuentis, obseruavi animam in
omni lingua, quæ mihi aliquatenus nota esset, id est Græca, Latina, Hebræa, Caldæa, nomē
animæ eandem habere etymologiam. Hebraice dicitur *נפש* à voce *נפח* naphash, spirauit,
B sufflauit: vt sit nephes quasi spiritus, Latine anima quasi anemos, id est, ventus, quem Græ
ci dicunt *πνεύμα*, spiritum, quasi que ventus, Latine anima. Græcè *ψυχή* similiter vt Hebrai
cè à spiratione, refrigeratione. Caldaice quoque vt Hebraice, naphsha. Ex quo perspicu
mus animam proprie id esse, quod commune est ad omnes generatim animantes, que ter
renum habuit principium. Illud autem quod immortale est, homini datum, præter cæteros
animantes à spiritu diuino, quodque Aristoteles dicit cum Mose prorsus consonans, veni
re *ἕξωθεν* extrinsecus, est id quod appellatur Græcè *νοῦς* mens, Hebraice *תבונה* thebuna,
mens, siue intellectus. De quo postea. Quod vero ait, Sub firmamento cæli: scito in fonte
haberi. *מַיִם עַל־רַקִּיעַ* super firmamento cæli. Qui locus abunde testatur, quid sit Hebræis
super cælo, aut quid sit cælum, illaque diffusio, quæ dicitur *rakia*, admonitque superius su
mens ex isto loco testimonium & exemplum, declarans aquas super firmamento cæli.
Quod tamen super firmamento est infra lunam, non procul à nobis. Idem locus aquarum
supercaelestium atque auium. Sunt supercaelestes aues sunt & aquæ supercaelestes. Vt non
procul à verticibus nostris, & infra lunam, aues supercaelestes, sic aquæ supercaelestes. Ex
quo intelligimus, phrasin Hebraicam non intellectam, errorem ingenuisse, quem nos di
uino auxilio, vt alia pleraque in hoc libro, remouimus. Et quod dixit, Cete grandia: videtur
vnum præcipuum genus in cunctis aquatilibus commemorasse, vt si Deum intellexeris
magnarum maris bestiarum creatorem, multo facilius cognoscas cætera esse in ingenium
eius referenda. Non fit idem in descriptione volucrum, vt aliquam maximam auem me
moret, cuius dicat Deum creatorem: nec in descriptione arborum. Credo quod in cæteris
id fieri indignum esset: dignissimum autem in vno genere, quod esset prodigium, & immē
sa magnitudinis, quale, nullo alio in genere inueniretur. Tanto enim præcellit cetus omnes
bestias terrestres, quanto sedes ipsa, id est omne mare, est terris latius. Itaque miræ magni
tudinis bestiam, quippe quæ insulæ procul aspicientibus præbeat speciem, cum primis,
quasi rem memoratu dignissimam induxit. Vocatur enim Cetus Græcè, quæ vox sonat ma
gnitudinem, latitudinem, vastitatem. Hinc Homerus *μεγαλήτεα πόντον*, magnicetum pon
tum dicit, id est, vastum, latum. Et *κρητασαν λακεδαιμονα*, quasi latam, spatiosam. Græcè de
clinatur neutro genere *κῆτος*, quam inflexionē (si quidem & Septuaginta *τὸ κῆτι μεγάλη*
transfulerunt) secutus est noster. Cæteri apud Latinos malunt dicere cetus, ceti, inflexione
Latina. In Hebraico exprimitur quod Græca vox sonat, cete enim dicuntur Græcè quasi
vastitates, granditates. Hebræus autem dixit, Creauit Deus cete grandia. Hunc proprio no
mine soliti sunt cæteri scriptores sacri vocare Leuiathan, quem Septuaginta vbi que ferè
cetus interpretantur. Et hos pisces hoc loco veteres Hebræorum expositores Leuiathan
nominatim appellant: vt quod in Iob dicitur, Qui parati sunt fuscitare Leuiathan: Septua
ginta transfulerunt pro Leuiathan, magnum cetum. Adeoque sunt magni ceti, vt quem
admodum ait Theodoritus, *ὡς καὶ νῆσων, πολλὰ αὖτις φαντασίαν παρ' ἑχέσθαι ἐπειδὴν, πότε ἔπι τῶν
ἀκρῶν ἑπιφανεῖται τὸ ὕδατος ἀνανήξετα, & δὲ πρὸ ἀίμαλ' ἄσπερ ἴσαι, ἀλλὰ πὸ λεγόμενον ἀπληκτικῶν*

Animæ et
ymologia.

Animæ pro
prie quid.

Cete gran
dia.

Cetus.

Leuiathan.

πελαγος ενοει. Vt saepe infularum praebent speciem, si quando in summos fluctus enatarint. D
 Neque circa littora morantur, sed colunt quod pelagus Atlanticum nuncupatur. Quodd
 autem benedicuntur haec genera, profundae philosophiae est sacramentum. Benedictio He
 braice dicitur barach, qua voce largitas, affluentia, & quod Graecis *πορος*, designatur. Bene
 dixit ergo proprie positum pro eo quod est, largitus est, largitatem fecit, vbertatem dedit,
 fontes laxavit. Adhibeturque hic praecipue benedictio & affluentia, quod infinita sit mari
 norum animalium multitudo. Infinita formarum ac generum, & in omni genere infinita
 multitudo. Quot species cogitando fingi, quot artificio naturae formari quocunque cade
 re, & in quas ire partes diuersi generis temperatura queat, tot genita sunt ex aquis, id tum
 aquarum natura ferente, tum decernente Deo, quod ex seipsis pisces & se mutuo deuoran
 do, quod raro terrestres faciunt, victitant. Haec benedictio & affluentia, & largitas diuina,
 iussit vt hoc genus in omnes generatim formas procederet. Consiliu enim scriptoris fuit,
 docere quicquid esset vel caelo vel terris quacunq ratione natum, a Deo genus & mo
 dum habuisse. Hebraei & si multa indigne ac superstitiose per omnes sacros libros commi
 niscuntur, a quorum commemoratione abstinere calamum certum est, in hoc fortasse non
 omnino fabulantur: Ideo marinas beluas benedictas, non terrestres, quod in his esset calli
 dus serpens, paulopost maledicendus. Gennadius ait haec, non plantas benedici, quia pro
 pter animalia plantae, benedici digniora, tum ad appetitum mutuaque mistionem bene
 dici. Theodorus & ipse egregie, quia facilius herbae nascantur. Diodorus, quia content sen
 su, phantasia, digniora, homini propiora, pulchre item ait Origenes super hac benedictio
 ne, *σημειν η εδω αυξησης, τω ετι μεγελος ετιδωσιν, το δε περιουεσθαι τω εν της αυξησης εις πλεον
 θος αυδωσιν.* Designat, ait, auctio, incrementum ad magnitudinem; multiplicari autem, ex
 mistione in multitudinem successum. Id item obseruandum magnopere censui, quanta sit
 philosophiae diuinae maiestas, quippe quae duas omnium rerum producendarum causas
 perinde atque Aristoteles omnesque philosophi praetendat. Vt enim philosophi dicunt so
 lem, Deum, & hominem gignere hominem: sic duae causae primarum originum hic propo
 nuntur. Creauitque, inquit, Deus cetera grandia, & omnem animam viuentem atque mota
 bilem quam produxerant aquae. Deus ergo creauit, aquae produxerunt. Proxima videlicet
 ac princeps causa, maximaque harum gerendarum autoritas fuit Deus: secunda causa aqua,
 sicut Deus & homo gignunt hominem, Quicquid ergo ceterae causae fecerunt multo ma
 xime & principalissime fecit Deus, vt sit in omni creatione & causa ipse quod Graece dicitur
 το ηγεμονικωτατον, principatus ipse maximaque omnium causarum regina & magistra.
 Hanc diuinam causam in creatis marinis animantibus vim declarat ipsa benedictio, quae est
 maris immensa propago. Benedictio autem a Deo missa est. Facta igitur a Deo innumera
 bilis natantium foecunditas. Has ferè duplices causas, etiam in ceteris expressit. Nam cum
 ait, Et dixit Deus, producat terra: duae sunt causae, maxima, praeptens, regnatrici, dictatrici:
 & inferior, & obsequens imperanti. Reliqui quoque qui de creatione rerum differuerunt,
 in medium has causas protulerunt.

Benedicere quid.

Hebraei superstitiosi.

Causarum omnium regina est Deus.

Producat terra animam viuentem.

DE aquis dicitur, aestuent, efferuescant, ebulliant: de terra, producat, emittat, erumpat,
 exire faciat, iuxta Hebraicum *צמח*, Quod & in creatione stirpium, herbarumque dix
 erat. Terra igitur constipata, & quasi, teste Iob, inter se glebae fusiles eius sunt compactae.
 Aquae congregatae, illuminatores & stellae factae. E terris stirpes, & animates terrestres edu
 cti, aquae piscibus & volucris aestuarunt. Verbum creandi ad omnia vsurpatur, siue his
 quae è nihilo, siue his quae ex aliquo: non, vt aiunt quidam Hebraei, qui verbum suum *צרר*
 bara, id est creauit, dicunt de his dici, quae è nihilo, à Latinis vsurpata licentia fingendi. Cae
 lum & terra creantur, & creata sunt cetera grandia, & homo creatus est. Produxit ergo terra
 superioribus aquis conspersa, & sole tumefacta, quae gremio ac ventre suo parturiebat, ani
 malia. Prius generata, quinque dierum spatio, & conerescentia, membrisque informata,
 quinta luce edita iam & perfecta. Generabantur autem simul atque aquae separatae terras
 apertas reliquerunt. Tunc mirabile dictu, passim feruebat humus, vtque terrestris humor
 in medullas arborum vitalem stirpium succum, solis calore conuertitur, sic vertebatur hu
 mus in carnes. Vt in vtero matris exiguum semen tepesactum crescit in carnem & mem
 bra, sic item exigua semina, & humorum partes coalescebant in diuersorum generum ani
 mantes. Fiebat id volente Deo, qui omnia quaecunque voluit, fecit in caelo & in terra, in
 mari, & in omnibus abyssis: sed & naturas parauerat ipse tales, vt inde nasci haec possent,
 terram

Creare quid.

A terram tanquam matrem ac genitricem, solem tanquam genitorem: iacentem, stratumque
 late terram, solem desuper incumbentem, cupidissimum hunc generandi, hanc cupidissi
 me rapientem, in seque continentem caelestem genituram. Attulimus superius de stagnante
 Nilo, & confidente, terrasque humentes relinquente, & animalibus nascentibus exemplum,
 flagrante regione Aegypti magno solis ardore. Non fieret idem in locis frigidis. Ideo vbi
 inchoata est creatio, locus erat calidissimus, in Arabia, scilicet & Mesopotamia, vbi paradisi
 sus erat prima pars aquilonaris. Eoque sciendum est, istam animalium primo tempore pro
 pagationem, non in cunctis terris extitisse, sicut nec omnes aquis principio patefactas, sed
 in locis tantum aestuantibus, solisque ardore flagrantibus. Haec, vt dixi, Mesopotamia est, &
 Aramea, id est Armenia, vbi fuit etiam prima hominum habitatio, & paradisius terrestris,
 & homines ante diluuium. Hic ardore solis nata sunt primaeua animalia, ex hisce natis &
 per orbem profeminatis, nata sunt alia ex propagatione. Arbitrorque multa animalium ge
 nera calidioris naturae in locis illis remansisse, frigus refugientia, & in frigidiores terras
 abire recusantia, aut allata celeriter extincta, ac Satyrorum, magnorumque simiorum gre
 ges, & greges elephantum, aliaque plura animalia, sunt in Aethiopia, & in locis feruore so
 lis ardentibus, quae antequam terra durescerent, atque arerent, credendum est ibi pro
 creata remansisse, ceteros animantes in diuersas terras, difficile tamen atque aegre, disces
 sisse. Autorque est Aristoteles, eos qui superioris nostrae habitabilis Zonae regiones proba
 rent cum inferioribus esse coniunctas, eo argumento contendere, quod elephantum extre
 ma nostrae regionis sint eorum elephantibus similes: quod non esset, nisi in distantissimos
 tractus discederent, & secum miscerentur. Haec autem quae dicuntur in theologia Moses
 de animalibus è terra natis, audita & praedicata sunt, & credita à ceteris gentibus, praeci
 pueque habebantur in theologia Phoenicum & Aegyptiorum, quorum fama allata quoque
 est ab antiquis theologis ad Graecos, qui haec audientes, dixerunt à principio rerum, certa
 solis dispositione atque afflatu, extitisse maturitatem quandam animalium serendorum:
 nouamque terram, genitale semen retinentem, folliculos ex se quosdam in vterorum
 similitudinem protulisse. Quae omnia non ex se quidem, nec ex sua secta, quae fuit
 delirantissima, sed à superioribus saeculis descendente Lucretius late descripsit. Quem
 (excepto vbi non eam peruerteret suis vanitatibus) Mosaicam penè theologiam recitan
 tantem audies, non quidem vt Mosaicam, sed vt ab antiquissimis traditam. Sicut enim
 Moses cum primum tellus esset aquis exuta, docuit herbas & virgulta, omniaque viridia
 peperisse: sic idem,

*Principio genus herbarum, viridemque nitorem,
 Terra dedit circum colles, camposque per omnes
 Florida fulserunt, viridanti prata nitore,
 Arboribusque datum est varis, exinde per auras,
 Crescendi magnum immixtus certamen habentis.*

Mesopotamia et Armenia prima hominibus habitata.

Lucretius, de reru natura lib. 5.

Haec omnia si recte perpendas, fluunt à theologia Mosaiica, aut quod credibilis est, de
 uoluta rerum creaturarum à praecis fama ad posterios. In creatione plantarum traditum est
 à Mose, herbas primum, post arbores terram protulisse. Idem à poeta. Natis autem plan
 tis ac stirpibus è terra, Moses descriptionem syderum primum, exinde piscium est ag
 gressus, tum terram secundo partu, imperio Dei, animalia, bestias, omniaque iumenta
 docet edidisse. Poeta quoque similiter,
*Vt pluma atque pili primum, setaeque creantur
 Quadrupedum membris, & corpore pennipotentum,
 Sic noua cum tellus, herbas, virgultaque primum
 Sustulit, inde loci mortalia secla creant,
 Multa modis multis varia ratione coorta.*

Lucret. ibid.

Haec omnia retulit Moses, omniumque leges apud eum animalium varietatem, varia
 ratione, formaque è terra natorum. Iussit enim fator magnus, vt vnumquodque iuxta ge
 nus suum oriretur. Quoniamque nonnulli non valentes adduci vt crederent animalia è ter
 ris progenita, finxerunt absurdus, ea de caelo cecidisse, hoc ipsum refellens, exemplis osten
 dit quo quaeque modo bestiae è terra nasci potuerint,

*Nam neque de caelo cecidisse animalia possunt,
 Nec terrestria de falsis etiam esse lacunis.
 Linquitur vt merito maternum nomen adepta*

Ibid. Lucret.

*Terra sit, è terra quoniam sunt cuncta creata.
Multaque nunc etiam existunt animalia terris,
Imbribus & calido solis concreta vapore,
Quo minus est mirum, si tum sunt plura creata,
Et maiora, noua tellure atque aethere, adulta.*

Pulcherrimam rationem, & cognitione dignissimam attulit, cur tam multa, tamque vasta animalium corpora tunc è terra crumpere potuerint. Si, inquit, videmus hodie terram dilutam hymbribus, & solis tepore calentem, quaedam animalia creare, id eo tempore multo magis necesse est factum, noua tellure & quasi puella, nouo sole, nouo aethere, quam maximis viribus in principio, & flore suo, & multo quam nunc maioribus fuisse, æquum est. Omniumque est magnorum virorum consensus, ante diluuium omnia fuisse meliora, sicut erant hominum corpora formosiora, fortiora, magisque procerà. Hæc igitur est verissima ratio naturarum è terra bestiarum, quod erat noua terra, omniaque primæuis & fecundis aquis madefacta, & potentissimo sole, qui tum vires experiebatur suas, fouebantur. Hanc etiam causam fuisse dubitauit alius poeta, corporis humani,

*Ouid. i.
Metam.*

*Sive recens tellus, seductaque nuper ab alto
Aethere, cognati retinebat semina celi.*

Sed postea ad verissimam theologiam prodidit sumptam è limo effigiem à Prometheo, id est sagaci prouidòque Deo, formatam in speciem humanam. Quod Lucretius quoque si videre, vt certe poterat & debebat, voluisset, nõ homines item, vt & bestias è terra genuisset, nec arbitrarios illos folliculos, terrestresque vteros commentus fuisset. Nam cum ratio ab ea opinione eum dimouere debuerat, tũ ea ipsa theologia, vnde superiora illa sumpterat. Nasci enim atque ali sine matre, propter summam fragilitatem homo non poterat. Rationabilius ergo est, & verius, vt corpus è terra sumptum, spiritus à Deo datus fuerit. Et vnus homo perfectæ ætatis creatus, materni famulatus non indiguerit, simulque natus generare, stirpemque suam propagare potuerit. In quo sunt aliæ quoque interiores rationes. Ad Mosén igitur reuertor. Complexus est enim omne genus bestiarum terrestrium, primum eas generali nomine appellans animam viuentem, omnes scilicet generatim animantes, quæ & Latine & Græce, & Hebraice animantes nuncupantur. Hebraice אַנְיָוֹת anima vitæ, aut spiraculum vitæ. Est enim nephes quasi spiraculum, spiramentum: addiditque vitæ, quod spiracula esse possint non viuentia. Ventus spiritus siue spiraculum dicitur, sed spiritus vitæ non dicitur. Post seorsum tria genera omnium vniuersaliter terrestrium distinguit, iumenta, reptilia, bestias terræ. Hebraice quæ noster vertit aptissime iumenta, dicuntur בהמה behemah, id est bestia, quo quidem vastiores animantes intelliguntur. Hæcque proprie dicuntur bestia, non fera, quas Nicolaus dictas arbitratur bestias, quasi vastias à granditate, & vastitate: potius forte nomen est à Græco βόσκω vosco, hoc est pasco: & bestia quasi pasces, & bescens, id est vescens, vt à bosco Græco, factum sit besco Latine, quod iuniores dixerunt vesco, inde vestia, aut bestia: Et hoc omne ab Hebraeo fonte omnium linguarum, behemah, quod sonat bestiam. Intelligentes autem Septuaginta quid valeret vox Hebraica behemah, eam transtulerunt τετραπόδα, quadrupedia, quæ vox in antiqua Latina tralatione habebatur. Citaturque à Beda commemorante antiquam tralationem: candemque Augustinus in sua editione habebat. Ex quo perspicimus, innumerabilibus item suffragantibus coniecturis, antiquam ecclesiæ Latinæ tralationem fuisse ipsorum Septuaginta, nouam autem alterius quam Hieronymi esse non posse, sunt irrefragabiles rationes. Behema igitur verterunt τετραπόδα quadrupedia. Proprie enim eas designat, quæ quatuor pedibus incedunt. Latine dicuntur iumenta à iuuando, boues, equi, asini, camelii. Vnde de equis præcipue,

*Bestia vni-
de dicta.*

Iumenta.

Quadrupedantis equi sonitu quatit ungula campum.

Quanquam Hebraicum & Græcum ad ceruos, leones, vrsos, & id genus pertinere potest, quæ forte iumenta non dicerentur. Sed ea cum primis, quibus homines essent iuudati theologia spectauit. Siquidem & nonnulli Hebræi behemah exponunt ea quibus vtimur ad vescendum & equitandum. Alterum vniuersale genus est serpentium ac reptantium, pedibusque carentium, aut ventre terram radentium. Sequuntur bestia terræ, Quo patet superiorem vocem behemah iumenta, commode interpretem vertisse. Nam si qua essent alia appellatione remanebant. Bestias ergo terræ, Hebræi bestias agri, feras appellant, quæque

his in

D

Ahis in locis, vbi nulla sit hominibus habitatio, comorentur. Quocirca & Septuaginta transtulerunt, τὰ θηρία, feras, quarum scilicet est venatio, à quibus θηράω, venor. Omnium igitur brutorum partes sunt comprehensæ, iumentorum, domesticorumve animantium, ferarum, reptilium. Quæque Hieronymus vertit iumenta, & Hebraice dicuntur behemah, duobus modis transferunt Septuaginta τετραπόδα quadrupedia, & κτήνη pecora. Quæ voces sunt in editione diui Augustini. Iumenta maiores bestia, equi, boues: pecora minores, oues, capræ. Hieronymus iumenta perpetuo, quod ea præcipue innuebantur. Chaldaus item Hebraicum transfert, אַנְיָוֹת quod nunquam non est pro iumento. Non est autem eadem nominatio reptilium aquaticorum, & terrestrium, illa אַרְבַּע רַגְלִים sherez, hæc remes. אַרְבַּע רַגְלִים Vtraque interpretata reptilia Septuaginta dixerunt, quod à nostro est comprobatum. Hebraice priores dicuntur currentes, tales enim pisces: posteriores calcantes, ingredientes vel pedibus, vel corpore. Nomen vnum apud nostros eorum, ex motus affinitate ac similitudine. Hæc tradunt Græci, ideo cum homine, sexta die creata, quia eorum auxilio vtatur, ex his viuat, pisces quinta, ad solum cibum idonei. Exacta igitur creatione bestiarum, quarum è terra nascentium, & è terra solèque duobus principiis nasci valétium, vna erat ratio, restabat aliud animal, longe alia ratione creandum.

*Iumenta et
bestia quo-
modo disti-
serant.*

Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.

Diuersa creatio, diuerso genere loquendi significatur, cætera iussa sunt vt ex aquis, è terra nascerentur, hominis creatio fit à Deo immediate. Creauerat pisces ex aquis, animantes terrestres & arbores è terra, iubens, & procul astans: hominem creaturus accessit ipse, manus suas adhibens. Illa è terra substantiam, principium, formam accipiebant, volente quidem & imperante Deo: humana substantia aliunde infusa forma aliunde formata. Maximaque distantia inter hominem & irrationabiles animantes significatur, cum nihil habeant in creatione, modoque creandi inter se simile. Tribus autem summum, creatio hominis discrepat cum creatione bestiarum: primum, quod ipse Deus fecit non iubens aut terræ, aut igni, aut aetheri, vt produceret: deinde ad imaginem suam fecit: postremo quod exterius spiritum ipse dedit. Imperium autem datum, super omnes animantes, etiam maximum facit discrimen. Rex igitur omnium homo creatus. Illi creata fuisse astra cæli, oraculo diuino superius comprobauimus. Post cælum, nihil est sensu animalium melius. Melior est enim terra & aquis, melior aëre & æthere. Meliora sunt sensibilia insensibilibus. Datum est igitur homini imperium à Deo super omnibus animantibus. Ad eius autem vsum factum esse cælum, cælestiaque sydera, prædicant oracula cælestia. Omnes igitur hæc præstantes & eximie conditiones, palam immortalitati, diuinitati que nostrorum animorum attestantur. Quas præclaro ingenio viri considerantes: immortalitatem hominum sunt confessi: partim rationis, consilij, solertia, prouidentia, & acuminis exemplum sequentes: partim hæc ipsa oracula, & hanc de humana origine certam reuelatamque de cælo theologia. Alii que vnam, alij alteram harum conditionum, quæ narrata sunt à Mose offerente eas natura, in testimonium immortalitatis ascuerunt. Videas quoscunq; ad aliquam hominum considerandam originem, naturæ instinctus vocasset, alios confessos hominem esse simulacrum Dei, alios animum humanum à Deo creatum, quosdam ipsum animum, sicut & Moses, extrinsecus afflari. Nemòque ferè est philosophorum, qui non perceperit omnia que in omni mundo continentur, esse hominum causa reperta. Has præclaras hic positas à Mose conditiones, diuino quodam theologicòque afflatu Tullius Latinæ philosophiæ princeps, qui de fontibus quidem Græcorum, philosophiam hausit, sed pluribus ac maioribus eam bonis ingenij sui vbertate locupletauit, proponens ait: Non faciam longius. Huc enim pertinet, hoc animal prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis, & consilij, quem vocamus hominem, præclara quadam conditione generatum esse à supremo Deo. Hæc vir ille summus, omnia cum Mose conueniens, exprimensque primam theologiæ eius partem, hominem factum, siue creatum à Deo, secundum autem, creatum esse à supremo Deo solum, cæli videlicet & terræ, omniumque terrestrium & cælestium rerum creator. Is enim est supremus Deus, quem τὸ πρῶτον, primam naturam, primum esse vocat Aristoteles, Platonici summum bonum. Ab hoc inquam factum esse clamat hominem. Tertium autem quod in theologia quoque Mosi dicitur, præclara quadam conditione cum esse generatum, vt esset videlicet omnium creaturarum rerum dominus, plenumque rationis, prouidentia, consilij animal. In quo quidè habuit cum Deo similitudinem. Nihil est enim, vt idem inquit, in omni cælo ac terra, ratione diuinius, in quo cū maxime Deus excellat, fecit tantæ

*Creatio hō-
minis qui-
bus disti-
nat à bestia-
rum crea-
tione.*

*Et homo om-
nium rerū
creatarum
dominus.*

h

Homo par-
ticeps diu-
nitatis.

rei hominem participem. Quod si ratio, est vera diuinitas, factus est autem à Deo rationis D
particeps homo, particeps etiã diuinitatis est factus. Ergo & immortalitatis, sola enim im-
mortalis est diuinitas. Illud porro quartum, quòd homo ad imaginem Dei fit factus, idem
& si superius dixerat, præcipue tamen expressit, concludens enim, Est igitur, ait, homini cū
Deo similitudo. Ortum igitur hominis à Deo & similitudinem consistentur & illi. Aristote-
les autem illam theologiæ Mosaicæ partem, qua demonstratur, spiritum humanū à sedi-
bus ætheriis venisse, venisse à Deo insufflatū & immisum, plenis verbis sæpiusq; repetitis,
cōprobauit. Siquidem asserit eam, quæ dicitur mens, venire ἤνευθεν, id est exterius, extrinsecus:
partem inquam hominis diuiniorem, per quam habet cum Deo cognationem & affi-
nitatem. Quam immortalem negare propter hanc cum Deo naturæ similitudinem, non
poterat. Nam cū de anima loquitur, semper respicit eam, quæ communis est inter ho-
mines & bestias, quã & diuinæ litteræ suo seorsum nomine exprimunt, vitã vel spirationē
eam dicentes: mentem autem, similitudinem, imaginemq; diuinam. Hanc etiam Aristote-
les clarissime separat ab illa mortali, his verbis præcipue, *ὅτι δὲ τῶ νῦν ἐκ τῆς θεωρητικῆς δυνάμεως,*
ἐδέξατο φανερόν, ἀλλ' εὐκλεῖ ψυχῆς γενὸς ἕτερον, ὃ τὸ μόνον ἐνδέχεται χελεσθαι, καὶ ἀάσθη τὸ αἰδίον ἔσθαι φανερὸν,
quæ sunt: De mente autem & facultate speculatiua non adeo compertum, sed par est eam
esse aliud animæ genus, idq; solum potest separari & discedere, veluti æternum ab corru-
ptibili. Hac confessione nihil clarius & illustrius, vt mirabilis sit quorundã impudentia, qui
falsis interpretationibus hæc non contenti deprauasse, etiam clariores locos obscurarunt.
Neque vero quia loquitur quasi dubitando, protinus suspicari par est eum negasse. Loquitur
de re incerta, de re obscura, eoque prudenter loquitur & caute. Etenim hæc ipsam par-
tem, quæ vere homo est, quàmque esse diuinam Moses ostendit, quia & ad imaginem Dei
facta esset, & extrinsecus accederet, sic idem expressit, *ὅ δὲ νῦν ἔστι ἐγγύθεσθαι ἕσθαι πρὸς θεόν, καὶ ἔσθαι*
φθέρεσθαι. Mens autem videtur inesse, assistere substantia quædam, nec corrumpi. Deinde,
καὶ τὸ νοεῖν δὴ καὶ τὸ θεωρεῖν ματαλαβύσθαι, ἀλλὰ πινὸς ἔσθαι φθερομένης, αὐτὸ δὲ ἀπαθὲς ἔσθαι, ὃ δὲ νῦν ἔστι γεωμετρικὸν καὶ
ἀπαθὲς ἔσθαι. Intelligere quoque & speculari debetur interdum, sed alia re exterius corrupta,
nam ipsum impassibile est. Mensq; forte diuinius est quiddam, ab anima separatum & im-
passibile. Hæc quæ quasi dubitanter ac nescius protulerat, demum aducias & constãtius,
ὅτι δὲ τῆς θεωρητικῆς νῦν ἕτερος λόγος. De mente contemplatrice est alia ratio. Quibus testimo-
niis, cū nesciret prius an animus esset immortalis, declarauit demum æstu veritatis ab-
reptus, vim illam diuinam intelligendi, quæ est imago Dei, esse immortalem, vt plurimum
ab illa alia anima differat, quæ in nobis est & in brutis, quàmque Moses spiraculum voca-
uit, natum è terra & aquis, eoque & in hæc ipsa resoluendum. Quid porro est illo testimo-
nio clarius, quod de generatione animalium differens posuit, vt videatur hanc Mosis theo-
logiam interpretari. Nam de anima brutorum dixit, fieri non posse, *ὅτι καὶ ἤνευθεν εἰσίναι,*
αἰδιότατον ἔστι γὰρ αὐτὰς καὶ ἑαυτὰς εἰσίναι οἴοντες ἀχρεῖς ἔσθαι, ἔτι ἐν σώματι εἰσίναι, τὸ γὰρ σώμα
καὶ σώματι μεταλαβύσθαι τῆς γαστρὸς ἔσθαι. λεπέται δὲ τὸν νῦν μόνον ἤνευθεν ἐπιεῖσθαι, καὶ ἦσαν ἐν αὐτῷ
μόνον. ἔ δὲ γὰρ αὐτῷ τῆς ἐνεργείας κοινῶν σαματικῆς ἐνεργείας. Vt ingrediantur extrinsecus, Quia
nequeunt ipsæ per se introire, cū non sint separabiles à corpore. Esse enim semen con-
tinentis ipsum ventris excrementum. Relinqui igitur solam mentem exterius ingredi,
cum cuius operatione nihil habeat actio corporea affinitatis. Hæc Aristoteles, quibus ex-
presse reuclat & pandit quæ dubitanter in libris de anima posuerat, aut non quidem du-
bitanter, sed caute & prudenter, nunc autem illustri voce de separatione animæ immor-
talis pronuntiat, asserens eam non à corpore, vel semine produci, sicut illam brutorum,
sed exterius infundi, omnia cum Mose conueniens. Erat autem obscurius Aristoteli, il-
lud exterius, aut si non obscurius, non confessum. Confessus est Moses, omniumque ho-
minum ferè est consensus venire ac dari spiritum humanum à Deo. Hominem præterea
esse ad imaginem & similitudinem Dei, & hac similitudine immortalitatē declarari, alio
nobilissimo, clarissimoque loco idem Aristoteles demonstrauit. Nam cū in libris de vir-
tutibus, de vera felicitate, quam in contemplando & intelligendo sitam, veris rationi-
bus conuicerat, differeret, eosque qui in hac beatitudine versarentur, maxime pios, Deoq;
caros esse demonstraret, ea potissimum ratione probauit, quòd hi maxime exercerent,
excolerentque partem optimam, Deique simillimam. Esse autem mentem quod in no-
bis sit optimum, Deoque maxime propinquum & cognatum, sua verba resonantem eum
audi, *ὅ δὲ καὶ τοῦ νοῦ ἐνεργείας, καὶ τῆς θεωρητικῆς καὶ ἀφαιρέτικῆς ἀεὶ, θεωρητικῆς ἔστιν ἐν αὐτῷ*
πρὸς ἑπιμέλειαν τῆς ἀνθρωπίνης, ἡ δὲ θεωρίας δίδεται, ὡσαύτως δοκεῖ, καὶ εἶναι ἐν αὐτῷ, χαίρωντες αὐτῶν τῶν
ἀεὶ ἔσθαι.

Mens ima-
go et simi-
litudo di-
uina.

Αἰετῶ, καὶ τῶ συγγενεῶν, τὸ δὲ ἀν εἶναι ὁ νῦν, καὶ τῶ ἀγαπῶντος μάλιστα τὸ το, καὶ πρὸς αὐτῶν ἀν-
τηνοποιεῖν ὡς τῆς φίλων αὐτοῖς, καὶ ὁρθῶς τε καὶ χαλδῶς ἀφαιρέτικῶς. Quæ sunt : Qui autem secun-
dum mentem operatur, & viuunt, hancque maxime excolit, hunc esse Deo charissimum, ver-
rissimile est. Nam si Deus curat humana, vt certe apparet, & rationi est consentaneum, eum
re optime & maxime consanguinea delectari, æquum est. Id autem est mens. De his item
eum bene mereri qui hoc honorent & ament, tanquam de amicis suis, & bene ac recte vi-
uentibus, est item æquum. Hæc Aristoteles, confitens animum seu mentem esse rem opti-
mam, Deoque συγγενεῶν, propinquissimam, simillimam, eiusdem naturæ, eiusdem gener-
ris. Quod Moses imaginem & similitudinem, Plato in legibus, θεοῖς οικειότατον, Diis proxima-
mam, familiarem. Hancque rem prædicat excoli oportere, quam qui ornent, & in pretio
habeant esse Deo charissimos prædicat. O venerandam, adorandam, excolendamq; philo-
sophiam. Assueerat etiam Deum curare res humanas, idque clarere & esse rationi con-
sentaneum, dicens: Considerate quæso omnes quid philosophi naturam sequentes fateantur.
Hanc diuinorem partem idem confitetur esse verum hominem his verbis. Optimum
ac suauissimum est cuique, quod illi est maxime è natura, καὶ τῶ ἀνθρώπου δὲ ὁ καὶ τοῦ νοῦ βίος, ἐί-
περ μάλιστα τὸ το ἀνθρώπου. Etiam homini erit maxime beatum viuere secundum mentem,
quæ vere ac præcipue est homo. Ergo cū Moses ait hominem factum ad imaginem Dei,
intelligimus Aristotele interprete, quem hominem, Hanc ipsam mentem, partem homi-
nis meliorem, verumque ipsum hominem ibidem vocat, id est, βέλτιον μέρος. Quo loco ta-
cere non possum quæ scribit Michael Ephesus. Incurrunt enim omnia in theologiam hæc
Mosaicam: Βέλτιον μέρος καὶ ἀνθρώπων λέγει τὸν νῦν ἡμεῖς. τὸν γὰρ ὄντως καὶ μάλιστα ἀνθρώπων ἐν λο-
γικῇ ζωῇ τίθεται. καὶ διὰ τὸν αὐτὸν ἀφαιρέτικῶν ἀποφαιρέται, ἕνα μὲν τὸν καὶ ψυχῆς, καὶ σώματος, ὃ καὶ τὸ
εἶναι, καὶ τὸ εἰδύμενον ἐν τῷ καὶ τῶ ἀρετῆς εἶπε καὶ εἶναι ἐν τοῖς μεγάλαις ἐθνοῖς, καὶ ἐν τῶ ἀνω-
τέρῳ δὲ βέλτιον. ἄλλοι δὲ τὸν ἀνωτάτως, καὶ ὄντως ἀνθρώπων, τὸν ἐν ἡμῶν νῦν, ἡ δὲ ἀρετῆς ἐν ἐρεῖ χαλε-
πῶς δὲ τῶ σώματος ἐστὶν αὐτὸ τὸ το, ἡ δὲ ἀφαιρέτικῶν καὶ διὰ τὸν καὶ τῶ ἀνωτάτως ὡς οἱ λέγοντες τὸν ἀεὶ ἀφαιρέτικῶν
τὸν δὲ ἀφαιρέτικῶν τὸν ψυχῆς, ἐδὲν τὸ λεγόντων ἀλλοῖς. Quæ sunt : Meliorem particulam, vel homi-
nem, dicit mentem nostram. Nam verum hominem animam rationalem statuit, dupli-
cémque in his eum esse demonstrat. Vnum ex anima & corpore constantem, cui bene ac
beate viuere sit, secundum virtutes, in magnis moralibus, & primo istius operis libros do-
cuit. Alteram autem vere ac præcipue hominem, métem nostram de qua dicit postea. Se-
paratãque est hæc à corpore, quicquid est. Ex hisque sit perspicuum, eos qui dicant Aristo-
telem opinari animam esse mortalem, minime vera dicere. Hæc Michael. Libentérque ci-
taui locum, vt vndique eorum error innotescat, qui hæc nescientes philosophum immor-
talitati animorum detrahere incularunt. Itaque & Salomon, cuius sapientia tralata est ex
Hebraico in Chaldaicum ex sermone Chaldæo in Græcum (nam legi Chaldaice quædam
ex hoc libro) hominem ad imaginem Dei factum asseruit, & ob hanc causam esse immor-
talem. Atque impias eorum coarguit opiniones, qui dicerét, hominem esse tantum vitam
sensibilem ac corruptibilem, cuius accusabant Aristotelem. Coarguit autem, quòd ad ima-
ginem Dei fit factus. Ignorauerunt, inquit, mysteria Dei, qui dixerunt tanquam fumum ac
vaporem esse vitam nostram, nihil superante post mortem, neque præmium esse probitati
putauerunt, neque merita incorruptorum animorum diudicauerunt, ὅτι ὁ θεὸς ἐκτίσεν τὸν ἀνθρώ-
πον ἐπὶ ἀφθαρσίᾳ, καὶ εἰκόνα τῆς ἰδέας ἰδιότητος ἐποίησεν αὐτὸν, φθόνῳ δὲ ἀφαιρέτικῶν ἡμαρτίας εἰσῆλθεν εἰς
τὸν κόσμον. Quoniam Deus condidit hominem ad immortalitatem, & imaginem propriæ
naturæ fecit illum, inuidia autem diaboli mors introiuit in mundum. Hæc vir sapientissi-
mus, mysterium & rem arcanam appellans immortalitatem animorum, præmiúmque con-
stitutum ac paratum animis synceris, & incorruptis, nō infectis labe terrena. Hi enim sunt
quos Aristoteles dicebat caros esse Deo maxime, & eos remunerari, immortalitate scilicet
& caelesti præmio. Vere autem mysterium, quia latet imperitas, & crassas, terrenisq;
cupiditatibus graues mentes. Probationem autem eam præfert, quòd factus sit homo ad
immortalitatem, quia Deus imaginis ei suæ proprietatem indidisset. Inuidia autem dia-
boli redditum eundem, id est, quod ex anima & corpore constat, mortalē. Immortales au-
tem esse animas superius ostenderat, dicens esse præmium animis incorruptis, appellás ani-
mum vel animam quod Aristoteles, ceteriq; νῦν mentē, intellectu: quod & Michael Ephe-
sius, sensum Aristotelis explicans, docuerat: Duplicē videlicet esse hominē, sed alteram esse
partē βέλτιον, potiorem, meliorem, quam dari exterius Aristoteles cum Mose confitebatur.
Obseruandū autē, quòd Methodius apud Græcos, allegans supra dictū ex Salomone locū,
h ij

pro eo quod impressi codices habent, ιδιότητος, ipse legit ἀιδότητος, Vt Salomon dicat, Et D imaginem propriæ eternitatis fecit illum. Ex quo multo magis affirmet hominem immortalē. Denique ne sim prolixior, nemo ferè est magnorum virorum, quin naturæ instinctu incidit in id quod Moses docuit nos, à Deo reuelatum, totaque subsecuta philosophia, subscripsit antiquissimæ theologiæ Mosaicæ. Nam & Mercurius à Deo factum & formatum hominem asseruit, appellans eum θεοειδῆ, Dei similem, vt annotationes priores ostendunt. Sibylla quoque cum Mose prorsus,

Εἰκὼν ἐστ' ἀνθρώπου ἐμὴ λόγον ὀρθὸν ἔχουσα.
Est mea homo recta ratione insignis imago.

Seuerianus item putat hoc Philosophos agnouisse, quippe qui diffinirent philosophiam φιλοσοφία ἔστιν ἐξομοίωσις ἀπὸ τοῦ κρείττονος καὶ τοῦ δυνατοῦ. Philosophiam esse assimilationem ad id quod est superius & melius, quoad licet. Cyrillus sapiēter, & dignum quod ab omnibus obseruetur, duo ait discrimen magnum inter hominem, cæteraque animalia demonstrare, αὐτοποίησις, καὶ παρασκευασία, quod ipse Deus fuit operator, & quod quodam consilio antea est vsus. Quoniamque Moses diuerso loquendi genere vsus est hoc loco, singulū quodque verbum ponderemus.

Faciamus hominem.

Cæteri alij secum Deum esse locutum, alij cum Angelis, maximè vero Hebraei asseruerunt, ne in trinitatem Christianorum incidere. Quos error impius transuersos agēs, impulit fateri Deum locutum cum Angelis, ad quorum similitudinem Deus fecerit hominem: hinc eos inuidisse, ægrèque tulisse æquatū sibi hominem: Imaginem autem Dei esse Angelum. Alij fabulosius, eadem caligine grauante, Deum locutum cum terra, quasi duo principia, faciamus ego & terra. Terra corpus, Deus animus. Quæ quoniam absurda sunt, & ab ea gente conficta, cui certum erat nunquam dicere, quod Christianorum dogmata probaret, ac roboraret, nos imperitoribus & recentioribus hisce reliētis, quibus neque crudita mens, neque pia & æqua fuit, vnum ex illa gente & tempore, & doctrina superiorem, quem ego omnes Hebræos rerum magnarum multarūque cognitione & Philosophia superare asserere non dubitauerim, proferam in medium, Philonem illum Iudæorum disertissimum, de quo propter dicendi ac sentiendi similitudinem, solitum erat dici, quod aut Plato esset ipse Philon, aut Philon ipse Plato. Hunc existimare non possum, nisi diuini spiritus instinctu, aut antiqua successione doctrinæ, tam lairabiliter, tam clare locutum de filio ac verbo Dei isto ipso loco. Duoque dixit omnibus viris Christianis admiranda, amplexanda, exosculandaque, Tum hominem esse diuinum & immortalē, quia factus sit ad imaginem Dei, tum istum ipsum, ad cuius imaginem sit factus, esse filium Dei. Cuius grauiissimi & doctissimi viri autoritas deberet summo pudore afficere pertinaciam Iudæorū, nisi essent tanto stupore, tanta cæcitate & impericia grauati, vt ne possint vnquam, attollere oculos ad veritatem, nec faxea eorum pectora, adamantina durities obfirmasset. Esse igitur fabulas de Angelis quæ superius dicebantur, agnosce tanti viri testimonio. Proponam primum, hominem factum ad imaginem Dei. In libro de mundo, qui liber quoniam impressus est, non proferam totum locum Græcè: Præcipuam vero, inquit, ac differentem à cæteris creationem fortitus est homo. Nam cæterorum animantium os in terram deflexit, eoque in terram nutant: hominis autem è conuerso sublimauit, vt cælum suspiceret. Cælestis enim est propago non terrestris, vt vetusta fama perhibet. Ac cæteri, ætheriæ naturæ partem animum nostrum dicentes, cum æthere dederunt ei affinitatem, at magnus ille Moses, nulli creatæ rei, formam animæ rationalis dixit esse similem, sed diuini & inuisibilis Dei illius imaginem. δοκίμιον εἶναι νομίμοις ἢς εἰώθε καὶ τυπωθεὶ σφραγίδα θεῶν, ἢς ὁ χαρακτὴρ ἔστιν ὁ αἰδίου λόγου. ἐπέπνευσε γὰρ φησὶν ὁ θεὸς εἰς τὸ πνεῦμα αὐτῶν, πνεῦμα ζωῆς, ὡς ἀνάγκη τοῦ πνεῦματος ἐκείνου πνεῦμα, καὶ διὰ τὸν ἀνθρώπου καὶ εἰκόνα φασὶ θεὸς γεννηθῆσαι ἢ μὴν καὶ εἰκόνα πνεῦμα γεννηθῆσαι. Probabile esse ratus accepisse similitudinem Dei rem ipsam formatam, cuius character est verbum æternum. Inspirauit enim, inquit, Deus in faciem eius spiraculum vitæ. Quo factum est, vt necessario sit assimilatus is qui reciperet, ei qui inspirasset & emisisset. Hæc ille. In quibus est clara istius loci expositio. Primum, quod Moses nulli creatæ rei confitetur hominem similem. Angeli autem sunt creati. Deinde necessariò fieri, vt is qui reciperet nempe homo, similis sit effectus ei qui inspiraret. Eo enim apparuit in homine diuina similitudo, quod à Deo veniret, non quidem tanquam particula substantiæ diuinæ, sed tanquam fluxus ab illa, & largitio quædam proxima rebus

*Philonis Iu
dei laus.*

Arebus suis, aut vna è rebus suis. Et vt optime docet ipsa theologia, vt afflatus. Tum ait vetustum esse sermone, hominem esse plantam cælestem, non terrestrem. Omnium ergo hominum & omnium sæculorum consensus fuit, hominem habuisse à cælo, id est Deo, originem, non ab aqua aut terra, sicut cæteri animantes è terra generati. Hæcque tum communi & antiquo sermone iactabantur, tum in illa theologia habentur, quæ tota est ex oraculis cælestibus perscripta & perfecta. Illud quoque cælestem hominis originem ait indicare, quàm in cælum, contra quam reliquæ animantes, versos vultus habeat, quasi in originem, pristinumque domicilium. Quo argumento grauiissimi quique prudentissimi sunt vsu in asserenda quadam in homine diuinitate. Nam & Tullius: Nam cum cæteras, inquit, animantes abiicisset ad partem, solum hominem erexit, ad cælumque quasi cognitionis, domiciliique pristini conspectum excitauit. Et Poëta, quod omnium in ore est:

Præcipue cum spectent animalia cætera terras,
Os homini sublime dedit, cælumque videre
Insit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Ouid. Metam.

Græcè quoque Plato perhibet hominem appellatū ἀνθρώπου, à suspiciendo. ἀνω ἀθρόω, ὅτι, sursum aspiciens vultus. Quasi ἀνθρώπος, ἀνθρώπος. Postremo quod maxime mirabile dicitur à Philone, est, humanū animum factum ad imaginem verbi diuini. O vere cælestē Philosophiā, & à regalibus sedibus veniētem. Sciendumque est, Philonē multa ac præclara de verbo filio Dei scripsisse, quoniamque erat à Platonicis, qui veteris sapientiæ cultores, admiratoresque præ cæteris Philosophis fuerit, tum quia sacris litteris, maiorumque suorum sapientia erat imbutus, verbum istud diuinū, vt à principio ostendimus, Ideam idearum, omnium reginā rerum, mundi, creatricem, hominis archetypum, & prototypum prædicauit. Quem igitur Moses appellans spiritum, creatorem mundi & hominis introduxit, hunc Philon filium Dei asseruit & demonstrauit. Huncque ipsum esse formā & imaginem patris sui. Ipsum quidem imaginem patris, hominem autem imaginem eius. Quoniamque pater ipse sedet in excelsa diuinitatis arce, non putat Philon fas, vt ad eius similitudinem quicquam creatum diceretur. Ergo ex profundissima Philosophia, altissimisque Theologiæ cælestis penetralibus, imaginem patris filium, seu verbum, imaginem autem verbi hominē, id est, ad similitudinē eius qui esset imago patris, hominem docet creatū. Duoque narrat præclara, creatorem hominis fuisse filium Dei, quem pater tanquam autoritatem suam miserit ad creandū, sicut & postea ad redimendū, tum ad huius imaginem, qui eum creasset formatū, vt facile possis intelligere, quantum diuinitatis insit verbis Mosaicis isto loco. Sed quoniam quæ superius ex libro Philonis de mundo citauimus, parum emēdata sunt, vbi hac de re loquitur, extat aliud testimonium ex alio eius libro de quæstionibus & solutionibus longe clarius. Super enim his verbis Moſis, Ad imaginem Dei feci illum, sic scribit: ἀπό τῆς ὡς ἀπὸ ἑτέρου θεοῦ φησὶν τὸ, ἐν εἰκότι θεοῦ ἐποίησα τὸν ἀνθρώπου, ἀλλὰ ἢ τίς αὐτῶν; παρὰ τὸν καὶ σοφῶς τὸ καὶ χρησιμώδηται. θνητὸν γὰρ ἔδδεν ἀπεικονοῦναι τοῦ πνεῦματος καὶ πατρός τῶν ἁπάντων ἔδδεν, ἀλλὰ τοῦ πνεῦματος καὶ τοῦ δευτέρου θεοῦ, ὅς ἔστιν ὁμοίωσις λόγου. ἔδει γὰρ τὸ λογικὸν ἐν ἀνθρώπου ψυχῇ τύπον, ἵνα ἡμεῖς λόγος ἡμεῖς ἐπιειδῆ ὁ πνεῦμα τῶν λόγων θεοῦ, κρείσσον ἔστιν ἢ πᾶσι λογικῆ φύσει. τῶδε ἔσθ' ἡμεῖς πάντων ἐν τῇ βασιλείῃ καὶ τῇ ἐξουσίᾳ, καθεστῶσι, ἰδέα, ἔδδεν ἡμεῖς τὸ γεννητὸν ἐξομοιωθῆναι. Quæ sunt: Quamobrem veluti de altero Deo dicit, Ad imaginem Dei feci hominem, non autem ad imaginem suam præclare & sapienter hoc oraculum editum est. Nihil enim quod esset mortale, poterat ad eum qui supremus est, patereque vniuersi, figurari: sed ad secundum Deum qui est verbum eius. A diuino enim verbo necesse erat animæ humanæ formam rationalem animi formari, id est, à logo diuino, logicum humanum. Nam Deus qui est supra verbum, melior ac potior est omni rationali creatura. Quo circa nefas erat quicquam assimile illi fingi, qui in optima, excellentissimaque Idea subsisteret. Hæc Philon: in quibus tanta est, tamque profunda theologia, vt si eam velim diffundere, nimium quantum processura sit oratio. Sed claret mens hominis, claret altissima Philosophia. Patrem esse altissimum, supremum, in altissima fede, & caligine diuinitatis existentem, filium esse imaginem & characterem paternæ substantiæ: Quem alterum Deum esse dicit, non quidem quod duo essent, sed quod veterum illorum ea esset loquendi consuetudo, nondum propter hæreses, distinctioribus verbis repertis. Nam aliàs prædicat patrem cum filio vnum Deum. Creator igitur hominis fuit Dei filius, & idem qui creauit redemit. Is idem verbum mundum quem creasset, semper administrauit. Is legem Moſi tulit, is Prophetas, ipsumque Moſen est allocutus. Huius imago fuit homo, Non mirū si voluit imaginem suam redimere. Hæc imago tanquam filius. Filius enim est imago

*ἀνθρώπου
εἰκον.*

*Imago verbi,
homo.*

Ad imaginem Dei homo factus.

patris. Hoc Græci filium Dei vocant hominis *ωρωτότυποι*, exemplum. Omnes superius dicebāt ad imaginem Dei esse hominē, nunc exquisitius & exactius intelleximus: cuius Dei. Lætetur igitur & glorietur homo, quod tantus sit factus, quātus fieri potuisset. Quid enim aliud restabat? Tanquam patrem habet filium Dei, cuius est ipse imago & filius. Ideo enim imago, quia tanquam filius. Emendandus est autem locus, in libro de mundo. Siquidem liber ille, multis in locis scætet mendis. Vultū cum ait, firmissimum omnium rerum robur esse verbum Dei, quem genitor eius pater voluerit esse validissimum vinculum vniuersi. Quo loco, pro λόγος, positum est mendose νόμος. Νόμος δὲ ὁ αἰδώς θεῶ ἀθανάτων, καὶ βεβαιότατοι ἐρεσιμα τῶν ὄλων ἐστίν. Dicendum est logos, vt apparet in emendationibus exemplaribus. Quod quidem & ipse locus abunde restatur. Considera enim, an de lege recte & congrue possit dici, quod paulo post infert, *δέσμιον γὰρ ἀρρεῖτον τῷ παντός ὁ γενήσας ἐποίησεν πατέρα*. Vinculum indissolubile vniuersi fecit eum pater, qui genuit. Perspice an congruat vt de lege dicatur, eam à patre esse generatā. Obsecroque omnes vt emendent locum. Nefas enim est tanta Philosophia erroribus librorum obscurari. Hortarer autē desperatissimos Hebræos, vt hæc penitus intenderent, nisi scirem, & multis, quæ nisi fuere cum illis, colloquiis expertus essem, eos non solum esse feros & ferreos, sed omnium etiam bonarum litterarum imperitissimos, solumque prodigiosarum suorum doctorum, fabularum admiratores. Quibus nulla vis queat extorquere confessionem veritatis, non ipsi calicolæ, si placidè, non viribus agendum esset. Quos iure ait Basilus hoc loco *καταμαρτυροῦμεν πρὸς ψεύδος γλώσσαι ἔχειν*, exercitatum ad mentendum habere linguam. Sed reuertor ad creationem hominis. Non esse autem ad imaginem Angelorum vt fabulosi Hebræi phreneticātur, sed ad imaginem Dei, id est, filium, hominem creatum. Eusebius euidenti argumento conuincit. Quoniamque liber non tam facile in manus eruditorum venit, ostendam Græce totū locum. Quarto de euangelica, *σποδ' εἰσεως*, demonstratione, hæc ad verbum: *καὶ εἶπεν ὁ θεὸς ποιήσω μὲν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ κατ' ὁμοίωσιν, καὶ ἀθάνατον, καὶ εἶπεν ὁ θεὸς ἔστω ἡμῶν εἰκὼν ἡμῶν, ποιήσω μὲν αὐτὸν βουθὸν κατ' αὐτόν, καὶ ἵνα δὲ μή τις τῶν ἀγγέλων ταύτην εἴρησεν, νομίσθησαν τῶν ἀγγέλων δὲ ἀποδοῦναι τὸν κεκελευσμένον, οὐκ ἀγγέλων ὄντων θεῶν, λέγοντων, καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα θεῶν ἐποίησεν αὐτόν. Quæ sunt: Et dixit Deus, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā. Rursum, Et dixit Deus, Non est bonum hominem esse solum, faciamus illi adiutorē secundum ipsum. Et ne quis cum Angelis hæc eum esse locutum suspicetur, mox declarat eum qui iussisset, non fuisse Angelum Dei, dicens, Et creauit Deus hominem, ad imaginem Dei creauit illum. Hæc Eusebius. Qui contendit, Faciamus hominem, esse verba patris ad filiū, eo maxime quod addidit, Ad imaginem Dei fecit illum: Filius scilicet, hominem, ad eum qui est imago Dei, nempe filiū, vt & Philon interpretatus est. Filius est enim patris imago. Hinc Græci dicunt *εἰκὼν θεῶ, λόγος ὁ θεὸς, εἰκὼν δὲ εἰκόνας ἀνθρώπινος νῆς*. Imago Dei, verbum diuinum, imago imaginis ipse homo. Igitur maximorum hominum est iudicium, non solum è Christianis, sed doctissimorum etiam ex Hebræis, latitare sub hisce Mosaicis verbis sublimè, reconditūque mysterium diuinitatis. Atque alij quod in numero multitudinis dictū sit, faciamus, trinitatem aut plures personas augurantur expressam: alij quod dicatur, Ad imaginem Dei feci. Respondūque est à doctissimis Græcorum, hæreticis & Hebræis aliis, secum Deum fuisse locutum: aliis, cum Angelis, asserentibus. Siquidem Basilus in eos qui secum Deum esse locutum dicerent: Quis, ait, faber aut opifex loquitur ipse secum? nõne tacite operatur? cui nisi filio hæc loquitur? Dicitque Moses, ad imaginem, propter gentes: non imagines, ne plures deos ostenderet. Faciamus autē propter Hebræos, qui negant numerum personarum. Idem asserit Theodoritus. Tum Seuerianus ait indicari verbo faciamus, *συμβεβηλόν* consiliarium. Esse autem filium consiliarium, Esaiā teste, Magni consilij Angelus. Eadem asseruntur à Chrysostomo, qui & illud perpendit, cum dicat, Ad imaginem nostram, vnam imaginem designari, Dei autem & Angeli non esse vnam imaginem. Quod & Theodoritus agnouit. Seuerianus vero, Hæc dicuntur, ait, vt agnoscas, per quem factus es, per eundem te seruandum: præcipueque subdit, *ὁ υἱὸς ἐστὶν ὁ συνδημιουργὸς τῷ πατρὶ τὸν ἀόρατον, καὶ ὁρατὸν κόσμον*. Filius est cooperator cum patre, mundi visibilis & inuisibilis. O miraculū, inquit Cyrillus, conditur cælum, creatur sol, nullo præcedente consilio, solo verbo: in solius hominis opificio, considerat, consultat opifex. Deus ergo qui prius loquebatur imperans causis maioribus, vt particulares innumerabilesq; effectus produceret, in creatione humana sermone mutato, imperat ipse sibi, vt quasi diceret mundanus ille opifex, fator hominū atque deorū: Hucusq; res mortales, & in alterius cōmoda paratas, maximæ causæ imperiis*

Hebræi, nõ solum feri sed & imperiti.

Filius, imago patris.

Aactæ meis ediderunt, nunc ò pater, à quo creatio mundi est mihi credita, cuius ego sum sapientia, quique meorum omnium consiliorum & inuentionum particeps fuisti, non alienæ causæ, sed nos ipsi, præclarum opus moliamur, regemque omnium rerum istarum, quas paulo ante, nasci voluimus, constituamus: Sic opifex mens, cum genitore.

Ad imaginem & similitudinem nostram.

Non sum hoc loco veritus, quandam animi suspicionem ferre in conspectum, quam aliis in locis meminī me aperuisse. Hanc imaginem similitudinēque diuinam, non solum inuisibilem quandam & internam iuxta ceteros omnes scriptores, Hebræos, Græcos, & Latinos, prudentiæ scilicet & sapientiæ, mentis & intelligentiæ, posse intelligi: sed aliam quandam, quam nunc describam. Homo creatus & compactus ex anima & corpore, sensus habuit corporeos: videbat, audiebat, vidit Deum deambulantem, audiuit loquentem. Hæc opera quoniam nisi in imagine corporea & humana inherere non possunt, fit vt necessariò oporteat credere, Deum sub imagine quadam excellenti, sed humana tamen, visum à primo homine. Tres autem sunt vnus alicuius rei imagines. Vna ipsa res & archetypum: altera spiritalis hærens in animum, quales, omnium in animo rerum formæ: tertia, quæ videtur oculis corporeis. Posteriores duas imagines videre sæpe Prophetæ, alij scilicet imagines animorum, id est, in animis per quietem, aut soporacionem sensuum insidentes & astantes, alij qui oculis corporeis eas intuerentur. Vtrasque enim mirabilis Deus, cuius est ingenium & potestas infinita, potest formare. Itaque quemadmodum Abraham tres viros, id est tres cælestes in virili habitu vidit, è quibus ipsa scripturā teste, vnus erat Deus is, qui creauit mundum & hominem quem ibi *יהוה* Iehouah, id est, Iouem, vel existentem, & eum qui est, nuncupat, quem Abraham videbat euntem, sedentem, manducantem, loquentem: sic primo homini censendum visum fuisse. Accessit ergo filius ac verbum Dei, ad creationem humanam, in forma, imagine, habitūque humano, gerens speciosissimam, diuinissimamque formam, & iucundissimam, omnium humanarum formarum pulchritudinem superantem. Quam videntem & intuentem generis nostri principē censendum est amore insanisse, creatorēque omnibus fœminis speciosiore penè deperisse. Hanc speciem, diuinamque pulchritudinem, clementissimus, formosissimusque assumens, quam erat post multa tempora vsque ad carnem & ossa assumpturus, creabat hominem largiens ei speciem hanc tantam, ipse primus archetypus, speciosissimus ipse, speciosissimæ proles creator. Quam qualēve credas fuisse primi hominis illius venustatem? quantum in ore decus, quas gratias infedisse? Duosque dij statim conspecti sunt, alter alterius similis quoad ferret facultas: vnus creator, alter creatus. Sed ille Deus verus, & incomparabiliter pulchrior, is Deus fictitius, & paruus quidam Deus, similis tamen magni illius. Quanta gaudia, quantum lætitiæ & voluptatis, dum hæc fierent. Siquidem & Petrus, talem quandam, primæuamque in illo creatore formam intuens, dicebat, Bonum est nos hic esse. Tales ac tantæ fuerunt illo primo tempore delitiæ & voluptates, ab eo fluentes & nascentes, qui vt omnium rerum, sic omnium voluptatum est Idea, & fons, & torrens, & thesaurus. Iam tum declarabat suam exuberantem clementiam, benignitatemque creator, donans seipsum homini, & pulchritudinem, diuinitatemque suam munus faciens, & quantum quod creabat, formam donans ei suam, diligeret comprobans. Quicquid ergo fuit homo, hoc erat ante Deum. Videbat eum se creantem, manusque sibi admolientem, fingentemque manibus manus suas & corpus. Talem speciosissimam, inenarrabilis venustatis formam vt Petrus in monte, sic Moses in rubo intuens expauit lumine circumfusum, textitque vultum: talem postea vidit in monte Sina: Talem vidit Abraham cum loqueretur cum eo, ideo & gauisus est. O diem illum beatissimum! Gerebat enim secum germanam illam pulchritudinem, internæ diuinitati respondentem. Ideoque ineffabili gaudio quicumque hanc speciem viderunt, sunt affecti. Species quidem corporea, quia videbatur oculis: rursum non corporea, quia tanta inesset diuinitas, quantam nulla corpora recipiant. Quis enim reddet probabilem formam, quod est vbique commodum exemplum, rationem visæ in monte, quæ fuerit? qua ex materia ascita, cum nefas etiam sit dicere illum fuisse materiam? Quemadmodum igitur, præter ea quæ superius diximus exempla, illic Moses, & Elias gloriosi affuerunt, oculisque Apostolorum conspiciabantur, posteaque euauerunt: sic Deus filius & verbum, vt dicebat Philon, simili quadam ratione, in gloria maiestatisque sua, faciem similitudinēque gerens humanam, id est, quæ postea hominum fuit, venit in conspectum, & ad illam similitudinem, hominem creauit. Ideoque non fuit

Adā quomodo videt Deum deambulantem in paradiso.

Primi hominis pulchritudo.

Deus similis hominis, sed homo similis Dei. Hæc autem dicens, non attendo eorum deliramenta, qui corporeos Deos introduxerunt: sed simile quid dico, quale superiora exempla indicant. Non erat nefas, Deum illam, quæ postea nostra fuit, tunc assumpsisse similitudinem. Nam si nefas fuisset, nunquam assumpsisset. Repetit postea, quod quondam habuisset, habiturus iterum cum is esset redimendus, & in conspectum, colloquiumque cum eo veniendum, cum quo quondam versatus & locutus ab se nato fuisset. Quomodo enim eum vidisset homo deambulans, non enim possunt mentes separatæ videri & deambulare? Vox quoque ore corporeo formatur. Cum fingeretur homo, manus illas diuinas aspexit, ambrosiosque vultus illos, pulcherrima brachia, corpus suum fingentia, singulosque artus ducentia. Mitto hoc loco, quia copiosissima sunt in litteris sacris exempla, de assumpta sæpe à cælestibus humana forma, è verustissima poësi, quæ speciem habet theologiæ, testimonia. Quid illud de Ioue res humanas circumspiciente apud Poëtam:

Quid. i.
Metamor.

Et Deus humana lustro sub imagine terras.

Quid item differt quod Homerus sæpe Palladem varias assumptam formas fingit ire comitem adolescenti, atque id quod nostra theologia Raphaelem speciosi iuuenis in habitu, prodit comitem adolescentis Tobie fuisset? Redolent enim poëtica illa sanctissimam antiquitatem, è vera ut par est, theologia accersita. Duos quoque Angelos vidit Lot, quos uti videbantur, homines esse suspicatus est. Erant autem forma spectatissima. Ob id à tota scelerata ciuitate, factus est ad hospitium, quo iuuenes diuertissent, confestim concursus, venustissimorum adolescentium pulchritudine inflammatis. Nam multa, quæ Poëtarum licentia, in hoc genere postea finxit absurda, finxit ad similitudinem verorum ac decentiū. Hinc aiunt Homerus & Hesiodus, olim deos cum hominibus versatos,

Operum i.

*Ἡέρετε εὐσάμνοι πάντι φορτῶν ὄτι γούρι.
Aëriaque induti tota tellure vagantur.*

Aëria enim illa Angelorum corpora, quibus hominibus apparebant, suspicati sunt. Et nos- ter Catullus:

Argonau-
tic.

*Præsentem namque ante, domos inuisere castus
Sæpius & sese mortali ostendere cætu,
Cælicole, nondum sprete pietate, solebant.*

Hanc diuim spectatissimam pulchritudinem, speciosissimamque iuuentam recipientem generatim omnes, ab eo qui eam habet incomparabilem & archetypam, largitusque in primo homine fuerat, toti posteritati, nisi eam peccato coinquinasset: recipimus autem, si optimis decretis eius, contra quàm ille, parebimus. Neque hic nauici habuerim, quod Hebræi obicerent, qui sua lingua dicunt, Absit, absit, ut Deo sit vlla similitudo. Nam istius nationis iudicium, non est vsquam multi faciendum. Non tam enim in Theologia, quàm Philosophia absurdissime peccant, in odium Christianæ religionis cuncta finguntur. Eademque execratione vterentur in assumptam formam humanam à Deo. Et hoc quia dicitur, Cui assimilastis me dicit Dominus: Recte, si recte locum interpretarentur (latissime enim patet ista Dei assimilatio) posset dici: sed impie diceretur, tantam in aliquo esse sapientiam, quantam in Deo, æqualem fortitudinem, æqualem maiestatem. Hoc execratur Propheta. Præcipueque ipsos Hebræos incessabat, qui idolis parem atque Deo tribuebant cultum. Præclaras autem illas species à Prophetis siue in spiritu, siue corporeis oculis visas non respicit. Quomodo enim defenderent quod Esaias vidit Deum sedentem in throno, regia fulgentem veste, & latus eius stipantia agmina Angelorum? In similitudine ergo regis vidit Deum. Et Abraham vidit tres viros, è quibus duo ad excidium sceleratarum urbium sunt profecti, tertius remansit cum Abraham, eumque vocat scriptura illo peculiari nomine tetragrammo, superius autem virum cum duobus nuncupauerat. Non exclusa igitur interiore mentis similitudine, ad illam quoque formosissimam speciem dicitur homo creatus, in qua creatis omnibus, homini se conspicuum spectabilemque exhibuit, ut creatorem suum omnibus modis cerneret, agnosceret, omnique posteritati eum prædicaret.

Et præsit piscibus maris.

Dominatus
hominis
in bestias.

Omnis theologia vociferatur, solæque imperitæ & tardæ mentes vocem eius non audiunt, quantum inter homines & bestias interfit. Quid enim sibi vult iste dominatus, ista super omnes animantes euectio, nisi magnum quoddam naturale & factum, constitutumque à Deo discrimen? Hunc dominatum Philosophi suæ disciplinæ verbis vtentes dicerent esse mentis supra sensum, vt quasi domina sensus ac regina sit mens. Debilis visus, & vera cogni-

A cognitionis imago, sensus, mens summa regina per vniuersalia discurrens, per tempora vniuersa, per vniuersas formas, per principia, media, fines, lumen quoddam magnum in omnes sese partes explicans. Vt imago est veræ lucis luna, sic veræ lucis sensus. Mensque quasi solis lux, sensus lunæ, debile & opacum, & simile illius, non illud: prudenterque ait Augustinus, continuo vt dixisset, ad imaginem nostram, subiunxisse, Et præsit piscibus maris & volatilibus: vt hinc intelligamus, hoc esse imaginem Dei, quod antecellere ac præstare omnes animantes. Et Chrysostomus similiter *ὅτι τῆς ἀρχῆς ἐκείνη φησὶν*. Manifestum est autem hominis super animalia bruta imperium. Sic imago Dei manifesta. Claret etiam hoc imperio, omnes animantes in seruitutem ac ministerium humanum creatas, sicut & cælum creatum probatur. Nos enim bobus, nos equis, nos canibus & dominamur, & eos parere nobis cogimus. Aliaque profunt ad subuectanda nostra corpora, & quæ nostris ceruicibus, si ea defuissent, nos ferre oportuisset, onera ducentia, alia ad vescendum, quadam ad velanda corpora, nonnulla ad voluptatem ac delicias. Quid enim ait, eloquentissimus Philosophus, (Græcam & Romanam explicans & illustrans Philosophiam, & prorsus cum Mose congruens, vt non cogamur meliorem querere interpretem) oues aliud afferunt, nisi vt earum villis consecris, atque contextis, homines vestiantur? Quæ quidem neque ali, neque sustineri, neque fructum edere ex se, sine cultu hominum, & curatione potuissent. Canum vero tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatio, tantumque odium in externos, & tam incredibilis ad inuestigandum sagacitas narium, tanta alacritas in venando, quid significat aliud, nisi ad hominum commoditates esse generatos? Quid de bobus loquar, quorum ipsa terga declarant non esse ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum, tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda? Longum est Mulorum persequi vtilitates, & Asinorum, quæ certe ad hominum usum paratæ sunt. Sus vero quid habet præter escam? Cui quidem ne putresceret, animam ipsam pro sale datam esse dicit Chrysippus. Qua pecude quod erat ad vescendum hominibus apta, nihil genuit natura fecundius. Quid multitudinem, suauitatemque piscium dicam, Quid auium? Ex quibus tanta percipitur voluptas, vt interdum pronoe nostra, (id est, diuina prouidentia) Epicurea fuisse videatur. Hæc & id genus ille. Produxi autem totum locum, quod si voluiffem, ipse melius declarare Mosen non potuiffem. Nam eruditissime quoque, & ad eum consentiens cum vera ista Theologia, vt sit mirabile, quemadmodum Moses in Deuteronomio, sic idem scripsit etiam cælum, solem, lunam, stellas, hominum causa esse facta: quia si hominibus solis nota sunt, hominum causa facta esse iudicanda sunt. Soli enim ex animantibus nos astrorum ortus, obitus, cursusque cognouimus. Ab hominum genere finitus est dies, mensis, annus, & alia eiusdem generis plurima, plurimumque admiranda: quod quæ oraculo scientiæque diuina à Mose scribebantur, eadem scripta & prolata sunt ab illis instigatione naturæ. Quis enim melius istum Mosis locum atque aptius interpretetur, cum idem ait: Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones, quorum celeritas atque vis nobis ipsi affert vim & celeritatem? Nos onera quibusdam bestiis, nos iuga imponimus, nos elephantorum acutissimis sensibus, nos sagacitate canum, ad vtilitatem nostram abutimur. Sed desinam ipse plura ex illa Philosophia proferre. Claruit certe ipso usu omnibus post illud exordium subsecutis sæculis, omnia facta hominum causa. Porro quod ait Moses, Et vniuersæ creaturæ: Hebraice, In omni terra, id videlicet quod interpretes declarauit. Quicquid in terris procreatur, tam in animantibus, quàm plantis ac stirpibus sit sub humana potestate, eius ditioni pareat vniuersa terra. Nihil enim est natura homini melius ac præstantius. Ratio enim præstat omnibus. Quin & ipse Deus vt dixere prudentes, non est fortis & omnium dominus robore corporis, aut auro & argento, fulminibus, militum, exercituumque cælestium multitudine, sed scientia & sapientia. *ὅτι γὰρ ἀργύρω καὶ χρυσῷ μακάριον τὸ θῆλον, ἢ δὲ βροτῶν καὶ ἀτραπῶν ἰχυρὸν, ἀλλὰ ἑπιστήμη καὶ φρονῆσις*, ait Plutarchus. Hæc igitur præstat omnibus homo, animatis & inanimatis. Nam si animatis, multo maxime etiam exanimis. Ergo cælo & terræ, elementisque primum, tum his quæ constant ex elementis. Hæcque est etiam imago, similitudoque illa diuina, vt quo antestat Deus omnibus, id autem est ratio, & sapientia: hoc antecedit omnibus homo. Deus autem immortalis per hoc ipsum quo & maximus & dominus. Eodem igitur & immortalis homo, quo & in omni terra dominatur. Septuaginta quoque iuxta Hebraicum *καὶ πάσης τῆς γῆς*. Noster *ἐν παντομίᾳ* terram intellexit, pro his quæ in terra: sicut cælum, pro his quæ in cælo. In neminem autem hæere præclara illa superius posita species potuiffet, nisi interius quoque

& sensu & intelligentia esset Dei similis. Alteraque cum altera intelligitur.

Et creavit Deus.

Quatuor vicibus repetit humanam creationem: Primum, cum quasi imperat ipse sibi. Tum cum ad opus accessit, & ad imaginem suam creavit. Indene quis prave hæc interpretaretur, ut postea multi, & ut fieret certius, iterat. Ad imaginem Dei creavit illum. Sublata est enim, hoc multiplex impia persuasio. Etenim Hebraice Elohim Deus dicitur, dicuntur & Angeli. Aut ergo quod Plato, forte ex isto loco fama non recte manante, Angeli creatores hominis crederentur: Plato enim introducit deos minores, ad creationem hominis, aut creatum quidem hominem à Deo, sed ad imaginem non Dei, sed Angeli. Ergo scribit primum: Faciamus ad imaginem nostram. Secundo: Et creavit ad imaginem suam: Tertio, Ad imaginem Dei creavit illum. Sublatus est enim omnis error, nec potest quisquam, nisi qui se præcipitem daret, in errorem labi. Non repetit autem tertio loco similitudinem, sed tantum, Ad imaginem Dei creavit illum, quia duo nomina, eadem rem pollentia sunt imago & similitudo, & ad declarationem prioris positum est postremum. Primum tamen est validissimum, plenumque ponderis. Dicitur enim Hebraice imago **צֶלֶם** zelem quod expressum substantiæ designat simulacrum. Eoque id solum positum tertio loco. Ne solum autem unicum sexum factum à Deo putares, addidit: Masculum & foeminam creavit. Quod quomodo factum sit, omittitur hoc loco, solumque creationem à Deo extitisse declaratur. Partes autem creationis omittas recensere in recapitulatione. Siquidem hic quoque rationem creati hominis non declarat, ut finxerit limum in effigie: ut inflaret, ut in paradiso posuerit. Quæ omnia reliquit in repetitione commemoranda, contentus nunc indicasse, hominem à Deo creatum. Itaque quod ait,

Masculum & foeminam creavit eos.

Hoc quoque spectat ad id quod nunc compendiose propositum, postea latius & copiosius innotescet. Sicut enim quomodo creatus esset homo nondum expressit, sed tantum creatum fuisse dixit: sic quomodo masculum & foeminam creaverit eos, hic non declarat. Ostendet autem postea quid sit, Masculum & foeminam creavit eos. Itaque tota hæc descriptio tantum non mutila est, imò vero compendiosa. Quod ergo scribitur hoc loco, narrabitur postea, narratione quidem ab illo disiunctum, re autem coniunctum. Itaque scire nos convenit caput sequens, secundamque narrationem esse repetitionem istius primæ. Et omnia quæ ibi dicantur, pertinere ad istum locum, coniungantur igitur ea cum istis, ut sic dicatur: Et creavit Deus hominem: Nam finxit Deus eum ex humo terræ, & inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viventem. Deinde Deus intellexit, non esse bonum hominem esse solum, secumque, id est, cum sua origine collocutus dixit, Faciamus ei adiutorium simile sibi. Ergo cum non inveniatur tale adiutorium, immisit soporem in Adam, & obdormiuit. Interea tulit vnam de costis aut de lateribus eius, & replevit carnem pro ea: costam autem ædificavit in mulierem: Sicque masculum & foeminam creavit eos. Hunc ordinem non servavit Moses, quod fieri in diversis partibus descriptione omnes ei comprehendendas tendente, non posset. Eoque simul multa comprehendit, multa quoque ut congruum est, repetit. Siquidem & paradysum, quem multo post plantatum à Deo dixit, tertia die cum cæteris arboribus probabile est, & omnes assentiuntur fuisse constitum, ibique Deum in aspectu, habitumque mirabili, res mirabiles tractantem ac gerentem visum, ibi & hominem eum formasse, & res gloriosissimas fecisse. Sicut in monte quem gloria repleverat, Mosi tulit legem, tanta gloria discedente, cæterorum postea montium simili. Declaratur ergo ab ipso eodem scriptore quomodo masculum & foeminam creavit eos. Quocirca non ad sensum verum forte quidam ex antiquioribus Hebræis suspicantur, hominem fuisse creatum à principio bisne parzuphin **בְּרֵאשִׁית** ut ipsi dicunt quasi geminum, & quod Græci dicunt **ανδρόγυνον** androgynum, id est, masculum & foeminam. Quod Plato, nescio qua fama cognitum, prodidit, olim marem & foeminam fuisse connexos, ut quasi à prisca sæculis fama videatur descendisse. In Symposio, *ἢ γὰρ πάλαι ἡμῶν φύσις ἕχ' αὐτῆ ἦν, ἢ ὅσ' νῦν ἀλλ' ἀλλοία. παρώτων μὲν τρεῖς ἦν τὰ γένη τῶν ἀνθρώπων ἕχ' ὡσαύτ' νῦν δύο ἀρρεν καὶ θήλυ, ἀλλὰ καὶ τρίτον παρῆς ἦν, κοῖνον ὃν ἀμφοτέρων τῶτων, ἕ νῦν ὄμει λοιπῶν, αὐτὸ δὲ ἠφάνισται, ἀνδρόγυνον γὰρ εἶ ποτὲ μὲν ἦν, καὶ εἶδος καὶ ὄνομα ἐξ ἀμφοτέρων κοῖνον τῶτε ἕρρενος καὶ θήλεος.* Quæ sunt: Olim enim nostra hæc natura, non eadem fuit atque nunc. Principio enim tria hominum genera fuerunt,

non ut

Anon ut nunc duo, masculus & foemina: sed aderat & tertium commune amborum. Cuius quidem nunc nomen superstes est, re ipsa extincta. Androgynumque erat forma & nomine, ex masculo & foemina. Hæc Plato. Addiditque Deum eos diuifisse ut multiplicarentur. Sed indigna multa adiecit, fuisse hoc tertium genus robustissimum, diisque bellum inferre voluisse. Verum si androgynum illud Mosi fuisse, non dixisset, Masculum & foeminam creavit eos. Idque etiam admonuit Augustinus. Nicolaisque indignum censet, ut à monstros humanum principium opifex sit auspicatus. Illud me maxime, quod homine creato dicitur, Et homini non inueniebatur adiutorium simile ei: parte quidem alia sunt rationes, ut non costam sed partem quandam integram raptam ex homine in ædificium mulieris innuat scriptor & ratio cogat asserere. Sed ut hoc verum sit, non sequitur tamen ex eo androgynum. Nec Hebræi, ut postea docebo, androgynum, sed duas personas tradiderunt.

Crescite, & multiplicamini, & replete terram.

Torquet vehementer is locus, similiter & omnis qui sequitur, cum datur homini potestas super omnes animantes, decernitur humanus cibus, iubentur replere terram, eamque subicere. Hæc enim coarguit hominem fuisse creatum mortalem: aut si non mortalem, ea certe conditione, qua sumus omnes hodie præter mortem. Atqui & propagatio successionem interiturorum singulorum quorumcunque, & cibus interni caloris continuam flammam, Eoque & iuentam & senectam declarat. Certumque est hominem ante casum comedis, nuptias præcepras fuisse. Quamobrem relinquet ait: Et quæ sequuntur. Tum quod dicitur: Multiplicamini. An dicendum est eum habiturum fuisse, nondum habentem immortalitatem, creatum autem, quales nunc omnes, non quidem in peccato, sed simplices, quia nuper nati, & quasi paruuli. Miles ergo fuerat creatus, nondum accepto præmio, sed coronandus, si fortiter in bello stetisset. Ideo de eo loquitur tanquam eo qui nihil accepisset. Sicut autem nunc promittitur regnum celorum recte viventibus, sic fuerat illi promissum si abstineret ab eo, in quo ad hoc præmium & immortalitatem vocabatur, sed per probationem, & per varios casus, vna præceptione contentos. Utque, tametsi nihil dum assequimur ipsi, promittitur tamen, speraturque futurum, interim autem fors alia est, nondum immortalitate acquisita: sic ille talis erat, qualis probandus, venturus in aciem, de quo eo uti immortalis nihil dicitur, quia nihil factum fuerat, quod post superatam tentationem esset futurum. Ac si Adam non peccasset, postmodum immortalitatem assecutus fuisset, idque posteritati profuisset. Licet & in aliquo etiam posterius fuissent probati, & forte in illa ipsa arbore, in qua fuisset pater probatus. Aut forte sicut vnus peccato sunt omnes à regia cæli exclusi, sic vnus virtute tota posteritas fuisset glorificata. Postea sunt omnes variis tentationibus relicti, sic diuinis legibus ferentibus, ut qui in paruo & facili imperio negleximus, maioribus vexationibus obsideremur. Ac quod tunc erramus per obedientiam assecuturi parète celo, post à filio Dei redditum est, sed & nunc obedientibus. Quem admodum autem nunc non adesset præmiū, nisi adesset libertas, sic in aliquo debuit tunc libertas probari, ut præmium sequeretur. Dicuntur igitur omnia tamquam de milite & certante, tanquam mortali, nondum immortalitatem & coronam assecuto. Tanquam de animali ex mortali corporis natura, quam de humano traxerat, constanti. Seorsumque est creatio, seorsum probatio, nec habet alterum cum altero commercium, nec debes cum creatione miscere immortalitatem & probationem. Ac post leges creationis sequuntur leges probationis. In creatione memoratur propagatio, cibus, dominatus super animantes, vtilitas ex illis. In probatione mortis & vitæ legis lignum, cominatio tanquam simplici ac paruulo, nudo, nondum laureato, vestibus nectareis induto, sed quia non peccasset, nondum nuditatem agnoscenti. Est autem immortalitas præmium maximū, trahens secum diuinitatem, diuinitas ne possit amplius peccari. Ea enim est diuinitas, ut qui prius errare potens, se continuit, acquirit diuinitatem, quæ est ut amplius peccare non possit, cui est item immortalitas coniuncta, Ad hoc autem non peruenitur nisi antecedente probatione. Quid autem de animalibus ac cibus, & habitatione terrestri si non peccasset, futurum esset, optime omnia Deus cuius est infinita sapientia, disposuisset, nec probatio cæteris forte venturis ad immortalitatem, primo parente in cælum sine morte, sublato, subtracta fuisset. Tam bene autem Deus rebus consulisset, quam bene ipsi cogitare non possumus, non consultantando nobiscum valemus assequi, quadamque alia meliore quam nunc ratione. Quod vero dicitur, Et dominamini piscibus: pertinere potest ad humanam na-

turam simpliciter, nondum glorificatam, nondum immortalem, sed ut nunc habentem. **D** Potest esse iuxta Bedam & alios quosdam duplex dominatus, ante casum, & post illæq; verus dominatus. Tum quod dicitur: Ecce dedi vobis omnem herbam. Et superius docuimus, & omnium Hebræorum, qui hæc maxime contemplati sunt, est consensus: & poëtæ aureum sæculum, antiquissimamque hominum vitam canentes docuerunt, cibos eorum fuisse fructus arborum, quas verisimile est multo vberiores, dulcioresque atque nunc fuisse. Itaque herbas pecudibus, feris, ac iumentis adiudicavit: arboreos fructus homini. Adhuc etiam quædam regiones, fructibus, baccis, melle, roræque cælesti commodo hominibus cibo vescuntur. Sic tellus inarata quotannis reddebat non cererem, sed fructus dulcissimos. Eoque sine rastris, nec vllis faucia vomeribus per se dabat omnia, videlicet omnes fructus qui nunc, & alios plures ac meliores nobis incognitos. Quorum feraces arbores recens tellus & sub optima cæli, solisque positura incens enixa erat. Viuebant ergo sine sudore ac labore, nec rastris, ligonibusque, nec falcibus, nec trahis & tribulis, ac ventilabris erat opus: nec fruges erant metendæ, & in aërem congregandæ, excutiendæq; plaustris ut frumenta discurrerent. Ac terra quia nondum erat maledicta, maledictio enim est vbertatis repressio, & agris iniecta infelicitas, sicut benedictio vbertas late prorumpens, omnium fuisse rerum feracissimam necesse est, ut & plures species suauium fructuum ediderit, & longe meliores. Is erat primorum illorum panis, sine sudore ex arboribus decerptus, labens ipse & sese ex arboribus offerens, mirificæque alens corpora, & sensus, visum, tactum, olfactum mira voluptate afficiens. Quoniamque speciem **E** habet crudelitatis quæcunque sanguinis effusio, simplici autem sæculo, nihil immane sanguinolentumque congruebat, taceretur esus animalium, & tacendo prohibetur: sub Noë permittitur, non larga manu laxatur iam sæculo cædato effusione cruoris, & sanguine iam hominibus noto. Et quia terra maledicta ferebat bonos & malos. In omnes item partes genus humanum propagabatur, cum ante diluuium, nulla in varias terras hominum distributio memoretur. Tum terra maledicta, vbertatis suæ fontes exsiccauerat, multique fructus & arbores deerant. Aquæ quoque diluuij arbores subuerterant, nec poterat earum cibus expectari, sed ex eis animalibus quæ aderant in arca, ibique nata & aucta fuerant, egressis ex arca fuerat vescendum. Sed cum primis non conueniebat vllam creaturam interfici primo illo sæculo. Impium quoque habitum & Cyclopicum apud gentes etiam post Noë, & à feris hominibus dicitur inchoatum.

*Ferrea tum vero proles exorta repente est,
Ausaque funestum prima est fabricarier essem,
Et gustare manu victum, dormitumque iuuenium.*

Arbitrorque idcirco sub Noë fuisse permissum, quod iam ætas ferrea, id est, Gigantum id ausa fuerat ante diluuium, ut quod erat antea lege tacente vetitum, nunc cessaret esse illegitimum, lege palam permittente. Nanque simpliciore sæculo non fuerit vitatum mirabiliter cum Mose poëtæ concordantes canunt,

*At vetus illa ætas cui fecimus aurea nomen,
Fœtibus arboreis, & quas humus educat, herbis
Fortunata fuit, nec polluit ora cruore.
Tunc & aues vitæ mouere per aëra pennas,
Et lepus impanidus medius erravit in agris.
Nec sua crudelitas piscem suspenderat hamo.
Cum cæta sine insidiis nullumque rimentia ferrum.
Plenaque pacis erant.*

Vltima denique potest esse causa, cur esus animalium sit interdictus, quod pauca extarent animalia, pauca inquam in vnaquaque esse specie à terra nata, quibus totum erat genus propagandum. Ut igitur in omnibus terris cuncta genera crescentia inuenirentur, primis autoribus parcendum fuit. Quamquam & sub Noë erant ad exiguum numerum redacta, sed illi erant paulo post distribuendi, & cum illis brutæ quoque animantes, quarum partim illi secum in terras ferrent, pars iret ipsa per se, ac profeminaretur.

CAPVT

A

CAPVT SECVNDVM.

Igitur perfecti sunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum.



B TRIBVS temporibus, aut tribus spatiis constat creatio: initio, medio, sine. Initium siue principium fuit ante dies & tempora, quæ à motu cæli colliguntur. Genus aliud temporum; alia pars æternitatis, vocata principium. In hoc principio creata est terra & aqua, limus, informis qui fuisse dicitur, quod sine aquis fieri non poterat, & abyssus palam apud Mosen cæterosque prophetas nominatur. Hoc etiam principio sol cum orbe creatus. Nam si sol, etiam orbis, hucusque principium processit. Quantum autem fuerit hoc interuallum Deus solus habet notum, nos iudicare possumus tantum fuisse, quantum non rapidus opificis impetus potuisset, sed quanto prodire à nihilo res ipsa possent. Hoc item principio fuerunt tenebræ, id videlicet quod lucem antecedit. Absentia quædam, quædam lucis inopia: Fuit etiam ingenium spiritusque diuinus. Quatuor autem sunt, si velis omnia complecti spatia ante initium. Initium est æternitas in qua duæ res fuerunt, spiritus ipse diuinus sapientiæque quæ de se ipsa clamat: Ab initio & ante sæcula creata sum, id est in ipso initio, & quod latius, ante ipsum initium, tum priuatio lucis, tanquam nihil: spiritus autem & sapientia verum esse. Itaque vna tantum res proprie ante initium. In initio, terra & aqua ab ipso spiritu, sapientiæque creatæ, à quibus cætera creare cogitabat. Itaque orbem cælestem qui est leuissimæ purissimæque substantiæ, defecatissimæque naturæ, habens ob id ipsum perspicuitatem ac leuitatem, primum segregauit. Tunc inductum est tertium spatium dies, quem Deus vocauit iom, quod in eo fremuerint, fremantque omnia nata, ac nascentia, strepitumque vitæ suæ cierint. In hoc tertio spatio è sex diebus confecto, tota in pedes stetit creatio, habens naturale congruentissimumque temporis interuallum, nec longiore indigens, nec valens minore perfici. Origines autem ipsas paruaque initia notis his diebus esse nata, non totam propagationem, & cuiuscunque formæ caterua. Ut enim è tot millibus hominum vnus homo caput sequentium, sic è tot millibus equorum, boum, camelorum, pauci omnino equi, pauci boues, & cameli: Terra quoque ardore solis non vbique nudata, sed quondam tantum altiore eminentioræque loco, videlicet aquilone versus ortum, sicut dicebat Iob (qui Hebraice vocatur Zaphon, à zapha, id est spectando) contemplando, quia hæc terra prima conspecta sit. Hic exigua, prima die, tellure nudata, cœperunt herbæ & arbores nasci, paulatimque conforta & condensata, & duorum dierum sole magis coalita, quædam pauca nata sunt animantes, omnia per naturalia initia tendentia. Nam prima qua terra detecta est die, arbores sensum oriebantur, & animantium corpora inchoabantur. Vixque illa die emerferant è radicibus suis, cum animalium quoque corpora quinque dierum spatio coalescebant, arborisque tertia, animantes quinta die parta, prius quasi nascentia. Erant animalia tunc tanquam pulli, superioribus diebus in terra quasi in vtero matris pullulantia pisces autem facilius, propter faciliorem materiã, prius sunt editi. Sexta igitur die illæ paruæ exiguæque numero origines, non quidem perfectæ auctæ, sed perfectæ natæ sunt omnes. Non enim proceræ statim arbores, sed mirabiliter natæ, mirabiliter etiã crescentes, sic equi & boues cæteraque animalia, primum quasi pulli & è gremio terræ tanquam matris vtero procreati, tumque primum teneris pedibus stantes. Sex igitur solis conuersionibus creata & perfecta sunt omnia. Mirabiliter autem homo perfectæ ætatis & iuuenis creatus & factus est. Nam imago illa limosa, quem perfectæ staturæ hominem finxerat opifex, subito est, afflante Deo in carnem mutata. Iuuenisque erat talis creatus, qui nullius matris ministerij indigeret, quique subito natus saperet, & suum, & rerum intelligeret creatorem. Tertio igitur hoc spatio, qui dies dicitur sexies circumactio, omnia sunt sursum ac deorsum absoluta, càmque habuerunt origines hæc staturam ut perfectæ dici possent. Indèque semper auferentur & crescerent, nec animantes lactis indigerent. Perfectum autem erat cælum, id est, omnis quæ supra terris est regio, incipiens ab aquis, tendensque per aërios campos vsque ad ipsum æthera. Quicquid ibi est in syderibus, & volucris, quæ cælestia omnia dicuntur, sicut quicquid est præter terras terrenaque, cælum est. Ac quod noster iuxta Hebraicum transtulit, perfecti sunt cæli, sonat quod transtulerunt Septuaginta, *σωτητελεισθησαν ο υρανοσ και η γη*, perfecta sunt cælum & terra, ut numero

Initium.

Et omnis mirabilia creatio.

Cæli multitudinis cælorum, vnum tantum intelligas cælum, quod plurale est ob deductionis necessitatem. Ducitur autem shamaim, id est cælum, à Maim aquis quod semper multitudo est, ideo cum ait, perfecti sunt cæli, intelligendum, perfectum est cælum, ne plures cælos ob id fingas: omnis autem ornatus eorum, arbitror ad ipsum cælum referri cuius proprie est κόσμος, vt septuaginta transfulerunt, id est ornatus. Cosmos Latine mundus, mundus autem cælum: Concussitq; micantia fydera mundus, ait Catullus. Quocirca vt numero multitudinis, perfecti sunt cæli, etiam numero multitudinis, ornatus eorū. Nescio autem an possit etiam de terra dici zaba, ornatus autem exercitus quasi acies. Duplex autem exercitus cæli, stellæ ipsæ quæ tanquam acies dispositæ incedunt per cælum: tum angelorum cateruæ, qui quasi sunt exercitus & infinitæ robustissimæq; legiones Dei. Exemplum primi cum toties arguuntur Hebræi, quod adorarent militiam cæli, quod altaria erigerent omni cælesti exercitui, quæ fuit antiqua Ægyptiorum, Chaldæorum, Græcorum, etiam philosophis approbata idololatia. Exemplum secundi ad alia, cum tertio regum Micheas ait: Vidi dominum sedentem super folium suum, & omnem exercitum cæli assistentem & à dextris & à sinistris. De primo videtur esse sermo, quod nusquam apparet Mosen vel minimum de creatione angelorum scripsisse, puto quod vel difficilior esset minimeque conueniens rudibus philosophia, aut alterius negocij res, parumque ad mortales & terrarum incolas pertinens. Nondum abstrusiore patefacta theologia, de angelis, de anima, de immortalitate, de futuris post hanc vitam: quorum nihil habetur expressum in libris Mosis. Mysticis autem modis solebant olim solentque à Cabalisticis apud Hebræos erui digna quidem, sed parum certa, ac tuta res. Sicut autem est duplex cæli exercitus, sic duplex cælum. Primum aër totus, & æther, vsque ad ipsa vestibula cælestia, post suprema aëris pars, altissimæque regio, quæ vocatur cælum, cæli Hebraice עֲמֻמַּת שָׁמַיִם, Græce ἄνωρος ἕρανός, vt quod ait Syrach ἰδὲ ἕρανός, καὶ ὁ ἕρανός τῶ ἕρανός τῆ θεῶ. Ecce cælum, & cælum cæli Dei est. Vt autem de postremo exercitu non putamus Mosen fuisse locutum, ita neque de hoc postremo cælo, quod habitaculum est illius exercitus. Vtrunque enim spirituale & vniuersum, de quibus non constat Mosen aut voluisse, aut potuisse loqui. Cælum ergo & terram docet absoluta, cum cælo intelligens cuncta cælestia, cum terra quoque cuncta terrestria. Septimoque die narrat Deum hoc opus absoluisse, & in eodem requiuisse.

Et requieuit in die septimo.

Naturaliter ad hoc quantum spatium tota peruenit creatio, tantusque fuit numerus dierum, quantus rerum creatarum: Tantus autem rerum creatarum, quantus in natura esset optimus ac iustissimus. Nihil superest, quod his sex diebus in lucem non emerferit. Propterea Deus benedixit ac sanctificauit, solennem ac sanctum & venerandum haberi voluit hunc diem, in quo desit creare, omnibus necessariis creatis. Nec turbari debemus audientes Deum requiuisse, & cessasse, quasi festum ac mortale, sed ad verum sensum penetrandum est. Nam tamen communicamus cum Deo, multis in nominibus, & operationibus, non communicamus tamen cum substantia. Quemadmodum autem dictus est creator, factor, productor, idq; diuine ac potentissime, sic item modo quodam diuino, fuit quiescens ac cessator. Vox igitur Hebraica, requieuit, non trahit, licet trahere videatur secum defatigationem, languorem lassitudinem, sed simplicem cessationem, finemque operandi, vt etiam Beda admonuit, quæ res Deo est conuenientissima, sicut & ipsa operatio. Naturalis autem operationis aliquis finis, res autem naturales Deo maxime conueniunt, omnis naturæ optimo repertori. Propterea numerus ille ac dies, quia maxime naturalis, operibusque diuinis conuenientissimus fuit, habitus est deinceps in omni ætate apud omnes gentes venerabilis ac sacer. Hinc inuenies numerum septenarium in scripturis celeberrimum, & efficacissimum, sic die septima septies sacerdotibus circumeuntibus mœnia Hierico, & septem tubis canentibus, ipsa mœnia corruerunt. quodque mirabilius est, Pythagorei septem Græce dici putauerunt ἑπτά, quasi ἁγία, sacrum, venerabile, quod Latini secuti addita s, littera, expresserunt: ἁγία enim Græce sanctum. Vt ergo sanctificauit diem septimum ipse magnus opifex, sic id veteres Latini & Græci antiquam famam sequentes, hunc numerum vocarunt septon, id est sanctum, sacrum. Ac Theodoritus iuxta consuetudinem scripturæ putat positum sanctificauit pro ἀφώρῳ, separauit, distinxit à cæteris. Selectam, egregiam haberi voluit. Expressius autem & clarius in antiquis Græcorum monumentis, Hesiodi & Lini, antiquissimorum poetarum, laudes de sabbato inuenies, quo referendo ac de-

Quiuiffe Deum quomodo intelligendū.

Septimus numerus sacer.

Ac demonstrando, scio me incredibilem voluptatem legentibus allaturum. Hesiodus,

Πρῶτον ἔην τέτρατα καὶ ἑβδμή ἡμέραν,
 Ἐβδμήτη δ' αὖτις λαμπρὸν φῶς ἠ' ἑλίοιο,
 Ἐβδμήτη δὲ ἡ λήποδον ῥῶν ἐξ ἀχέροντος.
 Quarta dies, supremæque lux & septima sacra:
 Septima candescunt præclari lumina solis:
 Septima qua tristes Acherontis liquimus undas.

Hoc est,

2. dierum.

Constat his carminibus priscos illos creationem, qualem tradit Moses non ignorasse, eademque de creato mundo, atque nos ipsos sensisse. Videtur enim Hesiodus innuere, septima die, cuncta fuisse perfecta, eademque nos Acherontis undas, id est Chaos, & priuationem & tenebras inuasisse, referens res creatas ad diem vniuersalis absolutionis. Locus item non minus mirifice:

Ἐβδμήτη δὲ ἡ τετελεσμένα πάντα τέτυκται,
 Ἐβδμήτη ἐν ἀραβοῖς, καὶ ἑβδμή ἔστι γένεσις.
 Ἐβδμήτη ἐν ἀρώτοις, καὶ ἑβδμή ἔστι τελείη.
 Ἐπτά δὲ πάντα τέτυκται ἐν ἕρανῳ ἀπερόντι,
 Ἐν κίχρησι φαίνετα ἑπταλλομοδοῖς ἐνιαυτοῖς.
 Septima qua fuit omnis res perfecta creata:
 Lux bona, natalisque fuit lux septima cunctis:
 Septimæque imprimis & septima sine suprema
 Sydereo sunt cuncta polo septena creata:
 Orbibus apparent semper vertentibus annis.

Hoc est,

B

Completa sunt igitur omnia die septima, aut quod in ea cessatum profus sit, quod videtur expressisse, cum subdidit, Et requieuit: vt hoc quasi sit interpretatio eius quod antecessit, & compleuit Deus in die septima. Aut finis, & summa manus, vsque ad eam diem peruenit. Audiui qui dicerent, mulierem die septima creatam. Adductis enim à Deo sexta die cunctis animantibus coram Adam eoque in appellandis excogitandisque nominibus eorum, defesso & in soporem nocturno lapsa, detractam interea costam & in mulierem ædificatam. Idq; factum matutino tempore sabbati, cum tota nocte Adam obdormisset: cuigilantemque mane vidisse mulierem ex se natam. Porro quod ait: Ab omni opere, quod patrarat, pro patrarat Hebraice נָשָׂא fecit, & Septuag. ἐποίησε. Bene ergo noster eo vsus verbo quo absoluta operatio designabatur. Quoniam autem sex dies superiores obscuram intelligentiam, vixque explicabilem habebant, diuersisq; sensibus ab omnibus interpretibus accipiebantur, non mirum si dies quoque septimus, & quies, varia interpretatione iactantur. Sed res clara & perspicua est, nec ad allegorias abhorrentesque sensus est refugiendum. Nihil habet septima lux, & quies laborum absurdi, ne possint vt sonant intelligi. Intellectis enim cæteris diebus, vt intelligi debuerant, hæc quoque suprema erit perspicua. Longumque esset enumerare sensus quos in re, quæ videretur obscurissima, excogitare necesse fuit. Potest autem, ad animi voluptatem, in varios sensus eadem res diffundi, sed vbique littera, vigilantissime perpendenda. Opus autem Dei dicitur mundanum opificium, quicquid enim natura fecit, Dei qui maiores molitus est naturas, fuit opus: sanctificatioque septimi, cum antea esset celeberrima, renouata est sub Mose. Ac sub Adam, quemadmodum rerum creatio, ordoque creandi, principiorumque inuentio fuit nota, sic quod ea die Deus cessasset, eamque sanctificasset, solennemque haberi, & operibus vacuam voluissent, vt animus curis terrenis exoneratus, omnis in eam creationis memoriam fixus inhereret, & ex admiratione contemplationeq; operum, opifex ipse quæreretur. Siquidem vt Plutarchus & Alcinoüs testantur, ἐν τῷ ἕρανῳ θεασόμεθα ἀστρόντες φῶς καὶ ἕρανός, καὶ τὸν διήμερον νυκτός, καὶ ἡμέρας μινώοντες καὶ ἐνιαυτῶν ἐξ ὧν καὶ τὴν αἰώνιον ὄδον, καὶ τὸν ἀπάντων διήμερον ἁγίασμεν, Quæ sunt: In cælo admirabimur, altorum cursus & cæli, opificemque noctis ac diei, mensium & annorum. Ex quibus via quadam propria & naturali etiam ad omnium conditorem aspirabimus. Sic igitur & sabbatum propter cessationem vocatum est & sanctificatum, vt in eo creatio tota consideraretur. Sanctificatio autem fuit qualem sub Mose intelligimus, ocium & cessatio, & veneratio creatoris, totiúsque operis recordatio, vt docte admonet Beda, sic veneranda fuit postea hæc dies, & aliis magnis facinoribus Dei & quasi stratagematis insignita, sicut initio. In ea enim cõsummatum est, dixit CHRISTVS. Dico autem sextam vel septimam

Mulierem die septima creatam secundum aliquos.

Sanctificatio sabbati qua lio.

Dei ad
Adcrea-
tum verba.

eandem, quia si refertur in septima Deus quicuisse, interpretatio ferme est superioris con-
summationis: In sexta ergo homo creatus, mundus absolutus, homo redemptus, opusque
non minus magnam ac mundi creatio, salutis est factum. Utque septimo quiescebat in
sepulchro, incommemorabilibus rebus morte sua perfundus, sic omnibus ingenio suo
natis, stellisque matutinis eum laudantibus, florentibus, stantibus, vegetis, viuentibus,
ipse quieuit. Ut autem Adam in illa mirabili ac *θεοειρη* diuina inquam figura, Deum
creantem sese contemplabatur, sic audiuit eum, septimam sanctificantem, multaque su-
per ea loquentem, Viditque Adam sextam, septimamque diem, vidit omnium diuinorum
operum summam, ipsa vero opera, ceterosque dies antecedentes à Deo audiuit, suspi-
corque sic quasi eum cum Adam fuisse locutus: O dulcissima optatissimaque proles Adam,
ob quem cuncta, quæ suspicis creata sunt. Ecce nihil superest quod tibi ad vitam bene bea-
teque transigendam sit necessarium. Ecce omnia mirabili varietate distincta sex dierum
numero absoluta. Iam primum contemplare terram quæ te sustinet, quam tot arbori-
bus, tanta herbarum & florum copia vestitam aspicias. Hæc ante omnia ob has ipsas causas
à me fundata, aquam item immensam accepit, ut ipsa tota, passim diluta, plantas & ani-
malia produceret, & ut ex aquis vitales quas hauris tu & omnes animantes, expirationes
exurgerent, totumque inter cælum & terram spatium perspicuo, & præclaro vitalique
aëre compleretur. Id & omnis deinceps creatio ut fieret, mox post terram & aquam iu-
cundam dulcissimamque istam omniumque rerum pretiosissimam creauit lucem, eamque
ita sum moderatus, ut dies ac noctes diuidens, omnia salubri varietate temperaret, tum
circumacta terras communicaretur cunctis gētibus. Hac creata, feci primum ut dies esset
dicique dies inciperet, eadem feci ut aquis inflammatis, & feruefactis crearetur aër iste
vitalis, quem dixi, inter aquas inferiores à quibus ductus est, & quas omni deinceps tem-
pore gigneret, interiectum: tum à terra separata aqua, quippe quam ipsa exhausisset,
plantæ & animalia in terra nascerentur. Quibus exactis, sex dies confecti: primum nuda-
ta est terra, tum nata stirpes, deinde pisces, post omnes terrestres animantes. Interea post
ortam lucem eadem nostra opera orta sunt astra. Sexto autem die, quo iam omnis creatu-
ra est perfecta ortaque animalia, tu quoque manibus quas cernis nostris creatus. Ecce igitur
omnis est decor ad apicem perductus, cuncta viuunt, exultant, lætantur, lucent syde-
ra, volant per aëra volucres, florent arbores & herbæ, pisces in mari lasciuiunt, ludunt ani-
mantes. Tu vero omnium dominus omnia conspicias, creatorem agnoscis: Decernimus
igitur hanc diem qua cuncta simul existunt, cum cæteris diebus vnum horum aliquod non
omnia extiterint, sacram semper & venerandam. Tu quoque hoc posteritati trades tuæ,
ut si quisquam rogauerit te, quam obrem ista die terrenis operibus intermissis, totus in lau-
dibus diuinis verberis: respondeas, ea totum mundum, id est omnes partes è quibus mun-
dus perficitur, quæ antecedentibus diebus altera post alteram, naturali ordine sequentes
orirentur, fuisse absolutas, totumque numerum hodiernarum rerum, hac die expletum:
cæteris diebus, & si erant plantæ, non fuisse animalia, interdum fuisse lucem, sed terram
non fuisse, quam aquæ contegebant, aliquando pisces tantum, non etiam cæteras animan-
tes. Nonnunquam hæc omnia sed te omnium dominatorem defuisse: quo igitur die totus
exercitus, & omnes acies pulcherrimo in decore consistunt, erit omnibus sæculis venera-
bilis, sempérque colendus & memorandus.

Iste sunt generationes cæli & terræ.

Genesis li-
ber cur sic
dicitur.

Hebraice est *הולדות*, id est natiuitates: quod apposite Græci, Latinusque interpres,
transulerunt generationes, Græce *γενεάς* Genesis, quasi conditiones, facturæ. Vnde
Genesis, liber est, quoniam has generationes cæli & terræ continet qua theologia anti-
quissima ac probatissima arguitur: posterorum philosophorum error, qui sine initio mun-
dum aut creatum quidem mundum, materiam autem fuisse Deo coæternam, credide-
runt. Primum errorem vnus propemodum Aristoteles inuexit, quem si vellem illi dictis
suis recitatis possem coarguere. Materiam æternam nemine ex antiquis (nam Timæus
post antiquos floruit) arbitror asseuerasse, licet in eo accusentur ab Aristotele Anaxago-
ras, Plato autem ab aliis, de qua re superius. Ipse Plato Ægyptiam theologiam, quam plu-
rimum suspexit explicans Græcis, vnà cum Mose, intrepide generationem cæli & terræ
confitetur, omnia dicens quæ cadant sub sensus esse corporea, corporea esse dissolubilia:
Itaque æterna esse non posse. Mundum autem esse corporeum, eoque & factum & natura
dissolubi-

A dissolubilem, non prohibente Deo. Quam confessionem non video qua fronte quidam
Platonici nitantur subuerrere, & fabulosissimis quibusdam insomniis obscurare. Non enim
audiendus est Alcinoeus de Platone ita dicens, *ὅταν δὲ λέγει γεννητὸν εἶναι τὸν κόσμον, ἔχει ἕτοι-
μα ἀκέραιον αὐτῷ, ὡς ὄντως ἀποτὲ γένεσιν, ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, κόσμος, ἀλλὰ διότι αἰεὶ ἐν γενέσει, καὶ ἐμφανὲς τῆς
αὐτῆς ἀποστάσεως ἀρχαιώτερον πᾶσι, καὶ τῆς ψυχῆς δὲ αἰεὶ ἐστὶν ὁ κόσμος ἔργῳ ποιητοῦ θεοῦ, ἀλλὰ μετα-
μοσμεῖ.* Cum autem dicit mundum generatum, non ita audiendus est, quasi tempus fuerit
aliquando, cum mundus non esset: sed quia semper est in generatione, & ostendit substi-
tentia suæ causam quādam maiorem. Animam quoque mundi semper existentem Deus
non facit, sed exornat. At isto modo Alcinoe omnia poterunt peruertere, & leges quæ iu-
beant adulteros & homicidas interfici, poterunt ita interpretari, si quis formam inter-
pretandi vestram sequatur, ut imperare hoc ipsum non videantur, poterunt & historiae
credi quæ laudes egregiaque Romanorum facinora decantent pro Romanis Græcos in-
nuere voluisse. Quid enim aliud est Platone creatum mundum prædicante, istos pro crea-
to æternum interpretari, pro temporis initio aut dependentiam, aut continuam genera-
tionem exponere? quasi sit obscure Plato locutus. Sed videbatur eis nimium vulgare, &
quasi triuiale, mundo quem Deum asserere non dubitarunt denegare æternitatem. Ita-
que hoc deuitantes, coacti sunt ineptire, ficticio Deo ficticia immortalitate excogitata.
Sed his quoniam responderet solerter & acute Ioannes grammaticus, ostendens Procli im-
peritiam eadem atque Alcinoe asserentis, & velitari cum his non est animus & hæc quasi
inuiti & à nostro opere ferme aliena commemorauimus, ab eo exquisitius perpendendo
superfedeimus. Nam & Philon disertissimus has coactas Platoniorum expositiones
& traducit, & refellit in libro de mundo, quem pulcherrime fecit Latinum eruditissi-
mus Budæus, his verbis: *Quidam arbitrantur sophisticis persuasionibus, Platonem mun-
dum creasse, non quod acceperit generationis initium, sed quia si factus esset, non alio
modo esset factus, quam prædicta ratione. Aut quia partes mundi sint in continua gene-
ratione. Sed melius est, & verius opinari quod est ante propositum, non solum quia in
toto opere patrem & creatorem & opificem Deum prædicat hunc prolem archetypi
mundi, & idealis exemplum sensibile comprehendens omnia quæ ille, perfectissimum
ad mentis perfectionem, specimen & exemplum ad sentiendum. Deinde quia Aristote-
les testatur de Platone, ob philosophiæ reuerentiam. Nihil sane mentitus, Hesiodumque
censent Platonici dogmatis autorem, Hæc Philon. Generatum ergo siue natum cælum
& terram Moses antiquissimus theologus scribit, illa ipsa ante memorata generatione,
non quod in æternum habeat causam nascendi ac viuendi à Deo, ut homo non æquus
magistri sui interpres comminisceretur, qui ne mundum quidem in Deorum numerum
referre erubuerunt, sed initio temporis. Exponuntque Hebræi theodoth, natiuitates
הולדות sheholido, quibus nasci fecerat, Deus cælum & terram. Et quod ait, quando creatæ
sunt, refertur ad cælum & terram Hebraicæque est necessitate sermonis *ביום הברא*. In creari
ipsorum, in creari ipsa, in creandis ipsis: & quod commode nostri, quando creati sunt,
Græce *ὅτ' ἐγένετο*.*

In die qua fecit Dominus cælum & terram & omne virgultum agri.

Primum obseruandum, habere fontem, sicut noster interpres vertit. Itaque quod refert
Augustinus, alia translatio habet. Hic est liber cæli & terræ, cum factus est dies, fecit
Deus cælum & terram, & viride agri: sciendum hanc lectionem esse apud Septuaginta,
αὐτῆς ἢ βίβλος γενέσεως ἔργων καὶ γῆς, ὅτε ἐγένετο, ἢ ἡμέρας ἢ ἐποίησεν κύριος ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.
Septuaginta recte ad fontem Hebraicum transfulerant, sed ille quisquis fuit, qui Græca,
Latina fecit, cuius translationem citat Augustinus, tam ipse non recte è Græco, quam
recte Septuaginta ex Hebraico. Superiora enim Græca verba sic certum est Græce
scientibus esse interpretanda: Iste est liber generationis cæli & terræ, quando facta sunt.
Hucusque coma est. Tum sequitur: Dies qua fecit Deus cælum & terram. Ille igitur
quisquis fuit, non enim fuit Hieronymus, non debuit verbum *ἐγένετο*, quod ad partem
antecedentem spectabat, referre ad subsequenter. Quæ amphibologia non est in He-
braico. Tum arbitrandum est, pro *ἢ ἡμέρας*, Septuaginta posuisse iuxta fontem *ἐν ἡμέ-
ρας*, in die. Hæc igitur commemoravi, quia diuus Augustinus hinc confirmat, quod
fuerat à principio suspicatus, vnā tantum diem factam à Deo, eamque sex vicibus in
creatione repetitam. Quoniam igitur locus habet in contrariū, super hac expositione non
arbitror laborandum. Ergo quod ait, in die, non acceperim etiam quorundam Hebræorū
i iij

interpretationi, consentium hinc ostendi in vna die prima, cuncta fuisse creata. Potius D quod venerabilis Beda quem sequitur Nicolaus, probant alij apud Hebræos, dies more sermonis Hebraici, tempus indefinitum designare, aut singulare pro numero multitudinis positum. Nam quod dies tempus quoddam designet, plena scriptura est exemplis. Tum hic esse digestionem & ordinem etiam ipsi consentiunt, vt sic loquatur Moses. In die qua creauit Deus terram, & cælum, herbas, animalia, hominem. In quibus & si ad singulam quaque rem non inculcetur dies, intelligitur tamen in vnaquaque. In die qua creauit terram, in die qua creauit cælum, qua herbas, & alia. Quodque legitur in nostra editione: qua creauit cælum & terram: & Septuaginta πῶν ἕσπερον καὶ τὴν γῆν, Hebraice alio ordine, terram & cælum. Non arbitror quidem aliqua ratione, licet ratio subsit, Mosen hic terram ante cælum commemorasse. Creata quidem est terra ante cælum: Initio, ait terrā tu fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli, præcipue autem duplex cælum, post terram est creatum, tum quod sustinet adfixa & cognata lumina cælestia quod prima & quarta die creatur, tum aër ipse, totaque superna regio quæ videtur secunda die creata. Erat autem terra ante omnia, desuper aquis incumbentibus super aquis spiritu diuino, solem; totamque molem cælestem extruente. In superioribus vero cælum ante terram commemoratur, In principio creauit Deus cælum & terrā. Terra præterea non est in die, sed ante diem creata. Tunc enim dies extitit, cum lux extulit os sacrum, quod fuit post conditam terram. Ante terram fuit thohu, bohu, id est nihilum, è nihilo facta est terra; postea creatum est cælum, id est sol, solarisque orbis cum cæteris syderibus. Ex quo fit perspicuum, E diem hoc loco pro quodam indefinito tempore positum, quod est ad similitudinem natorum postea dierum ac temporum, dies appellatum. Sicut enim ante solem & sydera non erat tempus, & tamen dicimus terrā ante, vel initio fuisse, quæ sunt aduerbia temporis, sic vsurpamus diem. Imago enim æternitatis, aiunt Mercurius Trismegistus, & Pythagorei cum Platone, est tempus. Intelligimusque æternitatem per tempus, quemadmodum per omnes similitudines, archetypa: sic quod antecessit dies & annos, cum fuerit æternitas, quadam similitudine dies dicitur. In cuius vna particula terra est creata: communèque est nomen dies antecedentis & subsequenteris astra spatij. Itaque & virgulta, siue virores, in die creati dicuntur. Quæ cum expedite & rationabiliter sequantur, cum possit plane & recte littera quod sonat, intelligi; cum superius sublata sit difficultas, quæ non sinebat ad numerum sex dierum aspirare, non videtur vnus dici, qua simul omnia creata sint, necessarium auxiliū.

psal. 101.

Tempus est imago æternitatis.

Ecclesi. 18.

Et omne virgultum agri antequam oriatur in terra: Omnemque herbam regionis priusquam germinaret. Non enim pluerat dominus.

PRO virgulto Hebraice נַחַשׁ fiach, arbuscula, proprie & virgultum. Fortèque respicit principium illud arborum natarum, quas non sit verisimile principio, illòque ipso die quo producte sunt, fuisse proceras & excelas, sed paruas, perinde atque nunc exortas, deinceps adoleuisse. Eòque virgulta & stirpes eas dixit. Sept. transtulerunt πῶν ἄλαφον, omnem virorem, viriditatem, Latinæque antiqua editio habebat omne viride. Sed id non tam ad arbores,

Arbores, quàm herbas, omnemque camporum virorem spectat. Hebraicum autem vt & Latinum ad arbores duntaxat. Nam herbam & foenum mox commemorat, cum ait: omnemque herbam regionis, herbamque appellauit foenum iuxta Hebraicum עֵשֶׂב, & Græcum χορτόν. Duplexque est plantarum genus, quæ Græce communi nomine à nascendo dicuntur φυτά, arbores & herbae, quibus omnia ferè viridia comprehenduntur. Virgultaque dixit Moses in hac ἀνακεραλαύσις, quas superius arbores fructiferas, ætatis hic indicium magis exprimens. Addit autem sæpissimè, antequam oriretur: eo enim tempore facta sunt, cum ante non fuissent. Erant paulo ante terra & aqua ab inuicem separatae, arbor, & herba, & stirpes nondum erant. Producta sunt autem de terra, à Deo, quia quod terra faciebat, imperium, dispositioque diuina administrabat. Simulque duas res arcanas pandit, tempus fuisse, quando non erant arbores, & omnis agrorum viriditas, & quando pluuia nondum in terram descendebat. Nondum erat ordo iste rerum. Nascantibus enim arboribus & herbis, nascantibus animalibus, credendum est vbique fuisse claram cæli serenitatem, nondum vaporibus condensatis, & in aërem eleuatis. Factum autem id paulopost ostendit. Ostendit autem harum plantarum ac stirpium satum, non fuisse, qualem oculis postea experti sumus. Nunc enim pluente, herbae, stirpesque oriuntur & succrescunt. Atque vbi noster & Septuaginta concordēs posuerunt μέλον ἀπαιτικόν, illi γῆρ, is, enim, Hebraice est יֵקִי, quæ non solum causam, sed etiam tempus declarat, potestque pro eo quod illi transtulerunt, Non enim pluerat: etiam sic interpretari: quando non pluerat, iuxta Hebraicum בִּלְיָאֵשֶׁבֶט ne videatur innuere antea multis diebus terram sine pluuia extitisse, idque fuisse in causa, ne stirpes nascerentur. Quomodo autem stirpes nondum hymbre cælesti delapsa, sint exortæ, & si Moses non laborauit referre, certa tamen causa est. Habebat videlicet terra paulo ante, immensa aqua separata, perinde copiosum, vitalèque humorem, ac si cælestibus aquis esset irrigua. Similisque erat tunc omnis terra, vt vtar sæpe vsurpato & accommodo exemplo, Ægypto, Nilo qui passim stagnaret iam confidente, camposque lutulentos & humidos relinquente: tunc varia monstra, & semina oriuntur. Simile quid Moses ostendit factum illo exordio. Nam neque vnquam fere Ægyptus pluuia cælesti immedescit. Diuersa igitur fuit à principio irrigatio terrarum. Duas autè res per negationem monstrat fuisse creatas, pluuiam, & hominem. Etenim cum negasset tunc pluuiam fuisse, hominem item, vtrumque docet fuisse creatum, pluuiam, cum ait, Sed fons ascendebat: Hominem, Formauit igitur Deus hominem. Huncque consentaneum esse ordinem totius sermonis Mosaici. Istæ sunt generationes, siue natales cæli & terræ, quando creati sunt: Dico quando Deus summus & sublimis creauit terram & cælum, omnesque arbores & herbas, antequam orirentur è terra & germinarent. Dico videlicet eas creatas à Deo, prius non existentes. Quando nec pluuia erat, neque homo agrorum cultor & sator: Post hæc igitur cœpit ascendere fons, id est vapor è terra, eoque omnis ipsa irrigari, homo quoque formatus eodem tempore à Deo est. Sicque facta sunt quæ prius non erant. Non terra, non cælum, non viriditas terrarum, non arbores. Quandoquidem nec pluuia, nec homo. Creauit ergo C Deus cælum, terram, herbas, arbores, vapor autem ascendit & irrigauit terras: isque fuit modus natæ pluuia. Hunc sermonem cum præ se ferat aperte Moses, non video cur aliis interpretationibus, & ab ipsa littera remotis oporteat abuti. Clara sunt omnia, si verba clarescunt, obscurantur autem, cum verbis non perceptis, delabi ad aliquem qualemcunque sensum necesse est. Mirabile enim est, quas deceptiones fecerit fons is, quem scribit Moses ascendisse, de terra, pro quo Hebraice, vt in annotationibus monstrauimus est יֵקִי Ed. Ac præter ea quæ ibi scripsimus, vt melius res intelligatur, quædam adiecimus hoc loco. Vox hæc, quam fontem Septuaginta eosque secutus noster, transtulerunt, vno tantum alio in loco reperitur. Iob cap. xxxvj. Qui aufert stillas pluuia, & effundit hymbres ad instar guttigitum, qui de nubibus fluunt. Quod noster interpres vertit, & effundit hymbres ad instar guttigitum, Hebraice est לֵאדוּ יִקְרַשׁ leedo iazoku matar. Quod sonat, ad vaporem eius effundit pluuiam. Aquas ait Iob summus philosophus, gignere hymbres ad vapores suos. Nam nisi prius in leues vapores extenuentur, non efficiat hymbres. Est enim hymbes aqua terrestris extenuata in vapores, & in cælum eleuata, illicque concrefcens iterum reddita terris. Ac quasi dictum Iob est dicti Mosaici interpretatio, qui & ipse absolutus philosophus, cum prius negasset fuisse pluuias: Nondum enim, inquit, pluerat dominus super terram: vt doceret quomodo cœperit pluere, perhibet vaporibus è terra sublatis irrigari terram ab his cœpisse. Simillimam causam Lucretius & Aristoteles reddunt pluuia: Lucretius

Fons, pro vaporibus.

dicens pluuiam esse halitum terræ: Aristoteles in Meteoris eisdem penè verbis, eodem genere sermonis vt videatur à Mose didicisse. Moses ait וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אֶת-הַשָּׁמַיִם וְאֶת-הָאָרֶץ. Vnde iaaelech. Et vapor ascē-
debat: Aristoteles autem crebro refert ἀτμίδια μεταβαλεῖσθαι, vaporem eleuatum & condensatum pluuiarum esse causam. Omnium, inquit, rerum istarum causa est solaris reuolutio, accessusque & discessus, à cuius radiis, omnique superno calore, quicquid humoris in terra, refedit, euaporatum fertur in altum, calore autem qui sursum tolleretur, partim in superiores regiones dissipato, partim extincto, quia nimium à calore terrestri in aërem qui est supra terras, frigidissimus, abscississet, interim vapor frige factus sit rursus aqua, qui esset aër, referturque in terram. Et euaporatio quæ ex aquis tollitur, dicitur ἀτμός, quæ ex aëre in aquam redit vocatur νέφος, id est nubes, nubilum. Hoc docet Aristoteles in terpres philosophiæ Mosis, quæ neruosa, compendiosaque est. Nam Hebraicum Ed id proprie transtulit Chaldæus quod Aristoteles dixit νέφος, ille נֶבֶל nubem, nubilum. Aquilas autem iam ipsam condensatam pluuiam, ἐπιβλυγμῶν. Et Hebræi hanc vocem interpretantes subiiciunt loco eius עָשָׁן esen, id est vapor fumus. Nec forte procul à ratione Septuaginta transtulerunt fontem vberem istum vaporum ascensum, perhibet enim etiam Aristoteles esse quasi perennem, quandam labentem inter cælum & terram fluuium vaporum ascensum & descensum, ὡς ἐστὶν ποταμὸν ῥέοντα κἀνω καὶ κατω, κοινὸν αἶρος καὶ ὑδατος. Hæc igitur erat vera Mosis philosophia. Duobus enim locis commemorat hoc omne, quod de pluuiâ, vaporibusque plurimum est, & scitu dignissimum, secunda die creationis, & hoc loco. Quemadmodum enim Aristoteles duos locos affirmat, in quorum E sublimiore cometa & facies volantes gignantur. Secundum, qui & potior est & memorabilior, & à terra primum eum esse docet. Et de quo idem, ἕκτος γὰρ κοινὸς ὑδατὸς τόπος καὶ αἶρος, communis aquæ & aëris locus. Sic Moses, secunda die docet istum locum genitum & positum atque aëre repletum: ideoque in eius commemoratione, aquas superiores & inferiores retulit, sicut Aristoteles paulo ante. Hæc autem obiter admonui, vt confirmaretur expositio diei secundi, qua dicitur positum inter aquas superiores & inferiores diffusionem quandam cælestem, id est aëriam, vbi hæc quæ sunt oculis manifestissima, pluuiæ, nubes generentur. De superiore cometarum, faciumque volantium, draconumque igneorum loco, non erat scribere necessarium. Ex his ergo fit perspicuum, quem fontem oporteat intelligere, & magnis alioqui viris ac doctissimis parcendum, quos ista fontis nuncupatio fefellit. Nam & nos proculdubio essemus lapsi, nisi Hebraicæ linguæ cognitio fuisset opitulata. Imprimisque miror Nicolaum hominem Hebraicarum litterarum minime ignarum, dicentem, ostendere Mosen modum quomodo facta est productio ex parte materiæ, scilicet per hoc quod aquæ latentes sub terra discooperta aquis, diuina voluntate ascenderunt vsque ad superficiem terræ per modum fontis, in qualibet parte terræ, vbi erant plantæ & herbæ producenda. Sanior ergo sensus quem adducit ex Hebræis, censentibus hic nubes pro fonte esse intelligendas. Beda vero egregius theologus ait, huius fontis irrigationem iam terra herbis & lignis vestita, superuenisse, fontemque vnum pro aliqua in terræ sinibus vnitatem: aut singulare positum pro plurali, quod & Eucherius postea. Quæ quidem si essent nimium quantum à natura recederent. Augustinus quoque varios adducit sensus, è quibus & ille, vt possint per vnum fontem, plures intelligi, regiones proprias irrigantes. Et alia id genus multa. Nouissime enim fatetur se nescire. Vide quanti sit causa boni scripturas è suis fontibus haurire. Sed quid mirum, quando & Philon Iudæus dubitat, an quemadmodum dicitur vnus equi nomine equitatus ἡ ἵππος, sic vno fonte sint omnes terræ scaturigines appellatae? Omnis ergo cessat angustia si legas autorem vt ipse scripsit, mentemque eius solerter explores. Atque quod noster interpretis ordinem quandam filumque orationis Latinæ ducens, transtulit, sed fons ascendebat. In Hebraico non est aduerfatia particula, sed: verum consecutiva texens aliud orationis exordium, videlicet. וַיִּבְרָא. Ac vapor seu nubes ascendebat. Innuitur enim pluuiâ, quam paulo ante nondum delapsam dixerat. Similiter quod noster transtulit: Formauit igitur dominus, Hebraice & hoc est consequutiuum. וַיִּבְרָא. Et formauit. Respondent ergo duæ affirmationes, duabus negationibus precedentibus. Negauerat esse pluuiâ, negauerat esse hominē. Afferit pluuiam extitisse, modumque eius ostendit: afferit & hominem, modumque creationis humanæ declarat. Liber enim iste tanquam solida philosophia omnium conditarum rerum conatur demonstrare rationes. Ac de creatione hominis scribens Moses, omissam superius exple descriptionem. Primum ergo quod ait, Et homo non erat qui operaretur terram, referendum partim ad mortalem hominis conditionem, antequam esset probatus,

Aprobatus, nondum existens, sed futurus fortiter præliatus, immortalis, partim ad præsentem statum, ad quem respicit Moses, & si non conueniat ei qui ante casum fuit. Loquebatur enim more temporis sui. Ac vox Hebraica Ed, de qua diximus, sonat etiam perditionem, abolitionem, ex quadam cum fumo similitudine. Dicitur enim Ed perditio, quasi abire in fumum, deleri, atque extenuari. Vnde est apud prophetam, Dies Edam, id est caliginis eorum, vaporis eorum, dies scilicet perditionis: quem eadem de causa diem caliginis appellant. Atque Abraham Hebræus etiam superiori expositioni astipulatur dicens, Ed est fumus, vapor, docetque ascendisse de terra vaporem vi caloris cælestium luminum, & irrigasse, parceretque fecisse omnem terram.

Formauit igitur Dominus hominem de limo terræ.

Præter ea quæ in annotationibus discussimus, hæc etiam ad maiorem declarationem addidimus. Dicitur est aphar apud Hebræos proprie limum, lutum, hylémque sonare, vt quod Moses testatur hominem factum ex aphar, quasi sit hominē ex hyle, vel choos. Ostendimus etiam externam philosophiam hæc agnouisse, quod poeta pro omnibus facile restetur:

Natus homo est, siue hunc diuino semine fecit

Ille opifex rerum mundi melioris origo,

Sive recens tellus, deductaque nuper ab alto

Aethere cognati retinebat semina cæli.

Quam satus Iapeto, mistam fluuiialibus undis,

B *Finxit in effigiem dominantium cuncta Deorum,*

Sic modo quæ fuerat rudis & sine imagine tellus,

Induit ignotas hominum conuersa figuras.

Hæc omnia dicuntur à Mose, ex recenti tellure vndis fluuiialibus mixta ac temperata, quæ fuit omnium rerum origo terrigenarum, diciturque Hebraice aphar. Hieronymusque vertit limum. Septuaginta γῶν, fictam imaginem humanam. Verbumque fingendi est apud Mosen & poetam, quod Hebræis est יָצַק iazar, vnde, יָצַק forma, cogitatio. Septuagintaque explanant Hebraicum dicentes Formauit dominus hominem, γῶν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς accepto è terra, limo, luto, chao. Videtur ergo idem principium fuisse corporis humani, atque animalium brutorum & plantarum. Atque explanator est quasi Mosis, poeta, idemque sensus apud vtrumque. Vt enim, perhibet poeta tellurem madidam ac lutulentam, id est limum, fictum in effigiem humanam: sic perhibet Moses loquens Hebraice ad hunc modum, pro eo quod dixit noster, Formauit igitur dominus hominem de limo terræ: Formauit humum terræ. Humum videlicet aut tellurem madidam ac limofam finxit hominem, finxit terram illam in effigiem humanam. Hoc loco ait Abraham virtute corporum cælestium quemadmodum animalium brutorum, sic hominis corpus coaluisse. Quod mihi videtur dixisse, quia esset astrologus. Vbi que enim deprehenditur auram captare syderibus. Quod faciunt omnes, qui superstitiosius aliquas artes sequuntur. Iulianus imperator adeo solis amore est captus, vt ad diuinitatem eius asserendam, omnia cælestia ac terrestria conuocarit: eum, id est intelligentiam solis & filium Dei esse, & omnium Deorum factorem, quos illi νοητὸς appellat, nostrorum item datorem animorum affirmans: quæ & id genus vanitates iam dudum explosæ & exhibitæ, omniumque consensu profligatæ, non debent iterum ad tormenta vocari. Censendumque eum qui dixit, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, fuisse interioris & exterioris hominis autorem. Ac siue ad illam diuinam, formosissimamque speciem, quam pro eo tempore assumpsit, hominem formauit, siue ad inuisibile animi sui specimen, ita corpus effinxisse credendus est, ita sedes illas disposuisse, vt possent animum recipere, & continere. Idque sine ope sua fieri non potuisse. Omnium enim magnarum stupendarumque rerum mirabilissima existimatur animi cum corpore, & aduenientis exterioris, diuinæque naturæ cum natura corporea & mortali coniugium. Quis est porro tam incogitatus, & sensus communis tam experts, quin putet hoc dixisse Mosen, quod ex illius libro ad omnes gentes aut perenni fama manauit. Siquidem à gentibus est assertum, non solem & corpora cælestia, finxisse corpus humanum, sed Prometheum quod est, vt admonuimus, summi ac solertissimi Dei nomen. Græci προμηθεῖα dicunt sapientem, prouidentem, sagacem. Omnium igitur siue Lucretij, siue Auicennæ, siue aliorum quorumcunque clara est ex isto loco reprehensio. Bene ergo ait Augustinus & Beda & Eucherius corpus de limo, animam de nihilo Deo inspirante formatam. Et Dei nutu animam ad corpus venisse. Quod fatetur etiam Apuleius, vt eius vtar verbis dicens, Animam hominis ex-

Ouid. Metam. 1.

Iuliani imperatoris de sole opinio.

Prometheus summi Dei nomen.

trinfecus in hospitium corporis immigranti quid ex istis addi potest. Limum igitur vertit D Hieronymus, quod est Hebraice apha, quæ vox & si interdum designat pulverem, creber tamen significatus est, limus, lutum. Ad quam similitudinem dicit Iob, Ferrum de terra tollitur, Hebraice de apha. Innuit ferrum de limo, terraque lutulenta tolli. Tale enim est ferrum antequam durecat, lutum est, & lenta materies. Quare non assentior Nicolao assenti Hebraicum pro limo terræ, habere pulverem. Pulvis quomodo cum pulvis est, in effigiem duci ac tractari potest? Quod ergo tractatur & formatur, aquosum, madidumque est, & limus. Pulvis cum exaruit, aquaque abscessit, dissoluitur. Quod autem dicitur, Quia pulvis es, & in pulverem revertetur: eadem est vox, idem significatus, lutum, limus, lenta materies, aquaque comixta. Hinc homo dictus est Adam, id est terrigena. Quod declarat Salomon in libro sapientie, εἰμὶ γὰρ κῆρὸν ἡμιθῆς ἀνθρώπου ἵσος ἀπεισιν, καὶ ἡμιθῆς ἀπὸ τοῦ πλάστου. Sum enim, inquit, & ipse æque atque omnes, mortalis, & terrigenæ protoplasti proles. Duo sunt ergo, ut hinc liquet, nomina primi hominis in Græca dialecto, quæ felix est in componendis nominibus, γηγενής, ἀπὸ τοῦ πλάστου, Gigenis, protoplastus. Primum sonat terrigenam, alterum primo fictum, utraq; vim Hebraici nominis Adam declarantia.

Et inspiravit in faciem eius.

Primum vox Hebraica apaim duos habet significatus, faciem, atque nares. Ac præter id quod in prioribus commentationibus ostendimus, eo fit probabilis nares, siue nasum hic intelligendum, quod consimilis locutio pro naribus apud cæteros reperitur. Salomon sapiens sub persona impiorum, ὅτι κῆρπὸς ἡπνοῦ ἐν ῥίονι ἡμῶν. Quoniam fumus est vel flatus, E vel spiratio in naribus nostris. Eademque vox apud Septuaginta interpretes cum ea qua usus est Salomon, Et inspiravit in faciem eius πνεῦμα ζωῆς. Redarguit autem impios ille, quod hanc diuinam inspirationem dicerent esse quasi mortalem fumum. Est item in Noë consimilis locutio: Vniuersi homines, & cuncta in quibus est spiraculum vitæ. Pro quo Hebraice, cuncta in quibus spiraculum, spiritus vitæ in naribus eorum. Vniuersalem ergo omnium animalium communem spirationem communi nomine vocavit, eamque docuit in naribus sitam. Sed quoniam qui in nares spirat, in faciem quoque spirat, eo fortasse pertinet editio Septuaginta quos sequitur noster Hieronymus. Quomodo autem intelligenda sit insufflatio perferendum est. In Ezechiele dicitur: A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos. Erant ergo licet imaginarie, & per visionem, corpora exanguia & exanima, corpora tamen formam, membraque humani corporis habentia, solus spiritus qui ea excitaret, ac circumferret, deerat. Vocatus accessit spiritus, factaque est maxima commotio surgentium, & in pedes stantium occisorum. Erat igitur & Adam corpus exanguie, ductis ac delineatis artibus, & forma, habitusque designato. Iacebatque ante pedes Dei terreus quidam homo, quales in officinis sigulorum aspicimus. Spiritus non aderat. Non est autem spiritus vocatus quemadmodum in occisis, quorum spiritus iam dudum egressus in pristina domicilia reuocabatur, sed datore & opifice spirituum præsentem, procul eum vocare non oportebat. Dabaturque ilico non per prophetam ascitus, sed à creatore formatus. Quoniamque in corpore, domicilium ac vehiculum mentis, siue intelligentiæ, est anima sentiens, factum est, ut ingressa intelligentia corpus omni vita subito animauerit. Suppetebat autem vita corporea ab eadem atque cæteris animantibus causa, vita intelligens, maximaque vita, ab alia maiore causa. Inexplicabile autem est, quomodo intelligentia exterius infusa, est etiam corpus reliqua vita animatum. Nec facile dictum, quomodo cum anima sentiente, sit intelligens alligata, nisi sciremus pleraque alia minoris ponderis nobis esse inexplicabilia. Præclare autem docuit Aristoteles facultates, matrèsque ipsas operationum obscuras, ex operationibus notis ac manifestis cognosci. Duas diuersissimas operationes videmus sentire & intelligere, à duabus ergo distantissimis matribus eas nasci fateri cogimur. Nulla quoque esset internorum & externorum membrorum explicatio, nisi ad arcem aternæ sapientiæ confugeremus, artificemque spiritum, qui cælum creauit & ornauit, ascisceremus. Quomodo videlicet membra terrestria in carnem subito mutata, sanguinem habuerint, muneribus extemplo suis insliterint. Eiusdem fuit sapientiæ, animæ sentientis & intelligentis ligamen, aut ut anima quæ infunderetur extrinfecus, omni vita subito corpus ditauerit, quæ tantam terræ molem è nihilo traxit, cæteraque magis stupenda. Si autem humana vita poterat è terra sicut & cæterarum animantium suffici, cur addita esset in solo homine diuina inspiratio? Tum animalia bruta corpus & animam è terra trahentia, non prius terrena formata sunt, postea sunt in carnem mutata, sed dum orientur, caro

Acaro erant, spiritum suum habentia. At homo ut corpus & spiritum à diuersis principiis habuisse videretur, de terra fictum est corpus, post effictum ac delineatum est animus exterius infusus. Quodque validius est, infusus à Deo. Separatus ergo erat spiritus à corpore, & corpus à spiritu. Erantque quando corpus sine spiritu iaceret inmotum, corpora brutorum nunquam sine spiritu fuerunt, ut appareat ab eodem principio corpus eorum & spiritum, natum & auctum. Creatus est igitur spiritus humanus à Deo, qui veniens in corpus, omnem ei vitam suggessit, sicut angelorum corpora, ut utar non eodem, sed simili exemplo, à spiritibus illis omniformiter quo ad usum posceret, animabantur. Sapientissimorumque consensum superius vidimus. Is spiritus per nares ingressus est, quod non haberet Moses notius, quod rudi populo proponeret, quando & illic hiatus intranti & exeunti patet. Nam ne anima quidem sentiens & corporea, nedum intelligens in naribus existit, sed spiratio sola, quæ pulmones tantum refrigerat, qui veluti folles vicissim sese pandentes & contrahentes, refrigerationem exterius receptam transmittunt ad calorem cordis, eumque temperantes, in venas quoque distribuunt, ut pulsæ sanguinem non sinant concrecere. Sed hæc minima pars est vitæ sensibilis, infimumque munus. Quid sensus communis? Quid auditus, tactus? quid spiritus ille qui fertur ad caput per venas colli latiores, quo maxime viuunt? De quibus cum sint præcipuæ partes animæ sentientis, nihil Moses est locutus. Non mirum, si neque intelligentis vitæ signa proposuit. Non erat philosophandi tempus, contentus est aliquid dixisse, & quasi digito monstrasse, humanum spiritum, quem animum dicimus, extrinfecus afflatu Dei, in corpus terreum ingressum. Quid quod etiam omnis lingua partem nobilissimam, quæ sapit, sentit, cogitat, cognoscit, vocat spirationem? Quid enim aliud est animus vel anima, nisi, anemos, id est, ventus. Et spiritum dicunt omnes linguæ, ipsum intellectum, ipsum ingenium, sapientiam, etiam in Deo, in quo cum nulla sit spiratio, sapientiam tamen eius appellant spiritum. Certe igitur ut nomine aperto & noto, sic re aperta, & omnium in oculis posita, res obscura est appellata, & designata, dicente Mose per nares ingressum animum, siue spiritum humanum, quasi ex similitudine, sicut ex similitudine partem Dei & angelorum, hominumque diuinam, spiritum vel spirationem animumque vocamus. Quod fit Hebraice, Græce, Latine, Chaldaice. Quid quod etiã sensum appellamus etiam ipsam mentem, ex corporeis scilicet spiritualia ac intellectualia declarantes. Sic igitur per spirationem & nares apud Moysen totus interior spiritus quodam Hebraico tropo significatur. Ipsa quoque inspiratio cum facta sit spiritualiter, corporeo tropo designatur. Sed ea duobus forte modis potest intelligi: uno, ut spiritualis actio, hoc actu corporeo sit expressa. Quemadmodum quod vidisset, dixisset, rebus nomina indidisset. Eritque insufflatio, quasi infusio. Et quod ait insufflasse Deum, vel inspirasse, erit perinde ac si dixisset, infudisse. Nec animi creatio potest accommodatiore nomine significari, quam inspirationis & infusionis. Simul enim creabatur, simul in corpus dimittebatur, quod erat inspirare & infundere. Ipsa quoque spiritus conditio, rectissime dicitur infusio & spiratio. Ut enim creatio proprie de carne est, nam creare à Græco κρῖας creas, id est carne, quasi carnem facere, unde creare vel procreare proprie animalium est, sic animi aut mentis conditio vocata est spiratio, infusio. Iure ergo dixit, Et inspiravit, quasi spiritum creauit, & creatum indidit. Ac sanctissimus Irenæus quid inter spiritum animantem, atque ipsam animationem interesset pulchre distinctit, ἕτερον ἐστὶ πνοὴ ζωῆς, ἢ καὶ ψυχῆς ἀπὸ θεοῦ (ζωὴν, πνοὴν ἀπὸ θεοῦ, καὶ ἕτερον πνεῦμα ζωοποιεῖν, τὸ καὶ πνευματικὸν αὐτὸν ἀποτελεῖν. Aliud, inquit, est spiritus vitæ, qui & hominem efficit animale, aliud spiritus viuificans, qui efficit hominem spirituale. Alter est sensus, ut quemadmodum imaginem diuinam exposuimus, speciem quandam magnificam, gloriosam, insignem, lucentem, solis iubar, syderumque omnium & lapidum pretiosorum, omnium, venustatem, colorumque superantem, quam pro eo tempore opifex assumpserat, qualis visa est Abrahæ, visa Mosi, Apostolis item ostensa in monte: sic item conuenientem huic formæ spirationem, ore illo diuino, sacerri-moque effuderit. Video enim eum per paradysum deambulasse, allocutum hominem fuisse, illoque conspecto voceque eius audita, hominem aufugisse. Audientes igitur theologia: celestis claram & illustrem vocem, magnis nos erroribus liberabimus, nec his qui partem Dei, ut Augustinus ait, animam dicunt, assentiamur, nec quorundam Platoniorum figmentis decipiemur, animam partim è cælo præcipitantium, partim à sole, cæterisque astris sententium. Hic enim declaratur eius origo, diuina inquam origo: non quod à cælo venerit præceps gaudiis æternis in corpore exul, quia reuixerit amore Dei. Vnde ψυχῆ Græce sit dicta, quasi refrigeratio, ἀπὸ τοῦ ψυχῆς. Quod & Chaldaei quondam sensisse videtur, & Empedocles hoc carmine,

Animus
& anima
quid.
spiritus
quid.

Exnl ab eterno venio delapsus olympo.

Quos & alios multos fecellit paradísus ille terrestris quem mysticum & caelestem interpretabantur. Nullum enim seruarunt modum quidam Platonici in fingendis allegoriis, nihil terrenum, sed omnia *νοητά*, & idealia & archetypa esse volentes. Itaq; & paradísus huc vocarunt, & lapsum Adæ, id est, animæ humanæ, illinc quoniam in amicitia Dei non perstitisset, in hunc mundum expulsa. Super quibus bene admonuit Chrysostomus, *φεῖγε τὰς βέλαια σμύνας ἀλληγορίας*, Ex ecrare, inquit, & aduersare coactas allegorias. Vere enim coactæ & violentæ sunt allegoriæ, ex humana libidine, veritatē, quam non percipit, deprauante, nascentes: de quibus alias. Afflatus autem, vt docet Augustinus, non arguit partem diuinā, sed spiritus creationem, quæ dicitur afflatus, infusio. Quo & origo animi & diuinitas, immortalitasque fuit declarata. Hebræi superiora & inferiora ad hanc creationem asserunt conuenisse: ex inferioribus corpus, animum ex superioribus. *Quodq; sequitur,*

Allegoria coactæ vi-tandæ.

Paradísus non fuisse locum immortales.

Et factus est homo in animam viuentem.

ARguit vt iidem autores sunt, repente animum extitisse, non antecessisse quodam spatio corpus, animæq; cæteras partes, Chaldæus pro, in animam viuentem, tamen id habeat Hebraicum, transtulit *אֱלֹהִים* in spiritum loquentem, vel rationalem. Fortasseq; eo pertinet editio, quod quidam è nostris, quos citat Augustinus, sunt opinati, superius homini creato, infusum hic spiritum sanctum, quasi spiritum meliorem, & *βέλτο μόνον*, vt dicebat Aristoteles. Mihi videtur magis naturæ cōsentaneum, totam repente animationem extitisse, quod alligata & implicata sit altera in alteram anima rationalis & irrationalis, alteraq; alterius sit vehiculum. Est enim præsentia mentis, etiam corporis viuificatio. Sed res arcana est, & non solum oculis corporeis, sed cogitatione etiam impenetrabilis.

Dixerat autem Moses superius, Deum creasse arbores & herbas, quippe quæ nondum essent exortæ nec pluuiæ, nec homo agriculator adesset, eoq; asseruit & pluuiam extitisse, & hominem in lucem à Deo prodiisse. Quo dicto reuertitur ad arbores & lucos & terræ viriditates ac amœnitates. In nemoribus, inquit, ac florentibus omnigenis arboribus, syluis, quas è terra imperio Dei, natas, naturalibus & diuinis augmentis auctas docueram, fuit placidissimum, amœnissimumq; nemus, omnibus delitiis ac voluptatibus refertissimū. In quo Deus pulcherrimam quanq; & suauissimi cuiusque fructus arborem nasci fecerat. Hic erat homo iam dudum creatus, & hic degebat. Hoc igitur loco obseruanda causa est, quam obrem de paradísus Moses loquatur, quidve rationis habuerit hæc descriptio. Ac sciendū causam commemorandæ paradisi, non talem fuisse, qualem fortasse suspicemur, suspicatioque sunt multi, quod ille beatitudinis locus sit, quod illic Adam esset perpetuo, si nõ peccasset, mansurus, semper beatè victurus. Quæ suspicio animo insedit, propter fermonis similitudinem de rebus supernis, atque paradísus terrestris. Sed non fuit ea causa, nec id mens altissimi theologi spectauit, potius vt Græcis docentibus ostenderet Deum locum in terris fortunatum, amœnissimum delegisse, in quo & hominem crearet, & tota mundi publicaretur in eo conditio. In quo visus ipse Deus, speciosissimæ Dei & angelorum spectatæ visiones, homo primus ibi creatus, & Dei cognoscendi factus compos. Aliaque locus ille mysteria diuina conscius agnouit, perinde atque altera Hierusalem, tantorum mysteriorum, tamque magnarum rerum spectatrix. Delectus est igitur locus amœnissimus, in quo fierent hæc omnia. Locus apricus, herbis & arboribus fertilissimus, vt ibi & animalia nasci & nata viuere, & homo nudus versari posset. Ac sicut scriptorum mos est, vt prius locum aliquem describant, postea persequantur quæ gesta sint in loco. Sicut Lactantius descripturus Phœnicem sic ab istius loci descriptione ingreditur,

Est locus in primo, felix oriente remotus,

Qua patet æterni maxima porta poli.

Et quæ sequuntur.

Sic Moses prius describit locum, exinde narrat quæ gesta sint in eo. Nos autem partim cōsiderantes quæ ab eo scripta sunt, partim quæ nos sentire cogit ratio, censemus primum ibi fuisse hominem creatum, non putantes aduersari huic sententiæ quod dicitur, In quo posuit hominem quem finxerat. Non enim cogit hoc nos fateri, hominem fuisse creatum extra paradísus, sed genus quoddam loquendi est, cuius est clarum exemplum. Nam cum tulisset costam de viro, eamque in mulierem ædificasset, creatamque in prospectum adduxisset, dicitur: Et adduxit eam ad Adam. Et certissimum est tamē, ibidem mulierem fuisse. Scriptura vero quasi innuit eam procul à viro fuisse creatam, quia dicit eam adductam coram Adam. Adducuntur enim procul dissita. Mulier de costa vel latere viri est creata, non poterat

Homo creatus in paradiso.

Apoterat igitur adduci, tam adhaerens & coniuncta. Sic tamen scribit hominem adductum in paradísus, intelligendum est eum ibidem fuisse creatum, quo fuisset adductus, vel locatus, sicut illud adducta est mulier, vbi fuisset creata. Est enim ratio quædam dicendi referens posteriora, non præsentia vel præcedentia, referens non quidem ibi creatum, sed ibi mansisse & habitasse. Atqui verissimum est, tum in loco pulcherrimo ac dignissimo hominem creatum, tum ibi semper mansisse, vbi fuisset creatus. Quid enim opus erat simul ac in lucem venisset vagari ac circumferri? Cætera vero clarescunt, omnia diuina, admirandaque creationis mysteria in isto loco fuisse peracta, vt si mysteria humana, etiam mundana. Ex quo fit vt appareat huius rei causa tantum, factam commemorationem paradisi, non quod esset locus immortalis & beatus, dico sicuti cælum, sydereiue campi. Perspicimus item eiectionem Adæ de paradiso, non fuisse, quasi eiectionem de cælo, & beatitudine sua, sed cum in loco quo fuerat creatus, etiam probaretur, & per probationem ad præmium caeleste, & immortalitatem vocaretur, ibidem est morti damnatus, vbi erat glorificandus si stetit, glorificandus autem non illa terrena mansione, sed assumptione caelesti. Siquidem is locus & terrestris erat, & exiguus, similisque cæterorum locorum, habens aquas, arbores, terram, quæ si corruptibilia sunt, vtique & locus ipse totus. Ergo non erat id præmium immortale, præmium probationis, sed eodem in loco fiebat probatio, in quo facta fuerat creatio. Quod cum intellexerimus, magnis nos angustiis & difficultatibus exemerimus, quas offert ipsa non tantis descriptio, sicut & alia complura toto isto libri

B principio. Mortalis erat Adam (imò vero in confinio mortalitatis & immortalitatis. Et vt ait Theophilus & Serron prior, *μέσος οὐδὲ ὁ ἀνθρώπος τῆς δὴ ἐργασίης ἔτε θνητὸς ὄλος ἔτε ἀθάνατος καὶ ἀόλερος δευτικὸς δὲ ἐξατέρη. ἔτω τὴ τὸ χωρῶν, ὁ ὁμοεισὸς ὡς τὸς καλλινῆν μέσον τῆ ἕρα τῆ καὶ κῶσος γένηται*. Medius inter vtranque sortem creatus homo. Neque mortalis prorsus, neque penitus immortalis, vtriusque fortis si vellet particeps. Sic & locus pro pulchritudine medius cæli & mundi factus est. Serron autem, *μεθὲρον θνητῆς καὶ ἀθανάτης φύσεως, μέσος μεγέθους καὶ ταχύτητος ἢ τοι ὡν μεταξὺ οὐ ἀθανασία, καὶ θνητότητος, καὶ ἔτε τῆτο ἔτε ἐιένο. ἀμφοτέλευτοι γὰρ ὁ θεὸς ἐποίησεν αὐτῶν*. Situs, inquit, inter mortalitatem & immortalitatem. Medius inter altitudinem, & humilitatem, & neque hoc neque illud, Anceps à Deo factus ad vtrumq; mortales arbores, mortalia flumina, mortalis tellus ipsa, & corruptibilis, vtique & ipse totus paradísus, sed hic si fortiter pugnasset, si vicisset, ad immortalitatis gradum & locum conscendisset. Quando autem eiectus est in terram, indignatio fuit fugantis hominem non è loco immortalis (nam solo in cælo est immortalitas) sed è loco vbi erat arbor vitæ, & amœnitas quædam maior quam in reliqua terra, & cum eiectione erat adiuncta condemnatio. Non procul tamen inde habitauit, sicut ipsa euidenter scriptura testatur. Quo arguitur locum illum fuisse cæteris similem, amœniores quidem & virentiores, eiectionemque ex illo fuisse non condemnationem, sed condemnationis, iræq; diuinæ signum. Saep enim probatū eodem scelere amissa bona præsentia minora, atque caelestia maiora. Terra & animalia, & humana conditio, eodem in statu remanserunt, quo condita fuissent. Nam & illa

Ceperit noxias bestias & herbas, tribulos & spinas, sicut erat antea paritura, & animalia eadem fuerūt, & homo qui esset de humo, mortalis remansit. Quod si se à cupiditate vinci non permisisset, & probatus fortisq; fuisset, adeptus fuisset immortalitatem, cum qua erant bona innumerabilia adiuncta, ipsa primū diuinitas, tum corporū eximius candor & leuitas, potestas super elementa, & ea quæ constant ex elementis. Tunc imperare igni potuisset, tunc omnes bestias calcasset, tūc à nulla re lædi potuisset. Qualia vidimus & probauimus in posteritate, in his, quos sanctitas eodē prope dignitatis gradu collocasset, quo futurus esset Adam, si nõ peccasset. Vidimus ad Eliæ imperiū igneas flammæ subito descendisse, ad eiusdē vocem, cælū trium annorū serenitatem continuasse. Vidimus eundem curru igneo sublimē volasse: & Paulū vidimus viperam quæ eum mordere visa esset, excussisse. Quem circumstantes arbitrati mox periturū, mox admirati sunt non solū non periisse, sed ne dolorem quidē sensisset. Vidimus Moysen tanto splendore & claritate ob cōmerciū Dei, fulsisse, vt non minus in eum, atq; in solem oculi intueri nõ possent. Eundem quadraginta diebus non esurientē, maioribus autem gaudiis & inenarrabili quadam voluptate fruētē vidimus non manducasse. Deniq; quod ait sapientissimus Paulus, obturauerunt ora leonū, extinxerunt impetū ignis, effugauerunt aciem gladij. Hæc & id genus alia præmia immortalitatis fuisset Adam assecutus, si magno imperio voluisset obsequi: non obsecutus remansit mortalis, omnes q; naturæ, nulla re mutata, aut cursibus institere suis aut in deterius sunt relapsæ. Vide

Homo creatus mortalis.

igitur quàm sapienter omnia fuerint ordinata, quanta cum æquitate processerint. Nihil enorme & absurdum, nihil non naturalissime factum. Nunc quoque eadem propemodum est conditio, atque illorum primo conditorum. Probamur omnes, probatis & victoribus promittitur immortalitas, id est, regnum cælorum, victis & succumbentibus mors intentatur, id est, lucis & immortalitatis amissio. Perditissimis, illorum commercium, quorum improbitati obsequi maluissent. Idemque fit nunc in vniuersa terra, quod tunc factum est in paradiso, amœno quodam creationis loco, astantibus Angelis & Deo, & in habitu humano conuersantibus. Idem tentator, eadem res tentata, siue per quam tentamur, idem spectator, præmiorumque largitor. Ecce igitur omnia clarescunt, sole ipso, quod aiunt, clariora, sine violentis allegoriis, quæ peruertunt non intellectam veritatē. Sed nos ipsa verba discutiamus, vt sincerioris sensus exprimamus.

Plantauerat autem dominus paradysum voluptatis.

O mentem eorum lepidam & perspicacem, quibus cum videretur absurdū, Deum quasi hortulanum fuisse, quendam fabulosissimum nobis, id est, Cabalisticum paradysum dederunt, plenum animorum suorum in somniis & chimeris: pro paradiso Dei scilicet paradysum suum: pro veris arboribus, quasdam commentitias Ideas: pro homine vero, ex animo & corpore constante, Idealem quendam hominē, & pro fluminibus naturæ, quasdam quæ soliti simus somniare flumina. Itaque quantum distat mendacium à veritate, tantum distat paradysus eorum à paradiso Dei. Sed qui probe ac diu apud Philosophos, Theologiæque prudentissimos scriptores sint versati, ad eorum animos non facile superstitiones has aspirare videbis, Cabalistarum sunt figmenta. Quorum duplex genus, partim qui miracula, virtutesque mirificas veditent, partim qui hæc ipsa ad litteras ac Theologiā transferant, videlicet quod quantum illi sunt in iactandis operationibus, tantum hi in speculationibus fingendis fabulosi. Vtriusque Cabalisticæ dicuntur, Alij ergo mirabiles operationes, alij mirabiles speculationes profitentur. Sed ex altero disce alterum. Speculationes sæpe sunt enormes allegoriæ, mirabiles operationes nunquam vidimus. Quæso igitur eos vt respiciant, ne similes eorum sint, quos cum non essent aut scientia, aut operatione diuini, Ennius iure incessit:

Ex Ennio Cicero restulit ad finem i. de diminutione.

*Sed superstitiosi vaces, impudentesque harioli,
Aut inertes, aut insani, aut quibus egestas imperat.
Qui sibi semitam non sapiunt, leti monstrant viam.
Quibus diuitias pollicentur, ab his drachmas ipsi petant.
De his diuitijs sibi deducant drachmam, reddant cetera.*

Sed nolo in hanc rem multa nunc scribere, ne videar vñà cum ineptis, viros sapientes ac bene doctos incessere, qui in hac quæ dicitur Cabala, verum delectū habere solent, vt operationes quidem in vniuersum tanquam magicas vanitates reiiciant, speculationes autem eas tantum recipiant, quas grauioris ponderis iudicent. Et hæc quæ dixi sciant me omnes quorundam ineptias destomachantē dixisse, qui nec in somnia quædam vendere, nec allegorizantes istos veris antiquisque scriptoribus erubescant præferre. Non fuit igitur Hortulanus Deus, quia plantasse paradysum dicitur, sicut nec figulus quia finxit hominem lutæum, nec homo est, tametsi eum poenituerit, nec nares habet, licet odoratus sit sacrificiū: nec habet manus, licet manus eius cælum molita fuerit. Quis enim est qui verum sensum istarū locutionū & quasi prosopopœiarū non percipiat? Qui ergo terræ iussit vt omnigenas herbas & arbores produceret, idem fecit vt amœnissimum nemus tertia illa ipsa die, omnibus assentientibus frondesceret, floribus, & pratis, omnibusque arboribus distinctū. Quod cum diuina voluntate factum fuerit, iure dicitur ipse plantasse, sicut reges, qui non manus, sed voluntatem & imperiū adhibuissent, dicuntur domos, ædificia erexisse. Dicitur Semiramis muros Babiloniæ ædificasse, Artemisia Mausoleū excitasse, sic plantauit Deus paradysū. Qui & Liæ vuluam aperuit. Bene ergo monuit Chrysostomus. Quantum, inquit, est periculi his qui scripturas sensu corporeo legunt? Deus plantauit paradysum, τί ἐν, σαρπάνης ἐδέετο καὶ γεωργίας, καὶ τῆς ἀλλῆς ἐπιμελείας, ἵνα καλλοπίσῃ τὸν ὡσεὶ δευσιδὸν, μὴ γένοιτο. πάλιν γὰρ καὶ ἐν ταῦτα τὸ ἐφύτευσεν ἕως δὲ νῦν, ὅτι ἀροστέταξεν ἐν τῇ γῆ ὡσεὶ δευσιδὸν γένεσθαι, ὡς τὸ ὡσεὶ χθόνια ἀνθρώπων τὰ πᾶν ἐν διαίτησιν. Quæ sunt: Quid igitur, ligonēne indigebat, & agricultura & alia cura & diligentia, vt coleret paradysum? Absit, Hic enim etiam plantauit, intelligere debes eum imperasse terræ vt paradysum produceret, in quo degeret homo creatus. Verum ergo sensum docuit Chrysostomus eius quod dicitur plantauerat.

Paradysum

Paradysum voluptatis.

Cum Hebraicum habeat paradysum, siue ἡ Γαν, id est, hortū in Eden, idque etiam translulerint Septuaginta. ὡσεὶ δευσιδὸν ἐν ἔδην καὶ ἀνατολάς, Paradysum in Eden in oriente: clare arguitur, hanc esse loci descriptionem. Siquidem præpositio in, chronographiæ est indicium. Vnde & Lactantius hunc ipsum locum describens,

Paradysus in Eden

Est locus in primo felix oriente remotus.

Quocirca & hinc probatur esse nomen loci, non deliciarum, Eden: Et sermonem esse loci descriptionem. Quis enim diceret plantatam paradysum in voluptate? An rationalis & naturalis esset, non potius coacta & exorbitans locutio? Quamquā Seueriano locutio non displicuit: Eden, inquit, interpretatur delitiæ ὡς ἐν ἐπιποπις ἐφύτευσεν ὁ θεὸς ὡσεὶ δευσιδὸν, ἐν τῆσδε, ἀπὸ τῆς ἐν γεωργίᾳ τὸ πᾶν καὶ καλῶ. Quasi, inquit, dicas, Plantauit paradysum in voluptate, vel delitiis, pro eo quod est, in loco delicato & amœno. Sed molliuit interpretando. Duoque sunt hic quæ solent arguere locorum descriptiones, locus cōmunis, & proprius. Communis mi kedem, id est, in oriente, vel ab oriente, proprius, in Eden, quæ & Græci docuerunt. Quod autem dicit glossema ordinariū ex eo quod scribitur in nostra editione, à principio, Hic apparet quod priusquam cælum, & terram crearet, paradysum condiderat, Hieronymi est dictum in quæstionibus Hebraicis. Cui viro & si plurimum deferendum est, propter maximam sanctitatem, rarum ingenium, summam eloquentiam, incredibilem eruditionem, sensum tamen scripturæ constat eum non esse. Et potest ex dictis eius colligi eum

Paradysus mysticus

non perstitisse semper in hac sententia. Nam cum, vt ostendi in prioribus commentationibus, improbet mysticum paradysum, quis alius esse potuisset ante cælum & terram paradysus, nisi mysticus, non terrestris, vt qui ante terram? Qui ergo improbat mysticum paradysum, improbat eum qui esset ante terram paradysum. Nam si ante terram, vbi arbores, vbi animalia, vbi Adam post dies creatus? Certe igitur secus sensit postea. Persuasus tunc à tribus interpretibus Græcis, Aquila, Symmacho, Theodotione, quorū prior vocem Hebraicam mikedom, verterat ἀπὸ ἀρχῆς; ab exordio: secundus, ἐκ ἀρχῆς, à principio: nouissimus, ἐν ἀρχῆς. Quibus, & si tres sint, aduersantur Septuaginta, aduersantur concorditer Hebræi, & quod maioris est pōderis aduersatur theologia & ratio. Et ipse seipsum reuocat Hieronymus. Beda igitur sane clarus Theologus, vt optimis etiā adnumerari merito possit, ad veterem editionem, quæ erat ipsorū Sept. refugit, dicens, vt eius vtar verbis, Quod dicimus à principio, antiqua tralatio dicit, ad oriētē, Vnde volunt in orientali parte esse paradysum, longo interiacente spacio vel maris vel terræ à regionibus quas incolunt homines. Et quæ sequuntur. Tum exponens editionem Hieronymi à principio, principium interpretatur non ante cælum & terram: sed cum terra remotis aquis, herbas & ligna producere cœpisset. Igitur & Rabi Salomo mi kedem interpretatur במדברו של עדין bemid-racho shel Eden, à parte orientali ipse Eden. Scito tamen Chaldæum, quem secuti videntur Aquila, Symmachus, Theodotio translulisse מן קדמון mille kodamin, à principio: vel, in primis. Cui vt videmus Hebræi non assentiuntur. Nam & Abraham perinde vt Salomon מן קדמון à parte orientali. Hósque maiores, minores approbant, & eorum sententiæ subscribunt. Annotationes docuerunt paradysum esse terrestrem, non caelestem, aut spiritualem quendam, & extra mundum nostrum paradysum. In quo maior hominum, diuinorum, & doctrina, sanctitatēque præstantium paribus suffragijs conueniunt. Nec potest alio modo paradysus fieri caelestis, aut allegorizari nisi quadam similitudine: vt si quis sapientiam fontem appellaret, aut per similitudinem & metaphoram, vrbes & mœnia & domos constitueret in cælo. Qui autem introducentes caelestem paradysum, terrestrem substulerunt, sciunt se à scripturis longius aberrasse. Fuitque cum primis Caldæorum, multorumque hæreticorū is error, non capientium ea quæ in Theologia dicerentur, & male intellectis alienum sensum attribuentium. Augustinus quidem asserit sibi eā placere sententiā, qua caelestem quandam, & terrestrem paradysum introducit. Id videlicet sentiens quod nos diximus, per similitudinem rei perfectissimæ, maximæque in terris voluptuosæ, cælum, quo nihil potest beatius cogitari, paradysū appellatum. Gregorius autem Nazanzenus eodem modo est intelligendus, cuius sensa Serron doctissime explicās scribit,

ὅστις ποτὲ ἦν ὁ ὡσεὶ δευσιδὸν ἕως, εἴτε ἀόριστος, εἴτε νοητός, πλὴν ἐμοὶ γὰρ δοκεῖ, ὅτι ὡς περὶ ὁ ἀνθρώπος ἀόριστος ἄμα καὶ νοητός δεδνημὸν ἔργον, ἕως καὶ τὸ τοῦ ἱερὸν τέλειος, ἀόριστος ἄμα καὶ νοητός, καὶ διὰ πλὴν ἔργον τὴν ἔμφασιν. τὸ γὰρ σάμασι, ἐν τῷ θεοτάτῳ χάριτι ἀλλοτρίως, τῇ ψυχῇ ἐν ἀσυγκρίτῳ πᾶσι διέτελει. ἔλαβε δὲ τὸν θεόν, καὶ ἡ ἀσπὶς πᾶσι τιμῆν, τὴν αὐτῆς ἐξισότητα, ἵνα κοινὸν ἦ τὸ καπορθέμενον ἀγαθόν. ἀλλ' ὁ μὲν k ij

erat priusquam hortus factus esset. In eo enim hortus est plantatus. Hæc Origenis verba sunt obscuriora, nec prorsus intelligo quid sentiat. Videtur autē dicere in medio mudi iacere regionē paradisi Edē, id præcipue cōprobari ex nomine primi paradisiacis fluminis Phison, ut quod designet, siue scaturiginē, caputque pupillę id est, loci qui quasi totius mundi sit pupilla, vel meditulum. Ideoque fuit hæc regio ante constitutum paradisi. Prius enim terra est, quam conseratur. Eden autem sonare voluptatem in voce Græca perspicitur, quæ fluxit ab Hebraica Heden, ἡδονή, hedone. Non placuit etiam doctissimo Hieronymo allegoricus paradisi, suaque eum autoritate destruxit super Daniele, delyrare fallique & fallere dicens eos, qui in veritate umbras & velamenta quærentes, hortum & arbores, totamque diuinā historiam allegorię legibus nitantur subuere. Ipsa quoque varietas opinionum, super paradiso mystico & allegorico, declarat ea esse mera animi figmenta. Secus enim à Chaldeis, secus à Cabalisticis, secus item ab Origene, & secus à Philone mysticus inducitur paradisi. Iam si res vna bene procedit, ut lapsus è cælo, vestes pellicæ, cæteræ res summæ dissentiant, ut arbores, flumina, serpens, ut appareat in prioribus capi non natura aliquam accidisse verisimilitudinem. Sed ad hæc coacti sunt homines deuenire, quod multa sunt in paradiso difficilia. Refugium autem imperitiæ solet esse plerunque allegoria. Nos autem, nihil alioqui de nobis superbum, nihil ventosum sentientes, sed Deo cuncta referentes, primi fuimus qui neque ab Hebræis, neque Græcis, neque Latinis repertam rem deprehendimus. Ostendimusque vbi regio paradisi sit Heden, siue Eden, & errorē superioris ætatis patefecimus eorum qui Phison & Geon, Nilum & Gangem asseruissent. Multa quoque sunt alia in hoc opere à nobis primum inuenta: ut creatio lucis & solis, creatio secundæ cæli, aquæ supercælestes quibus arbitramur veriores, quam apud superiores reperirentur, sensus attribuisse. Cum ergo dicitur, Plantauerat autem dominus: Hebraice est, Et plātauit: claraque ἀνακαταλόγησις. Quæ igitur prius digesta sunt, omnia debent, quia hic repetuntur, in suos antecedentes dies reuocari. Repetitur enim plantarum, pluuiæ, hominis, animalium creatio. Pluuiam reuocabis ad secundum diem, paradisi ad tertium, hominem & animalia ad sextum. Hucque pertinet præteritum plusquam perfectum Hieronymi, plantauerat. Quod vero dixit, In quo posuit hominem: Superius expositum est, ibi positum hominē, vbi fuisset creatus. Nec assentior Nicolao dicenti hinc argui, hominem extra paradisi formatum, ad ostendendum, quod ille locus non debeatur sibi ex natura, sed ex gratia. Mihi videtur tutius & rationabilius, antiquis itē scriptoribus, & ipsis diuinis litteris conformius, non adeo deficere paradisi, locum mortalem, casibusque mortalitatis obnoxium, è rebus corruptilibus constantem, fluminibus, arboribus, animalibus, ipsa terra. Quam nec diuiniorem ipsa Hierusalem & monte Sina crediderim, in quibus tot miracula, cælestiaque prodigia visa sunt, tellus à diuinis pedibus calcata, spectatrix Dei, & angelorum suorum. Quæ sanguinem eius absorbit, cibum Deo suo præbuit. An putas talia ac tanta facta in paradiso? Et tamen Hierusalem sæpe capta, sæpe etiam destructa & euersa est, & tellus tota mutata. Sina vero vbi diuina maiestas, in decore suo visendam se præbuit, vbi tanta diuinitas tantum numinis fuit, ut ad ea stupere circumstantes, quæ ibi videbantur, & audiebantur, scimus tamen esse montem deformem, squallentem saxorum aceruis, penèque omnibus montibus inferiorem. Hunc tamen verisimile est, eo tempore fuisse gloriosissimum, ut fuerit quasi paradisi, id est, locus ipse cælestis, vbi est præsentia Dei: Qui si vel apud inferos esset, ipsam secum beatitudinem, felicitatēque deferret. Quoniam ergo non ignobiliores hi loci, nec minus insignes, minorumque facinorum testes, sed potius maiorum, quam paradisi fuerunt, suæ tamen naturæ remanserunt: talem arbitrandum est fuisse paradisi, non locum æternum, & per beatū, quæ ex gratia, non natura esset Adā habiturus. Ista enim ἀποθήκη multas angustias pariet animo, quas vix vnquam liceat euadere. Locus erat creationis, locus amœnissimus, in diuinis litteris cantatissimus, palmā ei omnium locorum in amœnitate facile concedentibus. Sed quoniā terrestris erat, credendum est, suę naturæ peracta creatione, & Adam cum indignatione repulso, eum relictum, & iuxta ac omnes paradisos regum Persarū & Salomonis, regumque ceterorum squalluisse, ac defecisse, aut loci fertilitatē, vberque solū semper retinuisse, dotes autē quasdam peculiare illius tēporis fuisse. De quo multa dicta sunt & dicuntur.

Produxitque dominus de humo omne lignum.

Tota descriptio paradisi, qualem pulcherrimus amœnissimusque locus exigeret, Descripserat situm vniuersalem & particularem: vniuersalem in oriente, particularem in Eden

A Eden, describit amœnitatem, quæ viriditate & inundatione constat. Viriditas erat, quod in eo arbores, quæcunque & specie proceræ essent, & decoræ, effloruerunt, qualis palma, quam cum primum videris, miraberis ramos & stipitem, totumque habitum arboris, à cæteris plurimum differentem. Fructus non ramis, sed summo stipite croceos, virides, subrubentes progignentem. Tales atque id genus, quarum sunt regiones orientis feracissimæ, erant in paradiso, fructibus grauata, ramosque hinc inde curuantes. Ac quoniam, ut ait sublimis Orator, sæpe parua magnis aptissime comparatur, referam quæ mihi dum hæc scriberentur, dum hæc meditarer, contigissent. Neque puto me absurde facturum, vtens notis & claris exemplis ad ea quæ sunt obscura, illustranda. Eram Ferrariæ cupidus visendi locum extra mœnia, amœnissimum pomarium ducis eius vrbs. Facta est potestas, Huc primum introgresso, atque omnia contemplanti, occurrit paradisi Mosaiici descriptio. Locus est medius inter duos amnes, quos Padus, vbi ad eum situm appulisset, efficit, vt ab vtraque parte à pulcherrimo flumine alluatur. Qua parte desuper ac circum flumine contingitur, procurrit ordo ingens ac sylua opaca densissimorum arborum, summam amœnitatis speciem, incredibilēque voluptatem oculis, in tantam viriditatem, iuxta flumine delabēte, expatiantibus, exhibētium. Semita circum ripas fluminis decoræ, herbis & floribus, arboribusque speciosa. In nemore vmbrioso lasciuiebant diuersorum generum animalia, Strutiones miræ magnitudinis, Gallinæque, quas indicas dictabant, Pauones item prodigiosæ figuræ, vt eos contemplanti omnia facta esse quæ fieri potuissent, quæque natura fieri posse negassem, mihi viderentur. Asellos item perexiguos, Arietes quoque caudam vasti ponderis trahentes, cæteraque multa erant in nemore. Omnia igitur hæc intelligebam habuisse paradisi Dei similitudinem quendam fuisse locum: Siquidem & ille in medio magnorum fluminum virebat, florens omnigenis arboribus, diuersorum animalium plenum, quibus nomina indidit Adam. Paradisi Dei, sicut is paradisi principis. Vt voluntate principis constitutus is locus, ibi interdum deambulantis, alioqui regiam suam in vrbe inclutam habentis: sic ille Dei, voluntate, interdum ibi præsentis, id est, quo tempore hominem creauit: fuit, degit, habentis alioqui regiam in incluta vrbe sua. Hic ergo hominem creauit, & probauit an dignus esset, quem ad regiam, maioremque dignitatem sublimaret. Videbam quoque tunc facile esse intellectu, hominem eiectum è paradiso, vt ne quid alienum à rebus humanis suspicaremur. Siquidem egressus è loco, nauisque delatus, adituque clauso locum paulo procul contēplabar, carens tamen qua prius fruebar voluptate, vt viderer mihi è magnis gaudijs excidisse. Super omnia vero illius paradisi Dei gaudia cumulabat eius præsentia, secum quocunque proficiscitur felicitatem deferens. Vnde & Petrus optauit semper degere in monte. Sic Adam pulsus è loco maximis gaudijs, dulcissimoque fructu consuetudinis caruit, priuatus aspectu illo diuino, angelorumque conspectu, & amœnissimo, pulcherrimoque loco. Degebat autem propè, oculis prospiciēs locum, quem amississet, tum damnatus ad maiores labores, grauiore probationes. Longo autem post tempore, squalluit nemus. Nam diuina præsentia peractis omnibus subito discessit, sicut data Clege de monte Sina recessit. Hæc igitur qui non intelligunt, refugiunt ad Ideas, mundumque meliorem, cogitabilem solum, non visibilem & sæpe ad eas Ideas, quæ neque sint neque possint existere. Quas audiens animus à natura quæ semper est, alienas, tristatur, rationē & modum earū non valens apprehendere. Quis ergo non perspicit quomodo dominus produxerit de humo terræ omne lignū, id est, omnem arborem pulchram visu, & suauissimorum fructuum feracem, sic dicit de se Salomon, Plantaui hortos & paradisos. Sed hæc quorum notissima est ratio, relinquentes, ad obscuriora penetrare conemur.

Lignum etiam vitæ in medio paradisi lignumque scientiæ boni & mali.

Non aliam habet rationem, ista arborum, quæ Hebraicè ligna dicuntur, descriptio, quæ quod cibus humanus erant fructus, homoque simul ac exortus est, hoc cibo cœpit vesci. Formatus & creatus erat in paradiso, de fructibus paradisi alebatur, quorum erant in amœnissimo nemore plene arbores. Siquidem & flumina circumlabentia totum locum vberissimo humore nutriebant, qualem ferunt esse Mesopotamiam, vbi erat is ipse paradisi, cuius tantam ferunt vbertatem propter circumlabentia flumina, Tigri ab ortu, ab occasu Euphraten, vt necesse sit pecora, ne pinguedine rumpantur, abigere à pastu. Causam vbertatis referunt, vt dixi, in flumina inter quæ sita est Mesopotamia, vt ipsum Græcum nomen indicat, Hebraicèque eodem modo vocatur Aram maharim, id est, Syria,

Pomarij dicit Ferrarij descriptio.

Mesopotamia vbertatis.

vel Armenia fluminum. In his arboribus medio in nemore late florentibus, erat ingensD proceraq; arbos, quam pulchritudo & proceritas à cæteris arboribus magno discrimine separabat, quasi,

In medio ramos, formosaque brachia pandens

Arbor opoca, ingens.

Virgil. 6.

Arbor vi-
ta cur sit
dicta.

Serpens.

Inspiratio
Dei in A-
dam.

Python Sa-
muelis.

Arbor vi-
ta.

Hæc fructus habuit speciosissimos, post illud tēpus mortalibus incognitos, nulli degusta-
tos vnquam, visos tantum à primis parentibus. Arborem procul nondum ad eam valen-
tes accedere, intuebantur. Quare autem arbor vitæ dicta sit, collatis inter se pluribus
exemplis fortasse poterit intelligi. Non possum quidem satis demirari, quomodo taci-
tus sæpe Moses & cæteri Prophetæ describentes sub imaginibus terrenis res occultiores,
occultas dimiserunt, notis imaginibus tantum memoratis. Quorum nonnulla exempla
subijciam. Serpens, vt clarum est, erat diabolus, sub imagine serpentis: de insidiatore
tamen ipsóque dæmone mirum silentium. Tota descriptio spectat in serpentem terre-
stem, terram comedentem, & super pectus ingredientem. Inspiratio quoque Adam
dicitur facta per nares, quasi Deus haberet halitum, quem in Adam inspiraret: si halitum,
vtique & pulmones, halitum inquam corporeum, quippe qui per nares penetrarit. Tum
id non est solum spiraculum vitæ, cum longe meliores partes efficiant vitam. In Pythone
quoque Samuelis, is qui appareret, dicitur quasi à muliere suscitatus, dicitur & Samuel
fuisse: Et Python tamen erat summa & anicularis vanitas, & de suscitato nihil est dictum,
quod declarare oportuisset, vt sciretur & suscitatus & qui suscitasset. Quibus non declaratis
ac melius, solum quod appareret exterius est descriptum, quicquid videlicet esset corpo-
reum, & oculis spectabile. Ac nescio quo consilio Moses, vbique à rebus spiritualibus ac
reconditis cōstantissime abstinet, qui nec Angelos, nec creationem eorum, nec vitam nec
mores explicet. Nunquam de cælo empyreo loquatur, nūquam de animorum immortalitate,
de dæmonibus, casu, moribus, insidiis que eorum. Super quibus postea coacti sunt ho-
mines philosophari. Ac nisi secunda Theologia fuisset opitulata, versari nos in maximis
erroribus oportuisset. Ita ergo occultat arborem vitæ Moses, sicut arborem sciendi bon-
num & malum. Neque declarat, qua tandem causa fructus vnus arboris homo degustans
bonum malumque cognosceret, aut quomodo bonum & malum oporteret intelligi. Quas
ambiguitates cum nobis enodandas reliquisset, maximis periculis nos exposuit. Vt igitur
occultatur serpens interior, nihil de eo Prophetæ loquente, postea tamen intelleximus per
astutias diaboli, mortem introisse in mundum, sic occultatur spiritualius quiddam sub ar-
bore vitæ, præclaréque docet Theodoritus το ξύλον τῆς ζωῆς, καὶ τὸ ξύλον τοῦ ἁδένου, γινώσκον τὸ
καλὸν καὶ πονηρὸν, νοητὸν λέγειν, ἢ ἀμαρτανία ἐκ τῆς γῆς καὶ ταῦτα βεβλασπημένα εἶπεν ἡ γεία γραφή. ἢ
τοῖνυν ἑτέραν τινα φύσιν ἔχει τὸ ξύλον τοῦ ἁδένου καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, καὶ σιωπηλῶς
ὀνομάζεται καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ἀπὸ πίστεως σωτηρίας γινώσκον, ἢ τὸ καὶ ταῦτα, φησὶ μὲν ὅτι ἐκ τῆς
γῆς βεβλασπημένα, καὶ δὲ τὸν ἁδένου ὄρον, ἡ ἄπειρον αὐτῶν, ξύλον ζωῆς ὀνομάσθη, τὸ δὲ ἑτέρον καὶ τὸ πε-
ρὶ αὐτοῦ γινώσκον τῆς ἀμαρτανίας τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς καὶ πονηρὸν, καὶ ἀπὸ τῆς
μὲν, ὁ ἁδένου τὸ ἁδένου τὸ δὲ τῆς ζωῆς οἶον τὸ ἐπαθλον ἀρτίως τετυρηκόσι τὸ ξύλον τῆς ζωῆς. Li-
gnum, inquit, vitæ, & lignum sciendi bonum & malum, an intelligibiliter & spiritualiter,
an sensibilibiter debet intelligi. Verum è terra & hæc nata, scriptura prodidit. Non ergo aliá
à cæteris plantis naturam habuerunt. Vt enim lignum crucis, lignum est, salutare autem
appellatur, propter eos qui ei credunt: sic hæc plantæ quidem è terra natæ erát, sed propter
diuinum decretum, alterum vitæ, alterum noscendi bonum & malum, quia peccati notio
in eo fuit, lignum est vocatum. Et de eo certamen Adæ fuerat propositum. Lignum autem
vitæ tanquam præmium stabat præceptum seruanti. Acacius etiam perhibet arbores om-
nino fuisse terrestres: nec mirandum si per pomum, vitam Deus esset largiturus, quando-
quidem panis & vinum sanctificet ea degustantes, & per aquam sensibilem fiat remissio
omnium peccatorum. Ex signo igitur, & quodam maiorum, altiorum que rerum exemplo
id erat. Credendum est igitur talem esse arborem vitæ apud Mosén, quale apud antiquissi-
mos poëtas, eosdem & theologos, nectar & ambrosia, & nepéthes: quibus rebus cum diui-
norum animorum & corporum immortalitas designaretur, si quis tamen voces exterius
sonantes audiat, cibum quendam, potionemque designant, quibus vespentes superi, mori
non possint. Dicitur de nectare idem, atque arbore vitæ, earumque præfert rerum etymo-
logias, quæ sub hac arbore latitant. Vt de arbore vitæ à scriptoribus sacris fertur, quod fru-
ctus

Actus eius, homines degustantes, numquam senuissent, sic appellatum est nectar, quasi vt
Suidas ait, νεόταρ τὸ νέος ποιεῖν τὸ πίνοντα, Neotar, quia iuuenes faciat bibentes. Aut cuius
priuatio multis sit, id est, quod à longe paucis possideatur. Pauci enim perueniunt ad ve-
ram immortalitatem. Dicitur etiam nectar, ἀνὴρ, id est, ne non, & κτένω interficio, quasi morta-
litate auferens, non sinens mori. Ambrosia quoque earum rerum habet etymologias, qua-
rum significatio latet sub arbore vitæ. Appellatur enim quasi abrosia, id est sine morte,
sine mortalitate, aut qua caret mortalis, βροσὶς mortalis: Cuius possessio nulli sit mortali.
Hos cibos sapientissimi poëtae asseruerunt ab Hebe, id est iuuentute, Dijs ad mensas im-
mortales ministrari. quia semper omnis Deorum natura florescat, semper iuuenes sint. Per
cibos ergo tam in sacra theologia, quam theologia poëtica quæ bona parte imitatur illam
veram & sacram, immortalitas est designata. Ac quoniam innumerabilia deprehēdimus à
theologia Mosaica manasse ad veteres Græciæ theologos, tot exemplis adductus ac per-
rhafusus, crediderim illum Deorum cibum, quo vespentes dicebant eos nunquam posse senes-
cere, esse quasi fructus istius arboris. Ac sapiētes bene norunt, quid sit Nectar & Ambro-
sia, quid iuuenta apud superos, cibos hos ministrans. Facileque quo respexere poëtae per-
cipiunt. Non enim est apud superos alius cibus, quo sint semper immortales & beati, nisi
diuinitas & vita exuberans illis à Deo, nec est alia ciborum iocunditas nisi videre & nosse
pulcherrimū & iucundissimū conspectum Dei, cuius intuitus immortales & beatos efficit.
De quo Aristoteles, οἷον οἱ μὴ εἰδότες τὸ νεόταρ, οἶοντα τῶν θεῶν οἶνον πίνου, καὶ οὐκ εἶναι τῶν ἁδένου
βόταν. τὸ δὲ νεόταρ καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, Id est: Similes sunt qui veras nesciunt voluptates, his qui
ignorant Nectar, suspicatur enim Deos bibere vinum, nec habere eos dulcius quicquam.
Quod eis accidit propter imperitiam & insolentiam. Hæc ait ille: In illo autem terrestri ci-
bo potest immortalitas & felicitas existere. Nec arbor vlla cuius fructus terrestris humor
augeat, potest semper à senecta corpus defendere. Virtute quidem diuina fieri potest, vt in
re terrestri sit immortalis vis, qui potest etiam corpus vegetare sine cibo, sed non est cre-
dendum, præmiū immortalitatis ac felicitatis aliud futurū fuisse, si fortiter Adam in pro-
batione se gessisset, mandatisque Dei paruisset, nisi fructum ex cōmercio & præsencia Dei
iucundissimum. Nec arbitradum est aliam tunc, aliam nunc esse felicitatē. Nunc autore &
præcone filio Dei, felicitas est regnum cælorum, eandem arbitrandum est futurā tunc fuisse
primis illis. Designata est autem re & nomine figurato. Quod etiam Seuerianus sensit,
δὲ δὲ τὸ ξύλον ζωῆς καὶ τὸ ξύλον τῆς βασιλείας. Dedit arborem, quæ regni foret insigne. Quo loco
sciendum est, duplex esse in diuinis litteris figuratū genus, in dictis & factis. Non solum, in-
quam, sunt dicta figurata, sed facta etiam figurata, Figuræ dictæ, figuræ factæ. Figurata in-
fuit, cum Haias Salonites scidit pallium in duodecim partes, vndecimq; tradidit Hierobo-
am. Designabat enim regnum, quod è duodecim tribubus constaret, scindendū, vndecim-
que tribus regnum Hieroboam integraturas, vna relicta filio Salomonis. Figurata res fuit,
cum percussus & sanguinolētus propheta corā Achab, qui regi Syriæ pepercisset, procces-
sit. Innuebat enim fore ab eo cui pepercerat, sanguinem & cædem. Figurata res item, cum
propheta iussu Dei, catenis oneratus, ante oculos omnium, per urbem incescit quo porten-
debat, tales breui capta vrbe, multos futuros, præcipue regem, omneq; regnū genus. Fi-
gurata etiam res, sed occultior & remotior, serpens suspensus in ligno, in eremo. Sunt aliæ
plurimæ imagines, quæ præsto erunt indagati. Dicta figurata & tropi clari sunt, vt parabo-
læ, id est, cōparationes rerum verarū in Euangelio, aut simplices locutiones figuratæ. Om-
ninoq; tria sunt genera figurarū, dicta, facta, visa. Quædā dicuntur figuratæ, quædam sunt.
quædā videtur. Ac facta & visa figurata familiaria sūt, & vsitata sacris litteris, cæteris litte-
ris non item. Dicta figurata omnium linguarū. Dicendum igitur quæadmodum præcorum
theologorum sapientia, suauissimum cibis, immortalitatē, visionemq; supernam innuisset, sic
hoc ipsum re Deum fecisse. Fecisse re, quod illi fecerūt loquēdo. Fecerunt autem esse quos-
dam cibos, quibus vespentes Dij, emori non possent, semper essent iuuenes, suauitatē quan-
dam æternam designantes. Sic Deus fecit re, & in oculis rem quandam degustabilem, qua
deklararet immortalitē, ipsamq; diuinitatem, quasi statuens hanc esse Ambrosiā & Ne-
ctar, sub quibus nominibus per negationē mortis, latet vita. Vt autem Ambrosia est cibus
Deorum sic pomum vitæ, in hac exprimitur vita per negationem mortis, in illo Hebraico
clare vita nominatur. Quod si ea cibus Deorum, etiam hæc pomā. Cibus autē Deorum nō est
in vsu, nam regnum Dei, non est cibus & potus: ergo ambrosia quanquā cibus dicitur, non
cibus est, sic pomū vitæ cibus erat, sed signū æterni alimēti. Non erat in eo permāsura diui-

Nectar

Ambrosia

Figurata
dicta
facta
sacris litte-
ris

Figurata
tria gene-
ra

Ambro-
sia, & po-
mi vitæ cō-
paratio.

nitas & immortalitas, Terrestris erat vt dixi paradysus, terrestres, arbores terrestres humor, quo nutriebatur, à Tigri & Euphrate, aliisque duobus fluminibus irrigatę. Omniaque terrestria, in quibus natura felicitas & immortalitas esse non poterat. Quę est alia felicitas, aut quid aliud potest animos explere, & æstum quędam quem semper in pectore gerimus, extinguere, & tollere ex animo omnem mœrorem, nisi Deus *ἡσυχία*, id est visio diuina, videre lucem æternam illam, interesse gaudiis quibusdam inenarrabilibus, quę neque cogitari, neque dici fando possunt? In cibo corporeo id esse non potuit, non potuit, nec assentitur ratio. Fuit ergo res figurata arbor vitę. Erat in medio paradisi tanquã exemplum oculatum immortalitatis, tanquam spectabile præmiũ, tanquam Nepenthes, id est herba seu potio, quę dicitur omnẽ adimere dolorem & luctum, vocata *νεπέθηξ*. Luctus Gręce *πένθος*. Erat tãquam celebratus ab Homero flos Moly, cuius mirabilem esse vim perhibuit. Eratq; arbor illa, sicut serpens suspensus: Ille in Eremito pependit è ligno, poma vitę pendebant ex arbore in media paradiso: Sanabantur aspicientes suspensum, quo sanandi suspicientes appensum in ligno portendebantur. Optimusque est Mosi interpret Salomon, qui prædicat sapientiam esse lignum vitę, id est arborẽ, declarans videlicet, quid arbor illa Mosaica designaret, nempe id quod est sapientia, quodque sapietia largitur. Nam declarans hoc ipsum Salomon. Et qui tenuerit (ait) eam, beatus. Hoc erit videlicet lignũ vitę beatitudo, quę efficitur ex sapientia. Vitalis est fructus sapientia possessoribus suis, ipsaq; beatitudo. Nec aliud est lignũ vitę, nisi beatitudo & præmiũ sapientię. Quid est autem sapientia eodem autore, nisi timor domini, & obedire mandatis eius? Si ergo hanc sapientiam Adam tenuisset, abstinuissetque à fructibus incõcessis, in quo probabatur, an esset obsequens, ad arborem vitę peruenisset, beatus effectus, & præmiũ sapientię vberimum affectus. Quid etiam est beatitudo, in quo potest quisquam fieri beatus. Idem ipsi sapientes docuerunt, beatum esse dicentes, qui suffert tentationem, quoniam post probationem, accipiet coronam. Hoc de Adam vere dicitur, qui post superatam tentationem, post probationem beatus fuisset accepta corona immortalitatis. Appellat enim eam coronã vitę, quę fuit illo primo tempore, per arborem vitę designata. Idem corona vitę atque arbor vitę. O sapientia igitur Dei infinita, qui rebus apertis & notis, & sensui patentibus, hominibus corporeis rerum suarum magnificentiam, quę videri non poterant, voluit ostendere. Ac Moses refert pure & sincere, quę in oculis gerebantur, sensus interiores non tangēs, exponens simpliciter quid gẽstum sit, quo ordine res processerit. Videntur autem & è nostris sapientiores agnouisse hanc interpretationem. Augustinusque memorat Hierusalem terrestrem significantem cęlestem, quasi innuens eodem modo arborem istam terrestrem perpetuã beatitudinem declarasse. Et in cæteris, ait lignis fuisse alimentum. In isto sacramentum, id est rem arcanam, occultam: quem Beda sequitur. Recordemur ergo fluminum de ventre fidelium manantium, recordemur illam aquam viuam, quam dixit æterna sapientia, exituram ex eorum pectore, qui in se credidissent, ipsam videlicet innuens sapientiam. Nam quod per aquas viuas postea loquendo designauit, expressit à principio per fructus viuos re & effectu, non sermone: Idem in vtroque tempore figurator, tunc rebus ipsis corporeis, post sermone: Tunc vtens re figurata, post vsus sermone figurato. Repetamus item quod idem dixit, Amplius nõ bibam de hoc genimine vitis, nisi cum bibã illud vobiscum in regno patris mei. En & ipse ambrosiam, & nectar vsurpat, quę se prædicat in cælo bibiturum. Semper ergo delectatus est his figuris, vt faceret opes regni sui inuisibiles, & animis nostris imbecillis incomprehensibiles, clariores, vtens in sermone rebus nostris suauioribus, melioribus ad rerum æternarum significandam dignitatem ac bonitatem. Vidi ego hominem doctissimum ac sapientissimum, nouum quoddam abstrusumque philosophię genus excogitasse: collegerat ingentem numerum pulcherrimarum figurarum, easque in æs inciderat. Sub his totum humanam vitam, quicquid aut ad amicitias fictas & veras, aut cæcas hominum, inconsideratasque cupiditates pertinet, expresserat. Erantq; imagines oculis spectantiũ manifestę, sed quid innueret, non erat intellectu facile, nisi autor indicasset. Is beatitudinem designarat hoc exemplo. Erat arbor excelsa, pomis aureis, stabat difficili & perarduo in loco. Multi eo aspirare nitentur. Pluresque erat videre, qui ascensu defatigati cursum reflecterent, paucos qui ad aureos ramos manum extenderent. Cebe quoque Thebanus, discipulus Socratis, tempore videlicet illo florens, quo maxime viguit hoc philosophandi genus, per similes & figuras, tale quid designauit ponens in cacumine excelsi montis beatitudinem, ad quam pauci peruenirent, cæteris

De Nepenthes, Odyss. 3
Homerus.
Moly.

Proverb. 3.
Lignũ vitę & beatitudo.

Ac cæteris à diuersis casibus & cupiditatibus, abstractis. Recordare igitur & nuptias regias, ad quas plurimi non accessissent. Fecit ergo qui veras & viuas poterat imagines effingere, naturaliter & viuẽ, quod propter imbecillitatẽ simulate & piẽte fecerat homo. Cyprianus autem vir eloquentia & sanctitate insignis, talem quandam rem depinxit carmine. Finxit arborem proceram, & excelsum, natam quidem in Iudæa, sed paucis diebus mirabiliter crescentem, totum orbem ramis amplexam, sub quam innumerabiles populi coirent,

*Hic ubi, multigenis flexos incumbere pomis
Certabant avidus ramos attingere dextris,
Gaudebant madidos cęlesti nectare fructus,
Nec prius hos poterant, cupidus decerpere palmis,
Quam lutulenta via vestigia foeda, prioris
Detererent, corpusque pio de fonte lauarent.
Ergo ubi cęlestem ceperunt ora saporem,
Permutant animos, & mentes perdere auarus.*

Hęc apud diuum Cyprianum, cuius descriptio in propatulo quidem arborem quandam felicem ac vitalem, cuius fructus tantam haberent vim, vt possent animos permutare, exhibet, sed in occulto designat crucem, populis vniuersis salubres fructus suggerentem. Sic arbor antiqua illa, vt responderent inuicem priora & posteriora sibi sacramenta, designabat similem quandam vitam, & beatitudinẽ. Philosophaturque his arboribus Deus apud hominem, per facilia & aperta, cum ad occulta & maiora perducēs. Præmiũ occultũ, præmiũ manifeste declarans, & fructu corporeo & terrestri fructũ quandam maiorem & occultum. Quę philosophia fuit antiquis vstitatissima, vt quod Anacharis Schyta inuentus est dormiens, vnã ad os, alteram ad pudenda manũ continens. Ostendebat enim vtrumque membrum esse continentium. Et Pythagoras rogatus quid esset humana vita, in gressu cubiculum, subito egressus est, docens videlicet vitam esse introitum, celeremque exitum. Symbola quoque eius, actus erant corporei, Hirundines sub tecto ne nutrito, Ignem ne trãfuerberato, Ambula per diuerticula. Primum loquaces iubet arcere, alterum prohibet iracundos lacescere, tertium sequi communes errores.

Lignumque scientia boni & mali.

VT occultauerat Moses interiorem sensum arboris vitę, sic simpliciter proponit arborem sciendi bonum & malum, merus rerum diuinarum recitator, non explicator. Quę simplicitatis arguit sinceritatem ac sanitatem, ipsosque scriptores demonstrat tantum in descriptione veritatis oculos posuisse. Quod fecerunt etiam Euangelista, in quorum scriptis summa sinceritas deprehenditur. Vt quod *κ η ρ ι σ τ υ ς* in forma hortulani apparuit quoddam matri dixit, Mulier ecce filius tuus: Cæteraque id genus multa. Vnam igitur atque eandem fuisse constat arborem sciendi bonum & malum. Quę quidem & ipsa iuxta arborem vitę adiacebat, virefcens in media paradiso, pomis quidẽ distincta, sed & ipsis formosis. Alteraque à dextris, altera surgebat à sinistris. Vna vitę & præmij signum, altera probationis: quasi duę vię, quod figurauit antiquitas, altera tendens ad beatitudinem, & campos elysios, id est alysiõs, indissolubiles scilicet & immortales, altera ferēs in Tartarum. Et sicut duę mulieres, quas in adolescentia apparuisse cuidam dicit Prodicus, altera lasciuia, altera casta, seuera: Virtus hæc, illa voluptas. Non erat autem hæc arbor beatitudo, aut illa supplicium & mors, sed symbola quaedam erant symbola, quibus probari virtus, non tantum demonstrari posset. Nam si arbor illa sciendi, ramos tantum & folia habuisset, symbolũ quidem virtutis esse potuisset, sed vim probandi non habuisset. Electũ est id, quo posset, constantia, virtus, sapientia, ea est obedire Deo, probari. Eoq; vocata arbor sciendi bonum & malũ, id est virtutis & vitij, sapietia & insipientia, dignoscẽde. Vna arbore poterat intelligi quę constantia, quę continentia, quanta suo creatori, qui summũ est ius, mundanaq; autoritas, esset apud hominẽ obsequendi volũtas. Rursum an incõstãtia, incõtentia, contemptus, negligetiaq; parẽdi. Nam facillima re, minimẽque dura est probatus. Durior fuit ac difficilior tentatio Abrahę iussi vnigenitum & dilectum filium sacrificare. Quę potuit esse maior probatio, maior ex ipso fructu, quę vnquam perspecta est. Tunc enim primũ statuit ex propagine eius nascens redimere genus humanum, & in vnus probatione, elucescente virtute, abolere damnũ, quod in probatione prioris accidisset. Ideo durior probatio quiddã etiam magnificentius est affecta. Difficilior enim est restaurare collapsa. Dicitur quoq; arbor sciendi bonũ & malũ, vt Gręci & Latini ferẽ omnes interpretantur, quia qui

Arbor scientia boni & mali quid.

fructus eius comedisset, quantū inter bonum atque malum interesset, facile dignosceret. Dam-natus enim homo per illam arborem, cognouit quam beatitudine amisisset: cognouit bonum amissum, malū possessum: tunc ingemuit, tunc largis fletibus ora rigabat. Non cognoscitur enim bonum, nisi ubi in potestatem mali ventum est. Tum vero cernitur malum præfens, bonū absens. Hoc enim boni habet malū, quod præbet causam agnoscendi boni. Ego igitur fructu eo, Adam vidit qualem ac quantam iacturam fecisset, vidit mortalitatem & immortalitatem, hanc amissam, illam infeliciter acquisitam. O quantos dabat gemitus, cum à conspectu Dei angelorumque fugatus abiret: E quo se gradu dignitatis cecidisse videbat: Duos igitur hucusque habes sensus de arbore sciendi bonū & malum. Neque enim erat in fructibus virtus hæc agnoscendi, in quibus sola corporum nutriendorum vis, sola terrenorum fructuū species fuit. Erat res moribus apta, ad ventrem demittēda, at in corporis rebus, nulla vis spiritualis. Stabat igitur hæc arbor, ad probationē siue tentationem. Non est enim naturæ consentaneum, nec fieri potest, vt coronetur, qui non legitime certauerit. Erat autem Adam coronandus, coronatio est immortalitas, qui ad immortalitatem, diuinitatem, æternamque stabilitatem vocandus, non solum hac in parte Deo in illum suam clementiam declarante, quod eum cunctarum rerum nobilissimum ac dominum creasset, sed etiam quod ad maiorem gloriam vocaret, ad quam sine labore & certamine, sine virtute probata ac perspecta, aspirare nefas. Nec vero, nisi earum veritatis & naturæ gnari, admirabuntur dolebuntque, Deum Adam probare voluisse, vt ei quasi scandalū ante oculos, in quod offenderet, proposuerit. Patitur enim vim regnum, hoc æternum decretum, in natura incisum: nec nisi à violentis (id est his qui sibi vim & conatum attulere, & contra cupiditates iere suas) acquiritur. Hæc virtus sola coronatur, remuneratur: Sola immortalitatem promeretur. Debemus ergo tum dicta sapientum, magnorumque theologorum, tum varia in diuinis litteris exempla colligentes, animorum nostrorum imbecillis & obtusis cogitationibus satisfacere. Probatus est Abraham, & quidem grauissimè: probatus Iob, etiam supra vires humanas: probatus Thobias, probatus Noë, qui creditur omnes à gigantibus, Deique contēptoribus iniurias esse perpessus. Quid memorem tot millia martyrum? Quid quod & ipse CHRYSOSTOMVS voluit probari, & tētari, accedēte ad eū tētatore, siue probatore vt Græce sonat περιεργής, quo Deus ad omnium probationem vtitur, & cum in eadem re atque primum hominem aggrediente? Sed fortiter reiectus est, vt quo non factō à primo, damnatio est cōsecuta, factō ab illo vindice, sequeretur liberatio. Et lapsus ille, ab ista constantia redimeretur. Idem ille vitam vexationesque suas tentationes appellauit. Vos, inquit, estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Quid quod oportet hæreses esse, vt probati & iusti elucescant? Quid quod permittetur Antichristus signa & prodigia facere, occidere, vexare, diripere? Nempe vt illo scelerato sæculo quibus placebit iustitia, pietasque, intelligatur, multorumque fiat virtus illustrior, & cælo digna. Denique vnusquisque à sensibus, à cupiditatibus suis in hac vita probatur, nec amara est tentatio, sed eius plena est humana vita. Quocirca sapientissimus quidam dixit, Militiam esse (quod Septuaginta intelligētes quem haberet sensum, tentationem transtulerunt) vitam hominis super terram. Hebraice quidē est נצח זבא, Græce περιεργής. O præclarum & illud exēplum quod refertur apud Hieremiam de Rachabitis, quibus cum pater iussu Dei præcepisset ne biberent vinum, accedensque ad eos Hieremias proposuisset calices vini, id iubente etiam Deo, ipsi memores paterni præcepti, vinum bibere recusarunt. Tunc iubetur propheta dicere illis, Pro eo quod obedisti patri vestro, non deficiet vir de stirpe eius stans in conspectu meo, cunctis diebus. Vides quantum illi constiterint quantum Deo placuerit? Etiam propheta cōtra præceptū patris obedire noluerunt. In vino tentati sunt, vinum prohibiti non bibere vinū non bibētes, ad æternos honores à Deo sublimātur. Quid interest inter vinum & pomum? Transgredi noluerunt illi, etiā propheta hortante: Adam transgressus muliere hortante, mulier serpēte. Audi autem quid alius quidā sapientissimus, huius mysterij apprimè gnarus, ad omnes mortales dixerit. Fiet enim antiqua illa probatio, siue tētatio sic manifestior. τήνον εῑ ωροσέρχη̄ δελοῡδῑ κω̄λιω̄ θεω̄, ε̄τοῑμασον̄ τ̄λω̄ ψυχ̄η̄ σε̄, εῑς̄ π̄ρεσμων̄, ε̄θη̄νον̄ τ̄λω̄ κω̄ριαν̄ σε̄, καῑ κω̄ρτερησον̄, καῑ μη̄ απεῡδης̄ εν̄ χειρ̄ω̄ επαγωγ̄ης̄, κολλ̄ηθη̄τῑ αῡτω̄, καῑ μη̄ σκοπη̄ς̄ ῑνᾱ αῡθη̄ης̄ επ̄̄ ε̄χᾱτων̄ σε̄, καῑ εν̄ ᾱλλᾱγμασῑ πᾱτη̄νω̄σεως̄ σε̄, μακρο̄δύμησον̄, ο̄τῑ εν̄ πυλ̄ῑ δοῡμᾱς̄ ε̄τοῑμᾱς̄, καῑ αν̄θρω̄ποῑ δε̄κτοῑ εν̄ κω̄μῑνω̄ πᾱτη̄νω̄σεως̄. Hæc CHRYSOSTOMVS Sirak. Græca enim protuli vt eum audires sua lingua loquentē, & quia Latina minus sunt fideliter tralata, Horumque est sensus. O fili, cum te ad cultum Dei contuleris, præpara animum tuum ad probationem. Adorna ac surrige & intende

Eccelesiasti-
ci 2.

Antende sensus tuos, & fortiter tolera, neque præcípites cum titillaris & oppugnaris. Hære illi, ne discedas, vt crescas in nouissimo. Inuictus esto in commutationibus, aut præmiis humilitatis tuæ. Quoniam igne probatur aurum, homines autem grati & accepti fornace humilitatis. Hæc vir ille, quasi totam hanc probati hominis primi philosophiam, omnemque rationem perfectæ virtutis explicans, aperiensque arcana non cuius nota. Quantum his in verbis reconditæ sapientiæ? Quantum interioris philosophiæ? Affatur eos, qui amicitiam, gratiam, beneuolentiãque diuinam ambiunt. Hos autem præcipue, quia diuinus amor, debet esse nitidus, probatus, fortis, stabilis, æternus. Neque enim est verus amor, neque multum distat ab odio, non stabilis, non constans, non semper manens. Debet autem amor ille, & illa virtus, cui beatitudo, consortiũque Dei promittitur, paratur, omnes habere perfectionis numeros, omnem lucem, omnem decorem. Creatus ergo Adam, ad virtutem, ad amorem, ad cultum Dei vocabatur. Vt animum ad probationem pararet, tum sua sapientia instructus esse debuit, tum audita voce Dei. Credendum est enim tamen nō sit scriptum, ei sublata manu, Deum ostendisse arborem illam vitæ, in qua præmium esset: ostendisse & eam, quam linquere intactam iubebatur. Hic surrigere & intendere sensus suos debuerat. Quam facilis enim erat probatio? quam minima labendi compulsio? nisi ipse sponte præcípitem se dedisset? Maluit enim mulieri, quam Deo obsequi. Fortior fuit Abraham, fortior Iob, & Thobias, totque hominum fortunatorum millia, quorum patientiæ & tolerantia Deus dedit regnum cælorum. Poterat igitur animum ad probationem parare, sensus in vigilia constituere, arrigere mentem illinc ad pœnam, hinc ad supplicium, excipere fortiter, quod quidem non erat difficile, impetum illum scemineæ vocis, stare inuictus in tempore επαγωγ̄ης, adductionis persuasionis, cum per sceminam, dimouere mentem loco tentator conabatur. Erat abductio à recto, ab imperio Dei, à virtute. Tum vero consistere, non præcipitare, non festinare debuerat: cogitare, meditari secum exquisitius, non ilico assentiri. Duæ voces erant inter se perpendendæ, Dei prius locuti, mulieris tum loquentis. Videndum quantum inter vtranque distaret, oppugnabatur, titillabatur, sed hærendum Deo fuerat, tum demum creuisset qui tunc prohibitus ne manducaret, quasi humiliabatur. Creuisset in immensum, è mortali factus immortalis, ex homine Deus. Creuisset in nouissimis suis, quia ad cælestes triumphos sublimatus fuisset, relicta fortasse prole, quam sine peccato genuisset. Erant enim antea synceri, sine malitia, veluti paruuli, vnde nudi non erubescabant. Delapsis autem ad supplicium amissa est innocentia, & puritas, ac synceritas, omniãque mala cognouerunt. Eadem enim est omnium membrorum corporum ratio, sicut os peccauerat comedendo non peccaturum si è cæteris fructibus comedisset, sic membra genitalia non habebant, quo posset homo tunc erubescere. Erubescimus enim ob peccatum. Habuerunt autem postea, quando delatis eis in errorem & supplicium, & cōdemnationem, in his partibus erubuerunt, in quas ex alio fuerat dedecus & pudor profectus. Comedebatur ante casum, cætera quoque membra muneribus functa suis sine peccato fuissent, si & sine peccato comedebatur. Conuersa & mutata sunt omnia ex vno peccato, quod fuit origo erubescendi, quia necesse fuit erubescere, vbi peccatum erat futurum, & vbi fuerat synceritas prius. Utamur hoc exemplo: Sub priore statu latebat puritas, candor, veluti si quis in thalamo figuras quas non cernat, tunc allatis ardentioribus facibus videat quod prius latebat. Sic Adam propter summam innocentiam ac synceritatem, omniumque malorum incitiam non erubescibat, accedente peccato, pulsãque synceritate, accessit rubor & pudor. Quot enim etiam nunc nobis sunt occulta, vt minime videantur, minime cogitentur, per aliquam occasionem postea elucetia? non mutatis nobis, sed mente irradiata? Sic occasio pudoris & erubescentiæ fuit peccatum, manente eadem humana natura, sola non manente conscientia. Sapissime euenit mihi vt ad quam essem antea rem veluti cæcus, subito per aliquam occasionem expergiscerer. Recordare in Euangelio quãdo in fractione panis apertis sunt oculi discipulorum, & cognouerunt CHRYSOSTOMVS. Sic illi antiqui fracto & gustato pomo, lapsi que in peccatum, omnia mala cognouerunt, primum nuditatem, tum omnia illic bonum fuerit, sed quod cum cognitione mali & nuditatis, vtriusque sit coniuncta notio. Tum more quodam suo vocat illam nuditatis cognitionem scientiam boni & mali, nō proprie, sed per similitudinem paruulorum. Qui cum incipiunt erubescere & tegere nuditatem, bona & mala dicuntur agnoscere. Donum autem Dei erat illa ignorantio nuditatis,

Nuditatis
cognitio
quid.

Arboris
scientie bo-
ni & mali
triplex sen-
sus.

idem faciebat ut ne eam agnoscerent, qui fecit ut discipuli, quibus cum tandiu vixerat, se non cognoscerent. De quibus postea. Tres igitur sunt sensus arboris sciendi bonum & malum, sed eodem concurrentes. Dicitur enim, quia per eam sciendum esset, bonumne an malum, parens an spernens, fortis & constans, an imbecillus homo. Dicitur quia per eam cogniturus esset homo, quantam iacturam fecisset, quantum præmium amisisset, omnibus in se ruentibus malis, fugam omnium bonorum, mala cum mortalitate & maledictione, bona cum immortalitate. Dicitur tertio, quia per degustari fructus occasionem cognouerunt se esse nudos, amissa scilicet puritate, & quadam sinceritate, à Deo largita, à peccato sublata. Et ut ait Eusebius, *ὅτι τῆ γυμνάσει τῆς ὑπακοῆς, καὶ τῆς ἁγίας ἡρώσεως αὐτῶ διδασκαλίας ἐπέσχετο.* Sic appellata est arbor, quod homini exercitationi obediendi, aut non obediendi data esset. Idem Theodorus & Seuerus qui bonum & malum, obedientiam & inobedientiam interpretantur, & ut aliquis locus testis est & signum alicuius facinoris, sic horum fuisse signum eam arborem. Sicut Galaad: id est tumulus testis, & puteus iuramenti. Et sicut lex lata Iudæis vocata est mors non natura, sed ex præuaricatione. Arbor erat probandi, quod siletur, sicut alia pleraque in omni hoc libro, tantum manifestioribus relatis, prius nudi non erubescerent, postea lapsi gnari nuditatis facti & pudibundi. Sed minimum id in hac arbore, magna que mysteriorum pars reticetur. Sicut inspirasse per nares, & spiritum humanum infudisse. Dixit enim quod esset manifestus & certius. Alioqui totum spiritum, animamque viuentem non declarauit, minima pars est inspiratio: Sic cognitio boni & mali relata est ad nuditatem tantum, cognitam pomo gustato, cum latius tendat hæc cognitio, & hoc malum. Omnes autem hi sensus inter se conueniunt, implicati mutuo, sicut arboris alicuius propagines. Nam Mose more suo, compendiose loquente, solamque cognitam nuditatem proponente, sapientes cognouerunt, hominem fuisse probatum, in virtute an vitio existeret, & hominem suam infelicitatem probasse, cum qua cognitio quidem nuditatis est secuta, sed & alia multa quæ poterunt prudentes intelligere. Symbolum quidem totius infelicitatis, fuit cognitio nuditatis cognitio boni & mali, cognitio autem nuditatis, fuga sinceritatis. Quæ breuibus scripta, sunt cogitatione & ratione euoluenda.

Et fluvius egypti abatur de loco voluptatis, ad irrigandum paradysum, qui inde diuiditur in quatuor capita.

Hæc quoque ex his sunt, quorum perdifficile sit, probabilem, naturalémque non coactam aut commentitiam asferre rationem. Quomodo scilicet concors theologia, cum historia possit ostendi, ut perhibente historia, quæ vera rerum dicitur cognitio, diuersas origines inter se distitas, habere hæc flumina, ex vno loco fluere dicantur in theologia. Tres igitur loci in hac descriptione paradisi inducuntur à Mose, oriens, Heden, hortus, seu paradysus. Oriens locus vniuersalior, Heden particularis, minus particularis hortus ipse. Atque in oriente aut ab oriente, erat Heden, in Heden erat hortus. Si locus igitur vniuersalis erat oriens, ab hac necessario parte erat regio Heden. Ac licet variatis habitationibus, varietur ortus & occasus: in diuinis litteris tamen, quæ ab Ægyptiis & Iudæis scriptæ sunt (Ægyptium dico Mosen, quia natus & educatus sit in Ægypto: Iudæos autem, qui postea ipsam Iudæam tenuerunt) oriens appellatur id quod etiam apud scriptores profanos ex parte dicitur oriens, Arabia, Persis, Babylonia, Mesopotamia. Iob igitur, qui fuit Arabs, adnumeratur inter filios orientis quos superasse diuitiis dicitur. Et mare salis, quod mare mortuum, ab aliis lacus Asphaltis, ponitur pro parte orientali Iudææ qui concremata & euerfa fertili regione, erupit. In libro Numerorum describitur terra Iudææ, quibus terminis esset inclusa: pars meridiana ponitur à solitudine montis Zin, quæ est Arabia deserta, ex parte sabulo & montibus in frugiferis & asperrimis horrida: pars orientalis, quod Hebraice kedma, est mare salissimum. Atque tametsi alii termini orientis censeantur, non adduco tamen nisi notiores. Iosue quoque cap. xv. Mare salum, idem scilicet lacus, est terminus orientalis. Iudicum quoque cap. vj. Vicini Amalek & Madian dicuntur filij orientis. Erat autem Amalek in Palestina, Madianitæ tenebant Arabiam, vnde portabant aromata in Ægyptum. Eodem loco Ismaëlitæ tales fuisse dicuntur. Tertio quoque Regum, dicitur sapientia Salomonis præcessisse sapientiam filiorum orientis, & Ægyptiorum, fortasseque primos innuit Magos Persarum. Esaiæ quoque cap. viij. Aram quæ ex Hebraico dicta est à Græcis & Latinis extensa dictione, Armenia, censetur ab oriente. Sequenti capite Palestini cum filiis orientis adnumerantur, Idumea, Moab, Amon. Item Hieremiæ cap. xlix. prædicatur sapientia Theman. Erant enim astronomi & harioli, vnde Balaam

Oriens in
sacris litte-
ris.

ABalaam de Armenia habitans iuxta Euphraten. Ibidem dicitur, surgite & ascendite ad Cedar, & vastate filios orientis. Cedar communiter ab Hebræis dicitur Arabia. Ibiq; sit mentio de tabernaculis & tentoriis & camelis, quibus ea potissimum vitur natio. Ezekielis cap. xxv. minatur traditurum se Amon filiis orientis, vicinis scilicet, quibus caulas & pecora attribuit, adnumeranturque ibidem filij orientis cum filiis Amon. Eiusdem cap. xxxix. Orientem maris memorat, quasi sinum Persicum. Gen. quoque cap. xxix. dicitur Iacob profectus in terram orientalem, proculdubio profectus est in Aram, id est Armeniam, siue Mesopotamiam, vnde & flumen transfuit. Trans flumen autem habitauerunt patres, & ad eorum stirpem missus est Iacob ad Laban. Nam in Mesopotamiam Syriæ, Hebraice Aram naharim, id est Armeniam fluminum, iubetur ibidem à patre proficisci, Genesitem cap. xxv. cum nati essent à Cetura alij filij Abraham à quibus erat Madian & Ephra, dicitur eis dedisse pater Abraham, partem ad plagam orientalem, Hebraice ad terram Kedem. Ex hac terra cum ibi multiplicati essent, post diluuium, profecti sunt in Senaar, id est Chaldæam, & Babyloniæ ij, qui ædificarunt turrim. Quorum superius describit catalogum, à quibus erat Euilat, & Iobab. Terram autem Euilat dicitur Phison primus fluvius Eden circumire. Iobab autem erat in Arabia, de cuius profapia fuit Iob. Ex quibus testimoniis sub vnum aspectum collocatis sine vlla dubitatione pronuntiandum est. Eden regionem paradisi quæ inter regiones orientis censetur, esse regionem attingentem Arabiam, Mesopotamiam quæ aut maxime, aut sola penè dicuntur orientales. Quod etiam & locus vniuersalis & particularis, & fluminum descriptio constanter affirmant. Primum quod kedem, id est partem orientalem, in Arabiam, Persida, Mesopotamiam, Armeniamque inferiorem, obuersam vbique à theologia prædicatur, in palestina quoque, & Ismaëlitas, & Idumæos. In quo etiam nostri consentiunt autores. Siquidem poetæ, Nabathæa regna, quæ vero nomine Nabaioth dicuntur, in ortum collocant. Totumque orientem consentiens diuinis litteris sic comprehendit Ouidius,

*Eurus ad aurozam, Nabathæaque regna, recessit,
Persidæque, & radius iuga subdita matutinis.*

Ouid. Me-
tam. l.

Sunt autem Nabathæa regna in Arabia, de quibus & Geographi multa, & nostri. Tenemus ergo locum viuieralem, ut è manibus elabi vix possit. Vt autem hæc melius intelligantur, & quid in diuinis litteris sit oriens, & eorum persuasio non recta innotescat, qui remotissimas ab hominum habitatione, paradiso attribuant partes, eas orientem dici à Mose putantes, sciendum est, duplicem esse partem orientis, alteram celebrem, notam, cuius omnes sunt, præcipue sacri libri commemoratione pleni, habitata, hominibusque frequentem ut primum à Noë facta est in diuersas terras filiorum distributio. Hæc ut dixi est Arabia, Chaldæa, Babylonia, sinus persicus. Altera autem pars orientis obscura, ignota, præcipue scripturæ sacra, quicquid ultra Babyloniæ iacet, versus orientem, Persis, India intra, & extra Gangem. Hunc inquam orientem neque à filiis Noë habitatum, nec vsquam in catalogo gentium, primorumque colonorum descriptione, dico commemoratum, ut remotiorem à Paradiso, & quo genus humanum, propter distantiam, nõdum peruenisset. Sicut nec in libris Mosis, & in catalogo inuenies Italiam, Hispaniam, Germaniam, Galliam. Nam hæc nationes ab illis ipsis quæ in catalogo censentur, post multa sæcula descenderunt, diffundente sese paulatim & veluti stagno crescente, humana prole. Quare quod à scripturis sacris perhibetur, & verissimum fuit omnium gentium principium continetur intra extremum occidentem, & extremum orientem. Intra Persida, Indiam Gangeticam ab ortu, ab occasu maximam partem Europæ & Africæ. Sciatis quoque omnes primam habitationem, principium quoque & natales generis humani fuisse in oriente celebri ac noto, id est, cis Indiã, Gangem, Susianã, Persida, eo loco qui appellatus est Kedem, quod fuit nomen vnius eorum, qui gentem Arabum creauerunt, à quo totus oriens, vicinæque regiones sunt nomen sortitæ. Nati autem in Armenia, aut propinquis Armeniæ locis, homines sensim totam terram repleuerunt, sed primum vicinas regiones, id est Assyriam, Mediam, Babyloniæ, Arabiam, Syriam, ac quasi in orbem in quodam veluti centro ac meditullio nati se diffundebat. Nati quidem sunt in Eden regione quam peragrunt duo cunctis scriptoribus cantatissima flumina Euphrates & Tigris. Inde ante diluuium alij in ortum, alij in occasum, in septentrionem alij, ceteri in meridiem abierunt. Non tamen procul inde prisco illo tempore. Ac secundus homo, omnium hominum primogenitus Kain abiit ad orientem, versus scilicet Babyloniæ, & Persida, non quidem procul à patre. Qui & ipse in oriente vbi & paradysus,

Oriens du-
plex pars.

quasi non procul à paradiso, licet eiectus è paradiso. Post diluuium magna facta sunt diuortia, superstita Noë, plus trecentis annis, & nepotes quàm maxime late in omnes partes diffundente. Tres autem, tanquam tres humani generis fontes, liberos suscepit Noë, quorum maior Shem eos genuit qui Septentrionem tenuerunt, Iaphet populos orientis, Cham meridianos. A quibus extremæ mundi post multa sæcula, vicinæ primis illis ætatibus regiones sunt repletæ. Oriens igitur in theologia, quæ hanc descriptionem catalogumque gentium, & principium & propagationem respicit, est omnis Arabia, & quicquid Arabiæ adiacet. Hinc Magi venerunt ab oriente, his scilicet Arabiæ, Chaldææq; locis. Quare locus paradisi vniuersalis oriens, non insolens, aut vltior ille paucis incognitus, aut vllus oriens vltra lunam, solisque vias, habitatissimus & nominatissimus in scripturis. Vtique igitur & regio paradisi inclusa cum oriente, habitabatur, habitaturque præcipue. Adeo enim hæc regiones habitatæ, vt hæc primæ expertæ consuetudinem humanam fuerint. Hæc de vniuersali loco, particularem flumina nobis ipsa demonstrabunt circumuentia terras Euilat, vel vt Hebraice, *חַיִל* Chauila, & Aethiopia, Hebraice *כּוּשׁ* Cus. Tum Tigris & Euphrates, primùmque nosse oportet.

Fluuius Pa
radisi.

Eden.

Cùm dicitur, Et fluuius egrediebatur, vt demonstraretur cum historia consentire theologiam, hortum seu paradysum fuisse locum particularem in Heden. Locum credo non magnum, sed tamen spatiosum. Eden autem vnam regionem puta trecentorum millium passuum. Veniebat igitur in Eden aliunde maximus fluuius, ab Eden manabat in paradysum, irrigato paradiso, & in quatuor omnes distributus, ibat in diuersas partes. Quocirca cùm ait: Egrediebatur de Eden: non ortum designat, neque fluminum manationem ex Eden, neque dicit in Eden flumen nasci. Exeunt enim Tigris & Euphrates de monte Tauro, dehinc per plana feruntur vsque in sinum Persicum. Inde igitur longo tractu, ab origine sua fluuius remotus, influebat Eden in Mesopotamia: Ibi cū paradysum inundasset, erat enim ducenta stadia patens, exempli causa, paradysus, diuidebatur in diuersas partes. Proposui superius exemplum notum & oculatum, nostrisque hominibus clarum de nemore, nec potest esse accommodatius. Nam Padus antea nemus illud opacum quàm stringat, maximus est fluuius labens ex Apennino centumque amnis auctus pleno alueo festinat in sinum Adriaticum: Antequam attingat paradysum, in duos amnes scissus, in meridiem altero, altero in ortum contendit. Is qui Ferrariam petit, nescio quo casu an arte potius propè supradictam urbem in duas alucos distributus cingit paradysum, dehinc redit in seipsum, efficiens rursum, non procul inde, duo flumina, inter se plurimū dissita. Tale quiddam effiebat in Mesopotamia fluuius natura, & ad morem cæterorum fluminum. Quod si non esset nunc eadem fluminum distributio, norimus non flumina modo, sed etiam maria & fontes & paludes, lacusque mutasse sæpe sedes, ipsosque amnes sæpe alueum variasse, sæpe plura capita, sæpe pauciora habuisse. Refert Polybius, vt isto nunc sim exemplo contentus, suo tempore Padum duobus hostiis in mare inferri. Ex quo manifestum est, tertium alueum, quo nunc nauigatur Rhauennam, post illud tempus accessisse. Nam cùm magnas extra alueum eruptiones faciat Padus, quod etiam Geographi perhibent de Euphrate, fieri potuit, vt vna fuerit eruptio, quæ vsque ad mare continuata, deinceps eundem, quem cepisset, cursum semper tenuerit. Quamobrem cùm magnus quoque esset fluuius, qui de monte Tauro, vel superius oriens, in se omnes circumuicinos amnes reciperet, cum delatum per latissimos Mesopotamiæ campos, idem multo magis fecisse quod nunc Padus, eo necesse est, quo est Pado incredibiliter maior, Tigris & Euphrates quæ maxima sunt flumina. Nam & si Tigris videatur aliam quàm Euphrates habere originem, propinqui tamen fluentes, paulo post inter se coeunt, vt vnus locus vtrisque ascribatur. Clara est igitur tota ratio, tenemusque vniuersalem & particularem locum paradisi. Tenemus etiam concordiam Theologiæ cum historia. Non enim egressus iste qui est in descriptione Mosaica, significat ortum, neque laborauit Moses horum fluminum originem ostendere, sed cùm esset paradysus locus amplius in Eden, regione lata, ab ea docet venisse ad paradysum maximum flumen, quam vbi attigisset, diuidebatur in plures partes. Effeceratque volente Deo natura necessario, vt locus quidam beatissimus ac felicissimus esset inter hæc flumina, à quibus intus & extra, passim irrigabatur. Eoq; arbores paradisi sunt in scripturis cantatissimæ, quorum proceritati ac viriditati, maximi ac florentissimi reges comparentur. Non recedamus ab oculato insigniq; exemplo, padus nõ facit vsquam has alueorum, amniumq; distributiones, nisi ab Apennino vbi oritur, remotissimus, & iam mari propinquus. Sic in Mesopotamia,

Mesopotamia, quæ est multipliciter campis Italiæ Apennino subiectis, latior, non fiebat flumen, nisi distantissime ab origine, partitio. Diuisio duobus modis potuit fieri, vt vel maximus fluuius vbi paradysum efficeret, in quatuor alucos distribueretur, inter quos ipsa paradysus floreret, in tres quasi partes diuisa, quatuorque quasi riuus irrigata, qui inde in diuersas partes cõtenderent, aut primum in duas partes, paulo autè inferius diuidebatur vt ergo. Aut quod post dicitur, duos amnes magnus facit Euphrates Phisontem, & Gehonem, proficiscensque vltius iungitur cum Tigri, qui & ipse bibens aquas Euphratis, cum Euphrate in eadem regione memoratur. Atque id quod ait Moses. Qui inde diuidebatur, potest aut ad paradysum, aut Eden referri, vt in regione quidem fieret diuisio paradysus ab vno istorum irrigaretur. Hinc locus dictus Eden, quasi voluptas, fertilis, fortunatus, plenus pacis & amenitatis, plenus fructuum, vbi & nata animalia facile nutrirer herbarum fertilitate, & homo fructibus affatim expleri poterat. Quibus declaratis ad ipsa flumina, quibus omnia dicta facilius noscentur, accedamus.

Nomen vni Phison, ipse circumit omnem terram Euilat.

Hæc flumina non cognita, totam descriptionem paradisi & locum obscurabant. Atque in opinionibus superiorum, Hebræorum, Græcorum, & Latinorū nihil fuisse certi declarat varietas ipsa sententiarum. Nostri passim arbitrantur Phison esse Gangem: Quidam Hebræorum Nilum, quos citans Rabi Moses Maimon ait, Et secundum priores Phison est Nilus Aegypti, qui circumit omnem terram Chauilæ huius, inde super faciem totius Aegypti extensus influit mare magnum ad Alexandriam. Alij ausi sunt hac tempestate dicere Indum Phison, Gangem Gehon, qui de monte Caucaaso oriuntur. Eoque ad montem hunc, paradysum constituerunt. Quod non sacris litteris modo, sed etiam natura est contrarium. Est enim illic locus frigidissimus, vt neque Adam nudus illic versari, neque pecora & arbores nasci facile potuerint. Tum locus est, quem nusquam scripturæ agnoscant. Refragatur etiam Euphrates & Tigris, qui procul à Caucaaso & oriuntur & fluunt. Nec satis erat duorum fluminum origines habere concordēs, oportebat & aliorum duorum ortum conciliare, & alia videre consequentia. Nam & illud eos sefellit, quod Euilat crediderunt esse & dici Indiam, secuti videlicet persuasiones aliorum. Nos autem probabimus Euilat non esse Indiam. Rabi Salom est vnus horum, quos citat Moses, Nilum dicens esse Phison, dictum ab Hebraico *פַּיִסוֹן* pafsa, id est excrecere, inundare: id autem facere cum primis Nilum in Aegypto. Atqui si hoc esset, non dixisset, Ipse est qui circumit omnem terram Euilat, sed potius, omnem terram Aegypti, quod sæpe de Nilo in theologia dicitur. Eucherius nosster, vide quàm recte, Phison ait esse Ganges, qui nunc est Nilus. Nos autem tempus fuit cum auxilio diuino sperabamus ambiguitatem sese in his fluminibus offerentem, posse dissoluere. Itaque nunc si pro diagrammate reperto dicitur Pythagoras amplissimum fecisse sacrificium, multo maiores decet nos habere gratias, quod duos fluuios Phison & Gehon aut deprehendimus, aut proxime ad eos accessimus. Obscurabat autem paradysum quod Gehon quem Nilum, multi propterea quod omnem terram Aethiopiæ obire dicitur, putare cogebantur, fluit à meridie, paradysus ab ortu situs est. Tum videbat ratio fieri non posse, vt distantissima flumina, vnum locum alluerent. Nos igitur obseruatis regionibus quas hæc peragrare flumina dicuntur, docemus neque Phison esse Gangem, neque Gehon Nilum. Non potest enim in scripturis sacris esse mendacium, aut à vera historia discordia. Euphrates & Tigris à septentrione, Nilus à meridie, quomodo vnus loci flumina? Primum ergo dicimus Phison, Gangem esse non posse. Ganges vltra Persida, vltra Parthorum montes per campos Indiæ decurrit, ille nascens in paradiso necessario adiacet duobus. A Mesopotamia, ab origine duorum ad Gangem, latitudo fermè viginti graduum: Quomodo vno in loco? Chauilam præterea inuenimus Mesopotamiæ, Arabiæq; adiacere. Siquidem tametsi duo Chauila fuerunt, hunc tamen, cuius regionem peragrat Phison, constat esse filium Iactan. Nam fratres Sabæ, qui nationem Sabæorum Arabum condidit, fuit Ophir, quæ memoratur inter regiones aut insulas sinus maris rubri: fuit Iobab, vnde Iob Arabs, estque regio Arabiæ, Nominibus virorum primorum colonorum, terris & prouinciis nuncupatis. Credendum igitur fratres propinquas habitationes tenuisse. Habitatio quoque Chauilæ ponitur à Messa, regione Arabiæ, Mesopotamiæ adiacente. Ergo inter Arabas, Chauila. Tum aurum quod in isto flumine perhibetur nasci optimum, testatur regionem propinquam Ophir, vnde

Phison flu-
uius.

tempore Salomonis aduehebatur aurum. Hinc etiam aromata, aromata autem in Arabia. Ergo vicina Arabia Eden. Nam apud Ezechielem cap. xxvij. nominatis negociatoribus deferentibus in Tyrum merces nominantur negociatores regionis paradisi Eden, dicunturque portasse aromata, lapides pretiosos his verbis. Venditores Saba, & Rema, ipsi negociatores tui, vniuersis primis aromatibus, & lapide pretioso, & auro, quod proposuerunt in mercatu suo, Charan & Cannæ, & Eden negociatores Sabæi. Sic enim habet Hebraicum, pro eo quod nostra habent negociatores tui סבאים & רמאים negociatores Sabæi. Ecce negociatores Sabæi, negociatores Eden. Ecce aurum, in flumine paradisi nascens, omnia beatitudinem, opulentiam, fortunamque loci testantia, Et nomen felicitis Arabiae respondens, Eden voluptati. Hedoni, Græce ἡδονή. En & arbores paradisiacæ vitales. Sic & Græcum σέβασται, Sebesthæ, id est colere venerari, à Saba, quod ibi esset thus, quo Deus colitur, & à diuinitate regionis.

Solis thurea virga Sabæis. Ac forte Canne vna adiacentium prouinciarum Heden, dicta est quod canna sit calamus aromaticus, licet Canna per coph scribatur apud Hebræos: Sed caph & coph, vt nominis, sic transitus affinitatem habent. Auri igitur & lapidum pretiosorum, tantum in isto flumine Phison commemoratio, arguit ibi paradysum esse, vnde postea docuit theologia afferri aurum. Ac Bdelium incunctanter afferendum esse vniorem seu margaritum, crystallum nulla ratione, aut arborem aromaticam, in fluminibus non nascentia. Et hic de lapidibus sermo est, Attestantur aliquot Hebræi, suffragatur mannae similitudo, quo exemplo vidi postea quosdam Hebræos vt. Athenus item multis in locis perhibet nasci margaritum, è quibus vnus est, vbi sunt flumina paradisi. in Armenia, Babilonia. τοδὲ ἐστὶ ἀδρόν καὶ μαργαρίτης, ἔχον ἐν αὐτῷ σάβρα καὶ μεζάλλω. Idem margaritum est ingens, oblongum, & in eo carnis plurimum. Plinius infulas Calcandron & Tylon in sinu Persico vbi erumpunt flumina paradisi, quæstuosos margaritis esse perhibet. Quod autem vertit onychinum, lapis est ad similitudinem vnguis, à quo & dictus. Chaldaeus dixit Burla, id est berillum, Septuag. ὀψάσωνορ prafinon, porraceum, quasi hoc ipsum quod & Chaldaeus. Rabi Moses lapidem album, id scilicet quod & Hieronymus, Aquilam & Symmachum secutus. Talis enim fere est onyx. Retulit igitur hæc Moses ad sua tempora, cum adhuc regio paradisiaca ferret aurum, lapidesque pretiosos. Temporèque Salomonis perseuerauit. paradysus igitur ante hominem exortus, à fluminibus, quibus natus erat, alebatur, irrigabatur, vegetabatur. Flumina præstiterant, vt nemus opacum ante natum hominem, omnigenis plantis humore fluminum, & calore regionis vehementi fertilissimum surgeret. Phison ergo est Hebraicum nomen, sonatque incrementum, exuberantiam, fecunditatem, nascens ex Euphrate, vna quasi ex eo eruptio, vnus alueus versus Arabas Chauilaeos proficiscens.

Nomen fluvio secundo Gehon ipse est qui circumit omnem terram Aethiopiae.

Regionem paradisi clamant rationes, & theologia esse orientalem, tria flumina deprehendimus orientalia, Euphraten, Tigrin, Phisontem: liquido igitur Gehon non est Nilus meridionalis, nascens ad montes lunæ, & per catarractas delapsus, alluensque Egyptum, mare Aegyptium influens: Illa autem mare oceanum, ad sinum Persicum. Tum si Gehon est Nilus, cur quod maxime memorabile, non dixit eum circumire Egyptum, quam non solum peragrat, sed etiam inundat totam? Cur non dixit. Ille est qui circumit omnem terram Aethiopiae, & Aegypti, aut Aegypti tantum? Alius ergo Gehon quam Nilus, particularis eruptio ab Euphrate. Probòque & Gehon esse Iudææ propinquum, & Aethiopia in libris Moysi & apud ceteros scriptores esse, non illam solum meridionalem, sed etiam aliam quandam orientalem. Est igitur duplex Aethiopia, vt Homerus antiquissimus vates, & consentanea diuinis litteris saepe canens, locupletissime testatur:

Gehon non esse Nilum.

Aethiopia duplex.

Homer.

Odyss. a.

Αἰθίοπας τοὶ διὰ δὲ δάματα ἔχουσι ἀνδράσι,

Ὅτι μὲν δημοσίως ἄφρονος, οἱ δ' ἀμόντος.

Aethiopes extremi homines, geminique coloni,

Nanque sub occasum hi degunt, aliique sub ortu.

Occidentalis.

orientalis.

Homerus ait alios Aethiopes vergere in occasum, alios in ortum. Qui sunt enim alij occidentales Aethiopes, nisi quos peragrat Nilus, fluuius sub occasu hyemali, ferèque vterius exoriens? Hæc Aethiopia Libyæ est, maximè latus totius Africæ. Eaque est Aethiopia in qua degunt Christianissimi hominum, sicut olim optimi omnium ethnicorum, quippe ad quos libenter Deos diuerterentur. Alia est Aethiopia orientalis, alterum videlicet latus. Fin-

Aduntur enim duo latera à mari rubro, introeunte in terras, & pene mari mediterraneo sese associante, alterumque cadit in ortum, alterum in occasum, inter quæ labitur sinus Arabicus, ab aliis mare rubrum appellatum. Quo fit vt ob propinquitatem, solo enim mari diuiduntur, vtrique dicti sint Aethiopes. Quod etiam Strabo testatur, hos ab Homero dictos orientales Aethiopes asserens. Vide igitur quàm bene declaretur per Homerum Moses: Moses omnesque alij scriptores sacri, testantur paradysum esse orientalem, Homerus monstrat quosdam orientales Aethiopes. Hos igitur, non illos circumit Gehon. Ideoque is non est Nilus, quippe qui occidentales & meridionales Aethiops circumfluit. Deinde quod clarius est, refert Rabi Dauid nomen Hebraicorum interpretis in suo cornucopiae, eosdè esse Aethiops, Madianitas, & Ismaelitas. Claret autem è sacris, & profanis scriptoribus, Hos esse Arabas, Madianas & Ephra filij Abraham ex concubina, quos pater adhuc superflus, dicitur à filio Isaac separasse ad plagam orientalem. Ergo Madianitæ orientales, qui & cum Ismaelitis adnumerantur. Et Gen. cap. xxvii. dicitur, Vendiderunt eum Ismaelitis: Tum addit, Madianitæ vendiderunt Ioseph in Aegypto. Ex quo videmus Madianitas esse Arabas, qui deferrent in Aegyptum aromata, & è Palestina, vbi emerant Ioseph, proficiscerentur in Aegyptum. Aperte autem Ismaelita sunt Arabes. Iam vero concordat & hoc, quod vxor Moysi, filia Ietro sacerdotis Madiæ, dicitur fuisse Aethiopiissa, Hebraice Cusith. Erat ergo de Madian. Quasiq; hoc loco apud Mosen cum dicitur, Ipse circumit omnem terram Aethiopiae, intelligendum est, omnem terram Madian. In oratione quoque Habakuk, cum dicitur, Vidi tentoria Aethiopiae, turbabuntur pelles terræ Madian, Duo expressa indicia eorum quæ diximus colliguntur: primum quod memorat simul Madian & Aethiopiae, ex quo superiora confirmantur, tum attribuit pelles & tentoria his gentibus, quo claret hos esse Arabas Shenitas, id est sub pellibus aut tentoriis degentes. Shenitæ autem Arabes adiacent Mesopotamiae, imò pars eorum in Mesopotamia est, ad paropotamiam. Tum in Psalmo cum dicitur, Ecce alienigenæ & Tyrus, & populus Aethiopus hi fuerunt illic. Aspiciamus gentes vicinas ab eo comprehendij, & pro alienigenis semper in Hebraico est, Palestini, quos Septuaginta transferunt ἀλλοφύλους. Omnia igitur clarent. Nam Chauila, quæ corrupte Euilat regio primi fluminis Phison, est propinqua Sabæis: Madianitæ vero erant Sabæi, & ex Arabia. Hic quoque circum sunt Euphrates & Tigris. Nam Tigrim expresse dicit Moses ferri per Assyriam à parte orientali, cum ait, Ipse vadit contra Assyrios, Hebraice Kidmat Assur, plagam orientalem Assyriæ: idq; etiam Strabo & ceteri: præterea suspicatos etiam Septuaginta interpretes Aethiopiae dici latus maris rubri quod vergit in ortum, attestantur hi loci. Vbi dicitur in Psalmo, Tu confregisti capita draconis, dedisti eum escam populis Aethiopum. Pro dracone Hebraice Leviathan, piscis ingens. Figurata innuit Pharaonem in mare demersum, & ad littora cum omni exercitu eiectum. Eiectus autem est in eam littorum in qua erant Hebræi. Erant autem ad latus orientale versus Palæstinam, & montem Sina, qui in Arabia. Huc canit eiectum piscem ingentem, superbum, datumque in escam populis Aethiopum. Ac quamquam pro Aethiopibus in Hebraico sunt זיִים Ziim, exusti, squallentes, sitientes, signatque populos Arabiae incultæ, Septuaginta tamen eos crediderunt esse & dici posse Aethiops. Similiter alio in Psalmo quo dicitur: Coram illo procident Aethiopes, sunt item pro Aethiopes, Ziim. Canit autem Psalmus, venturos de Saba populos aurum & thus deferentes. Appellatque hos Aethiops prædicens eos regem adoraturos. Sic Magi sub Christo venisse dicuntur ab oriente, aurum thus & myrrham deferentes. Tria congruunt cum paradiso & Aethiopia irrigata à Gehon prædicuntur Aethiopes venturi ad adorandum regem. Vbi venerunt, dicuntur Orientales, portasse aromata, ex quo erant Arabes, qui idem & Aethiopes in psalmo dicebantur. Tum erant Magi, Magorum autem patria fuit Babilonia, Chaldaea, Persia, Mesopotamia. Nam Balaham Magus dicitur habitasse super flumen filiorum Arnò, Chaldaeusque interpretatur Euphraten, & Hebræi subscribunt. Aramaeus igitur erat, siue Mesopotamites. Aurum quoque allatum, auriferum paradisi flumen demonstrat. Tres locos de auro perhibentes conferas. Chauila in Genesi propter flumen Phison producit aurum optimum. Aurum in libris Regum aduehebatur sub Salomone, de Ophir, qui fuit frater Chauilæ. In Euangelio venientes ab oriente Magi portant aurum. Omniaque inclinant in Arabiam, siue Arabiae vicinas regiones, & omnia in orientem vniuersaliter, particulariter in regiones fluminum paradisi, quas esse propinquas quia flumina ab inuicem separantur, necesse est. Nulla denique superest dubitatio quin Aethiopia in sacris litteris, sit Arabia

Madianitæ Arabes. Ismaelitis Arabes.

Shenitæ Arabes.

Psal. 73.

Psal. 71.

Balaham.

propinqua. Dicitur enim 11. Paralipo. xxi. Suscitavit ergo dominus contra Ioram, spiritum Philistinorum, & Arabum, qui confines sunt Aethiopicis. Hebraice Cuf. Ecce Palestini, Arabes, Aethiopes vicinæ nationes. Ergo fluvius Cuf, fluvius Arabiæ propinquus. Quibus rite examinatis, probeq; discussis, cognoscimus Aethiopes non solos esse meridianales & occidentales, sed in diuinis litteris potius orientales. Quoniamque sub Ezechiele negociatores Heden vendebant aurum, lapides pretiosos, & odores, quæ sunt à Magis oblata, cognoscimus, quasiq; manu tenemus paradysum. Inde & Magos venisse, Inde Sabæos, & Arabes opulentos: reginam Sabæ, quæ quoddam de genere Magorum sapientumq; erat, desideravit audire sapientiam Salomonis, voluitque eum tentare in ænigmatibus. Et quia Sabæa erat & prope regionem paradysi tulit aromata, aurum, gemmas, quæ sub Ezechiele in Tyrum è regione paradysi Heden aduehebantur. Eoque forsân hæc natio cæteris melior, quoddam propinqua paradiso, & humanum genus natum ibi & propagatum, & audita vox tot annis primorum parentum, tum ad cultum posteritatem inflammantium, tum mysteria multa tradentium. Hinc Homerus fortasse, scriptor antiquissimus, in quo magna sæpe vestigia sapientiæ deprehendimus, fingit ad Aethiopas diuertere & epulari Deos, Sabæos videlicet istos pios & sapientes, & odoribus suauissimis altaria Deorum suffumigantes, quos odores Dij captantes, sæpe ad eos adeant epulaturi. Hoc Homerus dicens, certissime non occidentales, sed orientales Aethiopes innuebat, eoque statim apposuit discrimen, alios ad ortum, alios ad occasum sitos. Nam Aethiopia occidentalis paucis ab hinc annis habitata, vel cognita. Et suo tempore Hieronymus supra Nili catarractas omnia dicit fuisse plena serpentibus, & monstris. Nunc etiam squallet regio late multorum dierum iter, satyrorum gregibus, pantherarum, pardorum, horribilis, incolarum vero relatu à nobis audita. Ac quos Aethiopas minatur Esaias à Rege Babylonio euertendos, erant infra catarractas. Quibus declaratis ostensa est regio paradysi, & Gehon cæteris fluminibus adiacere. Ac forte Gehon iste est de quo liber Regum loquitur, Cum de Rege Salomone vngendo pater præcipit. Et ducite eum in Gehon, & vngat ibi eum Sadok sacerdos, & Nathan propheta in regem super Israël. Quod suspicatus est etiam Rabi Abraham. Quamquæ Chaldæus transtulit Siloë, & sequitur Nicolaus cum Rabi Salomone. Est, inquam, forte Gehon iste, ille paradysiacus. Nam Euphrates alter fluuius paradysi, attingit Iudæam. Erat enim vnus è terminis, quibus terra sancta claudebatur. Itaque & Gehon potuit ad aliquod aliud latus eam attingere, ibique tanquam in sinibus regni, reges vngi. Porro Gehon, Hebraice Ghihon, dictum est à Gacha, exuberare, erumpere, vt sonet scatentem, longèque manantem fluuium. Nec nos moueat quoddam recentis Aethiopes, qui è regionibus illis interdum veniunt ad nostra loca, Nilum appellent Ghehon: sequuntur enim suspicionem cæterorum, propter in libro Mosis commemoratam Aethiopiam. Minus etiam quoddam Septuaginta interpretes Shichor, id est Nilum, interpretentur interdum Gehon, fuit enim eorum suspicio Gehon esse Nilum. Euphrates autem & Tigris etiam Hebræis notissimi. Tigris à velocitate vel animalis, vel quia lingua Persica & Medorum Tigris sagitta. Hebraice Kidekel, Chaldaice Diglath. Et Plinius locum vbi Tigris tardior fluit, ait appellari Diglitho, qui & flumini dedit nomen apud Chaldæos. Vbi concitatior fertur, dici Tigrin. Euphraten Græci, quos sequitur diuus Ambrosius ab *εὐφρατῆ*, latiflaco, propter vberitatem, forte & ab Hebraico hu perath.

Vt autem demonstratio sit perfectior, hæc iterum & quasi sub epilogo repetimus. Non solum non cogi nos quicquam enorme, & extra terras de paradiso fingere, sed eum penè à scriptura, quo sit in loco demonstrari. Si notissima sunt flumina Tigris & Euphrates regionem paradysi influentia, si duo alia flumina Phison & Gehon sunt duobus his notis fluminibus propinqua, certe tenemus ipsam prorsus regionem, nulla re dissentiente, nihil non mirabiliter congruente & concordante. Dico Aethiopiam regionem fluminis Phison non distare à Mesopotamia, imò adiacere, dico Chauilam similiter non distare, sed adiacere. Chauila propinquat adiacetq; Mesopotamiam, duabus clarissimis rationibus. Dicitur in Genesi: Habitauerunt à Chauila vsque Sur, quæ respicit Aegyptum. Cap. autem decimo, Chauila & Ophir fratres, & Sheba filij Iactan, dicuntur habere habitationem à Messa vsque ad Sepher montem orientis. Messa igitur vnus ex his qui Arabiam desertam occupauerunt. Ptolemæus quoque Messanos ponit in Arabia deserta, & Esitas, qui Vitis, vnde Iob Arabs de terra Vs, & in oriente. Ponit ibidem Théma, & Nabatæos iuxta Syriam. Si Messa ergo regio est in Arabia deserta, & ab ea vsque ad Sepher montem Babyloniam habitauit Chauila, profecto

Chauila, quam Hebraei Chauila, vbi sita. Messani. Vitis. Théma. Nabathæi.

A profecto intra montem & Messam est Chauila. Vt Messa sit occasus, mons ortus. Termini Messæ sunt à Chauila, termini Chauilæ sunt à Messa, ergo vbi Messa, ibi Chauila, Messa in Arabia vbi attingit Euphraten, teste Ptolemæo cum cæteris, ibidem ergo & Chauila. Sicque probatur neque Chauilam esse Indiam, neque Phison Gangem. Deinde probatur hanc esse regionem cum cæteris fluminibus paradysi adiacentem. Nam Strabo & Ptolemæus ostendunt Arabiam attingere Mesopotamiam. Et Syriam quæ dicitur Hebraice Aram, id est, Aramaea habere ab ortu Euphraten & Arabas Shenitas. Partemque Mesopotamiam hos Shenitas Arabas incolere. Et ipsa scriptura ait, Chauila & Sur, id est, Syriam fuisse terminos habitationis filiorum Ismaël, scilicet Theman, Cedar, Nabaioth, & Massa. A quibus Arabum gentes exortæ sunt, Themanitæ, Cedareni, Nabatæi, Massanitæ. Et à Ptolemæo commemorantur omnes inter Arabes. Ergo istorum habitatio duos habuit terminos, Chauila & Sur. Non distat ergo Chauila à Sur, id est Syria, imò inter Syriam & Chauila sunt nationes Arabum. Ergo vna è regionibus Arabiæ est Chauila, vt videat eam sic posse describere. Chauila est regio orientis adiacens Mesopotamiam, habens ab occasu Arabas Messanitas, à Meridie Aegyptum, ab ortu montes orientis Sepher, à Septentrione Assyriam. Altera ratio quæ palam demonstrat, quæ regio sit Chauila, & astipulatur his quæ diximus, est quoddam inter gentes Arabiæ, qua parte contingit Mesopotamiam, Strabo censet hos populos Chaulatæos, Nabatæos, Agræos. Quis ergo non liquidissime perspicit Chaulatæos esse Chauilatæos, id est, prouinciæ vel regionis populum à Phisonte peragrata? Hos Ptolemæus appellat Chanchabenos corrupte, imò vero non Ptolemæus, sed hi qui vera populorum, nationumque nomina nescientes, ea vbi que deprauarunt, sicut vocant Agarenos, Agræos, id est filios Agar. Et Armenos qui Aramei apud Syros dicuntur Strabone teste. Sunt ergo Chaulatæi gens, vt ostendit Ptolemæus & Strabo, habitas iuxta Euphraten. Sicq; videmus Geographiam cum theologia vnde quaque concordem. Theologia demonstrabat Chauila esse regionem Arabiæ, id ipsum confitentur Geographi. Ex geographis quiddam clarius accedit, eos esse iuxta Euphraten, probe Nabatæos. Quod clare attestatur paradiso, eum videlicet fuisse locum, cuius flumina ibi inter se propinqua in propinquas regiones abirent. Quid quoddam vicum nomine Chalaa in Arabia in locis pacatis, ad flumen Euphraten situm commemorat Strabo? quem videtur Ptolemæus appellare Calathua, corrupte certe. Est enim Ptolemæus apud Latinos mendosissimus.

Ex his sequitur alia perspicua demonstratio de regione fluminis Gehon. Regio vocatur Cus, nostri transtulerunt Aethiopiam, nos ostendimus Aethiopiam vel Cus, esse & ipsam regionem Arabiæ. Etenim Madianitæ sunt Arabes, quia sunt iidem Ismaëlitæ & Madianitæ. Ismaëlitæ autem sunt Arabes, ergo & Madianitæ. Madianitæ autem & Cusei sunt iidem. Nam vxor Mosis de Madian dicitur fuisse Cusea, & tentoria Madianea & Cusea apud Habacuc, demonstrant vnam & eandem hanc esse gentem, & demonstrat eam esse Arabas Shenitas qui à tentoriis vel pellibus, sub quibus degunt, sic vocantur. Vide igitur, quid sequatur. Prior ratio probauerat Chauila esse regionem Arabum Shenitarum, hæc ratio probat etiam Cuseos esse Arabas Shenitas. Ergo liquet Cuseos & Chaulatæos esse sibi propinquos, & facile in propinquas has regiones diuidi duo flumina paradysi. Ex quibus omnibus sequitur perfecta demonstratio, situs, fluminum, regionum, & ipsius regionis paradysiacæ. Vna est regio Heden quam quatuor circumeunt & influunt flumina, inde potentia propinquas terras, Tigris & Euphrates Mesopotamiam, Phison & Gehon Arabiam, hinc Cusæos, illinc Chaulatæos. Adiacent autem Mesopotamia & Arabia. Ac quanquam hæc duo posteriora flumina non commemorantur à Geographis, scito tamen eos maiora flumina celebrare, innumera minus insignia omittere. Phison & Gehon non incluta, nec lata flumina suspicor esse, sed multo Tigri & Euphrate minora. Atque arbitrator qui primus solus Euphrates est postea commiscetur Tigri, appellari primum Euphraten, deinde hunc ipsum mixtum cum Tigri, Tigrin dici. Ex Euphrate autem vbi Arabiam & Syriam attingit, duos annes diuidi, quorū alter Chaulatæos, alter Cusæos præterfluat. sicq; fieri vt ex vno fluuio qui locum voluptatis allueret, fierent quatuor flumina. Primum Euphrates est ipse solus, qui idem postea cum Tigri commixtus, ibique nomen Euphratis amittens, ab incolis Tigris appelletur. Fit autem id in Babylonia supra locum qui dicitur Teredron. Proposui superius aliam quoque rationem. Antequam autem Euphrates cum Tigri miscetur, solus ipse duos alueos aut eruptiones faciens versus Arabiam proficiscitur, sicut Nilus multas habet fossas, multos efficit annes. Septemplex est cum in mare euadit.

sur.

Chauila regionis descriptio.

Cus regio.

Madianitæ & Cusei sunt iidem.

Danubius item in multos amnes diuiditur, vbi ponto Euxino propinquat. Padus item non procul à mari sese in plures amnes partitur. Quorum vnus circumit omnem terram Rhaeuennæ, vt more scripturæ loquar, alter omnem agrum Ferrariæ.

Quibus positis addo quasdam coniecturas super regione paradisi, quam cum in Arabiæ finibus & Mesopotamiæ inuenerimus, dico non iniuria fuisse hic paradysum locum fertilissimum, felicissimum. Triaque adhibeo super fertilitate & felicitate huius loci testimonia. Primum Quintus Curtius hæc loca describens, & omnia quæ ad hunc locum attinent, declarans, de Alexandro ab Arbella vico vbi superauerat Darium proficiscente Babyloniam hæc memorat. Euntibus, inquit, à parte læua, Arabia odorum fertilitate nobilis regio, campestre iter est, inter Tigrin & Euphraten iacens, tam vberi & pingui solo, vt à partu repelli pecora dicantur, ne facietas perimat. Causa fertilitatis est humor, qui ex vtroque amne manat, toto ferè solo per venas aquarum refudante. Ipsi amnes ex Armeniæ montibus profluunt, & magno inde aquarum diuortio iter quod cepere, percurrunt. Duo millia & quingenta stadia emensi sunt, qui amplissimum interuallum circa Armeniæ montes notauerunt. Item cum Mediæ & Gordianorum terras fecare ceperunt, paulatim in arctius coeunt, & quo longius manant, hoc angustius inter se spatium terræ relinquunt. Vicina maxime sunt in campis, quos incolæ Mesopotamiam vocant. Mediam nanque ab vtroque latere concludunt. Eadem per Babyloniorum fines in rubrum mare prorumpunt. Hæc ille, Quibus & descriptionem & ortum & naturam, distantiam quoque inter se duorum paradysicæ regionis fluminum cognoscimus. Fertilitatem item & fertilitatis causam. E Deinde Arabiam inter hæc duo flumina odoribus nobilem, solo pinguisimo & vberissimo, loca beata & paradiso vndequaue congruentia. Audimus Arabiam & Mesopotamiam inclusas inter hæc duo flumina. Tum hæc ipsa inter se maxime propinqua in Mesopotamia, ex quo non solum qua ratione demonstrauius regio paradisi ab his duobus irrigabatur, sed etiam separatim ab vtroque intra & extra flumina iacens. Strabo quoque felicè Arabiam testatur tertio libro esse intra Euphraten, partem videlicet eius extremam, non eam quæ vergit in mare rubrum. Idem refert terram Nabateorum Arabum, omnium rerum esse feracem. Postremo hoc argumento, ait Arabiæ fertilitatem comprobari, quod Alexander qui totum orientem subegisset, Arabiam præ cunctis regionibus elegerit, in qua regni sedem constitueret. Quanta sit item Mesopotamiæ & Arabiæ & Syriæ, id est regionum, quas peragunt flumina paradisi affinitas sic demonstrat: Armeniorum, inquit, Syrorum, Arabum natio, magnam præ se fert generis coniunctionem, seu linguam, seu viuendi ritus, siue corporis lineamenta consideres, cum maxime finitimi sint. Indicio est Mesopotamia ex his tribus constituta gentibus. Et quos Græci Syros, ipsi Armenios & Aramæos vocant. Hæc dicente Strabone, profecto videmus omnia omnia rationi consentire, vt his in locis sint flumina, locis & nationibus inter se propinquis. Idem, Mesopotamia, inquit, regio à multis fluminibus irrigatur, quorum maximi sunt Tigris & Euphrates. Idem quoque Euphrates, ait effusiones, quæ Arabiam versus, & lacus & paludes efficiunt mari Persico proximæ. Ecce eruptiones Euphratis versus Arabiam videlicet Chaulataos, & F Cusæos, quæ quidem in sinum Persicum deferuntur. Sic & flumina multa in Mesopotamia perhibet esse quam regionem dicebat è tribus gentibus constitutam. Plinius autem ait scindi Euphraten, in duos alueos, læuo Mesopotamiam, dexteriore Babyloniam perere vsque Vram, quæ Vr, in scripturis. Hi aluei possunt esse flumina paradisi. Has etiam profero coniecturas paradysum in his esse locis. Siquidem propheta Amos intentans ruinam Syriæ numerat loca & reges. Primum Damascum, tum campum Idoli, quod Hebraice campum Auen. Deinde, Beth Heden, quod Hieronymus transtulit domum voluptatis. Verum Hebræi dicunt esse nomen loci: postea addit propheta, Et transferetur populus Aram. Ergo cum prius & posterius minetur Aramæis, & in his includat Beth Heden, certe in his locis erat illa Heden Mosis, vbi erat paradysus. Et flumina consentiunt, & regiones Mesopotamia, Arabia. Præterea Ptolemæus & Strabo & Stephanus urbem in Syria censent, eam appellantes paradysum. Aut igitur ibi est paradysus Mosis, vnde apud Hebræos & Græcos nomen traxerit, aut certe non procul. Deinde constans quadam fama est, in agro Damasceno hominem fuisse formatum. Crede mihi, non ab re vulgata est hæc fama. Et ager Damascenus laudatissimus ab historicis & Geographis perhibetur: plenus odoratarum arborum, citrorum, citriorum, quæ forte fuerunt arbores paradisi aspectu decoræ, dulces in locis illis calentibus, allatæ è Media in Italiam, antipharma, pocula, si quando

læuæ

Asauæ infecere nouerçæ. Mala aurea hortorum hesperidum fortè paradisi, vbi & serpens custos. Deinde cum superius ostensum sit; Charan & Heden esse propinquas, probamus Charan esse cis Euphraten. Venerunt, inquit, vsque Charan, & habitauerunt ibi. In Iosue autem dicitur, Trans flumen habitauerunt patres nostri. Ergo traiecerunt flumen Euphraten, venientes in Charan. Aut circum Euphraten erant. Sic & Heden quæ censetur cum Charan duobus locis apud Ezechielem, & apud Esaiam. Prior: Charan & Canne & Hede negociatores tui. Posterior, cap. 37. Nunquid eruerunt eos Diis gentium quos subuerterunt patres mei, Gozan, & Charan, & Resheph, & filios Heden, qui erant in Thalassar. Quo loco expresse nominantur filij, id est incolæ Heden, regionis paradysicæ, quos à patribus suis euerfos iactabat rex Assyriorum. Neque enim sunt duo Heden, nec solita distinctio. Hic habet locum, omnibus in vnum atque eundem conuenientibus. Charan quoque, vt etiam obseruauit optimus doctissimusque vir Hermolaus Barbarus, est oppidum haud procul Euphratæ Arabiæ nundinarium. Ecce Charan, iuxta flumina paradisi. Sic circum erat Heden.

Tulit ergo dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur & custodiret illum.

Ostendimus superius non solum ratione suffragante, sed etiam Hebraica locutione arbitrio attestante, hominem non extra paradysum, sed in ea ipsa creatum, ibique constitutum habitasse. Est quæ hoc loco tertia propemodum ἀνακεφαλαιώσις, quasi quæ nouus epilogus, primum enim creationem vsque ad sextum diem protraxerat. Iterum eandem repetens nonnunquam ordinem, vt omnia faceret clariora, persequens denuo eadem affirmat. Nec dum terram nec hominem, nec arbores fuisse, nec pluuias quibus vniuersa terra irrigaretur. Omnia igitur à Deo fuisse reperta, hominem, pluuiam, plantas. Hic ei occurrit paradysus, cuius descriptionem assumens, creationem humanam paululum intermittit. Expleta autem tota paradisi descriptione, præcipue in commemoratione fluminum, quorum irrigatione & varia inductione, orta paradysus fuerat, consistente, reuertitur ad descriptionem humanam, memorabilibus mysteriis constantem. In omni autem recapitulatione non fit cunctorum recapitulatio, sed quibus hæreant, & apta sint sequentia. Ex superioribus igitur assumit hominem fuisse positum in paradiso, vt operaretur & custodiret. Dixerat enim etiam ibi nondum hominem extitisse qui terram operaretur. Eadem ergo istius atque illius loci declaratio. Docuimus omnia dici de homine aut tanquam mortali, nondum coronato, nec ad immortalitatem prouecto, tanquam ex animo & corpore constante, aut statum resque humanas post casum respicere Mosen: Sicut docuit nomina fluminum paradisi ac regionum; ipse circuit omnem terram Chaula, omnem terram Cus. Hæc tamen nomina, tempore eo quod hac descriptione designatur non erant, nondum natus erat Chaula, nondum Cus, nati post diluuium, sic nomina fluminibus nondum indita. Tempestatem ergo suam respicit Moses, sic forte in homine. Sequentes priorem sensum, cui magis fauemus, dicemus omnia fuisse mortalia. Mortalis erat etiam paradysus, squalori obnoxius, & vastationi, poterat à feris dissipari, poterat tempore labefactari, quod & factum est. Et custodiam istam à feris dicunt Hebræi. Hunc si operaturus, si custoditurus fuit Adam, arguitur profecto locum non ex gratia sibi debitum tanquam diuinum ac caeleste præmium. Quæ enim felicitas in laborando? Laborando igitur, & à feris, vepribus, & squallore custodiendo defudasset. Ex quo perspicimus omnia esse terrena & mortalia. Si paruisset, alius sermo, alia historia. Quoniam autem hæc mysteria peracta sunt in paradiso, necessaria fuit eius descriptio, fluminum cum primis, quibus creuit & floruit, omnia terrestria, & ab isto natura cursu vsitato non dissidentia: homo laborans, terrarumque custos, arbores irrigatione crescentes, custodiam à feris laborem, irrigationem. Violenta Hebræorum quorundam expositio, vt operaretur, vel faceret, & custodiret illum; quia illum sit fœmineum genus in Hebraico, relatum ad paradysum fœminini generis Hebraice, designari legem & præceptum. Vt faceret ipsum præceptum & custodiret. Hoc excogitarunt, quia & illis durum ac difficile visum, hominem operaturum & custoditurum ante casum. Sed si locum vt Theologia demonstrat intellexerimus, & ad naturam rerum cunctarum magistratam, retulerimus, nulla erit perturbatio. Homo mortalis, in sua natura consistens, non prouectus, nondum ad triumphum immortalitatis assumptus. De tali locutus Moses, quale & de nobis dicendum esset. Confer & illud, Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subiicite eam. Declarant futura, ista quæ fuerunt, totamque

Charan oppidum.

Homo creatus mortalis, sic & paradysus.

esse hominis non glorificati historiam. Augustinus quidem, quod sequitur Nicolaus, hanc operationem non laboriosam, sed voluptuariam, & animi causa, custodiam autem ut quasi vigilaret, ne de sua terra pelleretur. Aut laborem, id est, cultum & custodiam Dei, quo custoditurus esset Adam. Ut custodiret, Deus scilicet hominem. Sunt alij sensus, quos ne sine longior prætermitto. Res mihi videtur clarescere. Est item operatio & custodia habitatio. Sic nobis Latinis cultus non solum operatio, sed habitatio & frequentatio. Coloni Tyrj, cælicolæ. Hoc ipsum Hebraice, חָבַד habad, unde ferui Dei, & cultores, quique in eum semper intenti, sæpe cum adeant, & frequentent חָבְדוּ. Eadem vis in verbo custodiendi. Ut quæ solet Moses secretiores sensus abscondere, vulgaria & cuius nota ac domestica proponere, fecit etiam hoc loci. Positus quidem illic homo fuerat ut ibi habitaret, locumque eum frequentaret, sed potior causa, ut habitando probaretur, ut occasione & abstinentia rerum terrenarum fieret diues rerum cælestium. Hoc consilium reticet Moses, ne quid nimis occultum, minusque probabile apud crassam plebem philosopharetur, ut candoré, simplicitatémque loquentis, ubique agnoscas.

Præcipitque ei dicens, Ex omni ligno paradisi comede.

Multarum quæstionum, ambagumque solutio ac quasi portus est, quem ipsa nobis diuinæ litteræ ostendunt. Ut Deus locutus, ut paradysum inambulauerit. Vera enim est solutio, quod in habitu, speciëque humana, primo homini conspiciendum se præbuit qua Moses eum vidit in rubo, ante Mosén, Abraham, viderunt Apostoli in monte. Sic eodem ore sacro præcepit ipsi Adam, quo postea alterum eximum incomparabilemque virum est allocutus. Tres illi, è quibus vnus erat יהוה Iehouah, Iouem ego dixerim, sciscitanti sunt ubi esset Sara. Si vocales quibus abundat Hebraica dialectus, submoueas, qui est Hebraice Iehouah, qui cum Abraham loquebatur, videbatur, epulabatur, viri habitu cernebatur, erit Ioues. Hanc eandem formosissimam, radiantissimamque speciem vidit & audiuit loquentem, deambulantemque per paradysum Adam. Visus est per speciem, similitudinemque corpoream, re autem non corpoream. Quod genus visionis ab insonniis & visionibus animi, aperte disiungit eadem ipsa Philosophia. Si quis, inquit, fuerit inter vos Propheta domini, in visione apparebo ei: vel, per somnium loquar ad illum. At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore enim ad hos loquar ei: palam, & non per anigmata & figuras Deum videt. Hoc quod de Mose loquitur, apparet similibus multis & equalibus pietate & meritis viris concessum, ut ore ad os, Deum alloqueretur, duplici facie, duplici ore præsentem, Dei & hominis. Talis fuit Adam antequam laboreretur, talis Abraham. Testantur item Græci, eum quem veteres patres vidissent & audissent Deum fuisse. Eusebius de euangelica *Ἐπιφανίου ἐπιφανίου γένος ὡς πάλιν αὐτὸς ὁ μωϋσῆς τὸν ὀπιφανέντα τοῖς θεοφιλῆσι, καὶ πολλὰς χρηματίσασα αὐτοῖς, τὰ ἀναγκαζομένα ποτὲ μὲν θεὸν καὶ κύριον, ποτὲ δὲ καὶ ἀγγέλῳ θεῷ παρεστειρωμένῳ, θεὸς μὲν καὶ κύριος τῶν θεοφιλῶν ἀνθρώπων ἀνηρωμενδῆτος, ἀγγέλῳ δὲ τῷ ἀνωτάτῳ πατρὶ.* Quæ sunt: Agnosce, inquit, ut idem ipse Moses, eum qui apparuit piis & amicis Deo patribus, & cum eis sæpe est locutus, interdum Deum ac dominum, interdum etiam Dei Angelum appellet. Deus quidem ac dominus est priorum, amicorumque Deo viuorum. Angelus autem altissimi patris. Sic Eusebius. Sanctissimus item Augustinus eadem sentit, dicens, Ut potius credamus sic esse locutum Deum homini in paradiso, sicut etiam locutus est postea patribus, Abraham, Moysi, id est, in aliqua specie corporali. Facile igitur est intellectu quomodo præcepit Deus Adam. Quod autem præceptum ei soli videtur, non etiam mulieri: clarum est omitti potius à Mose, dicendum alio loco, cum mulier responderet serpenti. Nondum enim de muliere creata quicquam fuerat locutus, omisit enim etiam superius cum de creatione hominis sexta die loqueretur. Textiturque historia prudentissime, multis in locis sit eorundem repetitio, non quidem omnium, sed eorum quibus historia continuatur, herentque sequentia cum præcedentibus. Credendum est autem tunc creationem mulieris fuisse, cum dixit, Masculum & foeminam creauit eos. Iniecta est autem necessaria commemoratio paradisi, cum qua sequitur, fluuiorum & arborum descriptio, cum arboribus præceptum super fructibus vetitis & concessis. Quibus exactis reuertitur ad id quod omiserat, omiserat autem rationem creatæ mulieris. Quod quidem fuerat commemorandum subito cum viri creationem descripsisset. Sed historia melius hoc modo continuatur. Nostrum autem, ordinem scriptoris agnoscere. Ut ergo mulierem pariter atque virum creatos intelligimus, sic vnum idemque præceptum vtrique datum ab eodem pro certo habeamus. Id quoque sciendum, Adam designare vtrique sexum, principaliter quidem virum, sicut apud Græcos & Latinos

ἄνθρωπος

Aνθρωπος & homo. Itaque quod de Adam dicitur, spectat sæpe in vtrunque sexum. Quod ipse textus testatur cap. quinto. Iste est liber generationis Adam, in die qua creauit Deus hominem. Ad similitudinem Dei fecit illum, masculum & foeminam creauit eos, & benedixit eis, & vocauit nomen eorum Adam, in die qua creati sunt. Quid clarius? Etenim cum ait, Iste est liber generationis Adam, perinde est ac si dixisset. Ista est historia creationis humanæ, quomodo creatus sit homo, ut ad imaginem Dei à Deo est creatus, ut masculum & foeminam eodem tempore, eadem die eos creauit, compacta & efficta vna massa in duas inter se personas coherentes. Quocirca si vocauit eos omnium creator, Adam, clarum, quod Adam præceptum est, in alterutrum pertinere. Vocatur quidem Adam principaliter ipse vir, sicut apud Græcos & Latinos: sed cum de specie, reque cõmuni est sermo, vterque sexus sub vno nomine intelligitur. Cum autem communis fuerit eiectio, commune etiam fuisse præceptum necesse est. Augustinus putat fieri posse, ut à viro præceptum uenerit ad mulierem. Mihi & hoc quod diuus dixit placet, & ut quoniam locuta cum Deo, & respondentem super eso pomo mulierem ostendit Moses, etiam audierit eum iubentem. Creatis igitur illis, statim legem facilem ac placidam tulit. Duæ sunt autem leges, altera vetans, altera iubens. Mitior vetans, nam in faciendo labor, maior quam in non faciendo. Quodque dixit. Ex omni ligno, Indicauimus tropum Hebraicum, lignum pro arbore, arborem pro fructu. De morte autem quam intentauit, eo quod dictum sit, Morte morieris, Hebraice autem, moriendo morieris, Hieronymus docet melius Aquilam transtulisse, Mortalis eris: potest autem deffendi quod transtulerunt Septuaginta *θανάτω θανάτῳ* De morte moriemini, quia sit consuetudo sermonis Hebraici, & idem sit sensus etiam iuxta hanc lectionem. Augustinusque ait eos statim necessitatem moriendi incurrisse. Quam mortem autem intelligat, fateor me olim addubitasse, cum multa in descriptione paradisi occurrerent indissolubilia, potius mortem animi quamdam æternæque felicitatis priuationem credidisse, quam corporis: nunc ambagibus illis, alia meliore via resolutis, vtramque cum quibusdam aliis crediderim, caruisse perenni bono, quo per probationem vocabatur, & mortem corporis, quam amissa felicitate incurrit. Non est enim vera felicitas & æternitas separata, pariter est corporis atque animi. Ut ergo per filium Dei in eundem statum sunt omnia reuocata in quo fuissent, Adam non cadente, sed vincente, reuocata est autem resurrectione totius hominis, & ad cælum assumptio: sic si Adam non cecidisset, animo & corpore immortalis fuisset. Lapsus autem, totam beatitudinem, immortalitatemque amisit. Ut enim sunt vno tempore animus & corpus creata, & homo vtrunque est, sic debet vtrique fortunatum esse & beatum. Quæ quidem apud Mosén, sermone res humanas resõnante, corticemque summum ubique offerente sunt expressa. Quocirca quod dicitur, Morte morieris, Non est peculiare loquendi genus, & solo isto loco vsurpatum: sed Hebraice eo modo loquuntur, expectans expectaui. Laudans laudabo dominum. Atque quod Hieronymus in traditionibus Hebraicis asseruit, noluit sequi in editione, quam mille rationibus constat esse eius, prudentissime non recedens à littera. Nec illa Aquilæ erat tralatio, sed expositio.

CTheodoritus autem Hieronymo consentaneè locum explicat. *Ὁτι ἐθὺς ἀπέθανε, τὴν ἐπιτολήν ποθῶντος, φάρμακον καὶ τὸ πρῶτον, ὅτι τὸν τῆς θνητότητος ὄρον ἴνατον ἀνόμασεν. Ἔπο γὰρ καὶ συμμάχος ἠρμήρευσεν, ἢ δ' αὖ ἡμέρας φάγη τὸ τῶν εὐλῆς θνητὸς ἔση, μετὰ γὰρ τὴν θείαν σπύρασιν καὶ ἐκείτω ὡς εἰπέτω ἡμέραν, τὴν θανάτου παρεστέχετο.* Non statim mortuus est, post transgressionem. Dico diffinitionem & decretum mortalitatis, mortem scripturam appellasse. Sic enim & Symmachus vertit, Quacunque die comederis, mortalis eris. Nam post diuinam sententiam, ferè quotidie mortem expectabat. Ac Septuag. interpretes transtulerunt, morte moriemini, Hebraice tamen ubique est numerus vnicus morieris, comedes ex eo. *ὁ φάγηθε ἀπ' αὐτῶν, ἢ δὲ ἡμέρας φάγητε ἀπ' αὐτῶν θανάτω θανάτῳ*. In Hebraico idem semper vnicus numerus. Innuunt ergo Sept. præceptum vtrique datum, & vtrunque sexum sub nomine Adam ostendi.

Dixit quoque dominus Deus, Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi.

Hæc quoque quæ isto loco dicuntur, non sunt ab his quæ sexta die gesta narrantur, separata. Quod potest ex ipsa descriptione, qua animantium omnium creatio retexitur, & creata coram Adam adducuntur, innotescere. Siquidem die sexta dum è terra animalia, quæ superioribus diebus ex humida terra, tanquam in vtero maternoangebantur, perficerentur & absoluerentur, interea Deus hominem creauit. In qua commemoratione complura memoratu dignissima acciderunt. Fit igitur eorundem nunc quoque

quidam epilogus: nec nos debemus, & si diuisa descriptio est, res ipsas putare diuisas. Ita-
que & hoc ipsum quod hic proposuit, recapitulans paulo post affirmabit, non placuisse
Deo, hominem esse solum. Quod nisi hanc scriptoris feriem, qua continuans historiam,
non veretur eadem saepe retexere & iterare, intentis oculis obseruauerimus, cogemur ar-
bitrari ab animo eius plurimum abhorrentia. Eadem repetitio fuit quarta die, de sole,
quem cum syderibus & luna describendis noluit praeterire, ne caesa esset, ac disuncta pul-
chritudo caelestis, praecipue decus habens a sole & claritatem. Quae res cum primum a no-
bis, quod sciamus, absit autem arrogantiae suspicio, sit patefacta, arbitramur eam tota
istius historiae obseruatione posse comprobari, in qua semper aliquid dimittitur paulo post
referendum, & in relatione resumitur quid narratum. Quae consuetudo iam notissima est,
eamque obseruauit ex parte etiam diuus Augustinus, & Theodorus apud Graecos, cuius
obseruatio necessaria, & opportuna, ad omnes difficultates dissoluendas, ostendendam-
que prudentiam scriptoris, qui haec quae dubia & incerta apud multos ferebantur, non
contentus dixisse semel, sapissime confirmat. nos igitur ut omnia clarescant, quaeque seiun-
cta sunt ad vnum locum reuocentur, agnoscanturque coniuncta, quasi mentem Moysis in-
terpretantes, dicamus: Ecce autem tota terra, quae propter aquarum alluionem, erat
vbiq; limosa, desuper autem a sole ardentissime confouebatur, quoniam haec fiebant,
vbi nunc quoque sunt maxima solis incendia, id est in Mesopotamia, Arabia, vbi & pro-
pter optimam caeli temperiem, nascitur aurum, nascuntur lapides pretiosi, & aromata,
passim oriebantur animalia, sextaque illa celeberrima die steterunt in pedes, omnia iam
perfecta, perfectaque concreta. Quae dum fierent, Deus ipse optimus maximus, eandem
limosam terram diuinis propriisque manibus assumens, in effigiem, qua ipse tunc temporis
esset, informauit. Erant autem quasi duo latera, duoque inter se homines connexi,
propterea vno nomine vocabantur Adam, quod sonat terrigenam. Quod cum de muliere
quoque dicatur, vocauit enim eos Adam, necessario & mulier ex eadem atque vir massa
terrestri est informata. Videbat enim optimus ille, prudentissimusque opifex, qui fecerat
omnia, bona, eaque bona esse suo testimonio comprobauerat, non esse bonum, vnicum ho-
minem creari, nec humanam propagationi oportunitatem. Hoc ergo animaduerso, terram illam
limosam, a qua corpora brutorum fingebantur, assumens, primum quem fingebat pro-
traxit in alterum, qui perinde inter se cohaerebant ut duo qui se mutuo amplectantur. Tunc
eos spiritu viuente & intelligenti pariter afflauit, animatusque est homo. Repente autem,
eo soporato, & in altissimum somnum, ut a sensibus abiret, ne quis dolor esset ex separa-
tione, delapso, ambos ab inuicem diffociauit. Atque vbi facta esset separatio, nondum au-
tem limus eo loco in carnem perfecte coaluerat, caro concurrat. Extasi autem illa euane-
scente, tum vidit Adam, perfectior videlicet homo, a quo fuerat inchoata creatio, quod
factum esset. Vidit mulierem quasi vnum a lateribus suis, quasi ex seipso prodeuntem, quasi
dimidium sui. Tunc eam dilexit, amandamque cuique tanquam sociam, corpusque ex se
depromptum praecipit & praedixit. Simul autem facta est creatio duorum, simul sopora-
tio & extasis, nullo temporis spacio interiecto. Poterat quidem eos separatim Deus crea-
re, sed ut homo intelligeret eandem esse carnem, atque substantiam viri & mulieris, &
eodem Dei afflatu eos animatos, ut quasi vnum corpus, & vnum spiritum habuerint, hinc-
que se amore indissolubili diligentibus, non solum futura esset generatio, sed omnia ex
mutua beneuolentia & charitate bona, eodem tempore, ex eadem massa, vtrunque finxit,
eodem spiritu animauit. Non enim in solum Adam insufflauit Deus, mulieris inspiratio
non memoratur, quia cum dicitur Adam inspiratus, vterque est inspiratus. Tunc Adam
adducta ad se animalia, ipsamque mulierem contemplatus, agnoscensque Dei mirabile
consilium, cuncta propriis nominibus appellauit. Primam autem atque praecipuam om-
nium animantium, quae ante oculos eius astarent, quod eam videret egregiam, caeteris-
que illis plurimum differentem, ex se autem depromptam, & ex massa sua constitutam,
duobus, ut ait Appollinarius, nominibus vocauit, *יְשָׁרָא* Isha quasi viram, viri similem, quasi
masculam, & *חַוָּה* Chava, id est, matrem, ut ipse Adam interpretatus est, atque principem
omnium animalium, aut matrem ac genitricem omnium futurorum hominum. Haec for-
tasse dicerentur a Mose. Quod autem ad verba attinet, in nostra editione, Faciamus ei:
Hebraice habet, *אֶפְרָא* faciam, quod etiam Chaldaicum. Irrepit autem ex editione Se-
ptuag. *ποίησάμην* ad imitationem superiorem. Adiutorium Augustinus quod & Nico-
laus putat referri, ut adiutorium semini est terra. Item quod eos ego arbitror credidisse
adiuto-

Adami
creatio.

Adiutorium, quasi societatem, sub qua non solum generatio later, sed totum etiam com-
mercium & consuetudo. Vnde creata muliere & socia, cognitioque Dei consilio Adam
dixit, Quamobrem relinquet hominem ac matrem, & adhaerebit uxori suae, & erunt
duo in carne vna. Haec igitur societas, hoc adiutorium, ac quasi suffulcimentum viri, Par-
titaque est humana natura in duo, omniaque vitae, naturaeque negotia partim in virum,
partim in mulierem spectant. Quocirca pro adiutorio bene habet Chaldaicum *רַעַב* se-
mach suffulcimentum. Dicunturque & haec de conditione humana aut nondum glorifi-
cata, aut in sua tempora scriptore respiciente. Quodque noster transtulit eleganter, si-
mile sibi, Hebraice *קַנְעָדוֹ* kenegdo, pro illo, vel iuxta illum, siue ad illum: quasi pro condi-
tione eius, iuxta naturam suam, quod Septuaginta *κατὰ αὐτὸν* ob illum, iuxta illum, dixe-
runt. Quidam Hebraei, a regione illi. Id Graeci exponentes alij *ὡς ἀπὸ τοῦ ἀνδρός*, καὶ ἕδωκεν αὐτῷ
ὡς ἀπὸ τοῦ ἀνδρός καὶ τὴν ὁμοίωσιν, Similem, nihilque a viro in substantia discrepantem, ait Theo-
dorus, Seuerianusque eodem modo *τὸ βροτὸν, ἵνα εἴπη καὶ αὐτὸν τῷ κατὰ τὸν βίον, πάντων, διὰ
κατὰ τὸ κατὰ αὐτὸν, ἵνα δέξῃ τὴν τῆς φύσεως ὁμοιότητα*, Auxiliatricem dixit, quasi omniū
quae in vita geruntur participem. Eoque recte dixit simile sibi, ut ostenderet naturam simili-
lem in vtroque dignitatem. Ex his ostendit Apollinarius iuxta diuum Paulum mulierem
factam propter virum, non virum propter mulierem, quia lateri prius adhaereret, postea
prodiit in conspectum creata & separata a latere, ductaque ante oculos.

Formatis igitur dominus de humo cunctis animantibus.

B

Expressa & clara *ἀνακεφαλῶσις*, & omnium inter se apta continuatio. Repetiturque
animalium creatio, quod adducta essent coram Adam, & propriis ab eo nominibus no-
tata. Itaque quod Hieronymus inuens recapitulationem dixit, Formatis igitur: Hebrai-
ce est, Et formauit dominus. Addensque, igitur, noster, & per participium loquens do-
cuit esse quandam ordinem dictorum & dicendorum. Fit igitur animalium commemoratio
propter indita nomina. Quid ergo mirum, ut hoc obiter hoc quoque loco admonēa,
si quarta die caetera caelestia opera, totamque stellarum choream narraturus Moses, solem
iam creatum reuocauit, sicut hic iam dudum creata animalia, iterum creati: Recēset autem
eodem ordine, eadem phrasi dicens, *וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אֶת הַבְּהֵמָה וְאֶת הַרְמִישִׁים וְאֶת כָּל הַרְמִישִׁים* Et creauit, seu finxit Dominus
de terra, omnes bestias agri, & omnes volucres caeli. Sic in quarta die, Et creauit Deus duo
luminaria, luminaria maius ut praesertim diei, quod idem dixerat in principio, creatum lu-
men ut faceret diem. Addidit autem in repetitione magni syderis ommissa primo loco, ut in
signa & tempora, dies & annos, ut suspēnsa in sublimi ad lucendum. Nulla igitur superest
admiratio, cum fiat idem tota historia. Deinde quod ait, Et adduxit ea ad Adam: Et hoc
argumento est, verbum istud adducendi, non offerre situm extra paradysum. Siquidem ve-
rissimile est animalia creata in paradiso, loco amplo, & arboribus & herbis foecundo, faci-
liori solo, ad generandum & plantas & ipsa animalia. Nec alibi putandum est toto orbe,
omnium rerum inchoatam creationem, praecipue animalium, quam felicissimo & ferti-
lissimo loco. Quare animalia adducta coram Adam non aliunde quasi a longinquis locis
& extra paradysum iacentibus venerunt, sed erant ibi circum late, ex humo coorta recen-
ti. Et quo volente coorta, eodem exhibente homini, & ostendente, & quasi sub aspectum
collocante. adducta coram Adam quo tempore sunt creata. Siquidem continua est nominū
impositio ad creationē, simul creata simul vocata. Rebus enim natis extemplo nomina in-
duntur. Haec etiam nominū impositio adhaeret (quod & Theodorus sentit *ἐξ ὀνόματος διδασκῶν*,
τὸ ὄνομα τῶν πλάσσει, potestatis est indicium, nominū impositio, inquit) ad concessum a Deo su-
per omnibus illis dominatum. Ut primum enim dixerat, Et dominamini piscibus maris, &
volatilibus caeli: continuo adductae animantes in conspectum hominis, tanquam omnium
eorum domini creati & promulgati steterunt. Pariter ergo, quae quidem disunctim nar-
rantur, multis propositis, quae sermone comprehendere opus erat, animalia sunt creata,
atque superadductis coram datus est a Deo dominatus, ab homine nominibus notata,
caesim relata a scriptore, ob multarum rerum concursum. Nominum autem impositio-
nem factam ab Adam, summe est rationi consentaneum. Siquidem etiam Pythagoras
eum qui primus nomina rebus indidisset, sapientissimum quendam fuisse suspicatus est.
Primae igitur rerum nuncupationes, partim diuinæ sunt, partim humanæ. Diuinæ re-
rum ante hominem natarum, caelum & terra, dies & nox, quibus vocibus audiuit homo
Deum res ipsas appellentem. Humanæ nuncupationes, particularium rerum fuerunt. Nec

vero difficile primo homini fuit notare nomina animalium, qui omnium eorum audiuit à Deo proprietates, & sapientia ab eo largita cognouit. Vt enim idem ipse vocauit primogenitum suum, quem à Deo acquisisset, Kain, quasi possessionem & acquisitionem, alterum autem Hebel, reor ipse Chebel, id est, luctum, super quo primum ingemuit interfecto: aut Hebel, id est, vanitatem, quia subito euanuit, non diu vixit, & vt omnium mortaliū genitricem Chava, sic cæteros animantes, alios à sonitu, ac voce, alios à colore, omnique ingeniorum & corporum qualitate nuncupauit. Id quod & infecutis temporibus, à reliquis hominibus est factum. Dracones appellant Græci, quasi dercones, id est, perspicacissimè videntes: pantheras à varietate ac quasi flore corporis, quo sunt distinctæ, παν, totum, omne, & θιδ floreō. Dicunt hominem ἀνθρώπον exponente Platone, & omnibus assentientibus, quia os sublime habeat, ἄνω sursum, ἀθρόω aspicio. Nobis homo ab humo, quasi ab Hebraica theologia profectum, vnde humanus, alij ab homiois similis, quia similibus gaudeat, appetensque sit societatis: Hebraice Adam, ab Adama terra, vnde sumptus, quasi terrigena, אדם γης. Hanc & similem philosophiam, fecisse Adam credendum est, videntem & agnoscentem omnium animalium proprietates, & colores, habitusque corporum. Quas postea mortales, & si non omnes, aliquas certe in ipsis nominibus deprehenderunt. Igitur in omni hac primarum rerum descriptione, sicut facta est cæterarum rerum commemoratio, sic declaratum est exordium linguæ & dialecti. Hæc autem sine dubio fuit Hebraica, qua locutus est Adam è qua rebus & hominibus nomina notauit, cuius certam & claram vidimus superius rationem. Hieronymus etiam humani generis linguam ait fuisse Hebræam, quia nomina quæ vsque ad linguarum diuisionem in Genesi legantur, Hebræam linguam resonant, habeantque deductiones Hebraicas. Illud hoc loco nouissime admo- neo, quod etiam quidam Hebræi, superius dici ex aqua volucres exortas, hoc loco è terra, nimirum quia ex vtraque re. Quanquam Augustinus nomine terræ cuncta grauiora ele- menta putat intelligenda. E terra autem & aqua sunt natæ omnes animantes, sed ad alias maior è terra, ad alias maior ex aqua, vis accessit. Repetit autem vt describat creationem mulieris, quod homini non esset socia.

Lingua Hebraica locutum Adæ.

Adæ vero non inueniebatur adiutor similis eius. Immisit ergo dominus Deus soporem in Adam, cumque obdormisset, tulit vnam de costis eius.

VTinam possem, si non veram, certe vero propinquam docere tum sopiti hominis, tum eductæ de latere eius, & in mulierem ædificatæ costæ rationem. Mirabile enim est, cum multis fieri modis ea potuerit, cur vel maxime placuerit iste Deo. Ac fortasse tale ac tantum latet sub hac ratione sacramentum, vt oculis attingi nostris, quorum est obtusa acies, non possit. Forte & ipsa Theologia est clare locuta, sed eam vel modus loquendi suus, vel in peregrinas linguas tralatio obscurauit. Duo sunt igitur sensus cum dicitur, vnam è costis hominis dormientis Deum tulisse, cum quibus sequitur diuersa totius loci explicatio: Euoluendaque nominum ambiguitas, & anceps significatus, à quibus diuersi sensus sequantur. Etenim vox ἄνθρωπος quam costam transtulit, Hebraice & Græce costam vnam & totum latus, ac quasi dimidium hominis, sicut & vox Græca πλευρά designat. Vt possit intelligi Deum tulisse latus ac quasi dimidium hominis, & in mulierem ædificasse. Quod idem posset ex Græco intelligi, καὶ ἔλαβε μίαν τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ. Et tulit vnam è costis, aut vnum è lateribus. Vnde Græce πλευρῶν, idem νόσον. πλευρῶν nostri morbum laterum, ac dolorem. Atque apud Hebræos zela quod costam & latus sonat, frequentius denotare latus, costam vero per quam raro, multa docent exempla. Principio ab eadem ista voce videtur duci alterum consimilem rem designans verbum ἄνθρωπος zela quod quidem sonat claudicare, quasi laterare, abire in alterum latus, ac pendere, quod de vna costa non intelligeretur. Deinde applicatur significatus ad eas res quæ quidem latus habeant, costas autem non habeant. Exod. cap. x. Duo circuli sint in latere vno, & duo in altero, pro latere Hebraice est ἄνθρωπος zela, præsens videlicet vox. Passim quoque eo loco est commemoratio laterum arcæ. Inferius sequenti capite, latera tabernaculi sub hac eadem voce sæpius referuntur. Eodem libro sunt latera altaris: latus etiam montis in libris Regum. Latera quoque templi hinc atque hinc in ædificio Salomonis. Latera quoque abiegna & cedrina. In Psalmo quoque xxxv. cum ait: Aduersum me laterati sunt, In Hebraico, In latus meum, quasi insultauerunt, percusserunt. Et apud Ezechielem: Latera templi, latera propitiatorij. Quibus omnibus intelligimus propensius esse vocis signifi-

A significatum, vt designet latus, quàm costam. Hebræi quoque magis huic acquiescunt. Et tum recentiores, tum vetustiores eorum, hic pro zela sunt interpretati zad, id est, latus; alteramque partem. Alij dixerunt hominem fuisse duo ἄνθρωπος parzuphin, quasi Græcam vocem corrumpentes duo profopin, id est, duas facies, duas personas. Videtur ergo rationabilius & ad intelligendum facilius, naturæ quoque congruentius, vt ne costam sed alterum quasi latus, ac dimidium sit interpretandum sumptum ex Adam. Nam quanquam Deus quæcunque velit potest, etiãque ex lapidibus homines creare, vt qui ex nihilo naturam tamen, quam ipse reperit, videmus sequi certos ordines, ac pulchritudinem, nihil enorme videmus fieri. Non videtur autem tantopere naturale, & cuius possit congruens offerri ratio, vt è costa vna sit mulier creata. Ex minimo osse tanta caro, tot membra coaluerit. Præsertim cum hoc solum dicatur, inspiratio autem, maxima pars mulieris, reticeatur: probabile tamen est, eodem vtrunque cælesti afflatu animatum, eisdemque diuinis manibus vtrunque formatum, & eandem vtriusque cum solo sexu differat fuisse creandi rationem. Et ex eodem limo effigiè effictam vtranque. Duobus igitur propositis istius Hebraicæ vocis (ad Hebraicum enim tanquam ad portum est maxime dicendum) significatis, & duobus sensibus ex eis, se diuidentibus, vt vel de costa, sumpta mulier & ædificata sit, vel ab vno latere separata cohærens prius, vt quasi fuerit hominis pars altera, ierim ipse magis in hunc posteriorem sensum. Primus quidem videtur confirmari quia dicitur, Adæ vero non inueniebatur adiutor: Et, Immisit dominus soporem. Probatur enim his Adam fuisse solitariū à principio, eaque de causa Deum statuisse vt essent duo. Volentes autem tueri secundum, qui probabilior & congruentior est, aptiorémque habens rationem, hoc declarando, & priora illa soluendo, sic nobis est maxime dicendum: Deum volentem, hominem creare ad imaginem & similitudinem suam, id necessario fecisse quod in vtrunque sexum competeret. Nam alioqui aut non esset, aut non diceretur mulier ad imaginem Dei creata, nisi simul intelligeremus vtrunque creatum. Et quod dicitur de vno, sit item comprehensum de altero, quia vterque homo sit. Igitur dicentes, Deum hominem ad imaginem & similitudinem suam finxisse, hominem necesse est interpretari masculum & fœminam, quod ipsa quoque theologia testatur. Et vocauit, inquit, eos Adam. Adam autem, id est, homo, factus est de massa terrestri, ergo vterque de terra, non vnus è terra, alter è costa, vel carne. Finxit ergo Deus hominem primum, iudicansque minime decorum, & opportunum, vt masculus esset solus, dum eum effingeret, alterum latus ac personam fingendo adiecit. Vtrunque hominem creauit ad imaginem suam, vtrunque spiritu afflauit suo, masculum alterum alteram fœminam. Hanc societatem vocauit homo. Hominemque ipso, ac societate soporata, abiunxit alterum ab altero. Soporatos autem ea de causa par est, vt ne esset in separatione dolor. Quandoquidem sunt, qui tanta extasi corripiuntur, adeoque abscedunt à sensibus, vt admotos ignes, doloresque non sentiant. Separatio autem hæc, non quidem quasi membrorum fuit, sed tanquam rerum cohærentium. Et ipsa soporatio, grauissimus somnus fuit. Eoque Aquila pro extasi quod interpretati sunt Septuaginta, significatque alienationem à sensibus, vertit ἄνθρωπος quasi somnum profundum, ac tantum vt ipsa dissecatio non sentiretur. Hæc autem dicēs, non dico Platonis androgynum, quod reprobatur Augustinus, sed dico duas personas simul creatas, duosque distinctos homines, at inter se tamen cohærentes. Androgynum autem est vnus homo tantum, habens vtrunque membrum genitale, cætera vnus homo singularis. Eos autem vt ait Theologia masculum & fœminam Deus creauit. Quod ilico factum, & eo ipso tempore, quo figuratum est corpus, & spiritus infusus. Eadem vtriusque formatio, & eadem inspiratio. Cum crearet & fingeret Deus vidit non esse bonum, vnicum esse hominem, effigiansque primum traxit in alterum, quod erat primum figurandus. Quod cum post soporem esset separatum, & perfecte seiunctum, atque alterum effectum, iure dicitur ex sopore factum ædificium mulieris. Tunc enim perfecta fuit mulieris creatio, perfectumque indiuiduum, cum est ab altero separatum. Diuiduatio, perfectaque diuisio dicta est ædificium. Repleuit autem carnem, vbi seiunctio ac separatio facta esset. Leuiter enim cohærentes sunt diiuncti, adhucque quasi limus erat, nondum perfecte versus in carnem. Itaque & si partes humanæ creationis Moses separat in historia, non omnia eodem tempore comprehendere statuens, quod in cæteris ab eo factum animaduertimus, non tamen non habent inter se societatem. Humana creatio constat formatione corporis, quod de limo est assumptum, constat inspiratione. Si igitur in figmento & afflatu, est tota creatio, vtriusque rationem

componendum, confociandūque est, et si sit sermone separatum. Dicentēque Mose de D viro quasi solitarie per prata paradisi vagante: Adā vero non inueniebatur similis, debet error ratione repelli, & spatium inter vtrunque creatum non interponi, cum ad rationem habeas etiam Theologiam aperte testantem, masculum & foeminam creavit eos. Et vocavit eos Adam in die qua creati sunt. Et quod cum vterque sit homo vel Adam, vterque necessario de terra, vterque γη γαίης. Et quod eodem afflatu vtrunque animatum sit verisimile. Et cum post hominem creatum dixerit, Crescite & multiplicamini, ergo ad vtrunque. Ergo cum hoc dictum est, iam erat mulier creata. Dictum est autem, postquam descripsisset figmentum hominis, in quo & mulierem fuisse necesse est, cum è terra scilicet fingeretur. Theodorus etiam testatur μετὰ γὰρ ταῦτα κατ' ἐπιπέδον ἀποπέθηκε τῆς γυναικὸς πλὴν ποίησιν, ἐν ἧσιν καὶ πέρας ὀπιπέδου τοῦ ἀδὰ αὐτῆς λόγους, post per reasumptionem ait, adiecit creationem mulieris, ubi & finem imposuit his qui de ea creata loquitur. Et tamen postea dicit, Adā vero non inueniebatur similis. Quomodo non inueniebatur, si dixerat ante, ambobus, Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subiicite eam. Debet ergo esse coniuncta creatio amborum, creatio corporum & afflatus animorum. Vides quibus de causis hoc sit necessarium. Formatos igitur ex eadem massa & luto coniunctim & se mutuo complectentes, tanquam fratrem & sororem, dicendum est. Referam oculatum exemplum, quod mihi quondam ingresso figuli officinam occurrit. Erat figulus habens ante oculos lutulentam massam subactam, paratamque ad fingendum, cum manibus assumens coepit protrahere & effingere in hominem. Primum formatuit os, ceruicem, ac caput, tum brachia & crura: Cumque latera, & brachia effingeret, distingueret, & expoliret, reuersum est ad eum pristinum consilium, recordatusque est quod antea pulcherrimum iudicasset. Voluerat autem duos effingere, qui inter se brachia porrigerent. Itaque eandem ipsam massam cuius media pars iam erat formata, informis autem à latere sinistro, & tanquam prior massa pendebat, in alteram priori similem effigiem finxit accipiens de roto latere & parte quae priorem integrabat, brachiaque amborum altera in alterius superinecta ceruice formauit. Eratque videre duos quasi simillimos fratrem & sororem, se altero brachio amplectentes, alteroque latere cohaerentes. Erat autem frater à dextris, soror à sinistris. In amplexu habebat capiti caput, lateri latus, pedi pes, cruri crus. Vnoque erant coniugio sociati. Hoc exemplo potest humana creatio intelligi, prior masculus creatus, deinceps ex latere & à latere eius foemina, tanquam socia. In soporatione autem sunt ab inuicem separati, & caro reducta, si quid in disunctione, sectionisque loco defuisset. Vocatumque aedificium, perfecta diuisio, respiciente tamen scriptore massam protractam in mulierem. Hinc Hebraei censent vt dixi adverbium כָּנָעָה Kenegdo, quod nostri transferunt simile ei: significat autem è regione inuicem, mulierem quae fuisset à latere, ducendam in conspectum & è regione. Defuisseque mulierem, quae astaret viro, & facie ad faciem cum eo iungeretur. Repleuit autem carnem, locum sectionis dicunt. Et cum ait: Et aedificauit costam in mulierem, exponunt, Vt esset in mulierem, sicut cum dicitur: Et fecit eum Gedeon in Ephod, quasi vt esset Ephod. Fecit vt latus esset mulier. Haec interpretatio ad sensum & naturalem creationem est aptior. Nam super creatione ex costa asserre nequeo certam ac naturalem rationem. Et apud Sept. interpretes vt admonui, sermo & tralatio est anceps ἔλαβε μίαν τῆς πλευρῆς, Tulit vnam è costis, aut vnum è lateribus. Nam quod πλευρῆς sit latus indicant figurae mathematicae Isopleuron ἰσοπλευρον, æquilaterum nostri: creberrimamque est vox πλευρῆς, apud eos pro latere, pro costa non congruens. Per me autem licet, si quis velit costam intelligere detractam, & in mulierem aedificatam, illumque alium sequi istius interpretationis sensum. Porro quod ait, Adā non inueniebatur, Est Hebraice אָדָם inueniebat, Admoneo apud Hebraeos verbum impersonale aut tertia persona passiuorum, saepe agendi voce declarari. Vnum tantum nunc proferam exemplum, cætera fortasse aliis in locis. Apud Esaiam cap. 1 x. Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis: quo loco non est corruptus textus, vt quidam suspicantur: sed habet rectissime אֲבִיכָרָא vaikra, actiua voce & lectione. Significatus autem est qualis istius loci: qui cum esset vocis agentis, in patientis significationis vocem versus est à Septuaginta & nostro, recognoscentibus, idem significatum apud Esaiam, Sicut & in omni scriptura. Sed huius rei abunde suo loco.

Immisit

Immisit dominus soporem.

A Quasiuit venustius aptiusque apud Latinos verbum in quod verteret Hebraicum אָדָם vaippel, fecit cadere, facit delabi. Septuaginta quoque imitatur, ἔπεσεν, immisit. Quod autem ipse vertit soporem, Hebraice est חָרְדָּמָה chardema, dicitur etiam ab Hebraeis plus esse hoc, quam somnum. Vt intelligas quantā harmonia cuncti transfulerint, Septuaginta εὐπαισιον, extasin, excessum: Aquila κατὰφορῶν, quasi descensum, totius vigiliæ lapsum: Symmachus χάρων somnum profundum, & quasi lethargum. Conueniunt ergo cum Hebraeis. Chaldaeus simpliciter posuit חִנְיָא חineta, somnum: Vnde sequitur, obdormiuit. Quodque ait, Repleuit carnem pro ea, Hebraice מָלָא malla, clausit carnem pro ea. Replere & claudere aliquem hiatus & scissuram. Idem Septuaginta quoque ἀνεπλήρωσεν, repleuit. Haec ita ad viuum non refecarem, nisi me interdum stomacho afficeret Hebraeorum, & quorundam qui fabulas eorum nequeunt diiudicare, imperitia, qui saepe venustatem in tralationis, verborumque vim non intelligentes, pronuntiant, interpretem Hebraicum non calluisse. Animaduertique id maxime ab Hebraeis manare, quorum aut nemo Latine eruditus est, aut tam male eruditus, vt raro vocum Latinarum noscat proprietatem. Vnde in lectionem Latinam incidentes (sanguis item ad detrahendum, præferendumque sua prouocat) verba elegantiora, quibus à doctissimis declarata sunt Hebraica, filum item orationis Hebraeae quae dura nobis, barbaraque esset, ad nostram dialectum accommodatum, non videntes, insultant in interpretem. Sunt forte quaedam quae melius videbuntur transferri potuisse, sed & hic saepe fallimur, & re probe discussa, deprehendimus recte & venuste interpretem vertisse. Repleuit etiam Chaldaeus. אָדָם Ac potest esse sensus, vt vel alia caro sit restituta, vel vt hiatus ac quasi discessus coierit. Vnde pro ea, sunt Hebraei qui dicant, locum eius: vt sit sensus. Et clausit carnem loci eius lateris vel costae, clausit, & reduxit, ac coire discedentes partes fecit: sicut si duae manus coniunctae disungerentur, & in separatione hians caro reduceretur. Quod quidem natura non facit, nisi alia carne reuocata. Deus autem fortasse fecit sine alia carne, tantum separata coniungens. Qui sensus potest de latere, alteraque cohaerente persona, bene intelligi. Sunt pleraque hoc loco ad phrasin Hebraicam penitus humanā, redigenda. Adā non inueniebatur, vel non inueniebat Deus, more humano propositum, cum eodem tempore socia mulier sit creata. Et: Adduxit ad Adam. Erat enim in conspectu & propinqua: parque est manu apprehensam ad virum suum more patrum, opificem adduxisse, sanctissimamque foedera iunxisse, in hunc maxime modum loquentem: Hanc sociam de latere, principisque natam tuis accipe, eamque velut dimidium tui dilige, à me quidem formatam eodem atque tu tempore. Sed cum te fingerem, videbam hanc tibi necessariam. Itaque eandem ipsam materiem, quam iam in carnem tuam vertebar, à te depromptam ac deductam traxi in hanc alteram, vt agnosceres quod factum esset, dimidiumque tui, quasi quae alterum te hanc esse scires. Ex te enim, qui solus astabas, creata est. Accipe igitur eam coniugem, comitemque tuam, eamque vt temer, substantiamque tuam dilige. Hoc audiens Adam subscripsit dictis, iussisque diuinis. Hoc os ex ossibus meis, sanguis ex sanguine, caro ex carne, corpus ex corpore: ex me homine alter homo, iidem natales, pater idem vtrique: Vt habet à me substantiam, sic habeat nomen. Ab Adam dicta est, egoque dicor אָדָם. In vir, haec dicitur vira. Nulloque casu amor iste, quem pater & opifex sanxit, debet dissolui. Sed pater etiam & mater deseratur. Sic ista philosophia Mosaiica originem totius mundi, caeli, terrae, aquae, aëris, stellarum, animalium, arborum, declarat originem item orationis, non omnem quidem, sed quae maxima pars est, nominum omnium animantium, tum quando, quibusve rationibus sancitum est coniugium. Porro quod ait: Os ex ossibus meis, qui nollet ad costam referre, facile posset ostendere cum dixisset os tanquam partem corporis. Addidit enim, & carnem, locutio enim Hebraica est, Vt cum consanguinitatem & affinitatem declarat, dicebat Dauid populo: Os meum, & caro mea vos. Declaraturque hac locutione, quod Latini dicerent per sanguinem. Proice tela, sanguis meus. Hebraeus diceret, caro mea: Et illud, de proximo, & carnem tuam ne despexeris. Sic in Italia vnusquisque carnem suam, propinquos appellat. Ex quo perspicimus, quod si omnes gentes, ab vna stirpe descendentes, eiusdem carnis & sanguinis dicuntur, naturali, vsitatoque procreationis modo nascentes, non cogi nos de costa sentire oblocutionem Hebraicam, sed potius de quodam alio naturali modo. Nam si hi qui solo paterno semine communicant, dicuntur eandem habere carnem & os, multo magis congruit vt esset caro viri mulier habens maiores nexu, arctiorumque cum eo stirpem. Ceteri ergo eiusdem carnis &

offis, eiusdemque sanguinis esse dicuntur, solis exiguis principiis communicantes. Adam autem & Eva, maiore affinitate astringebantur. Quorum caro, sicut ceterorum ex paruo semine, inchoata concrevit, sic habuit terram mollem ac subactam, tanquam semen suum & principium. Quemadmodumque videmus, & aliquam reddere rationem possumus, quomodo ex semine, paulatim fiat caro, sic isto exemplo possemus doceri, quomodo è terra caro concreuerit. Est autem semen tanquam resoluta caro per calorem, temperiemque naturalem astrictum in carnem, sicut lac in caseum. Et charta antequam durecat, aqua est alba. Celeriter autem typo accepta constringitur. Talis erat eo tempore, sub optima cæli temperie tellus, seminis instar disposita, quod principium fuit serendæ carnis, maturata cælo. Hoc principium fuit commune viro & mulieri. Quod tamen fuit etiam omnium animalium, præter terram tamen, plura intercesserunt in creatione hominum, quibus à creatione animalium plurimum differat. Et id quod priorem hominem tanquam principium creabat, tractum item & formatum in mulierem. Ut ergo si ex eodem semine simul, eodemque tempore duo vel Esau & Iacob concreverent, eandem carnem & sanguinem habuisse dicerentur, sic longe rationabilius Adam dixit Evam, sanguinem, carnemque suam, cum qua maius quoddam principium commune habuerit. Plures autem videmus coalescendæ carnis, ut quomodo è terra vel humo caro primorum illorum coaluerit intelligamus, rationes. Coalescit & quasi congelascit ex semine, ex sanguine quoque. Ut autem per calorem fit humoris & inieci cibi conuersio in sanguinem, sic per calorem ætherium, humum vertebat Deus, & astringebat in carnem. Quod quidem etiam alia ratione à Deo fieri potuisset, cui sunt omnia miris modis possibilis. Sed omnium rerum, quæ possit iusta & rationabilis reddi ratio, reddenda est. Et quod ait: Quamobrem relinquet homo, Apparet uxorem cum viro illo primo tempore, rebûsque nascentibus, fuisse sociatam, futuramque omnia fuisse, quæ postea fuerunt. Immortalitatis autem, ad maioremque diuinitatem scandendi ratio non fuisset etiam diuersa, omnia autem præter mortem, & id quod ex præuaricatione contigit, fuerunt qualia nunc. Propagatio sancitur & coniugium, cibus memoratur pluramque id genus alia. Nunc relinquitur pater & mater, propter uxorem. Relinquet autem dixit, aut imperando, siquidem & per futura imperamus: Aut quasi prophetando & prædicando, quæ postea fuerunt. Pertinent autem hæc ad id quod Deus prospexerat, non esse bonum, hominem esse solum: coniugiumque & perpetuam vitæ societatem inuunt. In carnemque vnã dixit, autoribus nonnullis Hebræorum, sicut erat prius, ut ad eandem conjunctionem reuerterentur. Et in idem consortium sociaretur caro: Ex qua vnitate alia quoque caro generaretur, duobus in vnã carnem principiis vnitis. Uxorem autem suam dixit Hebraice mulierem suam, mulieres uxores, viros, maritos dicente ea lingua. Commemoratioque coniugio & carnis vnitate, quæ & vitæ societate & generatione constat, continuo subdit eos non erubuisse ob eas partes, quibus fiat hæc generatio & astrictio. Quod simplicitatem, & innocentiam, & puritatem, candorem animi declarare, omnibus qui confiteantur assentior. Sanctitas autem & puritas non erubescit. Stat autem ut qui est alias sapientissimus, idem sit & simplicissimus: sicut qui astutissimus, idem stultissimus in vita & cæcus. Qui ergo habuit omnium appellandorum animalium à Deo scientiam, habuit ab eodem autore & opifice suo quasi tunc recens natus & paruulus, maiorumque nescius, summam innocentiam & puritatem. Hinc quo fuerunt huic statui res propiores, eo fuerunt meliores & simpliciores, canentibus hæc etiam poëris. Astutias autem callidus serpens, bonitatis & innocentie populator inuexit, cuius inuidia etiam mors introiuit in mundum. Responde ergo respondent hominum simplicitas & draconis astutia, ut ablatio simplicitatis ab astutissimo facta cognoscatur. Quo circa eadem voce nudus & astutus Hebraice vocatur, ἄγχι ἁρῶν, quasi duobus contrariis inter se significatis sub eadem voce latentibus.

CAPVT

Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus, quæ fecerat dominus Deus.



VOD philosophia Moſis, iuxta ac totiſ gentis eius ſcriptores, fit humanior, & ſimplicior, res tantum vt geſtæ ſint, nihil interius & arcanum deſcribens, hoc facit, vt quæ clarior hac de cauſa eſſe debuiffet, obſcurior nõnunquam fit effecta. Verba & locutiones ſimplices & exteriores ſunt omnes & corporeæ, totiſque fermo ex humanis tum verbis, tum operationibus contextitur. Raro aut nunquam de ſupercæleſtibus: tum ſi quando cæleſtia ad terrena ſe tranſtulerint, ſolas ipſas formas corporeas deſcribens, raro interiorem oſtendit diuinitatem. Veluti quod ait, Abraham tres viros vidiffet ſummas tantum facies, interiores autem qui ſub viris laterent, non explicans. Neque enim dicit, vt poſtea res ipſa docuit: Abraham tres ſpiritus ætherios, in ſpecie humana vidiffet, è quibus duo à dextris, & à ſiniſtris medium ſtipantes, eſſent Angeli, medius Deus ipſe, qui ſolet nomine quatuor litterarum ſemper appellari. Similiter cum Iacob de Meſopotamia in Chanaan cum tota familia, & gregibus reuenteretur, & iam illuceſcente aurora proficiſceretur, quandam virum ſcribit obuium habuiſſe, qui ſenem amplexus, eum deiicere in terram, quale fit in Palæſtra, conaretur: ſenem autem victorem fuiſſe, viro illo non quidem deiecto, ſed ſuperato ne ſe ſterneret, eaque de cauſa ab eo ipſo viro appellatum Iacob, Iſraël, id eſt victorem Dei. Quicquid hic factum eſt, ſub humana imagine factum, habitus ipſe viri, nomen luſta, & ſuperatio, omnia rem humanam repræſentantia, ſolo ex eo quod ille ſuperatus locutus eſt, & ex nomine imposito intelleximus eum fuiſſe ſiue Angelum, ſiue Deum, ſiquidem El frequentius eſt nomen Dei, quam Angeli. Eſt aliud item exemplum. In libris Regum ſcribitur & innuitur per Pythonem Samuël fuiſſe ſuſcitatus, & tamen idem ipſe qui Pythonem ſeu ventriloquam adierat, iam dudum qui genus iſtud ſuperſtitionum exercebant amolitus tanquam magicas vanitates fuerat. Tum ſceleratiſſimum & omnibus rationibus improbiſſimum eſt, tantæ potentie credere mulierculam fuiſſe, vt virum ſanctitate & amicitia, commerciõque diuino maximum, frigidis incantationibus exſuſcitarit. Quafi ſcriptura poëſis, quæ ſingat Circeam quandam potentibus herbis homines in lupos, & viros, & ſues, tum ex his iterum in homines vertere ſolitam. Quod niſi ratio ſuccurreret, proculdubio à ſcriptore in maximum, inexpiableque facinus traheremur, non quidem ipſo fallente, falſaque referente, ſed modum, remque ipſam non declarante, vt doceret Samuëlem non à vilij contemptiſſimaque muliercula, ſed à Deo fuiſſe ſuſcitatum, qui apud Ezechielem promittat ſe etiam per fallaces prophetas reſponſurum, daturumque ſigna & viſiones. Sed poſtea daturum poenas prophetam illum mendacem, & impoſtorem. Hæc aut id genus ſignificæ ſcriptor ille debuit. Neque vero reprehendor nunc ſim, ſed potius monitor, docens ſæpiſſime multa à ſcriptoribus ſacris præcipue interiora, ac latentiora reticere, vt minime miremur factum idem, hoc etiam loco à Moſe, qui ſupernum duntaxat ſerpentem exhibens, internum ſpiritum reticet, cum tamen loqui ſerpentes nõ poſſint. Et vt bene monet Seuerianus, *συντάξις μωσῆς, τὸν ἐν αὐτῷ λαλήσαντα ἑρπετὸς δὲ μόνος γυνώσκων ἀπεκάλυψεν*, Tacet Moſes qui è serpente loqueretur, ſolus detexit Chriſtus eum mendacem, dicens & homicidam. Et Theodorus neceſſario Moſen, ait reticuiſſe diabolum, quippe quæ decepti non cognoſcerent. Plura quoque dicenda fuerant in hac deſcriptione, quomodo mulierem acceſſerit, cur eam potius quam virum attentauerit. Quomodo quæ traderet, forent credibilia, vt eſſent ſerpentes locuti, cogitare etiam antea debuit. Nec mirum ſerpentem iſtum non totum, ſed exteriorem tantum eum deſcripiſſe. Qui etiam ſerpentes illos quos ipſe vidit, à maleficis exhibitos Pharaoni, ſerpentes fuiſſe dixit, non referens quales eſſent: magica autem phantaſmata, ſimulati que dracones erant, qualis & ille in paradifo. Collectis igitur ex omni ſcriptura compluribus exemplis, datur nobis aditus ad intelligendum quid ſub hac deſcriptione ſit omiſſum, cur ſit exterior tantum ſerpens propoſitus. Agnoſcimus idem in cæteris factitatum, apparentias, imaginẽsque rerum ſcriptores ſacros tantum referre, interiores res omittere. Reuertor ergo ad propoſita ſuperius exempla, dicoque ſcriptores ſacros eſſe ſimplices rerum narratores, non interpretes, poſteris autem hunc laborem eos reliquiſſe, vt in intelligendis occultis deſudarent, oblata paſſim occasione ex cæteris exemplis. Dicoque tamen ſerpens iſte paradifi, & ſerpens appelletur, & tota

descriptio conueniat in animantem terrestrem, talem tamen serpentem fuisse quales illi D Magorum & maleficorum Pharaonis, qui & si dæmones essent, aut oblata per demones phantasmata, ex eo tamen quod videbantur, à Mose serpentes vocantur. Similiter tamen si Deus in medio, cingentes autem à dextris & à sinistris duo erant angeli, tamen quod in habitu viri visi sunt, viri sunt appellati. Sic tamen si esset aut Deus aut angelus, qui cum Iacob est luctatus, eum tamen, quod videretur vir, viri theologia vocauit. Quæ consuetudo cum sit his exemplis nota, admirari non debemus, si in descriptione Mosaica, tantum ipsa imago, & apparentia describatur. Vtq; intelleximus in Abraham, medium illum fuisse Deum summum, duo circumstipantes, Angelos, quia duos Angelos postea narrat Sodomam profectos, Deum autem remansisse cum Abraham, sic ex cæteris quidem cognouimus serpentem paradisi, fuisse serpentem: sed quia locutus est, rationalè eum fuisse cognouimus, quia fecellit spiritum malum: omnis enim cognoscens & loquens spiritus, aut est homo, aut Angelus, aut Deus. Homo in nullam se potest vertere figuram, Angelus & Deus vertunt, sed ex operatione & assumpta figura fit res manifesta Deus conuenientissimam diuinitati suæ figuram assumet, aut humanam scilicet, aut diuinissimam quandam, qualem vidit in rubo Moses, Apostoli in monte, humanam quoque sed formosissimam, qualem vidit Abraham & Moses. Angelus similiter congruentissimam, pulcherrimam, clementissimam, ferinam autem, & truculentam, dæmon, Angelus malus: prauitati & interiori deformitati congruentem. Assumpsisse autem pulcherrimas & clementissimas species Deum & angelos, consentiunt etiam antiqui poëtæ, varias autem & truculentas species assumere solitum dæmonem ex ipsis etiam poëtis antiquissimis ostendo. Et quod admiratione dignius, celebratur apud poëtis forma colubri, in quam sese vertat spiritus ille malus. Homerus igitur inducens Proteum, cui magica phantasmata dæmones subministrarent, in quæ sese ille eorū auxilio, aut ipsi pro eo, verterent, scribit varias formas has, & monstra fuisse.

Odyss. d.

Ἄλλ' ἦτοι πρῶτα λέων γένετ' ἠγέαιος,
 Αὐτὰρ ἔπειτα δράκων, καὶ πάρδαλις ἢ δὲ μέγας ὄϊς,
 Γίνετο δ' ἕρκυν ὕδαρ καὶ δένδρον ὑψητέλλον.
 Principioque leo senior fuit ille inbatns,
 Inde draco, & pardus, mox vero terribilis sus,
 Liquidæque vnda fuit, tum celsò vertice planta.

Apparet ergo etiam illos (nam Homerum hæc ad magica phantasmata Ægyptiorū, probatissimi scriptores afferunt, retulisse) magnam fingendorum falsorum simulacrorum dæmonem habere potestatem credidisse. Erant, vt dixi, simulacrà interiorum crudelitatem, feritatemque decentia. Leo, vnde etiam in diuinis litteris, tanquam leo rugiens pessimus dæmon inducitur. Draco, forma congruens aptissime venenis, quibus afflare peccantes, eosque qui sub vmbra alarum diuinarum non refugiant, solitus est. Nam astutias ac inuidias, malitiæque eius nulla re quàm nomine veneni tam bene quis expresserit. Vrit enim curis, & cæcum spargit in præcordia virus. Quod mortales incauti non sentientes, sæpe putant bella & sæuas cupiditates, humanis & naturalibus causis accidere. Hac forma decipit primos homines. Tum versus cæteræq; formæ quadrant ad illusiones diabolicas. Claret igitur etiam illos agnouisse phantasmatum fingendorum, id est non rerum verarum, sed simulacrarum quales oculis solent à circulatoribus exhiberi, dæmonem habere facultatem. Hoc ipsum clarius demonstrat noster poëta, qui quasi è Christianis theologis vnus, describit locum, naturam, mores, ingenium, cupiditatem, auiditatem modumque fallendi, & in omnia se transferendi, dæmonis potestatem: Describit autem monstrum horribile, sanguinis, discordiarumque sitibundum, secreta venena mentibus inspirans, figuram autem ei præcipue dat serpentis & colubri, vt vel antiquis relationibus, vel huc ducente natura videatur ista tradidisse. Appellatur in diuinis litteris hoc monstrum. Satan, id est aduersarius, quasi hostis, & inimicus, quam aduersationem in calumniando præcipue positam credentes, Septuaginta interpretes, ὁ ἄλλοθεν, calumniatorem verterunt eius nomen in Græcum. Sedenim latissime patet malum eius, nec calumniatur solum, sed omne genus exercet fraudum malarum, quod sub Hebraica voce, satan designatur, & sub poëtica Alecto, quasi insatiabilis. Nunquam enim nocendi sitis extinguitur, semper vt in nostris litteris extat, insidians. Dicitur etiam Megæra, id est inuidens, intelligentibus nominis autoribus quod esset traditum in sacra theologia, inuidia diaboli mortem introisse in orbem terrarū. Sed audiamus poëtam tantū monstrum describentem, referentemq; eadem quæ traduntur à nostris, tunc

Satan.
 Diabolus.

Atum nō mirabimur hostem inuidentem homini immortalitatem, & eius pacem cum Deo, & concordiam, à principio sese in figuram colubri conuertisse:

Luctificam Alecto, dirarum ab sede sororum,
 Inferis que ciet tenebris, cui tristia bella,
 Iraeque, insidiaque, & crimina noxia cordi.
 Odit & ipse pater Pluton, odere sorores
 Tartareæ monstrum, tot sese vertit in ora,
 Tam seuæ facies, tot pullulat atra colubris.

Primum describit locum, infernas sedes, appellat luctificam, totam vim malorum ab eo paratratorum exprimens. Nihil enim præterquam fletus & gemitus concupiscit. Tum locū luctuosum, lachrymis & luctibus foetum, vbi ipsa inhabitat, cupiens omnes adducere: vbi inquam fletus est semper, & stridor dentium. Tum naturam, mores, & ingenium luculentissime declarat, ei solas placere dicens iras, insidias, domos, vrbes & nationes vastantia crimina. Diabolus aiunt nostræ litteræ insidiatur vt pereas. Et à C H R I S T O, de eo dictum est ἀνθρωποκτόνος ἐκ ἀπ' ἀρχῆς, homicida fuit ab initio. Tum sese in omnes facies vertendi potentem ostendit, facies quidem prauitati suæ congruentes, nimirum sæuas, & truculentas, ac formidabiles: præcipue colubrosas, plenas serpentibus & anguibus, quibus venena sua, tanquam ipse maximus anguis, effundit. Eoq; in anguem versus primos homines decipit, Delectatus à principio hac figura. Progrediens poëta hæc addit:

B Tu potes vnanimes armare in praelia fratres,
 Atque odium vertere domos, tu verbera tectis,
 Funereæque inferre faces, tibi nomina mille,
 Mille nocendi artes.

Non poterat describere diuinius, pessimi dæmonis vim. Odit enim pacem & concordiam, exhibens mille earum disungendarum occasiones, incognitas quidem nobis & callidissime oblata. Sunt autem ei mille nomina, sub quibus mille nocendi artes continentur, è quibus quædam notæ sunt, quædam summa eius calliditate occultantur, potest enim & in somniis decipere, naturales appetitus accendere, tum furias animo hianti & supino iniicere. Siquidem & ille qui totum eum norat, ad mentes ociosas reuertentem, easque sibi paratas inuenientem, omnia dicit euertere. Mille ergo artes, nempe quot scelera cogitari & fieri eius suauis possunt, tenet impostor, plures item, quæ nominari non possint. Summum autem munus est disungendæ pacis, vt luctus & discordia, cædesq; sequantur. Quam naturæ suæ malignitatem, simul homine exorto, coepit exercere, discincta pace, quæ inter hominem, atque opificem intercederet: faciesque funereas intulit in orbem, & verbera manus plangentium ac lamentantium, prosequitur vates quomodo foeminam natura leuiorem, faciliusque deceptioni patentem, versus in colubrum decipit, quo factum, vt maxima cædes, & sanguis ac luctus sit consecutus. Quo loco admiratione digna profecto res, vt quemadmodum Moses scribit colubrum istum primam mulierem decipisse, & ab ea deceptum virum: sic poëta hoc monstrum vxorem Latini inflammasse ac decipisse canat, per colubrum, vnde bellum crudele exarserit. Sed foeminam primum natura sua ad malum patentem demonstrat:

Foemineæ ardentem curæque iræque coquebant,
 Huic Dea cœruleis vnus de crimibus anguem
 Coniicit, inque sinum præcordia ad intima subdit.
 Quo furibunda domum, monstrum permisceat omnem.
 Ille inter vestes, & leuia pectora lapsus
 Voluitur attractu nullo, fallitque furentem,
 Vipeream inspirans animam.

Ecce & foemina hoc loco decipitur, & per anguem decipitur, qui veniens ad eam, alio quodam modo quàm primā mulierem fecellit. Recte enim dicunt nostri, non fuisse antiquam vehementem tentationem, nec interiorum animum attingisse, sed exterius tantum, & loquendo monstrum virus afflasse. At ille anguis subter præcordia lapsus, perque omnem foeminam oberrans, furore eam decipit, sed ardentem prius & expositam. Non sic priorem foeminam meliorem & sanctiorem, vt facile si voluisset, potuerit eum reiicere, cum & serpens horridus esset, & exterius prodigiōse loqueretur. Quibus euestigio poterat deceptio patefieri. Inspirauit ergo vipeream animam vtri que mulieri, sed priori non inspirauit, nisi persuadendo, verbisque exterius sonantibus. Illam autem validius. Tum si poëtam legas, illa quoque afflata, hac anima viperea, maritum aggressa est,

eum ex oraculo diuino dimouere conata. Sed grauis ille vir perstitit immotus. Paulo post iterum ait poëta, *penititque in viscera lappum Serpentis furiale malum.* En & apud eum, serpens deceptor, malum furiale iniiciens mulieri, inflammans foemineum animum, fraudibus suis aptissimum. Hæc igitur carmina citauit, vt ex omnium scriptorum testimonio agnosceremus, quæ sacris litteris traduntur, ne miraremur tanquam insolitum ac prodigiosum, antiquissimam foeminam à serpente deceptam. Nam nisi superius poëta originem totius mali explicuisset, quæ vis esset Alecto, qua potestate & artibus instructa, quomodo obsedisset limen Amata, dubitassetem proculdubio de sequentibus, nec potuissimus inducere in animum, qua ratione à serpente spirituale venenum esset inspiratum. Intelleximus autem ex priori descriptione, eum fuisse spiritum malignum, sese in quascunque velit formas vertentem. Verum apud Mosen compendiose loquentem tantum subsequētia, non etiam antecedentia referuntur. Neque enim perinde atque poëta narravit etiam si totius mali originem referre neglexisset, fuisse à principio spiritum impium, crudelem, superbum, inuidum, qui ob arrogantiam ac superbiam, paulo ante de cælo cecidisset: Qui eum se posset in omnigena monstra mutare, inuideret autem homini, quam ipse amisisset diuinitatem, cuiusque & totius posteritatis funus affectaret, in serpentem mutatum, constituisse in paradiso, tacitumque limen reginæ obsedisse, vipeream animam inspiraturum. Retulit ergo ex omni descriptione, pauca tantum, finem & effectum deceptionis, & formam qua sit facta deceptio, principium autem totius mali non retulit. Nos autem ex cæteris locis, & ex vniuersa philosophia, hæc duo cognouimus. Spiritum esse quendam inuisibilem, perditum, inuidiæ, atrocissimumque cupiditatum plenum, tum visibiles formas induendi potentem. Idque intelleximus multis simul testimoniis & exemplis concurrentibus. Ac fortasse priora illa reliquit Moses, quod possent, nisi stulti & tardi ad cogitandum essent, facile animaduerti. Quandoquidem & asina Balaham locuta est, licet eo loco dictum sit, dominum aperuisse os asinæ. Quod si & hoc loco, simile quid posuisset, omni nos angustia liberasset. Sed non credo cum dicturum fuisse, dominum aperuisse os serpentis vt loqueretur, sed diuersum quiddam, aut angelum malum, aut aliquid consimile. Constat igitur testimoniis etiam prophanarum litterarum primum, esse monstrum quoddam inuisibile, malorum sitibundum, lachrymarum, funerum, sanguinis & cædis avidum, id ipsum esse versutum, versipelle, versatile, & quod Græci *πολυτροπον*, diuersis artibus instructum, ad fallendum, pectus foecundum malorum. Has artes esse cum primis, quod potest quascunque velit formas assumere: potest fieri canis, draco, aper, & ex his latrare potest, & loqui. Demum constat è formis in quas se conuertat, quibus decipiat, frequenter assumpsisse colubrum. Denique facinus aliquod aggressurum, ad foeminas primum aspirasse. Cuncta ergo hæc assensu omnium litterarum constant, esse spiritum impium, inuidum, tum versutum, id est versantem formas, tum forma colubrorum eum delectari, tum hac decipere, præcipue foeminas, Colligentes ergo, & quod ait CHRISTVS de Iudæis *γεννηματα ἑχιδνῶν* proles viperarum, quod exponunt, filij diaboli. Et quod Paulus, Dominus conterat satanam sub pedibus vestris. Item quod CHRISTVS, pugnat cum antiquo serpente. Tum serpentes Magorum Pharaonis. Et canes oblatos à Simone Mago coram Nerone, iam vero & phantasmata Protei. Facile omnium inueniemus solutionem, ad hæc & duas rationes adhibentes, quarum vna est, quod oratio, est oris ratio, animique simulacrum, quod vbi oratio sit, necessario ad sit mens cognoscens, verbaque formans: deinde non esse difficile spiritui solertissimo è quocunque corpore & animali loqui, quado è simulacris ligneis & lapideis loquebatur, è quercu, è percusso lebetè, è ventre, vnde ventri loquæ Græce *ἐνταφίμοι*. Et vt ait Serabus, sic loquebatur per serpentem, sicut per fanaticos. Quencunque enim arripuit, intellectum & rationem tollit, ipseque regit habenas, ac tota erit res enodata ac patefacta. Nunc singula verba perpendamus.

Serpens erat callidus.

Serpens Hebraice dicitur נחש nachash, cui vocem subesse quoque significatum incantandi, magicamque exercendi, & diuinandi, ac tentandi, incredibiliter demiror. Siquidem Hebraice nachash etiam augurari, futurarumque rerum scientiam querere designat. Vt Gen. cap. xliij. Sciphus quem furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus, & in quo augurari solet: id est scientiam querere, futura vestigare, probare quid eueniat, quid impendat. Et cap. xxx. Experimento didici, quia benedixit mihi Deus propter te. Quod Hebraice, נחש probaui, inquit, & benedixit me Deus propter te. Et Chaldaeus loco probaui, ha-

Abai, habet נחש tentauit. Omninoque vox designat explorare, artibus quibusdam arcanis secreta querere, præcipue vt solebant supersticiosi. Mirabile igitur est à nomine serpentis, factum esse verbum nachas, probandi, querendi futura, idque arte quadam: sicut à dabar quod est verbum, dicitur dibher, loqui. Videreturque ex isto loco idem esse nomen serpentis ac tentantis, & verbum nachash, quod quasi sonat serpentare, usurpatum pro eo quod est probare, diuinationem, certitudinemque futuræ rei capere, vt videatur aut Adam in finctu quodam diuino, serpentem appellasse tentatorem ac probatorem, per quam quasi diuinare & cognoscere Deus decreuisset, an diligeretur ab homine, aut ex illo tempore totam gentem, quæ quidem omnis Hebraice loquebatur, cognouisse per serpentem hominem fuisse probatum, ac quasi per eum super homine augurationem ac diuinationem Deum cepisse: Exin, omnem rerum futurarum artem, qua secreta vestigationem ac examinationem appellatam quasi serpentationem. Recte igitur serpens erat diabolus, quia vocat eum tentatorem theologia. Nam serpens & tentator Hebraice idem sunt, idem quoque tentator & demon. Et accessit, inquit, ad eum tentator dicens, Verte lapides istos in panem. Escæ quoque proposuit mulieri, quasi & illi suggerens, Comede fructus hos suauissimos, & ad cognoscendum aptos. Serpens igitur fuit augurium, ac quædam diuinitio, & probatio. Eamque ob causam dicitur Græce dæmon *πειρατής*, opera eius *πειρασις*. Duplices autem sunt omnino serpentes, hi qui dracones dicuntur, & hi qui serpunt. In scriptura interdum vtrunque genus nuncupatur nachas, nonnunquam nomine differunt, appellanturque dracones, thaninim. Potest igitur hoc loco nomine serpentis aut draco ingens & alatus, aut coluber intelligi. Magis autem draconem crediderim, vt quasi in forma basiliscæ obtulerit, quem Latine regulum potes appellare, quod gestet in capite quasi coronam perinde atque gallus. Duæque sententiæ possunt occurrere, vt vel per verum terrestremque serpentem dæmon subiens in præcordia sit locutus, aut ipse in forma & phantasmate serpentis apparuerit, sicut coram Pharaone per incantationes Magorum, & quales canes oblati à Simone Mago, cæteraque multa. Superior disputatio in hunc posteriorem tendit sensum. Fieri quoque potest vt prior sit verus, quod rota serpentis maledictio corroborat. Illæ quidem meræ fabulæ, vt opinati sunt quidam Hebraei, mulierem voces animalium tunc intellexit, nuntiumque serpentis agnouisse. Quidam ex eis Satan serpente sunt arbitrati, sed ab aliis propter maledictionem coniectam in serpentem terrestrem, vt ingrederetur super pectus, vt comederet terram, reicitur. Sed hi à Scylla in Charibdin quod aiunt, referuntur. Quomodo locutionem in brutis animantibus offendit: Non potest ergo melius dici, quam fuisse dæmonem. Et Hebraeus siue Salomon, siue Philon assensus est, *αθόνη ἀφ' ἑσθλῆς γένεως ἐστὶν ἕως πρὸς τὸν κόσμον*, Inuidia diaboli, istius scilicet serpentis, mortem ingressam in mundum: quod quidem artificiose & maliciose fecit, sicut omnia, & sicut decet fraudulentum. Duo sunt autem hoc loco dæmonem declarantia, calliditas, & sermo. Nam & si sunt multæ fraudes in animalibus brutis, maiores tamen fraudes, artis & rationis & sermonis indigentes, non sunt. Quomodo autem tanta fraus, nisi à solertissimo & ingeniosissimo deceptore fieri potuisset? Quod autem dixit callidior, Hebraice נחש arum nomen fere in malum propensius, quam bonum, magisque malignam astutiam, quam bonam denotans. Vnde sunt illa: Super populum tuum malignauerunt consilium: quod Hebraice hac ipsa voce significatur. Super populum tuum נחש יארמו. Quod Septuaginta transtulerunt *καταπειρασθήσονται*, ex quo intelligimus, quod isto loco cum dicitur serpens erat callidior, intelligendum est, malignior, propriumque est nomen diaboli, *πανουργός*, id est veterator, malignus. Suntque idem *πανουργός πομπός*, & vtrunque est nomen diaboli. Et Aquila & cum Theodotione, quod Septuaginta isto loco sapientem transtulerunt, ipsi *πανουργόν*. Exodi quoque vbi in nostra editione dicitur, Si quis per industriam occiderit proximum suum: Hebraice est נחש יארמו, quasi per malitiam, per malignitatem & fraudem, & versutiam, studioque maligno. Omnibusque collectis, hac voce illa nocendi ars, & ingeniosa malitia denotatur, quæ declarauit declaratque semper autorem suum. Serpentem autem omnibus animantibus callidior dixit, respiciens posteriores fraudes non præsentem naturam. Non inquam quia haberet natura calliditatem, sed quia fecerit rem summæ calliditatis. Ideoque non in terrestrem naturalemque serpentem hæc pertinent, sed illum qui ex vna malitiosissime re perpetrata, cognitus & vocatus est malitiosus. Quod cum nulla cæterarum animantium fecerit, iure præfertur omnibus illis; hac parte. Sicut autem nunc ante omnes animantes calliditate præfertur, sic ante omnes animantes

Serpens an
biqum.

paulo post maledicetur. Appellatusque est ab eo qui genus humanum ab illata morte ex
fraude eius, liberauit, serpens antiquus, contra quem docuit esse pugnandum, ut primum
æternum acciperemus. Quasi referens eadem quæ par est eum cum Adam in paradiso lo-
cutum, cum in aciem descenderet. Idem utrobique princeps, & hortator magnus, in fine
temporum clamans apud mortales, pugnate cum antiquo serpente: In principio, pugnate
cum nouo isto serpente, aut mandata mea seruate, nullius suasu à legibus meis discedite, &
accipietis primum æternum. Quare constat Abraham Auen Esdra falli, & fallere, asse-
rentem hæc iuxta sonum accipienda, ut serpens fuerit verus, naturalisque serpens, cui Deus
scientiam dederit ante omnes bestias, sed non ante hominem. Quæ & antiquorum He-
bræorum, & quod irrefragabile est ipsius veritatis testimonio refelluntur. Ratio quoque
pugnat aperte. Paulus etiam eximius, astutias satanæ commemorans, credoque cum sua
dialecto pro astutia vsum voce ista Mosis מִרְמָסָא arema, attribuit illi quod & Moses, & mu-
lier. Moses, Serpens callidior cunctis animantibus: Mulier, Serpens decepit me. Paulus
autem, Timeo ne sicut serpens seduxit Euam, ita corrumpantur sensus vestri per astu-
tias Satanæ. Ergo ut antiquiores Hebræi censuerunt, is erat Satan. Eadem autem sunt nunc
atque tum bella, eadem insidiæ, eadem victoria, idem primum. Si pugnatur fortiter, præ-
mium æternum est paratum: si pugnatum tunc fortiter fuisset, etiam primum æternum
fuisset consecutum. Sed corporaliter tunc agebantur. Astabant corporaliter primum, bel-
lum: Ventum in aciem visibilem, oblati visibilis hostis, propositum visibile primum.

Qui dixit ad mulierem: Cur præcepit vobis Deus, ut non co-
mederetis de omni ligno paradisi?

E

PRO eo quod noster transtulit, cur, imitatus fortasse Septuaginta πῶς ἐπιείκει, quid est
quod dixit, Hebraice habet שָׁמַר duæ particulae, quæ sonant, etiamque, esto ut. Ex quo
putant nonnulli Hebræi, quia sermo imperfectus sit, alia quæpiam antea dixisse serpentem,
ut tandem sermonem absolvens, addiderit, nedum, non quoddam, multo minus præcepit. Quasi
ad hunc modum loqueretur: Vos creauit inclytus iste princeps ac dominus, rerum nihil
vobis ad beatitudinem denegauit, non denegauit dominatum super omnes animantes, ni-
hil eorum ad alimentum, quæ à terra nascuntur, multo minus igitur arborem istam con-
tingere, fructibusque eius vesci prohibuit. Chaldæus tamen ut annotationes ostendunt
מִרְמָסָא in veritate quoddam, verum ne est, quod dixerit. Quod admirandus cum deceptio-
ne serpens loquebatur, quasi super re noua, & insolita, & incredibili perinde atque illud.
Id cinerem aut manes credis curare sepultos? Non est, inquit, verisimile, Deus ut ista curet, &
ut secutura mors sit, pomorum esu, secutura est quæ denegatur, inuideturque, scientia boni
& mali, quæ vos ipsi Deo adæquabit. Ac potius reor inuidere vobis Deum istam diuinita-
tem. Tale quid videtur serpens esse locutus. Ex quo recte tum deceptor & fraudulentus, tum
calumniator est appellatus. Decipit mentiendo. Vnde & diabolus & mendax, decipiens cum
maxima fraude, tum ut ait Chrysostomus, iure calumniator: quia Deum apud nos, & nos
apud Deum calunnietur. Loquitur apud mortales de Deo falsa, eum rerum humanarum au-
torem negans, aut contemptorem prædicans, negans omnipotentem, nostri apud Deum cal-
umnia occultior. Dicuntur autem sicut & cætera breuibus à Mose, multaque tum dicta tum
facta necessario interfuerunt, quæ reticetur: credendum est enim pleraque alia ante tenta-
tionem & in ipso tempore serpentem fecisse. Quem ubi constiterit an iuxta arborem, an
nemore maligno, opaco aut in via, Moses non describit. Tum non ostendit an Eua cum vi-
ro tunc esset, aut separatim deambularét animi causa per paradysum. Deinde vtrum in pa-
radiso natus, an exterius serpens aduenerit. Breuibus maxima & copiosissima completés.
Credendum est autem fuisse draconem pulcherrimum, cristatum, sublato pectore & col-
lo: qui speculatus formosissimam foeminam per paradysum exultantem, corporeasque deli-
tias captantem, eam minime occupatam, nec ad creatorem suum animo, sed ad delicias
illas intentam, inuasit. Nec alterius generis aggressionem fuisse putandum, quam quas homi-
nes sæpe faciunt, cum aut amicos, aut inimicos circumueniunt, aut cum insidiosè ad aliquem
accedunt. Sed præcipuam diuinæ litteræ testantur dæmonem habere vim, cum mentes
offendit ociosas. Nam, *Ocia si tollas periere cupidinis artes.* Quod ipse veridicus autor etiam
docuit, cum in domum, id est mentem vacantem, paratam, ociosam, eos ventitare so-
ciatos asseruit. Alij eum obambulare, ut deuoret. Ergo obambulantem, causamque nocen-
di quaerentem, credendum est, in mulierem ociosam incidisse. Par est autem, si illa orasset,
si cum

Asi cum Angelis & Deo, mente mansisset, nullam hostem vim habiturum fuisse. Interea cum
& Adam seorsum procul, fruens amoenitate paradisi deambulet, tempus opportunum
callidus impostor quaesivit, ut tunc mulierem aggrediretur, cum nec in caelum intentos
oculos haberet, & virili adiumento careret, qui fraudum occultarum eam forte cautiore,
attentiorémque fecisset. Nam serpentem visum ab Adam non est credendum, sed perpe-
trata deceptione, & illis comedentibus subito delituisse. A muliere autem allatum est po-
mum, viro deambulanti. Ideo persuasus est, non deceptus, ut aiunt Græci, dictum Pauli ex-
ponentes. Cum ergo vidisset eam cæteris omnibus fructibus vescentem, solam quæ in me-
dio erat arborem non attingentem, tum memor eorum quæ fuerant antea decreta ut si non
comederet, mortalitate careret, talibus aggreditur dictis, Cur præcepit vobis Deus? Ad-
monent autem Hebræi in hoc sermone serpentis nominari nomen Dei Elohim duntaxat,
non etiam nomen tetragrammum Iehouah, quod semper in superioribus nominatur, di-
centes hoc nomen serpentem ignorasse. Atque credendum est non ignorasse hoc nomen
serpentem, sed potius reticuisse, sicut sæpe multa diuina reticuit. Veluti cum rogatus Apol-
lo qui vir fuisset IESVS, respondit, eum fuisse virum sapientem, à Chaldæis occisum, sup-
pressit diuinitatem. Sic nomen suppressit dæmon, quod diuinitatem veram ac solam signifi-
ficaret. Tum nominum diuinorum nimia veneratio, quæ sola prope est apud Hebræos phi-
losophia, in superstitionem abit, dum magis quam par sit, ventilantur, & excutiuntur, susque
deque volutantur. Porro cum hac serpentis interrogatione, expressum mendacium est ad-
iunctum, quod mulier si voluisset, facile deprehendisset. Afferit enim Deum præcepisse ne
ex omni ligno vescerentur, cum contra Deus dixerit, Ex omni ligno quod est in paradiso
comede. Quod quidem mendacium mulier coarguit incauta, recitans memoriter mada-
tum. Ex omni ligno vescimur. Quod & Seuerianus obseruauit. *ἡ γυνὴ νομίσασι ἀγνοίαι ἐναυ,
διωβήται τὴν λέξιν, ἔχθητος φησὶν, ὅτι ἐπιείκει ὁ θεὸς μὴ φαγεῖν ἀπὸ παντὸς ἔργου, ἀλλ' ἀπὸ παντὸς μὲν
ἔργου ἐπέτρεψεν ἀπὸ δὲ ἐπὶ ἐνὸς ἐνώλησαν, ἔδοξε μανθάνειν ὅτι ὅτι ἡδε.* Hoc est: Mulier arbitrata quod
serpens dixerat, cur præcepit ne comederetis ex omni ligno, inscitiam esse, corrigi dicens,
non vetasse Deum, ex omni nos arbore vesci, sed ex vna tantum. Tum verò visus est didi-
cisse, quod nesciret. Triplexque mendacium monstrat idem fuisse in serpente, Ne ex omni
ligno comederet, vno tantum verito. Non morte moriemini. Et, Nouit Deus quod in qua-
cunque die comederitis, eritis sicut Dij. Denique vbique deprehenditur mendax serpens,
scelerum, mendaciorumque pater & artifex, cum etiam eos morituros negauerit. Cum er-
go ait, De fructu vero ligni, quod est in medio paradisi. Apparet ex isto loco, quod & He-
bræi quidam arbitrantur, in medio paradiso & quasi eodem loco, propinquas fuisse ar-
borem vitæ, & arborem sciendi bonum & malum. Etenim superius sic scribitur, Et li-
gnum vitæ in medio paradisi, hic vero etiam lignum sciendi est in medio paradisi. Erant er-
go quasi duæ præstantes cæteris arbores, insignia mortis & vitæ. Sicut enim mortis arbor
dicta est, & tamen non est ilico mors secuta, fructibus eius deuoratis, tum arbor sciendi dicta,
cum postea si fructus eius attingerentur, mortem futuram prædiceret, quæ omnia symbolica
sunt, minime sub cortice remanentia, sic veram vitam in illa, mortem veram in ista debes intel-
ligere. Atque attentius quod dixi considera. Arbor sciendi dicta est, cuius qui fructibus ve-
scretur, moretur. Quis ergo conuenit inter scire bonum & malum ac mori? Cur in ea-
dem arbore vtraque tam secum dissidens res apponitur? Videlicet sic habet quiddam pau-
lo magis reconditum, sicut quod dixit ille, Non bibam amplius de hoc genere vitis, nisi
cum fuero in paradiso vobiscum. Hæc, inquit, conuiuia, & dulcissima symposia in terris de-
inceps nulla vobiscum celebrabo, sed postea exercēbimus in cælo, vina suauissima in do-
mo paterna bibentes. Vinum, conuiuium, domus, cælestes voluptates, perennemque habi-
tationem designantia vsurpantur. Hæc repeto sæpius, allectus cupiditate rem abstrusam
explicandi. Vescerentur ergo fructibus cæterarum omnium arborum, qui cibus erat illius
temporis, vno solo vesci prohibebantur. Nam arbor vitæ astabat quidem & ipsa veluti præ-
mium, de cuius fructu vesci non quidem prohibebantur, sed vetabatur attingere, inaccessi-
susque erat & locus & arbor. Itaque quod sæpenumero admonui, apparet esse verum, ple-
raque omitti à Mose, quæ à minime tardis in descriptione eius possint intelligi. Nam cum
daretur facultas omnium fructibus arborum vescendi, vna duntaxat prohibita, arbor vi-
tæ tamen reticetur nec dicitur ferme quod dicendum fuisset, & quod dictum par est. Si
abstinueris ab ista, fructus istius æternos degustabis, assequeris qui terrestris es ut sis
immortalis & cælestis. Hæc fuisse dicta est verisimile, quando postea vidimus eicctum

Adam, ne comederet ex arbore vitæ. Quo perspicitur, si non fuisset eiectus, ad illa poma aditum ei fuisse pandendum. Hæc tamen non dicuntur. Quodque ait mulier, De fructu lignorum quæ sunt in paradiso, vescimur. Quanquam fons habet, De fructu ligni, unico numero intelligendæ tamen sunt omnes arbores. Figuræque est synecdoche, qualis inferius: Abscondit se Adam & vxor eius à facie domini Dei in medio ligni paradisi: eos enim intra densa nemora aufugisse credendum est. Sunt ergo caute & accurate omnia exploranda, & quod vno in loco emittitur, declarandum ex altero, plena est enim repetitionibus hæc descriptio ob ea quæ in antecedentibus omittuntur. Nam & hoc loco mulier reperens mandata Dei, præcepit ne comederemus, & ne tangeremus illud. Addidit, ne tangeremus, quod quidam etiam monent, & Hebræi superius omissum. Atqui verisimile est, in mandatis traditum, quo magis essent cauti, & periculi securi ne tangerent. Quorundam enim vitiorum fuga victoriam assequimur: alia eundo obuiam, & resistendo superamus. Voluptates & illecebræ, qui velint ex eis victoria potiri, fugiendæ sunt, atque auertendæ: remouendus aspectus, tactus, quæ prima sunt, tunc absistit accessus. Insanit autem qui se putat inter arma & tela posse versari securum & illæsum, Cui autem esset à rege mandatum à meretrice se contereret, nonne tutior esset, si conspectum eius aufugeret, longe autem si colloquium, multo autem magis si contactum. Nulla igitur superfuit excusatio: præceperat Deus vt ne attingerent fructus, ne tactis his & irritata gula, comederent. Superius ergo in descriptione, contactus fuerat omisus. Et mulier totum imperium animo retinebat, vt excusatio locum nõ habeat. Hócque mihi magis probetur, quàm quod Salomon, & Nicolaus suspicantur mulierem præceptum aggrauasse ex displicentia: plurima enim sæpe probauimus omitti, postea referenda. Nam & minas mortis, non eo refert modo, quo fuissent pronuntiatæ. In quacunque, superius dicebatur, die comederis ex eo, morte morieris: & id foli viro videtur ibi præcepisse: nunc mulier etiam sibi ait à domino imperatum numero multitudinis referens præceptum. Tum ait: Ne forte moriamini, quod quodam diuerso modo fuerat antea pronuntiatum. Quod autem serpens respondit, Non morte moriemini, & quæ sequuntur. Duo manifestaria mendacia, & imposturæ duæ: Omnis enim decèptio fit cum mendacio. Ac primum falsa imago sumpta, tum dixit eos non morituros, postea similes Diis futuros ista arbore: cum non ista, sed illa vitæ similes futuri essent Deo, vel Angelis. Idq; credendum est Deum pollicitum. Contemplare fraudem, artificiosumque mendacium. Inferius Deus dixit, Nunc ergo ne forte sumat de ligno vitæ, & viuat in æternum. Hæc inquam erat futura similitudo, in immortalitate scilicet & æterna vita, cum qua omnia diuina bona sequebantur. Omnibus enim erumnis claret immortalis, tum eam non habent nisi animi puri, & à contagio peccatorum liberi. Quare hæc erat immortalitas vera, occultata, & suppressa à serpente. Atque prudenter docuit Gregorius dæmonem apud nos, aut imminuere, pondusque detrahare præceptis Dei, aut recitare in contrarium. Imminuit autem recitauitque in contrarium, primum quod Deus non constituerat immortalitatem in cognoscendo bono & malo, sed in abstinendo ab altera arbore, & in degustando fructu vitæ, tum ista similitudo cognoscendi bonum & malum, non solum non erat profutura, sed iacturæ incredibilem præbitura. Quod tacebatur ab illo referente quædam tantum, & quasi letiferum hamum sub oblata superne escæ occultante. Escam cognitionis, & similitudinis offerente, venenum letale tegente. Ac cupiebat nocere præsentius, addens scientiam Dei. Scit, inquit, Deus oculos vestros reuelandos, Diisque similes vos futuros. Si Deus scit, certum est, & necessarium. Non erit secus. Ac quod ait,

Eritis sicut Dij.

Pro Diis Hebraice est Elohim. Quod cum & Deum & angelos, & maximos quosque viros ac principes designet, varium potest hic efficere sensum. Abeuntq; & Hebræi & Græci omnes in diuersas sententias. Primumq; Chaldæus. Pro Diis posuit רבין rabbin, magnos, principes, summates, quod angelorum etiam est nomen. Hebræi exponunt, sicut Angeli, Septuag. ἄγγελοι, sicut Dij, assentiturque Hieronymus. Potest etiam dici, sicut Deus: eadem enim est hic in Hebraico semper oratio. Scit enim Elohim, quod in quocunque die comederetis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Elohim. Et inferius: Ecce Adam sicut vnus ex nobis, sciens bonum & malum. Rabi Salomon exponit secretorum cognitores, vt aperiendos eorum oculos, sit occulta & abstrusa eos cognituros. Dicendum est igitur, calliditatem & fraudem quam tribuit Moses serpenti, ob multiplices fraudes eam tribuisse, non solum quod homines negauerit morituros, sed quod futuros ob hanc cognitionem, oculosq;

Deceptio fit cum mendacio.

Calliditas et fraus serpentis dæmonis.

A oculosq; patefactos, Dei similes prædicauit. Quare videtur hoc modo maxime posse dissolui quod occurrit, quomodo videlicet sequatur similitudo Dei ex oculis patefactis & nuditate cognita. Videntur enim hic se hæc tria consequi, oculorum apertio, scientia boni & mali, similitudo ad deum. Quæ si vera essent, multa indissolubilia sequerentur. Primum, quod antea non fuerint Dei similes: tunc quod videretur inuidia, si nolisset eos scire, sed potius imperitos esse maluisset, nec probabile est ex hoc consecutum esse peccatum. Tum si Deus & angelus scientiam boni & mali habent, vt postea demonstratur, quomodo ipsi sine peccato, homo cum peccato? Oportet igitur esse cautos, ne à simplicitate sermonis decipiamur. Sermo enim simplex est, non addens ea quæ amoliri dubitationes possent. Afferamus igitur hanc esse illam calliditatem quam proposuit à principio, cum asserit eos similes Dei futuros, sciendo bonum & malum. Nam quanquam Deus postea dixerit: Ecce Adam factus est sicut vnus è nobis, sciens bonum & malum: retulit ea quæ suggerente serpente, homo concupisset, & quasi ironice: Bene, inquit, ecce assecutus es, vt esses similis nostri: habes quod tota mente petisti, & vocem serpentis audisti: esto, sed lignum vitæ nõ gustabis. Quare qui exponunt, Eritis sicut Dij, scientes per vos, & cauti, & quasi ope diuina non indigentes, aut abstrusorum cognitores, non remouent scrupulum, male habentem eos qui hæc legunt. Non enim ob istud, similitudo cum Deo videtur demonstrari: sed quod aperti sunt oculi, & cognouerunt se esse nudos. Hæc scientia, hæc assimilatio, de hac locutus serpens, & quæ locutus esset, videntur consecuta, consecuta dico asserente Deo, factum hominem similem vni ex ipsis. Sed quia non vidimus per amissam simplicitatem, cognitamq; nuditatem, quicquã diuinius hominem habuisse, imò diuinitatem perdidisse, cogimur interpretari, verba ista serpentis esse meram imposturam, nec futurã vnquam similitudinem cum Deo, in cognoscendis malis & bonis fuisse. Verba autem Dei posterius, Ecce Adam sicut vnus è nobis, cogimur interpretari, quasi ironice recitata, sub eadem forma, qua fuisset serpens locutus. Attingit ait, quo voluisti, & nostri similis effectus: egredere igitur de paradiso, videamus istã similitudinem, istam quam oblatam à serpente non recusasti diuinitatem, vt cognita turpitudine tua, mortis etiã necessitatẽ incurras. Hæc erit diuinitas serpentis, pro ea quam tibi paulo ante in alia arbore pollicebar. Pro me, serpentẽ: pro vitali arbore, arborẽ scientiæ miseriarũ & turpitudinis tuæ elegisti. Sint igitur fructus electioni respondentes: Vt,

Sanguine Troiano, & Rutulo dotabere virgo.

Bis capti Phryges hæc Rutulis responsa remittunt.

Et, Quod genus apparet etiam apud Esaiam, cap. xxx. Cum populus diceret, Nequaquam, sed ad equos fugiemus. Propheta vero ex persona Dei asserit quod illi dicerent, sed in alium sensum, Ideo fugietis. Ita, inquit erit, vt dicitis, fugietis, sed persequente vos hoste. Sic & Adæ. Factus est sicut nos, cognoscet bonum & malum, sed in suam perniciem. Hæc nos dicere & ad istum modũ interpretari cogimur, perspectissimũ habentes sermonem Mosaicũ esse partim simplicissimum, partim cõpendiosissimum: sermone humano & simplici & breui ac quas rudi, nõ copioso, & ornato, & locupleti, maxima sacramenta recitari: multaque non dici, dicenda, quod ex Hebraica loquendi consuetudine scimus proficisci. Nec fas est nos hanc cõsuetudinem non videntes decipi. Vt cum dolore cordis tactus est, & pœnituit. Et cõtra turrim ædificantes, Venite confundamus eos. Quomodo enim ex ea arbore erat cum Deo similitudo futura, si ex ea mors erat cõsecutura? Falsa igitur & adumbrata promissione eos circumuenit, quasi scire bonum & malum, esset, esse Dei similem: cum potius esset esse dissimilem, & oculos habere patefactos, non scientiam qua Deo sis similis, sed miseriam & calamitatem esset comparaturum. Clarumq; est homines post casum non solum maiorem scientiam, quasi similes essent Dei, non habuisse, sed omnium cõsensu, longe minorem, in miserioremq; conditione eos cecidisse. Quos antea fuisse sapientes, declarat nominũ impositio. Quis credat autem maiorem scientiã ex ruina accessisse. Accessit quidem vt oculi corũ aperirentur, vt noscerent se esse nudos, sed in eo nulla est cum Deo similitudo. Id quoq; est admiratione dignũ, qua tandem ratione nosse nuditatem, sit nosse bonum & malũ. Quid est enim bonum & malum? an non antea norant hæc ipsa? Si non nosset, nõ homines vtq; sed bruta fuissent. Duæ sunt igitur hoc loco Hebraicæ locutiones, scire bonum & malũ & oculos aperiri. Tertium est adiciendũ, non arborem hanc vim habuisse aperiendorum oculorum, quod solum à Deo fieri potest: sed peccatũ ex arbore consecutum. Sunt ergo locutiones Hebraicæ, primũ scire bonũ & malum, ex aliis autem locis declarato quam habeat vim genus istud loquendi. Nam quanquã multiplex est bonũ & malum (est enim in

Virgil. 7.

Virgil. 11.

Nosse bonũ & malum quid.

substantia, in qualitate, in relatione, tum in varia qualitate: nam forma bona dicitur etiam Hebraice, & pomum bonum, & homo fortis, bonus ad bellum est, & bonum vile, & honestum: Totidemque modis dicitur etiam malum) scire tamen bonum & malum duos habere potest sensus, ut designet partim profundam quandam cognitionem & calliditatem, quam certum est hominem non habuisse, sed habuisse serpentem. Ideo vocatus est callidus, & Salomon paruulos hoc habere denegat, dicens: Ut detur paruulis astutia. Vbi pro astutia est eadem illa vox qua serpentis astutia denotatur, ערמך & hæc isto loco ex parte intelligentia est. Alter autem sensus est, qui facit hanc esse peculiarem Hebraice linguæ locutionem, quod appellant scire bonum & malum, id quod separat omnem aliam ætatem à pueritia. Quod apparet apud Esaiam: Antequam puer sciat reprobare malum & eligere bonum. Idem enim est etiam hic in Genesi, scire bonum & malum, scire eligere bonum, reprobare malum. Quod non est in paruulis & simplicibus. Eaque res præcipue in rebus vereis existit. Ut qui nesciat hanc rem, eum dicant nescire bonum & malum. Eamque ob causam corpora non tegunt pueri, ignorant ac non videntes quid ibi rei sit. In libris quoque Regum Berzelai ait, Nunquid vigent sensus mei ad discernendum suaue aut delectabile? Hebraice, An cognoscam bonum aut malum? Ex quo exemplo intelligimus hoc referri etiam posse ad voluptates, sicut transtulit Hieronymus, apud Esaiam vero, non refertur ad sensus, sed animum, idque etiam isto loco. Cum hac inscitia, est omnium malorum ac bonorum ferè adiuncta imperitia, vniuersalisque simplicitas. Noscunt quidem multa pueri, norunt parentes, norunt socios & amicos. Alia quoque multa credendum est primos illos tenuisse, quæ nesciunt paruuli. Ut fuerint quidem sapientissimi, sed fraudum & astutiarum imperiti. Declarant enim magnam in homine sapientiam, non solum nominum inuentio, sed prophetia, cum intellexit relinquendum patrem & matrem ob uxorem, & cognouit eam de latere & carne sua creatam. Hæc paruuli nescirent. Erant ergo clausi eorum oculi ad agnitionem turpium. Sicut puer Elisæi, alias ut reliqui homines, veluti autem cæcus non videbat equorum igneorum plenum montem: Orauitque Elisæus: Domine aperi oculos pueri huius ut videat. Et aperuit, inquit, dominus oculos pueri, & vidit, quia ecce mons plenus equorum & curruum igneorum in circuitu Elisæi. Hoc exemplum plurimum adiuuabit imbecillitatem ad intelligendum istum in Genesi locum, Scimus enim hinc quid sit oculos habere clausos, quid eosdem pate fieri. Intelligimus fieri posse, qui sunt alias oculatissimi, posse habere in vna re clausos oculos. Scimus id fieri à domino, ut tum non videamus, tum reuelentur oculi. Si quidem isto ipso loco est pulcherrimum eorum quæ diximus exemplum. Subdit enim: Hostes vero descenderunt ad eum. Porro Elisæus orauit ad dominum dicens, percutere obsecro gentem hanc cæcitate: percussitque eos dominus ne viderent iuxta verbum Dei: Ecce domini est claudere oculos, id est metem. Ut qui omnia alia, quoad mortali fas sit, cernat, tamen aliquam rem non cernat. Nam hi ipsi, quos ut cæcitate percuteret precibus impetrauerat, non erant omnino cæci, sed in eo tantum, quod Elisæum, & urbem Samariam non cognoscebant, illum alterum quendam hominem, hanc alteram urbem existimantes. Sequitur enim: Dixit autem ad eos Elisæus, Non est hæc via, neque ista est ciuitas: Sequimini me, & ostendam vobis virum quem queritis. Duxit ergo eos in Samariam, Cumque ingressi fuissent in Samariam, dixit Elisæus, Domine aperi oculos Samariæ. Quo exemplo agnoscimus consuetudinem tum scripturæ diuinæ, quæ oculos appellet mentem, & videre ipsum intelligere: tum non solum diuinam potestatem, sed modum quo potest effici ut non agnoscamus videamusque, etiam si essent in conspectu quæ postea reuelantur volente Deo. Est aliud memorabile exemplum, quod etiam adducitur à Gennadio, de Ionatha, cum pugnaret pater aduersus Palestinos, gustauit in sylua fauum mellis. Aperti que sunt, ait scriptura, oculi eius. Nec dicit quam oculorum apertionem, cum antea proculdubio videret de qua re nunc non disputo, tantum ostendo etiam alibi ex gustu, effectam esse cognitionem. Sicut & in Euangelio, oculi discipulorum in fractione panis. Erant igitur clausi eorum oculi sic ad turpitudinem quod scire bonum & malum iuxta scripturæ consuetudinem appellauit, sicut illorum ne videret Elisæum, nec se adduci ab eo in Samariam agnoscerent. Ilico autem sunt ad preces iusti oculi patefacti, & intellexerunt se esse in mediis hostibus. Sic homines primi esse pomo cognouerunt bonum & malum, id est, nuditatem suam cognouerunt, non ligno hanc vim habente, fieri enim id non potest, sed peccato, permittente tamen iustitia, ut qui præuaricatus esset iussa Dei, amitteret quædam felicitatem

Scire bonum & malum.

Oculos habere clausos sine apertis quid significet.

A felicitatem & inscitiam malorum. Erat autem Adam aliàs oculatissimus, sicut illi nihil humanum ignorabant, nisi quod se duci in Samariam non videbant, ductorem, viam, urbem ignorantes, videntes autem omnia alia. Duo sunt igitur de patefactis oculis exempla, quibus locus Geneseos enodatur. Crediderat autem Adam quod à serpente fuerat assertum, istam cognitionem, & oculorum reuelationem esse scientiam diuinam: sed eum opinio & impostura fefellit. Sicut illis melius fuisset nescire se esse in hostili vrbe. Nam incredibili pauore & gemitu credendum est eos circumuentos, à rege interficiendos, nisi iustus obstitisset. Ac fortasse & eo decepti sunt primi parentes quod cognitio boni & mali erat amphibola, quemadmodum idem ille serpens in reddendis responsis postea fuisse perspectus est, quæ semper obliqua, ut in diuersas sententias possent interpretari, reddebat: sic cludens quam sibi ob diuinitatem comparare apud homines nitebatur.

Aio te Acacia Romanos vincere posse.

Et,

Craesus Halin penetrans magnam peruerter opum vim.

Cic. 1. de diuinatione.

Amphibola igitur erat scientia boni & mali. Optima quidem ac laudatissima est hæc scientia, eamque iusti & angeli & Deus possident, cognitioque est summorum bonorum: aliàs autem cognitio boni & mali est nocentissima innocentia & synceritatis ablatio, detractio niuei candoris. Quale dicitur in Exodo de populo in scelus idololatriæ prolapsio. Videns ergo Moses populum, quod esset nudatus, Spoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat. Hac amphibologia oraculi deceptos par est primos illos: oraculum enim appello, quod plerunque responsa dæmonum sic solita sint postea vocari. Mouit quidem Græciæ theologos quod serpens futurum cognouit, & prædixit, eorum oculos aperientes, cum sit apud omnes diffinitum, solum Deum habere cognitionem futurorum. Respondet ergo Gennadius sapientem, vel callidissimum à scriptura dæmonem prædicari. Itaque posse eum è minimis maxima, è præsentibus futura colligere. Ex his autem quæ Deus præcepit, minis intentatis Adæ, cum comederis ex hac arbore, scito te moriturum, eum agnouisse, fore ut lapsi & præuaricati, nuditatem agnoscerent, pulsus omnibus bonis. Deinde ex eo quod senserat arborem appellatam sciendi bonum & malum, agnouisse, ex ea fore nuditatem, nomine hanc vim indicante. Quamquam Theodoros prudenter & ipse istud dissoluit increpans nescio quos, qui dicerent impletum esse vaticinium serpentis, cum se nudos esse agnouerunt. Non enim de nuditate locutum esse serpentem, sed ex eo quod audierat ab eis appellatam arborem sciendi bonum & malum, arripuisse id, & dixisse eos sapientes futuros, si fructus illos degustarent, ο μὲν γὰρ ἀσφελος τὸν ἀγενοῖεν τῆς ὀφθαλμῶν ἐπιφυσίῃ, ὡς ἂν καὶ ἐνοίαι ὀξυτέρων ἑσομένων, καὶ δεινισσομένων διὰ τὸν θεὸν ὄρεν πτώγης ἐπινοίας. Hæc Theodori sententia vehementer mihi placet, ut aliud fuerit, se nudos agnouisse, aliud quod serpens innueret, suspicatus maiorem quendam scientiam & æqualitatem cum Deo, ex gustu fructuum ostendi. Sicque volens eum in exitium pertrahere. Crediderat esse sublimem quandam & diuinam Heroicamque scientiam, erat autem ignobilis, miserabilis auersanda, fugienda. Oculi igitur eorum tenebantur, ne nuditatem suam agnoscerent, licet alias essent homines prudentes, sicut hi qui cum resurgente comedebant. Hocque erat mirabile & clementissimum donum Dei, amissum postea ex peccato.

Oraculum.

Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile.

Vidit pro eo quod est intellexit, Hebræi exponunt, & bonum dulce designat. Vidit autem ex serpentis monitu demonstrantis mirificæque commedantis eorum fructuum dulcedinem, & ad eam capescendam incitantis. Fortè non est absurdum quod aiunt nonnulli Hebræi venenum quasi subesse fructibus illis propter minas Dei, mulierem dubitasse. Hancque suspensionem serpentem remouisse. Fitque solitum à Mose ut quod fuerat omisum, repetat. Tacuerat serpentem fructuum eorum suauitatem prædicasse, sed de cognitione tantum docuerat mulieri fuisse locutum. Nunc iuxta indicium serpentis docet tria, & suauitatem fructuum mulierem audisse, & pulchritudinem vidisse, & ad cognoscendum valere, sensisse. Nihil dum gustauerat, eoque scire non poterat fructuum suauitatem: par est sic serpentem dixisse, En fructus huius arboris, quam vetuit Deus vos tangere, omnibus qui sunt in Paradiso, gustu suauiores, pulchriores aspectu, quin & pandere abdita possunt, ut animus vester, qui nunc propemodum caligat, plurima sit cogniturus, quorum scientia, vel ipsi Deo adæquemini. Quin igitur eos attingis, Neque enim quod reris subest

periculum sed amplior vberiorque cognitio, quam profecto vobis Deus iste vester inui- det: eamque ob causam, habens exploratum fore vos illi similes, fructu isto degustato, prohibuit vos ad hunc gradum conscendere, sed si me audieris, non carebis tanto diuinorum pomorum gustu quominus & animo cognitionem, & palato suauitatem hanc capias. Hæc ille malus. Porro quod ait: Aspectuque delectabile, vt in annotationibus ostensum Hebraice ad hunc præcise modum חַמְצוּמִים concupiscibile ad cognoscendum, expetibile ad intelligendum. Quocirca cum verbum Hebraicum designet cognoscere, potest tamen aut ad oculos, aut mentem referri, quia & apud Græcos νοησαι videre est interdum, & vicissim videre pro intelligere, & intelligere pro videre, χαπνδν ὁθεθρδσδσδσδσδ νοησαι. Fumum spectare micantem, ait Homerus. Sed quoniam & de cognitione est superius dictum, & hic quod ad oculos pertineret propositum, cum ait pulchrum oculis, videtur hoc postremum ad cognitionem referendum, & Hebræi eò pertinere dicunt, quòd eo essent oculi eorum reuelandi, & cognituri bonum & malum. Quidam ex eis delectabile ad cognoscendum, quòd in intellectu ex eo credidisset delectationem fore, quòd voluptatem daturus esset fructus menti. Collectis igitur omnibus sententiis videntur omnes propensiores, vt hoc pertineat ad intelligendum non ad aspiciendum. Nam & Chaldaeus, חמצימים ad intelligendum per eam. Posset qui vellet tueri quod transtulit Hieronymus, quia sicut videntes dicebantur intelligentes, & oculus etiam cognitionem Hebraice designat, & apud Græcos item præter superius apud Homerum exemplum, etiam illud:

Homer. Odyss. a.

Τοιος εδον, οσον μιν εγα, τα παρ' ατ' ενοησαι, Isque foret talis, qualis cum vidimus illum.

Sic vicissim intellectu pro visu positum nos posse arbitrari. Quòdque sequitur: & tulit de fructu eius, etiam apud Hebræos fuerunt qui crederent hanc arborem fuisse ficum, quia texuerint inferius è foliis ficus perizomata. Reprobatur ab aliis, quia si id esset, dixisset eo loci, Tulit folia arboris sciendi bonum & malum, &c. Alij frumentum. Varias arbores testatur theologia in paradiso extitisse, pluresque ferunt regiones orientis vbi erat paradisus, nobis incognitas. Itaque diffiniti non debet. Nam folia ficus acceperunt, quòd hæc sint latiora, aptioraque ad tegendum. Sunt ex iis qui putent in paradiso sola, nusquam terrarum alibi fuisse has duas arbores, vitæ, & sciendi. Quòdque ait: Deditque viro suo, additur Hebraice נתן secum suspicantur quidam Hebræi, ibi lem fuisse etiam virum, nec latuisse eum dolos serpentis, eamque ob causam poena capitis fuisse multatum, & cum ingenti indignatione eiectum de paradiso. Sed id vtrumque, designat hoc in Hebraica dialecto, simul, pariter dedit, inquit, pariter etiam viro, ascito & aduocato ad se. Neque enim credendum est, eum imposturæ affuisse. Quidam Hebræi asserunt idcirco eam viro dedisse, ne ipsa sola moreretur, aliamque vxorem vir acciperet. Erat videlicet foeminarum copia in paradiso. Potius ea est ratio, vt apud Pythagoreos circumferebatur, τα φιλων παντα κοινα, Sunt omnia communia amicis, etiam mala, trahimusque amicos nobis charos & gratos, sæpissime in commercium nostrorum malorum. Sic illa non patiebatur quem ardentissime diligeret ea carere re, quam pulchram visu, gustu suauem, ad cognoscendum idoneam iudicasset. Putabat se thesaurum, Magicenque veram reperisse, quibus vanitatibus quotidie videre est qui miserabiliter instar primæ mulieris eludantur. Dæmonum inuentum, qui sicut tunc scientiam pollicebatur, sic nunc his ludificationis & deceptis per impostores promittit. Hoc credebatur mulier se manu tenuisse, eoque fuit grauissimum scelus. Et vt ait Augustinus, nimium potestatem suam amabant, & pares esse Deo voluerunt. Aptissimum deceptionibus instrumentum mulier, quo viri decipiuntur. Ipsa quoque sola à serpente decepta est, sicut testatur sapientissimus Paulus, cuius testimonio totus mundus debet assurgere, Adam inquit παρ' ατ' ενοησαι, ειτα εδω, και εδωκε οσα ηπατηθη, η δδ γυνη απατηθησα εν τω βδασφ γερονε. Primus fictus est, postea Eua: & Adā non est deceptus, sed mulier decepta in præuaricatione fuit. Ex quo perspicimus virum non affuisse fraudi, & vt ait Nicolaus, ne delicias suas contristaret, non recusauit pomum oblatum ab amata, vt incurreret crimē δνοσωπίας, de quo præclare scripsit Plutarchus. Est enim noxia que dam, & detestanda verecūdia, vt si quis rem turpē amico petenti erubesceret denegare. Et quod ait, Et aperti sunt oculi amborū. Nota est consuetudo diuinarū litterarū, oculos non tam corpori quam animo tribuentium. Qui cum non vident neque agnoscunt quid, clausi in eo dicuntur: patefieri autem cum euigilant. Allata varia superius exempla, & nunc illud:

Reucla

Reucla oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Postulabat sapientiam, cognitionem. Sic primi illi affectauerunt sapientiam, & quam affectauerunt, potiti sunt, vt cognoscerent bonum & malum, cognoscerent nuditatem. Quæ fuit exitialis, perniciosaque scientia, trahens secum multa malorum examina. Neque ego assenserim quibusdam Hebræis qui censent, fructum istius arboris appetitum Veneris iniecisse, eoque eso, homines turpitudinem suam texisse, perspecto eo, quod has sedes obtineret. Aliud latentius, abstrusiusque subest: omnes enim fructus, omnis esca potest efficere, quod illi in vno suspicantur. Ex præuaricatione fuit cognitio nuditatis, & vt daretur eis quod postularunt, & in quo serpenti crediderunt, quamque sapientiam concupierunt, credideruntque illi. Nuditatis autem, vt dixi, facile potest ex Theologia ipsa ostendi: est quidem corporis, sed designat confusionem, quam prius ignorabant, non quod in confusione essent, sed non erant in eo, quod non intelligebant. Cum vero se nudos vidissent, tunc bonis omnibus exutos se agnouerunt. In Deuteronomio tria mala commemorantur infligenda, fames, sitis, nuditas. Et apud Ezechielem quæritur Deus, quòd cum nudam in Ægypto vidisset Ecclesiam Iudaicam, texeritque eam, recipiat pro beneficio contemptum. Ergo sicut symbolica fuit arbor vitæ, sic symbolica cognitio nuditatis, quasi cognitio miseriarum, quæ nuditate continentur. Quæ prius nesciebantur, & quia nesciebantur, etiam non aderant. In hac cognitione nuditatis est amissio synceritatis, & candoris, tum cognitio nuditatis & malorum. Porro quod ait,

Psal. u. 8.

Fecerunt sibi perizomata.

Græcum est, Latine sonat subligacula, eademque est deductio Hebraica חגורה chagoroth, à chagar, ligauit. Alligauerunt autem foemori ramum cum foliis, ramum oblongum, qui foemora vndique cingeret. Sunt igitur ex Hebræis, qui idcirco existiment eos foedas partes texisse, quòd eso fructu, ilico libidinis amor virum arripuerit, vxoremque cognouerit, hancque volunt fuisse boni & mali cognitionem. Siquidem & vxores cum primum agnoscere bonum & malum incipiant, appetitu foeminae irritari. Sed hæc ideo stare non possunt, quia tamen etiam non peccassent, futuram tamen prolem fuisse, non solum ipsa scriptura demonstrat, simul ac enim sunt creati, associati sunt, Et eam vxorem suam pronuntiauit Adam, idque ante casum: tum cum ratione maxime consentit, non vnū tantum futurum fuisse, cui cælum & terræ, omnesque res quæ sub oculos cadunt, crearentur. Deberemus igitur humanam propagationem peccato. Arbitratur quidem etiam doctissimus Hieronymus quodam loco eos si non peccassent, in perpetua virginitate permansuros, virginisque in cælum subleuandos: sed tum Theologia videtur alia statuisse, tum Augustinus, pluresque alij, quorum scriptis & illustrata & confirmata est sapientia Christiana, censent eos si non peccassent, sine peccato prolem fuisse procreaturos nulla irrationabili, & inordinata libidine membris irritatis, sed rationi obsequentibus. Sed forte Hebræus voluit facta transgressione, extemplo motum inordinatum membra sensisse, animamque in voluptatem carnis acquieuisse, eoque texisse illos eas partes, quarum officium per peccatum, quod vniuersale in animos & corpora malum effudit, sapientiamque & clauo, & reliquæ compagi abstulit, erat deprauandum. Et Augustinus ait oculos patefactos ad concupiscendum se inuicem, & animum rationalem, motum bestialem erubuisse. Ostendimus autem superius quòd sicut comedebant, officiisque suis cætera membra fungebantur, sic illa quæ, ablata innocentia similisque cæteris mortalibus effecti coopererunt, fuisse sua munera absolutura. Omnino autem fieri non potest, vt solum pomum & libidinem accenderet, non è cæteris fructibus deuoratis vnquam antea incensam, & nuditatem subito detegeret, vnòque momento omnia panderet. Ad maiores ergo causas videtur referenda cognitio nuditatis, ad peccatum validissimarum virium, vt quod mortem induxerit, multo certe facilius alia quædam minora mala, coorta, regina malorū præfide transgressione. Nam si quis causam quærat quamobrem aperire foediores partes erubescamus, quas & ipsa natura recondit, videntur plures causæ: præcipua eorum membrorum deformitas, in quibus, natura, quia tegenda erant, non decorem, sed vsum quaesuit, eoque cum cætera membra sint venusta, in his summa turpitudine est: propterea obscœna dicuntur, & foeda, & ob foeditatem, pudenda. Omnia enim turpia oculus humanus detestatur. Nam & exonerare Venerem in propatulo erubescimus, habitu quoque deformi incedere, mores item turpes, qui varij ac multiplices sunt, naturali sensu execramur. Ac sicut mirifice quacunque venustate siue oculorum, siue aurium, siue cæterorum sensuum,

Perizomata.

Nuditatis cognitio.

delectamur, sic aspernamur contrariam turpitudinem. Quicquid autem in his membris est, turpe est & deforme, figura, motus, positus: Ipsaque generatione & partu nihil est foedius, quæsiuit igitur in his natura utilitatem, non venustatem, eoque abscondit in infimas, auersasque ab oculis partes: quam & ars imitata, in ædificiis ab oculis amandat secessum, quem Græci vocant *σπίλαιος*, quasi à frequentia remotum, eaque pars in toto ædificio est deformior: Et apud viros probos ad eum locum non acceditur, nisi capite velato, & silendo, vel videri illic, & loqui erubescens. Quare non propter peccatum videmur ea membra contegere. Siquidem non minus atrociam peccamus lingua, & manu, oculis. Ipse quinetiam animis, quæ sanctissima pars est, non solum peccat, sed foedissimarum rerum sæpe fons est, & hospitium. Quocirca censuerim magis illam hominum primorum nuditatis suæ cognitionem fuisse, qualem superius vno claro & evidenti exemplo demonstratum est, cum de populo in turpissimam idololatriam prolapsus dicitur. Videns ergo Moses populum quod esset nudatus, spoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam sordis, & nudum inter hostes constituerat. Vt hæc cognitio nuditatis fuerit symbolum omnium miseriarum. Nam tamen prius essent nudi, non agnoscebant tamen nuditatem, eoque nihil oberat, nullum habens malum nuditas, quasi non esset, ut quæ non sentiebatur, nec videbatur. Tales enim erant, quales fuerunt creati. Neque enim sericum futoresque aderant. Texerunt autem cognita nuditate, corpus, venientes ad totam humanam conditionem. Nam paulo post sudare & laborare coeperunt, feceruntque omnia, quæ nunc fiunt à mortalibus. Vt ergo tropice dicta est nuditas illa in Exodo, pro ruina populi, contracta est scelerata idololatria, sic symbolice, quandoquidē erant in paradiso figuræ, symbolaque viuæ, stantia, manifesta, qualibus vsus est sæpe Deus, ut cum iussit prophetam in signum imminentium miseriarum, ire nudum & catenatum, sic nuditas Adæ cognita miserias, & ruinam eius ex peccato contractam, designabat. Illic verbis, hic re, eadem calamitas ostensa: incognita prius, nulla causâ præsentē & docente, eam esse nuditatem. Candorem igitur & puritatem simplicitatēque obtinebat, qua spoliavit eos transgressio. Quatuor igitur sunt sententiæ, vna quod symbolica esset cognitio nuditatis, omnium malorum totius humani generis ruentis: altera quod libidinis motum sensisset, quem non sentierat ante transgressum, eoque agnitas libidinis partes celasset: tertia quod motum inordinatum, & irrationabilem non quidem tunc primum sensissent, sed fore in his partibus transgressionem & peccatum cognouissent, eoque ob hanc erubuisse: Quarta quod candor & innocentia, & sinceritas puerilis designetur hac inficitia nuditatis, quæ amissa sit in transgressu, ex utrisque hæc innocentia, quia ex utroque omnibus bonis essent. Omnésque interpretes horum aliquid dixerunt, nec placita possunt in maiorem numerum excrescere. Fateor mihi placere sensus omnes, quos si quis exacte examinet, eodem ferme tendere cognoscat. Nam cognoscentes se esse nudos, cognouerunt bonum & malum: bonum & malum præcipue est irrationalis motus. Tum ad hanc cognitionem non perueniunt, nisi ex utroque innocentia. Itaque hoc postremum videtur probabilius. Similia quædam, quæ mihi vehementissime placent locuti sunt Græci. Serapion: Fit, inquit, quotidie quod factum est, in prioribus illis *ὅτε ἀμαρτάνομεν, ὅς τιφλοὶ ἀμαρτάνομεν, ὅτε ἡμαρτήσαμεν, τότε ὁραδὸν ἢ ἐπιήσαμεν*. Quando, ait, peccamus, quasi cæci sumus: cum peccatum est, tum vero agnosimus quod fecimus. Itaque & Theodoritus ait, non oculos eos, clausos antea habuisse, nam vidit mulier lignum quod esset pulchrum aspectu, sed apertionem oculorum, sensum peccati, & sceleris theologiam appellare. Nam scelere patrato, obiurgare & insurgere conscientiam. *τὸ οὐδὲ μεταπλὴ ἀμαρτίαν, ἀποθνήσκω, ὅτι κέκληκεν ἡ γραφή. εὐδὸς γὰρ, μετὰ τὴν ἀμαρτίαν κεντρίεται τὸ σωμαδὸς*.

Et cum audissent vocem domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem.

Dvo in illa visibili, sed admirabili ac diuina specie quam superius asciimus, qua clare intelligentur quæ hoc loco dicuntur, facta sunt corporeas actiones representantia, deambulatio, & vocatio. In forma igitur spectabili, miranda quidem illa & decora, sicut visus est Abrahæ (vnde vidit & gaudius est) videbatur etiam in paradiso. Illamque ipsam visionem Abrahæ accipientes, expedite & facile res istas paradisiacas interpretabimur. Eadem enim est utroque in loco descriptio, conferamus igitur. Venit Deus ad Abraham, duobus Angelis tanquam ministris hinc atque hinc comitantibus. Fitque temporis descriptio, quo venit, diciturque, in ipso seruore diei, Hebraice ut agnoscas, quod hic dicitur de aura diei, habet *וַיָּבֹאוּ רַחֵם הַיּוֹם* id est, circa calorem diei, aut in ipso calore, isto

*Nuditatis
pro ruina.*

*Oculorum
apertio.*

*Quomodo
Deus ad
Abraham
venit.*

A isto autem loco in Adam *וַיָּבֹאוּ רַחֵם הַיּוֹם* Leruach haiom, ad auram, aut ventum diei. Illic ergo circa calorem diei, hic circa ventum, quando incipiunt flare Etesiarum, stant autem circa meridiem. Idem tempus utroque in loco. Est in meridie feruor, est ventus datus ad temperandum hunc feruorem. Hoc tempore venit Deus ad Abraham, venit & ad Adam. Vidit eum venientem & loquentem Abraham, vidit & Adam, & audiuit. Quid dixit ad Abrahâ? Vbi est Sara vxor tua? Ad Adam vero, Vbi es tu? Audito illo Sara post ostium tabernaculi latebat, audito eodem, vxor & Adam sese celarunt. In eo habitu apparuit Deus Abrahæ, ut etiam comederit, recubuerit, locutus, visusque fuerit: Sic visus est, & auditus ipsi Adæ. Est igitur chronographia in Adam & in Abraham eodem modo. Hæc aura diei, quæ non diffinitur in Hebraico, diuersa tempora homines ei tribuerunt. Septuaginta tempus vespertinum transferentes, pro eo quod Hebraice veritas, ad ventum diei *τὸ δειπνῶν*, id est, vespertinum. Quod etiam quidam Hebræi sunt suspicati, dicentes, inclinante in vespertinum die, tunc ventum: Eoque tempore, quasi despatiente per paradysum Adam, post poma degustata, Deum superuenisse. Quidam ex eis non tempus, sed situm sunt opinati, ventum diei dicentes qui stat à meridie, eamque partem diem appellari, & ab ea Deum venisse. Sed collata diuina scriptura, videtur ea verissima quæ diximus. Non desunt ex Hebræis, qui putent hoc secus intelligendum, ut referatur potius ad ventum, quem antecedere aduentum Dei scripturis diuinis est manifestum. Cum ad loquendum cum Iob venisset, erat in turbine, & de turbine ei respondit. Et ad Eliam eo veniente antecessit ventus & tempestas valida, scindens montes, & scopulos conterens. Et veniente spiritu diuino, factus est sonitus spiritus vehementis. Talem ventum volunt hic describi, & venientem Deum, qualem vidit eum Elias, & ipse ait, & ambulabo in medio vestri. Vt referatur ad ipsam diuinitatē, numēque omnia circumuagans, quod ipsi appellant shekina. Sed hæc quamquam possent esse, ipsa tamen descriptio ostendit propius ad verum esse, ut sit chronographia, quia dicitur, Aduentum diei, cognita simili descriptione in Abraham. Et aduentum ac præsentiam sub spectabili forma debemus interpretari, ut sæpe ostendimus. Vox autem quam audierunt, talis profecto fuit, qualem cæteri prophetæ audierunt, sed præcipue, ut hæream ad idem exemplum, qualem vidit & audiuit Abraham. Sic eandem visibilem speciem interpretor. Fuit autem hæc sine dubio ea, quam postea exprimit, Adam vbi es? Nam cum duas se res offerentes haberet enarrandas, ut se absconderint, & corpus celauerint, ut vocem audierunt loquentis, primum vnum, deinceps alterum enarrat. Hocque ordine par est rem accidisse, licet, solitum illi, Moses has partes separet. Comederunt igitur mulier & Adam fructum. Tunc aperti sunt amborum oculi, seque esse nudos agnouerunt. Deinceps sub ortum Etesiarum meridianum, Deus qua solitus esset præsentia per paradysum deambulabat, & quamquam sciret quid Adam fecisset, tamen ex eo prudenter voluit elicere facinus. Quærens igitur eum, & oculis omnia collustrans, nec vsquam reperiens inelamauit. Adam vbi es? Ille autem iam se condiderat, & corpus foliis ficus velauerat. Deo per paradysum perambulante, & præsentia vocēque eius conspecta, & audita. Ergo contextus filiorum non simul ac se nudos agnouissent, fuit, sed cum audissent Deum venientem, nec inter se forte erubescerent. Non enim erubescunt amantes, nec motum inordinatum, ut reor, par est eos sensisse, nec si sensissent, inter se erubissent. Vox igitur quam audierunt, quæque fecit ut in densissimum nemus aufugerent, & corpus tegerent, fuit terribilis illa & formidabilis: Vbi es? Iam erant sceleris conscij, & cum imminentis supplicij expectatione, aggrauabat cognita culpa, seque & perpetrasse male cognoscebant, & male perpetrati supplicia expectabant. Quo fiebat, ut in summo metu versarentur, multo magis perculsi voce formidabili. Ea enim sunt munera voluptatum, cum delectatione quidem & animi valida & suauis commotione percipiuntur, sed relicto aculeo euanescent, præcipue si percepta voluptas erat ante verita & inconcessa. Respondit igitur, quamquam abditus iam & inter folia tectus. Non commemoro quod aiunt quidam Hebræi ut vitarent Deum deambulasse, visum, locutum, quod clare & manifeste prædicat Moses, deambulationem non ad dominum, sed ad vocem referri, ut sit sensus. Cumque audissent vocem domini Dei obambulante, & quasi resonantem per paradysum. Ac monstrat & probant dari aliis in locis incessum siue progressum voci. Sed rationabilius videtur ut incessus, spectet ad eundem opificem, qui prius eos creauerat, & creatam mulierem in conspectum viri adduxerat, in quo ingressum necesse est intelligere. Neque verisimile est, ea præclara mysteria, sine præsentia Dei, visa, manifesta, peracta fuisse. Quando omnibus

*Quomodo
venit Deus
ad Iob &
Eliam.*

similibus sacramentis adfuit ipse mystagogos & initiator, & princeps. In lege condenda, in promissione sanctissimo viro futuræ prolis, nouissimo in redimendo humano genere. Triæ hæc manifestam Dei & spectabilem habuere præsentia, Visio Abraham, prolisque futuræ promissio, è qua omnia erant magna & incommemorabilia bona elicienda: Lex in monte Sina: generis humani redemptio. Ergo & ipsa creatio mundi, hominum casus, illa quæ ipsa voce pronuntiata sunt mysteria creationis hominis expulso, qua pronuntiabitur super damnandis, suo tēpore. Non ergo Deus ad auram deambulabat quasi despatians, ne te sermo decipiat, sed ad auram, scito esse chronographiam, non deambulationem, vt adsonet tēpus, non occasionem deambulandi, tum verbum deambulandi ipsum aduentum, & accessum ad hominē, lenem & humano quodam modo designat, subduxerat enim se Deus tātisper, qui antea cum eis versabatur, dum probaret, quid homo faceret, an in mandatis suis perseueraret, ac quasi procul pugnam contemplantur, proposita occasione, coronandi hominis agonotheres. Quod facit interdum & isto ipso tempore relinquens nos, præcipue quos minus imbecilles nouit, probationibus. Et Apostolos amicissimos, familiarissimosque suos, vt ait prudentissimus Chrysostomus, cum lacerari videret, & excarnificari, verberari, contemni, expelli, vexari, quæ probatio erat, & coronæ occasio, sustinebat, patiebatur & quasi spectaculo delectatus non commouebatur: Sic expectauit videre quid ageret, quo se verteret, data libertas, an propositam arborem vitæ, superata cupiditate oblatorum à serpente pomorum, quæ & sensus experenda iudicabat, vellet contingere. An breui labore vincendi, arrectosque ad verita sensus deprimendi, vellet per paradysum incedens coronatus, & ex arbore vitæ laureatus, in numerum deorum immortalium adscribi. Sed heu miseram conditionem, vt labimur omnes: noxiæque salubribus sæpe præferimus? Eadem enim etiam nunc in toto genere est miseranda calamitas, quæ fuit in auctore: paucissimos videas, qui proposito præmio cælesti, & per præcones diulgato, astantibus autem fragilibus & caducis bonis, quorum quotidiano interitu vanitas coarguitur, ad hæc tamen properamus ardentius, illa tum non curantes, tum non, nisi coacti, suspicientes. Et nos ipsi, qui hæc philosophamur, horum è numero fortasse sumus. Tanta nostra est inertia & imbecillitas. Cogitare autem debemus, quanta cum maiestate obambulet Deus per paradysum, credendum est enim & Angelos innumerabiles fuisse, & gloriam, splendorēque mirabilem cuncta repleuisse, multaque alia inenarrabilia contigisse. Meritoque perterritus Adam aufugit agnita nuditate, quam prius ne agnosceret animus eius præpediebatur, non permissus, vt ait Augustinus aduertere nuditatem. Et nuditas quæ prius erat ad candorem, per peccatum conuersis omnibus facta est ad pudorem, vt quo prius erat gloriosus, eodem fuerit ignominiosus.

Quo sensu dicatur, Deum ad auram deambulasse.

Vocauitque dominus Deus Adam, & dixit ei. Adam ubi es? Qui ait: Vocem tuam audiui in paradiso &c.

Agnosce singularem Dei humanitatem & clementiam, cum sciret eum & quid fecisset, & quo in loco esset, ne subito tamen malo percussus, grauius periret, & iniuste se damnatum putaret, ingressurus in condemnationem, hoc quasi fecit exordium. Quod Hebræi in cæteris etiam locis fieri ostendunt. Ad Kain, Vbi est Habel frater tuus? Et ad Balaam, proficiscentem cum his, qui eum ascuerant, vt populum Israël malediceret: Quid sibi volunt viri isti? Et ad Ezechiam, cum legatos misisset ad eum rex Babyloniorum: Quid dixerunt viri isti, & vnde venerunt ad te? Omnibus his locis Deus rogat, vt ex responso conuincat errorem, & condemnet. Quod & Serapion vidit apud Græcos, πικραίνεται ἕχθρα καὶ ἀποκρίσεις, αὐτῆς γὰρ ἡ ἐρώτησις δὲ ἀποκρίσεις εἰδότες, ἀλλ' ἵνα τῆς ἀποκρίσεως ἀποδωταὶ μετῆται γὰρ τὸ πλάσματος καὶ τηρεῖται τὸ κρύπτεσθαι. Sciscitatur non vt discat, ipsa enim interrogatio ostendit eum cognouisse: sed vt sentiant transgressionem. Magna enim erroris accusatio est, subterfugere & abscondi. Theophilus autem sapienter & ipse, & non discrepanti sensu, non tanquam ignarum Deum interrogasse, ἀλλ' μακρόθυμος ἀν' ἀφορμὴν παρέχων αὐτῷ μετανοίας, καὶ ἐξομολογήσεως. ἐλεύθερον γὰρ, καὶ αὐτεξέχριστον ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον. Sed cum esset misericors, præbuisse occasionem poenitendi & confitendi. Liberum enim & suæ potestatis hominem fecisse Deum. O præclaram & auream pronuntiationem, ait Deum confitendi & poenitendi obtulisse Adæ occasionem. Hæc ergo vox ea est, quam audierunt emissam in paradiso à deambulante, seque absconderunt, & absconsi responderunt è loco opaco & septo, putantes se à Deo non videri, aut putantes quidem, sed rubore, quæcunque se daret opportunitas, arripere cogente, ne nudi Deo, & Angelis eius spectatissimis circumstantibus vide-

Ad quid ea Dei interrogatio.

Aviderentur. Quare sit solita apud Moysen repetitio, primum dicit, Et audierunt vocem domini Dei: secundo, Et vocauit dominus Deus. Hoc enim audierunt, quod vocati sunt. Itaque iam nota est scribentis consuetudo. Kain rogatus vbi esset frater, ausus est etiam, cum de stomachatione superbique responso, non solum celatum scelus, sed nec apud Deum etiam excusatum, denegare. Quid enim si nomen non quæfisset, tanto profundior animi puritas perstitisset? Quod, inquit Deus, tu negas, cum magna voce, terra resperisa cruore apud me fatetur. Vt ergo fiebant omnia tunc claris visibilibusque exemplis, exigente rerum creaturarum cuncta perfecta & clara principio, sic peccatum manifestum, manifestum & rationabili iudicio est conuictum & condemnatum, respondentibus inuicem sibi iudice & reo, & è responso peccantis transgressionem patente. Ipseque non quidem transgressionem est confessus, vt nec cæteri quos vt reos & parum pios diuina scriptura demonstrat, qualis ille ipse homicida Kain. At Dauid excepto eo scelere, quod grauius in omni vita admisit, cætera iustissimus vir, vt etiam se affinitatemque omnem persequenti hosti parceret, à Propheta ex peccato super se, domumque omnem venturis, auditis, dixit, Peccaui domino. Ille ipse Dauid, vt omnia recognoscas, suis verbis, proposito simili sceleris sui à Propheta exemplo, ignarus & imprudens conuictus est. Perpetrauerat ipse homicidium cum adulterio, sapiens Propheta accedens narravit, qui tale quiddam fecisset, quæ rex furibundus ad supplicium trahi iubebat. Respondit propheta, Tu ille ipse es, te tua voce condemnasti, & quam ex scelere poenam alterum promeritum iudicasti, in te qui idem flagitium perpetrasti, recidit. Ecce ergo iudicium. Reuertantur omnia in caput tuum, quamque voluptatem pessime quæfisti, maioribus poenis dolendo cum omni posteritate persolues. Tali quodam exemplo apparet peccatum primorum hominum, perpetratum, patefactum, condemnatum. Illic à Propheta, hic quoniam erat principium, in manifesta Dei præsentia. Similes res vtrinque, se ipsum condemnauit Dauid, se ipsum Adam. Sed ante, Dauid non se condemnabat, latebatque animum peccatum, in altero egit Propheta scelus vt suum agnosceret: Responso, & fuga, & rubore, cognitaque nuditate, fecit Deus vt errorem suum Adam cognosceret. Aperti oculi & nuditas cognita, occasio fuerunt sceleris cognoscendi. Hoc fuit signum & iudicium flagitij commisi. Cum te nudum videris, inquit, tunc cognosces te peccasse. Hoc peccati datur exemplum, & argumentum, exemplis enim & factis, & dictis Deus tunc utebatur. Nunc loquebatur exempla & argumenta, nunc faciebat. Exemplo ascito, & sermone pronuntiato, scelus Dauid est confutatum: oculato autem & practico conuictum est scelus Adam. Argumentum sceleris Dauid fuit alius quidam, qui vaccam pulcherrimam, vnicamque pauperi abstulisset, argumentum sceleris Adam non verbum, sed cognitio nuditatis & fuga, & protectio corporis. Hæc argumenta grauissimi sceleris, quod quidem leue est si verba respicias, magnum autem fuisse docet ratio, penetransque intime cogitatio, tum exempla & quod secutum est. Audiamus enim totam condemnationem Dauid. Dixit autem Nathan ad Dauid: Tu es ille vir, qui fecisti hanc rem? Hæc dicit dominus Deus Israël. Ego vnxi te in regem super Israël, & ego erui te de domo Saul, & dedi tibi domum domini tui, & vxores domini tui in sinu tuo, dedi que tibi domum Israël & Iuda, & si parua sunt ista, adiciam tibi multo maiora. Quare ergo contempsisti verbum domini, vt faceres malum in conspectu meo? Vriam Etheum percussisti gladio, & vxorem illius accepisti in vxorem tibi, & interfecisti eum gladio filiorum Amon. Quamobrem non recedet gladius de domo tua vsque in sempiternum, eo quod despexeris me, & tuleris vxorem Vriæ Ethæi, vt esset vxor tua. Itaque hæc dicit dominus, Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis solis huius. Tu enim fecisti absconditè, ego autem faciam verbum istud in conspectu omnium Israël, & in conspectu solis huius. Huc vsque iudicium Dei formidabile, ac tremendum, omnibus qui legent, cognoscent grauius indignari Deum, quod scelera perpetrando contemnatur. Eum ne amicissimus quidem (neque enim nisi pios & iustos amicos habet) parcere si à iustitia descierint. Hæc igitur condēnatio potest esse quasi exemplū antiq̄e illius, si singula singulis conferas, vt quasi hunc in modum Deus sit locutus non per Prophetam, sed presentia manifestos: Ego creauit te regem ac principem totius mundi, omnium animalium volantium, natantium, humi que serpenti, omnium bestiarum principatum tradidi, tibi lucē, sydera, terrasque ipsas cum omni arborum, fructuum, herbarumque varietate creauit, feci vt omnibus deliciis circumfusis, locum istum amœnissimum, hos fontes, campos has arbores, salubribus suauibusque fructibus oneratas, ad omnem possideres voluptatem, & si parua hæc

Dauid.

Caini.

Nathan ad Dauid.

Dei contemptus.

Cognitio nuditatis quid faciebat.

viderentur, arborem quoque vitæ, & diuinitatē, immortalitatemq; pollicebar. Quare ergo imperium meum contempisti, vt scelus tantum oculis meis ostenderes, vxor tua tibi præponderaret, eam Deo tuo & creatori antepones, factus eius quasi venerator, memet abiceres? Quamobrem tu cum omni posteritate morieris, non recedet gladius de domo tua vsque in sempiternum, vt à te tota pereat posteritas, quia contempisti, spreuisti, pro nihilo habuisti me, foeminam potius quam me amasti, ei audisti, obedisti, eam optasti, concupisti, plurimi fecisti. Itaque ecce ego efficiam, vt omnibus in tuam perniciem conuerfis, ex ipsa quam audisti, semper ingemiscas, eandem habeas omnium miseriarum autorem, cuius obtemperare voluntati maluisti. Hæc recurrēs, similitudo rerum humanarū docet quid tunc factum sit, quamq; causam habeat diuina indignatio. Intelligimus hinc quoties peccamus, contemni Deum, & ex contemptu indignationē sequi. Maximus autem fuit ille contemptus, quod non vt posteri ratione & natura duce, & legibus commonētibus, peccatum cognoscebant, sed clara & illustri Dei voce & præsentia. Ibi apparuit incredibilis cōtemptus. Quicumque ergo exiguum hoc malum fuisse queruntur, aspiciant & sciant fuisse grauissimum, quia Deus contemptus est, & in hac vna præuaricatione, omnium peccatorum, præuaricationumq; relaxit imago. Si enim in re facili, contemptor neglectorque fuit, quid in maximis? Hac igitur præuaricatione, cætera sunt omnia patefacta, in vno scelere, cuncta scelera apparuerunt. Ostensumque similem in aliis futurum hominem fuisse parum Dei venerantem, voluptatum potis & foeminæ, quam summi & optimi patris, principisque sui obseruantem. Ecce Deus se contemni cum peccatur, plus enim ea ipsa res, quam suscipimus, diligitur, quam ille quem scimus prohibuisse, omniaque ista se mutuo consequuntur. Qui peccat, cōtemnit: qui contemnit non solum non amat, sed etiam spernit: Deus autem qui se ardentissimum amatorem vbi que probauit, nonne indignari debet & irasci, si quos amauit, sui videat contemptores? Quæ enim est maior indignatio, maius incēdium, maior cruciatus? Sciunt qui aliquando amarunt. Non est supplicium grauius, quam videre quem ames tui spernentem: nulla maior voluptas, quam amari ab amato. Hos affectus in Deo cognouimus, quia idem demonstrauit, & ratione innotescit. Omnis enim animus rectus amat: si amat homo, nonne Deus longe magis? Amorem autem naturali cōiunctione sequuntur quæ diximus. Merito ergo & pulcherrimo philosophiæq; pleno modo, ista grauissima præuaricatio, per nuditatem cognitam & expressam, est demonstrata. Cognitio nuditatis, & absconfio, & corporis velatio, omnes miserias, stragem, peccatum inexpressibile designabāt, ostensum quidem hominem ardentissimi amatoris sui spernentē esu pomi. Sed quid hunc impium neglectum, & non redamare amanti, sequeretur, cognitio nuditatis manifestauit. Si enim stetit, nube candida vestitus, ad deos qualis Iesus transisset. Hoc intēlligebat inuidus dæmon. Omnes miseria patefactæ in cognitione nuditatis. Ideo fugerunt, & se totos quoad possent, & corpora texerunt. Nec similis ipsi Dauid extitit homo, vt diceret, Peccaui tibi domine: sed alter in alterum culpam reiecerunt. Omnia videlicet abscondentes, corpora, seipsos, peccatum: plena pudoris omnia, magnaque mentis confusio, & tumultus, subita quasi & inopina nuditas, subita despoliatio, subita deprædatio. Vno momento cuncta depopulata, nudiq; prædati, victi, capti coram è vestigio apparuerunt. Mirare singularem Dei sapientiam, qui ex cognitione nuditatis voluit eorum peccatum & ostendere, & conuincere, confitendoq; ille nuditatem, confessus est peccatum, & prædam, & se in manus hostium venisse. Duobus modis scelus suum propter nuditatem, confessus, fugiendo & dicendo, confitendoq; ipsam nuditatem. Et ex profunda sapientia, Deus in cognitione nuditatis, voluit omnia mala patefieri. Accersit peccatum nuditatem, mortem, & labores, ac sudores, omnium bonorum despoliatio, & præda infelix fuit. Descenderat Adam nudus in aciem, adhuc in conflictu, adhuc miles erat, necdum coronatus, & laureatus, vesteq; nectarea decoratus, necdum dānatus, in confusione & pudore suæ nuditatis. At vbi qualis esset, cognitus est, tunc qui cælesti purpura velut vnus è cælestibus erat induendus, ignorata etiā nuditate, tunica pellicea est vestitus, & pro paradiso ætherio, caliginosas terras est sortitus, pro vita, mortem. De qua re diuina loquitur Basilius, ἔπε οὐδὲν ἐν φύσει ἔσται αὐτῷ ἔχον σωματικὰ, ἔπε οὐδὲν ἐν τέχνῃ, ἀλλ' ἔσται ἢν εὐσεβείᾳ ἴδῃ ἑαυτὸν πλὴν ἀρετῆς, τὰ οὐδὲν τῶν θεῶν χάριτος ἐπαυθεῖν τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἀεὶ ἀσπλάγχνον μέλλοισι, φωτεινὰς πύλας ἀεὶ τῶν ἀγγέλων, ἵνα πλὴν τῶν ἀσπλάγχνων ποιηθῆσιν, καὶ πλὴν τῶν ἀσπλάγχνων σιληθῆσιν. Ἐξ τούτου οὐκ εὐδὸς τὰ σιδύματα, ἐπεὶ δὲ ἀλλὰ ἢν εὐσεβείᾳ σπουδαίω τῶν θεῶν, εἰς ἀσπλάγχνον ἀπὸ τῆς πομπῆς τῆς ἀσπλάγχνου ἔσται ἔσται. Quæ sunt: Neque igitur ex natura, neque ex arte cōueniebat eum habere vestes, sed erat aliæ paratæ, fortiter pugnanti,

A pugnanti, edito virtutis exemplo. Dico vestes fulgentes ex diuino munere circum hominem flagrantæ, quales sunt Angelorum, omnium florum varietatem, astrorumque nitore superantes. Quocirca non statim his indutus est, quippe præmium erant virtutis, à Deo repositæ. Ad quas aspirare diabolica prauitate homo non est permittus. O pulcherrimam verèque diuinam Philosophiam, vt cum adhuc esset nudus designaretur, nondum quicquam eum promeritum, deesse coronam, deesse præmium. Quod nondum cognoscere permitteretur, qui non careret velut semper cariturus, sed adhuc esset ad vtrâque sortem anceps, adhuc ἀμφοτερέζων ἀμφοτάλαστος, vt Græci pulcherrime dicerent, cognosceretur ac pateret perfecte nuditas sublata spe, cum cælesti amictu amplius induendum, symbolice cuncta & sapienter, & per Philosophiam. Arbor vitæ, arbor sciendi bonum & malum, nuditas, serpens. Euolue & enoda singula. Arbor vitæ, quasi nectar & vinum, quod in regno patris bibit: scire bonum & malum, scire nuditatem: Sub cognita nuditate cuncta mala, quia symbolum amissorum premiorum. Serpens dæmon. Hinc non propterea quod obscenum motum in membris sensissent, censuerim eos aufugisse.

Cui dixit dominus: Quis enim indicauit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno, &c.

VT orationem noster efficeret clariorem, addidit, dominus. Hebraice tantum, Et dixit. Deinde Hebraice non dicitur, enim. Et quod ait, Nisi quod dicitur, interrogatio est *אם לא*. An de ligno comedisti? Ad quod respondit, Mulier dedit, & comedi. Sed nostra non variat, sed illustrant sensum. Nam Septuaginta *ἐμῷ*, nisi quod dicitur. Vnde, inquit, didicisti te esse nudum, & quod in nuditate oporteat erubescere? Vidisti nuditatem, & erubuisti, vnde simul & nudum te esse sensisti, & eò erubescendum didicisti? Et quod est Hebraice *אם לא* potest esse interrogatio, & admiratio. An comedisti de arbore? Vel, Fierine potest vt comederis? Potest enim esse interrogatio cum admiratione, & sine admiratione. Quodque ait, Mulier quam dedisti mihi, quasi hæc eum dicere voluisse docent Hebræi. Hoc tibi debeo domine, qui hanc mihi comitem dedisti. Tu eam mihi, ipsa dedit mihi: à te data dedit: credebamque vt quam mihi adiutricem & comitē dederas, quicquid obtulisset, vtile foret & auxilio. Ex hoc condemnatio potius profecta est. Imo, ait, quoniam eam hic audisti, coronam perdidisti. Neque enim illam vbi imperium meum staret ex aduerso debueras audire. Vereres quoque Hebræi simile quid volunt respondisse Adam. Scandalum ante oculos mihi obiecisti, quæ mihi auxilio esse debuerat à te data, hæc fuit offenculo. Sed locum nō habebat hæc excusatio. Non enim cogebat, & si hortabatur. Sola necessitas potest excusari, libertas præmio afficitur, vel supplicio. Atque vt pulcherrime ait Theodorus, Non dederam eam tibi imperatricem & consulentem, sed sociam. Tu caput es, corpus à capite, non caput à corpore vel membro regitur. Te igitur ducem esse, illam sequi oportebat. Tu potius fraudem serpentis debueras animaduertere. Quodque noster vertit, Quæ dedisti mihi sociam, est *אם לא* immadi, mecum. Quam mecum, inquit, posuisti: mihi addidisti in paradiso, ait Auen Esdra, Mecum in paradiso versari, & esse iussisti. Et Septuaginta sequentes Hebraicum *μετ' ἐμῷ*, mecum. Quodque ait mulieri, Quare hoc fecisti? Pertinet ad duas culpas, cur comederit, cur viro dederit, Quorum vtrunque grauissimum, & iuxta vtrūque poena importata, vt deinceps ei subiceretur in omnibus, quem in errorem induxisset. Serpentem autem non interrogauit, vt monent Hebræi, quoniā clarum erat facinus: & interrogatio viri & mulieris facta est, vt ex ea eligeretur condemnatio. Serpens autem interior iam dudum fuerat condemnatus, vt ait Nicolaus: Incipitque condemnatio ab improbiore & prior, & grauior.

Maledictus eris inter omnia animantia & bestias terre.

Hæc quoque ex his sunt, quæ scriptores sacri, magnis tenebris, non quidem volentes, sed ea vt gesta essent, referentes, obscurarunt. Quod cum multis in locis postea sit factum, non erit tam mirum in hac antiquorum rerum descriptione accidisse. Nam hæc maledictio duas maximas spargit ambages, vnam de dæmone, alteram de serpente. Nihil enim eorum quæ in ista maledictione continentur, dæmoni congruit. Tum non est naturale vt serpens alius à principio, alius postea fuerit, vt ne super pectus ambulauerit, ne terram comederit. Nam in descriptione animalium terrestrium superius adnumerantur etiam reptilia, quæ sine dubio, sunt ipsi serpentes. Reptabāt ergo & sine pedibus ingrediebantur, etiam ante maledictionem. Tum morsus serpentii naturalis est, si quis eos calcet. Hæc igitur obscurissima facta sunt à scriptoribus, non referentibus nisi ea quæ sunt gesta,

exemplum de Samuele. Michæas item cum vidisset dominum sedentem & exercitus angelorum circumstantes, vnum ex his surrexisse asserit promittentem se mendacem spiritum futurum in ore omnium prophetarum impij regis Achab. Succurrat prudentia, ne inter caelestes spiritus asseramus spiritus mendaces. Vt ergo interpretor in Samuele, eum fuisse suscitatum quidem, sed à domino, non frigidis mulierculæ incantationibus, licet à scriptore taceatur, sed à muliere potius factum scribat: assero que ibi & res manifestas, & abstrusas quasdam accidisse: manifestas, quæ impostrici cæterisque viderentur abstrusas quas mihi ratio, ipsaque scriptura diuina collata inter se, suggerit, & vt in Michæa audio quidem in his qui Deum circumstant, qui se mendacem & deceptorem promitteret, scio tamen eadem diuina scriptura monente, sanctissimis, innocentissimisque animis deceptionem proficisci non posse, sic audio terrestrem serpentem maledici, sed cogor aliud item quàm audio interpretari. Nam & superius audiebam serpentem ante creatas à Deo animantes, callidum extitisse, & allocutum mulierem fefellisse: quia tamen in brutis animalibus nec calliditatem esse posse scio (dico calliditatem, quæ ratione regitur & exercetur) nec alloquiū (quia nec ratio, eloquiū) cogor aliud quàm audio addere descriptioni. Hæc consuetudo cum mihi sit multis exemplis perspicua, nec sint petenda procul testimonia, sed habeam ea domesticam monent enim superiora, aliud ibi quàm serpentem fuisse, hic quoque aliud quàm quod sit desuper, cogor interpretari. Recurrentes igitur ad superiora, nam sub arbore vitæ, occultabatur vera vita: sub arbore sciendi bonum & malum, nuditatis cognitio: sub cognita nuditate latitabat mortalitas, coronæ amissio, & expoliatio: sub serpente maius quoddam monstrum, sic videbimus isthæc duas habere anfas, vnam à scriptore alteram à ratione & consideratione exhibitam. Quicquid superius loquebatur de serpente scriptor, conueniebat in serpentem terrestrem, eratque animus eius intentus in bestias illas proiectas humi, sed occasiones quasdam obtulit, quibus ad aliud abstrusus penetraremus. Sic animus hic totus in serpentem terrestrem respicit, conuenitque in illum descriptio, sed nos aut à scriptore, aut à ratione pariter adiuti, scimus aliud item subesse vt singula singulis reddentes dicamus serpentem, in quo fraus execranda peracta est, merito fuisse damnatum, sed hanc maledictionem ad quandam interiorem aliam penetrasse. Duæ serpentes, similiter maledictiones duæ: sed vt vnum serpentem exhibet Moses, sic maledictionem vnam, tantum occasionem non descriptionem exhibens alterius serpentis. Ac magis in descriptione serpentis exhibuit occasionem, vt alterum serpentem intelligeremus, quàm in maledictione, vt alterum latentem intelligeremus. Sed quod deest ab illo, à reliqua scriptura, & à ratione suppetet. Ac vt dixi nihil est propemodum in ista maledictione, quod in alterum serpentem congruat. Superius erat calliditas, erat sermo, mendacium, maioris serpentis, oculique monstri indicia, hic ingredi super pectus, humum incolere, & ex ea viuere, quod eorum venena testantur, quod mordaces sint, hoc omne serpentium est terrestrium. Duas igitur habemus res ante oculos, alteram à Mose, alteram à ratione oblatam. Moses offert maledictionem serpentis terrestris, quia etiam superius dixerat, serpentem omnibus animantibus terræ fuisse callidiorē, quasi ea esset natura eius, non alterius, ratio autem offert, vt tum ex scelere patrato, intelligamus sceleris patratores, tum si damnatus est serpens exterior per quem scelus patratum est, multo magis interior, à quo deceptio, scelusque manauit. Sed quam maledictionem maioris serpentis debeamus intelligere, non habemus à Mose, nisi vnam maledictionem in duos serpentes diffundamus, vtrique sua applicantes. Si enim sub vno cogimur duos intelligere serpentes, forsitan & sub vna maledictione, duas. Quod quidem Moses non ostendit. Maledicitur ergo serpens exterior, non curante reliqua scriptore. Vt ergo præ omnibus animantibus maledictus & damnatus est exterior, sic præ omnibus animis ac spiritibus perditus, profligatus, serpens interior. Sicut super pectus ingredi, id est deiectus, prostratus, tenes terras semper, iubetur exterior, sic interior in centro terræ versari semper humi, semper in tenebris, nunquam superiora petes. Vt terra siue vt habet Hebraice expressius ארץ, id est humo, terra lutulenta, cœnosa, quæ in subterraneis est locis vesci exterior iubetur, sic interior in inferis depressisque & lutulentis, cœnosisque cauernis habitans, hic agere vitam, his vesci omni æternitate. Nam si serpens exterior moritur, interior semper viuut, vt omnia maiora sub interiore illo cognoscas. Vt inimicitia intercedit æterna, naturalisque odium inter homines & serpentes. Nam conspicati hominem aut fugiunt, aut resistunt vt inuadant, ac noceant, & vt semper homines si possint conspicati serpentem, aliud telum non habentes, caput eius calcaneo perfringunt, aut humi

& in

A & in herba latentem, & non sentientes calcant, illaque versus reuertet pedem, sic odiunt est æternum serpentis interioris cum genere humano, & vicissim nunc homines eum insidiantem, ac latentem reiciunt, abigunt, profligant, nunc vicissim ipse retortus mordet eosdem, nisi caueant. Et vt intelligas Mosen, Paulus inquit, Dominus conteret Satanam sub pedibus vestris. Ecce loquens de Satana, vtitur sermone serpenti terrestri congruente. Cum non possit pedibus Satam spiritus premi. Quid Paulus ait, Dominus conterat sub pedibus. Figurata igitur locutio. Non habet quidem semē interior, nec per propagationem crescit, eo que hæc descriptio est exterioris tantum serpentis, genus tamen vnum dæmonum theologia demonstrat. Merito igitur dixerunt nostri, & ratione confirmatur, non impune fraudes has exercere serpentem, sed maiora ei accumulati supplicia, si quid sceleris peragat. Si enim dant homines pœnas ob cædes, rapinas, cæteraque peccata: eum scelerum Deo non persolvere pœnas non est credendum: Vtque ait Sapiens, potentes potenter tormenta patientur, dæmones spiritus magnos ac potentes, dare atrocissimas pœnas par est. Vt magnitudo eorum faciat sceleris magnitudinem, hæc magnitudinem supplicij. Musca, formica, vel digito obteritur, at boue mactare volenti, totis conatibus, vinculis, securibus esset opus. Damnatus est igitur, & atrocibus suppliciis additus serpens interior est. Ac non hoc loco disputo an quod ex parte videtur asserere. Athenagoras, Dionysius Alexandrus, è Latinis Augustinus, damnatio dæmonis fuerit ista ipsa inuidia, & fraus, vt antea bonus quidem fuerit, sed hominis felicitati inuidens & in scelus eum pertrahens, inde damnatus fuerit, vt & proditor, & proditus dederint pœnas. Multas enim habet difficultates hæc assertio. Ad alia, quod innumerabilis prope est multitudo spirituum malorum, vnum autem tantum certum est, hominē deceptis: ceteri ergo vnde contraxere ruinam? Descriptio igitur maledictionis tota est serpentis exterioris: & vt vbi que solet diuina prouidentia, prudenter elusit spiritum impostorem maledicens eum in ea forma & animali, quam tam libenter expetisset, eique dans omnia ad proportionem, quæ serpenti dedisset. Quasi diceret ei, Serpentem elegisti tuarum fraudum laruam & personam, eisdem suppliciis igitur atque ille subiacebis. In te recidunt omnia, quæ congruunt illi. Atque ait ei cum hoc genere esse familiaritatem Augustinus, & diabolica vi è latebris trahi serpentes Marforum verbis. An autem serpens talis ante maledictionem fuerit, cogitatio quidem exhibet, vt idem, eodem corporis habitu, eodem ingenio fuerit, sed aliud videtur referre theologia. Multaque sunt, quæ nostris cogitationibus viderentur, aut fieri non potuisse, quæ tamen facta sint: aut alio modo fieri debuisse, quàm sint: facta complura item sunt, quæ nisi oculus vidisset, alio referente credere ratio noluisset. Hebræi multa super hac re dicunt. Alij quod maledictio serpentis, abbreviatio vitæ eius fuerit, alij quod cum antea eo sublime & pedes haberet, his detractis, in ventrem proiectus sit. Quæ refelluntur à Nicolao: sed certe maledictionem esse terrestri serpentis negare non possumus. Soluitur autem ambago ex alio loco. Nam & mulieri dat maledictio ea, quæ videtur ante habuisse, conceptum, dolorem, subiectionem. Viro etiam labores & sudores. Dicendum hæc quidem antea fuisse, nondum statu humano determinato, fuisse in accipiti, partum, laborem, sudorem: tamen vt mortales fuerant creati, confirmata sunt ex maledictione. Sic serpentis talis & antea erat natura, sed quia sub hac forma peccatum est, confirmata est infelix conditio, & hominibus monstrata, quæ prius latuisset, nihilque de ea dictum fuisset. Neque enim Deo cura est de bobus, idcirco nec de serpentibus. Voluit autem esse supplicium, quod prius esset natura: Sicut arcus in nubibus, erat antea naturalis arcus, sed postea signum fuit, quia existente arcu, diluuium esse non potest. Signum est enim arcus temperatorum, & cito recedentium hymbrium, existens per solem & nubem aquosam, ac cessante fere pluuia. Serpens etiã antea erat ille idem, sed cuius forma sumpta est ad maleficiū, damnata est ad supplicium, pronuntiato ad dedecus eo, quo naturale prius visum esset. Neque enim & dæmon talem sumpisset, nisi suis fraudibus proprium & familiare. Igitur confirmatū, patefactum, demonstratum quod ab eo est factum. Hæcque fuit damnatio, cuius natura sumpta est ad fraudem, confirmata est ad dedecus, vt esset ei turpe esse talem, cui decorū fuisset antea & naturale. Non enim vt dixi, Deo cura erat de serpente. Nec serpens quicquam commeruit, si diabolus, id est ratio potens, formam suam assumpsit ad imposturam. Alioqui quod quis indumenta, mores, laruamque vnus alicuius cepisset, ad scelus, infcius ille horum malorum, dabit pœnas? Sed vt dixi non fuit cura Deo de serpente, cuius tota tendit ad genus humanum prouidentia. Nec curauit patefaciens antiquam fraudem, & iudiciorum suorum ordinem aperiens, damnare serpentem, vt natura, quam

o iij

Distingue
de mali spi-
ritus à bo-
nis.Serpens ter-
restris.Duæ ser-
pentes, ma-
ledictiones
duæ.Damnatio
dæmonis.Maledictio
mulieris.

I. Cor. 9.

haberet se volente naturaliter, deinceps instituto suo, cuius consiliis omnis obsequitur natura esset ad dedecus, & supplicium. Nam si recte censeas, ne serpens ipse quidam quicquam mali est affecutus, qui nihil commeruisset, tantum infame iussum est esse, quod si non esset iussum, fuisset naturale. Ut autem veneramur ac benedicimus crucem, in qua genus humanum est redemptum, sic maledictus est serpens, in quo fraus est perpetrata. Veneramur loca, tempora, domos, indumenta, propter eos qui hæc tenuissent, detestamur item eadem ipsa & auersamur: sic Deus execrans serpentem, & oculis eum toruis aspiciens, maledictus est & imprecationibus, sibi conuenienti modo, in eum inuectus est. Nec opus erat supplicio, abunde enim in hoc animali malorum erat. Viuit humo, venenatum est, habitat iuxta sepulchra, lucifugum est, eoque ad maleficia vtuntur. Tantum erant hæc demonstranda, decretoque diuino ad dedecus & supplicium referenda. Nam postremum quod de inimicitia positum est, proculdubio nouum accessit, quod nisi homo cecidisset, hoc genus inimicum, vt nec cætera nãquam habuisset. Quæ ne à sanctissimis quidem Græciæ theologis dissentiant. Primum Serapion cur deceptorem Deus non interrogarit, pulchram assignat causam. Nam pessimos non scrutatur Deus & examinat, sed subito condemnat. Quemadmodum dicit David: Non resurgent impij in iudicio. Non quod non resurgent, sed quia non examinantur. Theodoritus non minus prudenter, Nullam in serpente quæsitam correctionem & condemnationem, iamdudum eum fuisse damnatum. Terrestrem autem serpentem habuisse ex maledictione, quod habebat ex natura, *μυρία- σμων ἀθάνατον* sempiternam memoriam præuaricationis. Idem ait, Deum inuisibilem serpentem poena inuisibili insequi, organum autem deceptionis manifestum, manifestæ maledictioni subiecisse, volens argumentum & memoriam hominibus relinquere in serpente manifesto, occulti & inuisibilis deceptoris, vt videntes insurgentem, aut reptantem homines, serpentem, antiqui doli recordarentur. Idem vt dixit Theodoritus, ad hominum utilitatem, illatam in serpente maledictionem. Quæ mihi vehementissime satisfaciunt, præferunturque fabulis Hebræorum, censentium rectum aliquando serpentem fuisse, postea in terram depressum. Quos aut similes eorum redarguit oculatissimus Didymus. Quidam ait, ex eo quod serpens maledictus est, *ἀθήνησαν ὄρθον ποτιε τον ὄφιν ἐναι, & λογισάμενοι, ὅτι οὐκ ἐν ἐξ ἀπάντων τῶν ἑρπετῶν ὁ θεός ἐκέλευεν μόνον ὄρθιον ἐπίσταναι*, arbitrati sunt, arduum aliquando fuisse serpentem, non animaduertentes, quod non illum solum è reptilibus Deus rectum fecisset: sed quoniam, inquit, eum diabolus allocuturus mulierem erexit, ideo iussum est vt in pectus & ventrem caderet. Et hoc Didymi pulchrum ac scitum est. Arbitratur autem Serapion ex eo quod vox serpentis non est maledicta, eum articulatam vocem minime habuisse. Bellum igitur ἀσπονδος irreconciliabile est, aduersus serpentem, decernente Deo, vt idem ait Didymus, *ἀνιγμια δὲ τῆς φωνῆς τῶν ἀφιδολῶν ἔχθρας ἡμῶν*, Ænigma, signum, indicium nostræ aduersus diabolum inimicitie. Est igitur maledictio execratio, detestatio, imprecatio. Potes autem in voce Græca agnoscere vim vocis Hebraicæ. Nam vt pleraque alia, sic vox Græca, qua imprecantur, ducta est ab Hebraica. Græce dicitur araomæ ἀερόματι, Hebraice arar, & Græce ἀερά ara sonat imprecationem. Hoc ergo loco vbi nos dicimus, Maledictus eris, Hebraice ארור ארור Arur atta, maledictus tu. Quasi sint meæ super te imprecationes & diræ. Quodque ait, inter omnia animantia, & bestias terræ, duo genera ponuntur Hebraice, pro primo est behema, bestia, iumentum, pecus, quod pascit: pro altero, fera campestris. Ante omnes ergo brutas animantes, nam omnes sub hoc duplici genere continentur, serpens maledicitur. Quodque ait: Super pectus, pro pectore Hebraice est שׁוֹן Gachon. Non desunt etiam qui hanc vocem apud Hebræos pectus interpretentur. Auen Esdra eam interpretans ponit pro ea שׁוֹן, quæ vox pro pectore semper est. Nostri pectus serpentibus attribuunt, quæ mea conuoluens sublato pectore terga. Inuenies apud interpretes Latinos, citari aliam editionem quæ habeat, pectore & ventre repes. Est scilicet editio Septuaginta antiqua apud Latinos. Ex quo apparet eam quæ post recepta est, esse ipsius Hieronymi. Nam idem Hieronymus in traditionibus Hebraicis, hæc ad verbum. Ventrem addiderunt Septuaginta, sed in Hebræo habetur pectus tantum. Quare constat hoc quod nos habemus, esse ipsius Hieronymi. Quodque ait, Et terram comedes, pro terra, vt superius monuimus, est אֶפְרַיִם apher, humus, terra lutulenta. Nec scriptura solum sacra, sed etiam profana prædicat serpentes vesci humo: poëta,

Vita serpentis.

Virgil. 3. Georgic.

Aut recto assuetus coluber succedere, & umbra, Fomit humum.

Apud Esaiam dicitur, & serpenti pulvis panis, Hebraice pro puluere, est

A est אֶפְרַיִם apher, id est humus, lutum, terra limosa, quæ panis siue cibus serpentis esse dicitur. Apud Michæam: Lingent puluerem sicut serpentes. Pro puluere, similiter est apher, humus. Quare cuncti fatentur cibum serpentum esse humum, hanc fouere, hic degere. Hinc trahit venena. Quodque sequitur, Inter te & mulierem, ex sequenti intelligitur. In semen scilicet, & posteritatem recidere. Quamquam & tunc certum est, hoc cepisse sub muliere. Sunt quidem & alia animalia hominibus inimica, sed vulgatur hoc in serpente, propter ea quæ acciderunt. Ac nescio quomodo per eum animorum ruina est peracta, à quo mors corporum in hominibus, & omnibus generatim animalibus contingit. Siquidem idem poëta de colubro,

Pestis acerba bouum, pecorique aspergere virus.

Ibid. Virg.

Quodque ait Moses: Conteret, non satis percipio quid Chaldaeus respexerit transferens. Ipsum scilicet semen tibi reuocabit ad memoriam, qui ei feceris à principio, & tu referabis ei in finem. Videtur caput & calcaneum allegorice interpretari, & cum homo interficit serpentem adimpleri quæ dicuntur isto loco. Recordari hominem fraudum serpentis, serpentem in eadem inimicitia persistere insidiando, & lædendo. Quidam Hebræi caput & calcaneum aiunt, multo maiorem fore hominis super serpentem, quam serpentis super hominem potestatem. Illum enim caput calcando daturum letum serpenti, sed serpentem calcaneum mordendo, non æque. Plures enim serpentes ab hominibus, quam homines à serpentibus interficiuntur. Suntque quasi ex aduerso caput & calcaneum. Duratque odium, & inimicitia, non eadem causa qua cæterorum animantium, quarum & si quædam hominum sunt inimica, causa tamen, prædæ sunt, & quia carniuoræ, serpentes autem nescio quo arcano odio, virus afflare lætantur. Quamquam remordere calcantem est naturale, & cæterarum animantium, apum, scorpionum. Dixi pro ipsa interpretem vertisse ipsum, vt referatur iuxta Hebraicum ad semen. Dixi & Septuaginta vertisse non αὐτὸς, sed αὐτὸ neutro genere. Quæ lectio à Leone papa maxime demonstratur. Apud quæ eloquentissime vt omnia, hæc ad verbum: Deus enim omnipotens & clemens, cuius natura bonitas, cuius voluntas potentia, cuius opus misericordia, statim vt diabolica nos malignitas, veneno suæ mortificauit inuidiæ prædestinata renouandis mortalibus suæ pietatis remedia inter ipsa mundi primordia præsignauit, denuntiatis serpenti, futurum semen mulieris, quod noxij capitis elationem sua virtute contereret. C H R I S T V M scilicet in carne venturum, Deum, hominemque designans. Hæc ille, Legerat ergo vt apparet apud Septuaginta quorum editio erat illis temporibus vsui, ipsum, videlicet semen. Et Serapion, à quo & aliis Græcis, puto didicisse Leonem, eodem ferè modo exposuit, *καὶ μὴ σπέρμα ἢ γονὴ οὐκ ἔχει, ἀλλ' ὁ ἀνήρ, πῶς οὐκ ἔχει πλὴν γυναικὸς ἐπιταί τὸ σπέρμα, ἢ δὴλον, ὅτι τὸ σπέρμα, ὃν γαίης τὸ σπέρματος, ἐπιταί, ἢ ἀγα παρθεῖος, ἐν τῷ γὰρ ὄφει τὸ σπέρμα, καὶ ὁ παρθενικῶν*. Hoc est, Atqui mulier semen non habet, sed vir: Quomodo igitur mulieri id dictum est. An clarum est, Pronuntiatum de C H R I S T O, quem sine femine peperit intemerata virgo: Singulare enim est semen, non numero multitudinis, femina.

Mulier quoque dixit, Multiplicabo erummas tuas, & conceptus etc.

Hæc quoque, nisi quædam maior prudentia succurrat, naturalia esse videbuntur, vt si nunquam homo lapsus esset, futuraque esset propagatio, non potuerit aliud esse. Debile est iudicium nostrum, quia vires fragiles quoque sunt, & ad conscientiam nostræ facultatis iudicamus quæ non sunt facta, nunquam fieri potuisse, & quæ facta sunt, aliter fieri nequiuisset, constat autem nobis mille modis potuisse Deum efficere, vt manente propagatione, non manerent pressuræ & dolores. Quandoquidem virgineum partum sine dolore extitisse certum sit, Et reliquæ in omni genere animantium, fœminæ citra dolorem quoque pariant. Habent autem diuina decreta tantam vim, vt natura fiant, quodque voluntate Dei fit, fieri naturali quodam impulsu exterius contemplantes sibi persuadeant. Nanque & venti qui ranas in mare proiecerunt, cum essent à Deo extraordinarie impulsus, physiologos quis in naturales causas retulisset. Sic ipsas exortas ranas & cyniphes, siue cniphes, vt vocat Aristoteles, in anni temperiem. Dolores ergo mulieris auctos in transgressione audientes cælestem theologiam referentem, non est fides deroganda, cogitaréque debemus, variis modis Deum & infligere hos potuisse, & prohibere si affuissent. Quod pleraque alia exempla contemplantes intelligemus. Adde quod hoc loco habetur, Multiplicans multiplicabo dolores tuos, vt ante ruinam, conditionem eandem habuisse videatur mulier nondum coronam immortalitatis affecuta, aut mortalitatis sententia damnata, dolores autem ex transgressione accumulatos. Siquidem etiam homo erat terram culturus, erant multiplicandi

Deus omnipotens.

Multa le-
ges diuina
varia late
temporibus.

2. Reg. 20.

Heroës.

& per omnes terras, quam eis subiecisset, profeminandi, sed longe meliore conditione. Terra quoque maledicta est, ut tribulos & spinas pareret, ut vbertatem suam frangeret, quæ res tamen naturales causas habere cernuntur. Sed apparet omnia, quemadmodum item erant homines viuaciores, ut ætas illorum sit nunc incredibilis, futura fuisse meliora, etiam in hac terrena conditione. Quis enim est qui non miretur primorum illorum diuturnitatem, & quod non multis est notum, corporum generalem proceritatem? Hæc utique incredibilia si præsentì conditioni assentiamur, corporum imbecillitatem & exiguitatem, vitæ breuitatem intuentes, videbuntur: Ut autem quasi alterum hominum genus videmus nos ab illis, altera natura terrarum: sic altera fuisset quædam, si nunquam transgressio accidisset: & erat ante transgressionem. Arbitror quidem statum illum ante casum fuisse breuissimum, sed decreta Dei ante casum & post intuens, differre priorem & posteriorem statum, discrimine magno naturali tamen & illum & istum, quoniam à Deo, constanter asseuerauerim. Etenim quod ipsæ nos crebro docent diuinæ litteræ, leges diuinam providentiam ad tempora variasse, aliamque legem Adæ tulisse, aliam Noë, aliam Mosi, aliam nouissimis hæc sæculis, sic censendum est, duas super Adam leges tulisse vnam ante, alteram post casum, vtranque autem pro humana conditione variantem. Quod si in probatione & certamine fortis fuisset, tertia quoque lex & conditio fuisset renouata, quæ quidem quotidie super piissimis iustissimisque viris post istius vitæ certamina, innouatur ab ipso Dei filio regni immortalis principe, & capite posita. Quocirca tres conditiones humani generis possumus numerare, vnam cum adhuc esset anceps, nec mortuus, nec viuus, nec coronatus, nec ei-
E
ctus. Tunc dicitur, Crescite & multiplicamini, & subiicite terram, dominamini animalibus cæteris, vscimini fructibus arboris, quos optimos ac vberimos fertilissima tellus ferebat: ante casum factum est coniugium, & quasi desponsatio, de prole, cibo, dominatu, super omnia animalia sancita lex. Secundus status fuisset, non fuit, si Adam summam obedientiam, quæ exigitur à Deo magnopere, præstitisset. Talia enim fuisset præmia consecutus, qualia promittuntur hodie mandata Dei obseruantibus. Hæc est enim gloria eius, & honor in terris, inuiolabilibus eius obedire decretis. Hic amor, hæc veneratio, pietas, & hoc postulat, cupitque, non aliud à nobis. Cuius tanta vis esse cognoscitur, ut Propheta, non vereor enim digredi, iubente cuidam ut se in verbo Dei, id est mandante Deo percuteret, illeque prophetam Dei percutere detestaretur, pronuntiauit in illum propheta, Ecce quia non obedisti Deo, & non percussisti me, percutiet te leo. Alteri autem cui similiter præcepisset, non accidit simile, quia obtemperasset. Rem inauditam & stupendam, ait Chryso- stomus: quia rem, ut videbatur, detestabilem facere noluit, dedit ille pœnas: alter autem nullas pœnas dedit, qui sanctum sanguinem effudisset. Quid aliud hinc docemur, nisi obedientiam velle summam, omnia regentem, & moderantem auctoritatem? Hoc opus, hoc viuum sacrificium, hanc si Adam præstitisset, ad arborem vitæ peruenisset. Tertius status fuit post lapsum, in quo est ille primus, retentus quidem, sed variatus. Eademque mansit conditio, propagatio, cibus, dominatus, sed nimis, heu nimis variata. Additi propagationi dolores, & ærumnæ: cibo additum, ut sudore & labore pararetur, qui prius sponte in hu-
F
manas manus deuenisset: dominatus, quod cum essent ad nutum eius omnia animalia obsecutura, aut nullum ab eis detrimentum accepturus esset homo, facta sunt maiore ex parte inimica, & nocentia, veluti serpentes. Quod declaratum expresse est, cætera reticentur. Recte ergo dictum, Multiplicabo, quasi non esset iste cumulus malorum ante casum, sed similis eademque mulieris conditio, cladibus tamen his libera. Ac quasi virginicos partus Eua antea edidisset, omnia sacra, beata, felicia, angelica. Quemadmodum tellus, spinas & tribulos non peperisset, qualis erat, cum deambulare homo in paradiso, omnibus vbertate, viriditate, odore plenis. Docui enim non esse nostræ imbecillitati, nostris ridiculis iudiciis assentiendum, si negent rem secus habere potuisse, quam habuit, nec aliam naturam esse potuisse. Sunt non rationes solum hanc mentis deceptionem arguentes, sed etiam exempla: Gigantum formosa, proceraque corpora, antiquorum vita longæua. Quæ si quis cum nostris conferat, inueniet illos quasi alios homines fuisse, aliud genus præstantius, diuinis: unde & Heroës, & Semidei dicebantur. Quales sunt, cum eiusdem generis videantur feles & leo, & restudines terrestres atque marinæ, Simij & Satyri, cæteraque id genus animalia, & plantæ. Agnoscamus ergo ex his quid fieri potuisset, quandoquidem propemodum etiam facta sunt. Nam quorundam antiquorum hominum longæua vita, docet cæteros omnes, mares & fœminas tales fuisse. Itaque minus, matres, ad hanc sanguinis bonitatem, roburque

roburque primæ matris retinentes atterebantur assiduo partu. Quod ergo ait, conceptus tuos, ut breuiter priores annotationes admonent, non simplex conceptus innuitur, ut in eo videatur mulieris maledictio, sed credendum est esse sensum, quem expresserunt Septuaginta *παραγμιον*, gemitum scilicet, & dolorem ipsius conceptus. Quod & ante & post exprimitur, positus inter se idem pollutibus duobus verbis, quorum alterum alterius declaratio, erumna, & conceptus. Declarat hoc postremum quid sit præcedens. Erumna, ut ait Marcus, proprie labores Herculei sunt, qui quoniam fuerunt validi & acerbi, omnes deinceps labores duriores, erumnae sunt appellati. Declaratur & in sequenti, quid sit antecedens. In dolore paries, id nempe erat conceptus. Atque ut solent Græci *ἀδύνη*, id est partum, etiam dolorem vocare, sic Hebraice, nomen conceptus, est etiam nomen doloris. Hebræus Salomon exponens vocabulum partus, baron, dicit, Is est dolor conceptus: quod Nicolaus & quidam alij sequuntur, ut designet vexationem mulierum conceptum fœtumque portantium, quæ est earum summa molestia. Nicolaus ait pro conceptu haberi imprægnationes in Hebraico, quasi non sit idem vtrunque. Sed sui similibus loquebatur, Latine necessitentibus. Quod autem ait, Et sub viri potestate eris, patet in annotationibus sensus, reditumque est Latine clarius, quod erat Hebraice: Et ad virum tuum desiderium tuum. Quo loco soleo contemplans multa mysteria & nomina ex Hebraico & sacris litteris, in alias linguas & litteras manantia, vehementer admirari. Hoc loco quasi imperium est & decretum Dei, idcirco etiam natura, ut desiderium mulieris sit ad virum Græce viro vir siue maritus, appellatur enim Hebraice maritus, vir, dicitur *πίσις*, id est desiderium, à verbo *πιδω*, Apud Homerum in Odysea Penelope:

Ἦν ἄρην ἰδίῳ πύσιν ἐσθλὸν ἀπόδεσσι θυμολέοντα
Πάντομος ἀρετῆσι κεχαρμένον ἐν δαναοῖσι. Id est,
Que primum forti ac iusto sum orbata marito,
Omni genus clarum virtutibus inter Achinos.

Odyss. 4.

Maritus ergo desiderium vocatur Græce: hic autem dicitur, Et ad virum tuum, hoc est maritum, desiderium tuum. Hoc desiderium, ut aiunt Hebræi, facit ut fœmina non sentiat sese viro in concipiendo, & pariendo, cæterisque muneribus inferiorem: Aiuntque sibi inuicem pœnam & peccatum respondere. Illa fecit ut vir sibi obsequeretur, offerenti primum: factum deinceps, ut ipsa viro semper pareret. Serapion scite de hac re locutus est, *ἡσπομύθεσσι γὰρ πύσι ὅτι τῆς ἀδύνης ἀνάγκη, ὅτι ἀπαγορεύει τῷ σπυρίου πύσι σὺν ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐμπύθου τῆς αἰετῆρος, ἐν αὐτῷ, πύεται πύσι ἐλπίδα.* Nam cum necessitates quæ in partu contingunt perferat, non auerfatur tamen mariti coniugium, sed etiam semper aduersis irruentibus, in eo omnem spem collocat. An hæc quidem conditio esset ante casum, vel si non cecidisset, futuram fuisse, bene soluitur ab Augustino, posse se inuicem homines & coniuges seruire ex dilectione, omnem aliam seruitutem ex peccato manasse. Credendum igitur facile, & pulcherrimo modo, ut ex vna massa, vno tempore essent generati, sic vna eandemque futuram fuisse auctoritatem, & egregiam, heroicamque dilectionem: quales fere sunt inuicem vir bonus, & coniux bona: nihil inter se in omni vita dissentientes, iugum suauæ æqualiter trahentes. Quomodo enim si defuissent omnia incommoda, quibus necessario parent viris vxores? Si beata omnia, & felicia, & in statu immortalis ac diuino, omnibus miseris & erumnis abactis? Ut trahit altera alteram miseria & incommodum, mutuisque nexibus implicata dependent, mortalitate principe & regina, sic felicitate, & statu beatiore, omnium bonorum vbertas inter se implicata venisset. Diuina vtriusque coniunctio, diuina quædam vtriusque sexus harmonia, non se plus, quam Deum amantibus. Hoc omne igitur innuitur edicto. Multiplicabo. Quasi fuerit antea, sed quadam alia ratione meliore, conceptus, partus, & quæ fuit variatio imperantis & obsequentis, fuisset tunc æqualitas. Idque erit intellectu perfacile, res diuinas & humanas conferenti. Omnia enim hæc habent excepta immortalitate, pij, Deique venerantes in terris. Idque fere habuisse Abraham & Saram censuerim, Isaac & Rebecca, & si qua fuit alia optima, & sanctissima coniunctio. Vnum malum, causa & fons est multorum, sic bonum multorum bonorum. Vnum scelus David, luctus, & cædis, & totius populi fuit euersio. Ita vnum scelus illorum, omnia incommoda inuexit, nascenda tamen ex abscessu Dei, qui peccatis offensus auertit sese, & in penetralia cæli se claudit, submouens sicut submouit ab Adam felicem iucundissimumque conspectum suum, qui præsens omnia bona largitur. Sunt alia, quæ vidisset, nosset, retigisset beatorum quorum ignoratio efficit ea nunc incredibilia. Sicut non possumus credere & animis nostris

ostendere, nisi cogamus eos, & eorum inscientiam exemplis & rationibus coarguamus, re-
 surrectura corpora incorruptibilia, beata, felicia, leuia, splendentia, quandamque beatitu-
 dinem, omni quæ nobis nota est, maiorem, fortita.

*Adæ vero dixit, Quia audisti vocem uxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex
 quo præceperam ne comederes, Maledicta terra, &c.*

*Benedicere,
 & maledi-
 cere quid.*

Sicut benedictio Hebraice, eadem voce atq; vbertas, largitasq; designatur, barak, sic idē
 submouere, adimere vbertatem. Hoc homines verbo cum faciant, non est eorū facultatis
 efficere, vt res verba sequantur. Deo autem benedicente, vel maledicēte, habent verba suc-
 cessum. Recurrendum igitur est, ad eum qui quasi portus est ambagū multarū dissoluēda-
 rum, nec nos decipi patiamur, credentes hominem ante casum talem fuisse, qualis erat fu-
 turus post coronam. Dico statum hominum ante coronā quæ non fuit, & ruinam quæ fuit,
 eundem propemodum fuisse, atque eum qui post secutus est. Notum clarūque est ex his
 quæ dicuntur ante & post ad alia. Superius dicebatur, Ecce dedi vobis omnem herbam af-
 ferentem semen super terram, & vniuersa ligna, quæ habent in semetipsis sementem gene-
 ris sui, vt sint vobis in escam, hic vero in maledictione, & comedes herbas terræ. Superius,
 Crescite & multiplicamini: hic, Multiplicabo conceptus tuos. Illic, Non erat homo qui co-
 leret terram, & posuit eum in paradiso vt coleret: hic, In sudore vultus tui: confirmatur vi-
 delicet prior conditio, & ex parte minuitur, redigiturque ad peiorem gradum, ex scelere,
 quæ ad maiorem fuisset sublimata ex obseruantia, & veneratione, ac pietate. Hic est verus
 portus soluendarum difficultatum. Non enim erant immortales creati, sed tales erāt, qua-
 les fere postea fuerunt. Creuisset autem gloria, sicut nunc crescit post probationem, muta-
 turque conditio. Ergo terræ conditio, partim quæ antea fuisset confirmatur, partim ex vber-
 tate detrahitur. Cognouit enim Deus, quodd vbertas & ocium & felicitas, tum immeritis
 contigisset, tum magis eos corruptisset, videbatq; homines pronos in malum, prudenterq;
 refecit magnam partem prioris felicitatis, probauit autem si homo primus à se creatus, se
 conspicatus, præsentiam vocemq; suam intuitus, nolisset imperatis parere suis, sed potius
 à libidine se rapi permisisset; multo magis facturos id cæteros homines, atate semper ad
 deteriora tendēte. Compefcuit igitur largitatem, id quod maledictio Hebraice est dictū
 & hoc propter hominem, vt fons habet. Hoc ergo & poëtæ obscura quadam & incerta fa-
 ma audientes affererunt & decantarunt, Iouē dicentes hoc fecisse, quod & scriptura Iouem
 fatetur fecisse. Nam quem poëtæ Iouem, vocalibus detractis dicunt, iuxta veram ap-
 pellationē antiquissima sacraq; lingua vocat Iehouah: summoue vocales, fit Ioua. Hunc ergo
 ferunt poëtæ, terram maledixisse. Idq; post aureum sæculum, post casum scilicet:

*Homines
 non esse im-
 mortales
 creatos.*

*Ouid. l.
 Metamor.*

*Iuppiter antiqui contraxit tempora veris,
 Perque hyemes, æstusque, & inæquales autummos,
 Et breue ver spatium exegit quattuor annuum.
 Tum primum siccis aër feruoribus vltus
 Canduit, & ventris glacies astricta pependit.
 Tum primum subiere domos, domus antra fuerunt.
 Et densi frutices, & iuncte cortice virgæ,
 Semina tum primum longis cerealia sulcis,
 Obruta sunt, pressisque iugo gemuere iuueni.*

Hæc illi dicunt, non quidem vt soliti sunt, fingentes, sed audientes ab antiquis, & relatio-
 nibus & scriptis habentes cognita. Quod si persuasum ac certum fuit illis mutaram homi-
 num pristinam felicitatem, & ad deteriore conditionem redactam, credendum vtique
 etiam nobis, antiquissima theologia referente, cui & vetustas, & autoritas scribentium, &
 quo perscripta modo fuit arrogans intemeratam fidem. Nec difficile est cognitu, quo mo-
 do priore conditione mutata, tēpora asperiora, & steriliore anni successerint, & cum prius
 esset æternum ver, totōque anni decursu, felix illa lætāque temperies, & partu terrarū bea-
 tissima, in exiguum spatium sit redacta, Omniumque causa malorum, temperies submota,
 quamquam & alia, sub terræ maledictione continentur. Memento quando ad subitum Dei
 imperium, manna cecidit de cælo: memento è petra durissima prodeuntium aquarum: sic
 memento sterilitatis sub Achab, impio rege, quando trium annorum squallor persue-
 ruit. Recordare etiam eorum quæ sæpe minantur prophetæ, de futuram pluuiam, terram
 non daturam solitos foetus. Recordemur benedictionis, & maledictionis Moïsi: prioris, si
 obserua-

Abseruarent mandata Dei: posterioris, si præuaricarentur. Quadrant enim ad intelligen-
 tiam istius loci. Si audieris, inquit, vocem domini Dei tui, vt facias atque custodias omnia
 mandata eius, faciet te dominus Deus tuus excelsiorem cunctis gentibus. Venientq; super
 te omnes benedictiones istæ, & apprehendent te. Hæc eadem in Adam conueniunt, vt ta-
 met si non sit scriptum, Deus illi in hunc maxime modum quasi locutus sit: Si audieris vo-
 cem domini Dei tui, vt facias & custodias mandatum eius, excelsiorem aut æqualem An-
 gelis te faciet: dabit tibi immortalitatem, quæ in ligno vitæ est designata. Omnesque bene-
 dictiones te comitabuntur, tecumque erunt semper. Benedictiones Moïses sic recenset: Be-
 nedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro. Benedictus fructus ventris tui, & fructus ter-
 ræ tuæ, fructusque iumentorum tuorum, greges armetorum tuorum, & caulæ ouium tua-
 rum. Benedicta horrea tua, & reliquæ tuæ. Benedictus eris ingrediens & egrediens. Dabit
 dominus inimicos tuos qui consurgent aduersum te corruentes in conspectu tuo. Per vnā
 viam veniet contra te, & per septem fugient à facie tua. Emitteret dominus benedictionē
 super cellaria tua, & super omnia opera manuum tuarum, benedicetque te in terra quam
 acceperis. Audis quantam vim habeat, vocem Dei audire, esse mandatorum eius obser-
 uantem? panditur tota beatitudo, felicitas tantopere quæ sita ab omnibus & expetita eru-
 pit. Hæc super Adam copiosissima omnibus partibus absolutissima deuenisset. Idem requi-
 situm ab eo tunc Deus, quod postea à cæteris mortalibus. Dedit legem simul ac natus homo
 esset, voluitque eum probare, vt & populum, teste Mose, obseruanti se, & in mandato suo
 colenti, non hæc quidem ipsa, quæ Moïses numerat, sed quod omnium istorum bonorum
 est causa, omnia enim bona quæ in immortalitate continentur ei dedisset. Profecutus Mo-
 ses narrans eadem, quæ primis item hominibus madatum Dei custodientibus euenissent.
 Sufficitabit, inquit, te dominus in populum sanctum, sicut iurauit tibi, si custodieris manda-
 ta domini Dei tui, & ambulaueris in viis eius. Videbuntque omnes terrarum populi, quod
 nomen domini inuocatum sit super te, & timebunt te: Abundare te faciet dominus omni-
 bus bonis, fructu vteri tui, & fructu iumentorum tuorum, fructu terræ tuæ. Aperiet domi-
 nus thesaurum suum optimum cælum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ, in tempore suo, bene-
 dicetque cunctis operibus manuum tuarum. Hæc & id genus alia fas est eum Adæ promi-
 sisse, vt quidem ratione claret & necessitate, longe potiora ac meliora, ipso humano gene-
 re nascente ipsumque Deo, sublimare, & Angelis æquare volente promittuntur omnia bo-
 na, tota felicitas obseruantibus Dei, & piis. Est enim eximia perfectaque pietas, mandata
 Dei siue scripta siue naturalia custodire, intemerata seruare. Huc quæso curas cogitatio-
 nēque omnes intendamus, videbimus res antiquas, videbimus originem humanam, & ra-
 tionem intelligemus cur Adæ quædam lex data sit, & obseruanti præmium, arbor vitæ, de-
 struenti supplicium, nuditatis cognitio, & maledictio quæ secuta est. Audiamus enim etiā
 maledictionem per Moïsen, latam populo non custodienti præcepta diuina. Quod si no-
 lueris audire vocem domini Dei tui, vt custodias & facias omnia mandata eius, quæ ego
 præcipio tibi hodie, veniet super te omnes maledictiones istæ. Maledictus eris in ciuita-
 te, maledictus in agro: maledictus horreum tuum, & maledictæ reliquæ tuæ: Maledictus
 fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, armenta bouum tuorum, & greges ouium tuarum:
 Maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens: Mittet dominus super te famem, &
 esuriam, & increpationem in omnia opera tua, quæ tu facies, donec conterat te & per-
 dat velociter, propter adinventiones tuas pessimas, in quibus reliquisti me. Percutiet te
 Dominus egestate & febri & frigore, ardore & æstu, & aëre corrupto, ac rubigine, & per-
 sequatur, donec pereas. Sit cælum quod supra te est, æneum, & terra quam calcas, fer-
 rea. Hæc apud Moïsen, videmus tum potestatem Dei variam, valentem tum vbertatem esse
 fundere, tum cohibere & frenare, & vertere in exitium, quod ante esset saluti. In eius esse
 viribus dare pluuias fructus, felicitatem, omnigenamque hominibus & iumentis foecun-
 ditatem: rursus eiusdem hæc subducere, & in contrarium omnia deprauare, si velit. De-
 inde videmus, quemadmodum ob pietatem & sanctitatem quæ est parere mandatis eius,
 omnem felicitatem remittat, & effundat, sic in contrarium iratum compefcere. Videmus
 eum testantem & declarantem, se contemni, se derelinqui, cum sceleratis cogitationibus
 nostris assentimur, cum ab imperiis eius deflectimus, cum prauè viuimus. Videmus hoc
 eum in suam vertere contumeliam & contemptum. Agnoscimus vt mutet cælum, terras,
 fructus, tempora, temperiemque, si deseratur, & contemnatur, prouoceturque malefactis
 ad indignationem. Ecce, & hominem cum vidiisset sui contemnentē, se deserentem, vocem

*Benedictio-
 nes Moïsi.*

*Moïsi ma-
 ledictio.*

suam audire nolentem, sed potius vxori obsequentem, iure se indignatum & læsum, & of-
 fenfam, si non tunc, ex consequentibus clare confessum cum eum propemodum eisdem ma-
 ledictionibus subiecit, quibus & populum hic postea per Mosen. Videmus & potuisse Deum
 hoc facere, & faciendi iustissimam causam habuisse. Indignatur, furit, cum se videt contemni
 & derelinqui, & cum mundum propter hominem creauerit, omnia bona repererit, iure
 reuocat sententiam, cum eum videt auersum, corruptum, melioris conditionis si nunquam
 natus esset. Tunc querit eum amoliri & extinguere, & tollere de medio. Ergo terra male-
 dicitur, tollitur ex ea felicitas, quam crede diuinis litteris, maximam, exuberantem fuisse
 ante casum, maiorem futuram nisi mandatum Dei homo spreuisset. Claret scriptura diui-
 na maxima in luce sunt causæ, rationes, Dei potestas, & affectio, & inclinatio animi, quid
 velit à nobis, cur fecerit omnia, cur det abundantiam, cur coercet. Ac mihi quidem fingo
 & propono statum illum, beatissimum proculdubio futurum, si præuaricatus ille prior non
 fuisset. Doccor ex ipsis diuinis oraculis. Collige enim benedictiones Mosis, quantum bea-
 titudinis ibi, quid felicitatis superest? Maior certe illa Adam, qui ipsam immortalitatem cum
 omnibus bonis adiunctam habuisset, postea ut intelligamus hanc maledictionem Adam,
 addidit Moses, Sementem multam iacies in terram, & modicum congregabis, quia locu-
 stæ deuorabunt omnia. Vincam plantabis, & fodies, & vinum non bibes, nec colliges ex ea
 quippiam quoniam vastabitur vermibus. Omnes arbores tuas & fruges terræ tuæ rubigo
 consumet. Oliuas habebis in omnibus terminis tuis & non vngeris oleo, quia defluent, &
 deperibunt. Sic Moses. Ergo Dei est vbertas, & maledictio, siue infelicitas: ipse potest in-
 ducere vermes super fructus, & locustas: si has bestiolas, ergo & spinas, & tribulos. Vermes
 & locustas minatur & intentat populo, ipsi Adæ tribulos & spinas: Minatur illis fructuum
 infelicitatem, Adæ similiter & hoc, & quod nondum fuerat expertus, labores & sudores.
 Minatur illic & in parte maledictionis reponit, tradere ipsos in manus hostium, à qui-
 bus agantur captiui, sic enim Moses, Filios generabis & filias, & non frueris eis, quo-
 niam ducentur in captiuitatem. Hoc in Adam non dicitur, sed claret, & quasi certum
 occultatur, datos filios eius in manus inimicorum, dæmonum, quorum fuit post casum
 potestas super homines, & impostura maior, implens orbem pessimis superstitionibus &
 ritibus. Ecce peccatum patrum in filios, propter coniunctionem naturæ redundant, ut si-
 cut bene est filiis sæpe propter patres, bene enim fuit omni posteritati David propter
 ipsum, sic male propter patrum scelera. Propter peccatum parentum, filij in captiuitatem
 aguntur: propter primorum peccatum, omnis posteritas subiecta est maledictioni. Pie ta-
 men viuentibus nec sceleri paterno acquiescentibus multa ex pristina felicitate redierunt,
 nouissime, penitus extincta maledictio, reditumque in gratiam, sed illis tantum qui pater-
 no sceleri non assentiuntur, non contemptores, non desertores Dei. Nouissime addit Mo-
 ses, Et venient super te omnes maledictiones istæ, & persequentur apprehendent te do-
 nec intereas, quia non audisti vocem domini Dei tui, nec seruasti mandata eius: Et erunt
 in te signa, atque prodigia, & in semine tuo vsque in sempiternum. Eo quod non seruieris
 domino Deo tuo in gaudio, cordisque lætitia, propter rerum omnium abundantiam, ser-
 uies inimico tuo, quem emittet tibi dominus in fame & siti, & nuditate, & omni penuria.
 Sic Moses. O litteras diuinas inter se collatas, lucem obscuris locis & facem præferentes.
 O res consideratione dignas! Hæc omnia minatus, intulitque in Adam. Idem sermo, & ve-
 nient super te hæc omnia mala à Adam, donec intereas, donec reuertaris in terram. Et
 quia non audisti vocem domini, nec seruasti mandatum eius, erunt in te, & in omni poste-
 ritate quæ nascetur ex te, dira portenta, cladibus humanis litteræ personabunt, loca, tem-
 pora, flumina, montes, campi erunt calamitatum feminis tui testes. Et quia Deum tuum
 lætus colere in tanta bonorum vbertate & affluentia & cum eo versari felici caritate &
 amore, recusasti, cum inimico tuo, infelix præstans obsequium versaberis, Totus enim ado-
 rabat, seruiebatque hostibus suis dæmonibus, mundus. Hæcque vsque in sempiternum futu-
 ra erant, nisi idem ille, qui hæc dicendo pronuntiaret, crudele edictum refregisset. Sed ta-
 men multæ ex pristinis illis malis reliquæ remanserunt, adhibitæque est alia medicina qua
 melius fortasse fuisset caruisse. Tū sequitur Moses, Et remanebitis pauci numero, qui prius
 eratis sicut astra cæli, præ multitudine: quoniam non audistis vocem domini Dei vestri. Et
 sicut ante lætatus est dominus super vos, bene vobis faciens, vosque multiplicans, sic læta-
 bitur disperdens vos, atque subuertens. Hæc omnia non in priuatum illum populum tan-
 tum, sed in omne genus, quando in autore suo maledicebatur, congruunt. Nā sicut egregij
 alicuius

Alicuius diuinique facinoris patrum sunt filij participes, accipientes ab eis non solum sub-
 stantiam & sanguinem, se etiam mores, facultates, gloriam, nomen, dedecus etiam, sic ex
 illo primo in omnem posteritatem manauit maledictio. Accredendum est hac maledictione
 effectum, ut qui innumerabiliter creuissent, valet enim in multitudinem quod in ætatem
 immortalē, sic eos ad longe paucissimos redactos, non quidem volente Deo, sed eum hu-
 mano scelere cogente, pestilentia, fame, omni malorum facie homines extinguere, quorum
 peccatis non finitur vita propagari. Simul enim ex scelere Adam cognita est inclinatio
 hominum in malum, simul paratæ sunt clades & pestes, ne semper, aut diu viuerent, qui vi-
 tam pessime viuendo, dedecorarent, respiciente in diuersa & omnia collustrante diuina
 prouidentia. Coactus est diluuius delere totum genus, non multo post euertere quinque
 vrbes, sæpe pestilentia, sæpe fame, cæterisque malis desauit, ut tempus futurum sit, cum
 totam machinam diruere cogatur. Creuissent ergo multo plures & lætiores homines, quia
 tot malis, tot cladibus eos extinguere, nulla præfente causa, non oportuisset. Neque enim
 tot scelera forsitan in orbe extitissent, illo primo non cadente. Cum peccatis secuta sunt
 poenæ, poenæ redegerunt ad paucos, sed cum permitti & à Deo peccato absente viuere, &
 vitam suam longiorem demumque immortalem, habuissent, & posteritatem maiorem reli-
 quissent. Hæc naturali ordine sequuntur. Eadem est ergo sub Mose & sub Adam causa ma-
 ledictionis, quia non est audita vox Dei, non est sanctissimis eius clemētissimisque decretis
 obtemperatum. O clementiam singularem, fecerunt pessima hominum peccata, ut qui in-
 credibili gaudio elatus, hominem creando lætatur, versis fatiis poenituerit eius creati: &
 cui immortalitatem, diuinitatem, omniæque bona promitteret ac pararet, coactus sit scire
 in eum mortem, omnigenis que malis. Non iniuria igitur super hominem malis his congestis,
 detractum est de pristina felicitate, quia non solum, peccatum perpetratum oportuit ple-
 tere, sed etiam occurrere futuris, quæ sunt in illo primo diiudicata. Nam pie viuentibus,
 & vocem eius deinceps audiētibus nihil prope de pristina felicitate amotum est: sed quic-
 quid Adam habuisset, hoc assecuti sunt pij post illum, felicitatem olim istius vitæ, tum per
 redemptorem immortalitatem. Mala corporis, sunt eadem atque primi probationes. Hanc
 igitur Mosaicam maledictionem apposui, ut collatis his, quæ quo propiora nobis sunt, hoc
 item clariora, intelligeremus res illas antiquas, agnoscentes postea sapissime factum, quod
 accidit in illa rerum humanarum origine. Cumque multa subsequuta hominum vita similia
 tulerit, non obstupebimus ad ea tanquam insolentia, & inusitata. Idem Deus semper, idem
 homo, eadem bonorum & malorum causa, eadem præmia, eadem supplicia. Non patitur
 contemni se Deus, & ardentissimus amator, cuius amoris fuit omnium rerum optimarum
 creatio testis, se non amari, non obseruari, non agnosci. Quam ingratitude non solum
 quia ingrata est, cogitur castigare, sed etiam quia flagitiosa, turpis, plena sceditatis & de-
 decoris, ut si eam non puniret, quasi assentiri, letari, acquiescere videretur. Quod illi non solum,
 sed etiam nobis ipsis demum displiceret, iustitiamque eius desideraremus, dormire dicere-
 mus, ras humanas negligere, ultra caelestem cardinem abditum, distantissimas hominum res
 ignorare & contēnere. Quod si quis queritur, se patris maledictioni esse subiectum, is vi-
 deat an patre grauiora peccet, ut etiam si ipse in paradiso affuisset, non fuerit idem peccaturus,
 qui nunc eisdem propositis madatis, non cesset ea præuaricari. Ac Chrysostomus putat ne
 vnam quidem perfectam diem fuisse eos in paradiso: cui assentitur Theodorus his respon-
 dens, quibus videretur incredibile, hominem eodem die natum subitoque præuaricatum,
 mox etiam eiectum. Primum quod non tam facile lapsus esset post multa tempora, & robo-
 ratam consuetudinem præcepti obseruandi. Deinde quod non proderat diu esse in para-
 diso, ei qui aliquando inde esset eiiciendus. Credendum autem, etiam si hæc rationes Theo-
 dori satisfacerent, subito post creationem factam probationem, mysteriaque fuisse inuicem
 sibi succedentia. In verbis hæc scienda sunt, quod sanctissimus noster Hieronymus vertit. In
 opere tuo: secutus, ut annotationes ostendunt, Septuaginta: Hebraice habet non in opere
 tuo: sed; Propter te. Hoc ergo quanquam Hieronymus in transferendo sequeretur Septua-
 ginta, tamē animaduertit, ut reor, & annotauit in questionibus Hebraicis. Exponens enim
 in opere tuo, addit, Non ruris colendi, sed peccato, sicut in Hebræo habetur. Hæc verba
 Hieronymi declarant eum legisse אבֹרֵכָא aboreka, אֲבֹדֵכָא abodeka, Ait enim in Hebræo
 haberi id opus, quod signet peccatum, abor vero ad alia sonat præuaricari, præterire. Ita-
 que Hebraice aboreka, ut est in contextu, sonat propter te, ut & Chaldaeus transtulit vel in
 præuaricatione tua, quod Hieronymus dicit, peccatum. Est autem idem sensus, Maledicta

terra propter te, & propter præuaricationem tuam: clarius tamen postremum. Assensus est autem Septuaginta in transferendo, intelligens eos potuisse legere abodeka, & quia non magni referret. Dicitur ergo in Hebraico, Maledicta terra propter præuaricationem tuam. Quia præuaricatus es edicta mea, hæc tibi impendent. Terra maledicitur, detrahatur illi prior felicitas: & Hebræi dicunt, non producet fructus vberes. Quod vero ait, In laboribus comedes. In, vice cum, iuxta morem Hebraicum. Respondetque pœna peccato, deliquit comedendo, castigatur comedendo. Nam pro victu omnis est labor, & sudor, cuius non fuisset necessitas assecutis immortalitatem. Tum arborei fructus antea perennes suppetebant, post feminandum, merendum, è spicis excutiendum, in quibus magni sudores. Antea, Non cererem tellus inarata quotannis, reddebat, sed fructus meliores, arboribus eos homini producentibus, in vere perpetuo, perpetuo parientes. Pro laboribus, iuxta Hebraicum Septuaginta ἐπιλοιπία in meroribus, vexationibus: pro spinis & tribulis Hebraice קוצים קוצים kuz dardar, Etiam Hebræi interpretantur spinas maiores, & minores. Has pestes terra non protulisset, nec si protulisset, nocuissent. Nam & in maledictione populi vermes & locustæ intentantur, vt tamen à natura producantur, etiam à Deo extraordinarie & cohiberi & suscitari possint, sicut in Aegypto. Comedes ergo, ait, herbas terræ, loco nectaris, & ambrosiæ, loco immortalium fructuum. Hebræi loco fructuum quibus in paradiso vesceretur. Confirmatur, vt reor, tum status prior mortalitatis, tum hoc opponitur fructibus immortalibus. Quodque ait, De qua assumptus es, pertinet ad creationem, & limum ipsum, vt postea manifestum est, non quod terram extra paradysum innuat. Quodque ait, Quia pulvis es, pro pulvere est ἄνυ lutū, cœnum. Sonat, interdum puluerē. Homo creatus est ex aphar, id est luto cœno, limo, in idipsum reuertitur caro, in antris & sepulchris. Hocque argumento est, eum futurum fuisse, non factum immortalē, corpusque eius vincentis corruptibile, glorificandum, sicut in resurrectione. Quodque ait, & vocavit Adā nomen vxoris suæ Eua. Non habeo quid proferam, an hic sit solita omisio, vt quo tempore vocavit eam Isha, id est viram, & quando nomina cæteris animantibus imposuit, tunc etiam Eua, an isto ipso loco post lapsum. Dixerim, & hoc præter superiora, etiam quibusdam Hebræis non dissentientibus, esse hysteron proteron, vt ordo sic habeat. Post maledictam terram, post diras illatas homini, tunc addidit, Ecce noster Adam, qui nostri similis esse voluit: tendant fata in contrarium. Tunc indutos eos veste pellicea, eiecit paradiso, cernensque futura hominum propagationem Adam, vocavit uxorem suam, quam cognouit Eua. Hæc autem eo credimus, quia sit idem vbique cogente narratione vt aut priora post referantur, aut posterius dicenda, prius narrentur, vt declarant complura producta exempla. Non video autem vnde Nicolao innouerit, Eua signare vitam pœnalitatibus subiectam, vt hoc nomen fuerit sortita scilicet, quia viuentes miseris esset genitura. Hebraice Chai dicitur viuens, etiam de Deo. Vt cum iurant, Viuit dominus, Hebraice חַי חַי חַי chai ichouah, Viuit Deus. Inde dicta est Chaua, quasi vitalitas, genitrixque viuorum, principium viuentium, vt sit quasi denominatio, sicut bonitas, diuinitas, à bono diuino, sic à chai iuxta Hebraicam dialecton, chauah. Quidamque ex illis putant esse Vau loco Iod, vt pro chāia, id est viuā, factum sit chauah. Septuaginta expresserunt, quid nomen haberet ponderis, pro Eua ponentes ζωὴν vitam. Porro quod ait, Mater omnium viuentium, ad homines solum spectat. Id quod Chaldaeus etiam indicat, trāsfrens, Mater omnium filiorum hominis. Et quod ait, Fecitque dominus, Sententia est Gennadij, vt quemadmodum Adam ex relatione diuina dixisset. Relinquet homo patrem, sic nunc Moſen adscribere in Deum, quod ex iussu Dei fecisset Adam, vt se vestiret. Vestes autem pelliceas quidam, apud Græcos dixerunt ἐμφλοιῶν, exponuntque ijdem φύλλων, ex foliis. Nam Theodorus ait, ἡ μόνον τὰ ἐν τῷ ζῴων ἀφαιρέματα δέρματα λέγεται, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν τῷ δένδρον, ἃ τὰ φύλλα ὀνομάζονται ἐπὶ πολλοῖς. Ἐν δένδρον τοῖνυ ὑπὸ τῆς εἰσὶ πῶς φύλλοις ἐχόντων εἰς ἐνδύματα ἡ κατασκευὴ οἱ ἀπὸ τῶν ἀδάμ, τὰ θεὸς κατ' ἐνοίαν αὐτοῖς ὑποθεμῆκε, πῶς καὶ τὸ ποῖσαι. Id est: Non solū dicuntur pelles, quæ ex animalibus detrahuntur, sed etiā quæ ex arboribus, qui multi solent cortices appellare. Ex his ergo, quæ tales haberent aptos ad induendum detraxit & fecit sibi Adam vestis instar indumentum, Deo animis offerente, qua ratione oporteret id fieri. Hæc si vera sunt, facile dissoluitur, quod solet occurrere, vbi nam pelles illas Adam reperisset, quorumve essent animalium, cum nulla adhuc animalia parasit occidisset. Sunt autem pelles Græce δέρματα, nomēnque dicitur à δέρω, excōrio, decortico, vt videatur dici posse etiam de arboribus, Non æque autem fortasse Hebraicum ἄνυ hor, semper pro pelle animalium. Quod si patitur vox Hebraica hanc expositionem, eam valde

Eua unde dicta.

Vestes Adæ & Eua an fuerint pelliceæ.

Avalde approbauerim, Theodorus nec eos probat, qui pelles mortalem carnem sentirent, nec eos qui ex foliis siue corticibus arborum, dicens: ἐγὼ δὲ ἐδέξατο τὰς ἀφαιρέμας, τὸ μὲν γὰρ ἀδέρων, τὸ δὲ δὲ γὰν μὴδᾶδες. Ego horum neutrum admitto, Alterum enim superuacuum, alterum nimium fabulosum. Nimium fabulosum dicit, pelles esse corpus, Nam multo antequam peccarent, habebant corpus, vt ait etiam Theodorus. Superuacuum autem existimat, quærere quæ vestes illæ fuerint, quasi Deus non posset, quas vellet, subito parare. Confirmatur ergo symboli nuditatis, vt quod tanquam in certamen nudi descenderat, induendi pro meritis, tali sint amicti veste, qualē facinus postularēt. Corruptibile igitur & ferinam, & ad repellendum frigus tunicā, pro immortalī corona, pro rosea, purpurea, nectareāque veste, quale C H R I S T V S ascendens in cælum verisimile est habuisse, qualēque mutauit in morte, cum vestimenta eius, vt nix facta sunt candida, acceperunt. Quod si strenue se habuisset, si vocē Dei sui exauisset, ex templo delapsa veste de cælo, imò nubes amictu, angelorū manibus formato, vestitus fuisset. In contrarium ergo eo tegumento, protectus est, quo antiquissimi homines utebantur, vtunturque etiam nunc non nullę nationes, apud quas deficiente artificio, corpora ad frigus repellendum pellibus animalium velantur. Tali primus homo est vsus, eodē & cæteri, multis post sæculis mortales, donec textura reperta est. Vestitus est pelle ab angelis, aut etiam ab ipso opifice, qui limum attrectauerat, formauerat, qui cum Abrahā comedit, recubuit, multa disseruit. Si homo detracta alicui animali pelle pro veste vitur, idē hoc facere omnipotens ille poterat, qui poterat etiam alia ratione, qua videlicet tantum B terræ è nihilo creauit, & qua faciebat ardere rubum, & non comburebatur. Vnde subitus ille candel in vestibus existentiū in monte? Vnde è quinque piscibus & duobus panibus, tot hominibus satiatis, tot reliquiarum? Quod corpus illud Raphaelis, quo comitatus adolescentem, ibat, comedebat, dormiebatque cum eo? Quibus membris hæc inhærebant? Nos crassæ mentes, nostris ineptiis affucti, ad illa maiora non penetramus, cogitamus maiora ad speciem minorum. Habemus autem vnde nostros errores abunde coarguamus. Quod vero vbi primum condemnationem pronuntiaſset, continuo adiecit,

Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis, sciens bonum & malum. Nunc ergo ne forte, etc.

Superius quo rationabiliore modo, nec diuinis litteris inusitato, deberet intelligi, declaratum est. Inuenio etiam Nicolaum asserere hic ironiam esse, quasi diceret: Et quod serpens promisit assecutus, certe ad amissum. Et veluti illud: Egregiam vero laudem, & spolia ampla reportas. Esse autē interdum in sacris litteris ironiam, superius adducta exempla comprobabant. Sunt Hebræi qui addant, vt ipse credit, vt ei visum est: Ecce Adam factus est similis nobis, vt ipse arbitrat. Quidam ex ipsis Chaldaeorum secuti, qui locum ferme vertit, Ecce Adam factus est vnicus in mundo isto suo, concessa ei scientia boni & mali: videndum sit similis in alio, cum non mereatur, æternū viuere. Quidam dicunt, similis nobis, sed habens in pœnam, scientiam, quam Deus in gloriā decusque: scientia quæ nobis honori, homini supplicio. Promiserat autem illi dæmon: Eritis sicut Dij. Sed quoniam certum est hominem antea fuisse sapientem, ad imaginem Dei creatum, credendum est illi ex præuaricatione nihil accessisse, quo similis Dei dici posset: principio enim erat similis Dei, quādo quidem ad imaginē eius erat factus, tum nomina indidit animalibus, tum à peccato non nascitur quicquā laude & admiratione dignū, cum pœnæ potius & dedecus, quod ipsa quoque maledictio declarauit. Cogitemus etiam nobiscum, quid nouum fuerit Adam assecutus, vt similis Dei fieret. An scientia boni & mali sit apud Deos, cuius si forent homines participes, Deorum similes dici mererentur. Nam eorum, qua genus humanum præcellunt, scientia, boni & mali immerito diceretur, cognitio subita rerum cunctarum in omnes locos & tempora diffusa, & quod ait, diuinus Paulus, quod ex parte in nobis, vniuersale ac perfectum in illis. Hoc, inquam, scientiā boni & mali dici debere, non solum, non patitur ratio, sed exemplū consecutum cum haustis fructibus ab homine, nihil aliud cognouit, quā se esse nudum, clamans ostendit. Hæc potius diceretur scientia sapientia. Sed forte Hebraice scientia cognitioque hominum, dicitur boni & mali scientia, quia cum pueri careant sensu, solertia, ingenio, tunc dicuntur scire bonum & malum, cum oculorum quodam quasi velamine deposito, cognoscunt ea quorum nullum haberent antea sensum. Idque præcipue fit, cum erubescunt nudi incedere, quod antea sine dedecore & pudore facerent. Hæc cognitio Hebraice & oculorum apertio, & scientia boni & mali diceretur. Sed quoniam Adam non erat veluti puer, neque enim puerorum vllus animalium naturas cognosceret, eaque suis appellare nomi-

ironiam sacris litteris.

scientia boni & mali quid.

nibus posset, est enim id absolutæ sapientiæ, tum quoniam adductam ad se mulierem natam è latere suo, cognouit, super coniugio & charitate coniugum, præclara vel sanxit, vel prophetauit, quoniam loquebatur, capax erat diuini mādati, hæc omnia arguunt eum non quasi puerum fuisse, qui ne ignem quidem cognoscit, nisi tactu. In pueris quoque omnium legum consensu, nullum est peccatum nec habent vel benefacta præmium, vel culpa supplicium, nec ratum est dictum vel factum, in ea ætate. Quod si leges hanc ætatem quicquam facientem id habere non possent pro crimine, ut si pater puero præciperet, ante oculos posita poma, nec caperet, ille transgredereetur, non esset id culpa, tum si nemo tam demens esset, qui pueris ea præciperet, minus certe de Deo sunt credenda. Quibus omnibus probatur, sic fecisse scripturam, hoc loco, simpliciter & mutilate, apertaque tantum loquentem, sicut in descriptione serpentis & suscitatione Samuelis, omittentem scilicet multa, partemque tantum rerum sufficientem, quæ ad totam rei cognitionem non sufficiant. Cognitionem enim nuditatis appellauit scientiam boni & mali, cum hæc scientia sit latissima, scientia hominū, cum homini in ætatem maiorem prouecto, panduntur omnia, quorum in pueritia nullam haberet cognitionem: nec solam nuditatem cognoscit, sed generationē, amicos, voluptates, vim rei cuiusque & pōdus, ut è millibus rebus, vna sit cognitio nuditatis: scriptura vero quoniam Adam nosset nuditatem, hoc scientiā boni & mali appellauit, cum ea minima pars sit totius sciētīæ. Hocque in dubitatione & ambages præcipit. Nam si eam audiamus describentē serpentē, cogimur omnino credere, serpentes fuisse locutos, dolos & fraudes non ignorasse. Cogimur etiam credere vnus execrandæ mulierculæ sapientissimum prophetam, diuinisque alloquiis assuetum sedibus suis quietis excitum, coactum respondere sciscitanti. Sed quantum velit simpliciter & nudè ille sermo loquatur, non decipientur prudētes, præcipue si totam ipsam theologiā habeant animaduersam. Vno enim in loco declaratur, quod in altera miro silētio occultaretur. Nec omnia referre scriptores vel potuerunt, vel debuerunt. Sunt etiam in Euangelio vix extricabiles ambages, sed tamen extricatur, si cogitandi legendique laborem non fugiamus. Dico igitur, quod cum scientia boni & mali secundum Hebraicā dialecton sit ea scientia, qua carentes pueri, assequuntur cum in adultam ætatem peruenerint, huiusque cum sit vna pars cognitio nuditatis, tanquam per synecdochen, nomine partis, scripturam appellasse totum quemadmodum totam syluam appellauit arborem, cum ait eos abscondisse se in medio ligni paradisi. Quemadmodum item cum in arbore sit lignum, fructus, folia: lignum, quæ est vna pars, ipsam arbore appellat: sic inquam, cum scientia boni & mali cōstet è multis partibus, vnus tantum earum nomine ipsam totam nuncupauit. Ergo pro certo statuētes intelligi sub scientia boni & mali, nisi vnā partem tantum, cognitionem nuditatis, cætera vero sapientissimos eos fuisse asserentes, sicut qui sciunt bene & male facere. Nam pueri nesciunt bene & male facere, ideo non dicuntur habere scientiam boni & mali, patēbunt cætera facile. Primum quod sicut cognitio nuditatis improprie vocata est scientia boni & mali, sic ista scientia boni & mali non solum improprie, sed etiam cum fraude dicta est assimilatio Deorum. Atque improprietatem priorem scripturæ tantum & sermoni nudo ac simplici attribuemus, secundam sæuo impostori. Nam antequā loqueretur serpens, tamen si arbor cognoscendæ nuditatis diceretur arbor scientiæ boni & mali, nunquam tamen dicta est assimilatio Dei. Vt autem primum loqui serpens cepit, adiectū est in ea, quod Dei similes essent futuri. Etenim superius cum Deum præciperet: De ligno autem sciētīæ boni & mali ne comedas. Vbi est hoc loco assimilatio Dei? Euentus igitur ipse patefecit mendacium serpentis, Nullam enim cum Dijs sunt similitudinem assecuti, omnia prius cognoscēbant, excepta nuditate. Quod ergo Deus dixerit, ecce factus est sicut vnus ex nobis: recitantur non ut sunt, sed ut promissa, & quæ sita sunt: promissa à serpente, quæ sita & optata ab homine. Recitatur res ut gesta est, scelus ut perpetrātū est. Sicut sæpe apud prophetas facit, quemadmodum Elias ad Acab: Occidisti insuper & possedisti. Hæc dicit dominus: In loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum. Præcedit scelus, sequitur supplicium. Recitatur ante flagitium, postea pœnā infligitur. Sic in Adam, duæ recitationes, & condēnationes duæ, aut eadem repetita. Prior, Quia audisti vocem vxoris tuæ, & præceptum violasti, maledicta terra. Posterior, Factus est sicut vnus è nobis, quasi illud, Occidisti, & possedisti: optasti, & habuisti. Nunc, Ne admoueas manus ad arborem vitæ. Priórque versus ipsum, posterior apud alios duos, vel angelos. Recitatur ergo peccatum ut gestum est, non quod Deus affirmet mendacium serpentis. Opta-

Atis. Optauit esse sicut Deus, factus sicut vnus ex illis. Triaque peccata ostendit eum perpetrasse, quod vocem vxoris audierit, quod præceptū transgressus sit, quod esse similis Dei eo modo, quo serpens dicebat, voluerit. Nā non inuidebat hanc illi similitudinē Deus, qui eum ad imaginē fecit suam, propofuit præmiū immortalitatis: Sed recitatur, ut dixi, fraus, totaque præuaricatio ut erat perpetrata, ut sequatur condēnatio. Sicut autem opponitur condēnatio peccato, similia similibus condēnante Deo: in Dauid adulteriū in occulto, stupratio manifesta concubinarū: in Acab, sanguinis Naboth effusio, & canes lambentes sanguinem ipsius, idēmq; ex aduerso in ipsum, si ex condēnatione possumus intelligere culpam. Dānatur ne viuat, ne tangat arbore, ergo fecerat aliquid cōtra veram immortalitē, Veratur quod erat dandū, sicut desiderauit esse Deus, præuaricando, sic prohibitus ne esset gustādo vitales fructus, sicut contigit vnā arbore qua falsō sperauit immortalitē, sic alteram vetitus est tangere, quæ veram haberet immortalitē. Illamq; serpens, hanc Deus promiserat. Hanc & superiores expositiones non videram, apud Græcos, post vbi respexi codices inueni eam esse Epiphani & Theodori, & Theodoriti. Priores, ἀλεγεινῶς τὴν δόξην τῆ ἀδελμ, πειραντος τῆ πλάγι τῆ ὄψεος μεμφομένους λέγει, μὴ ὁ ἐνόμισας γενέσθαι, ἐγένετο. τὸ τὸ ἔστιν, ἰδὲ ἀδελμ γέροντες εἰς ἐξ ἡμῶν, ὅτι ἡμῶν γὰρ ἡλιότερος γενέσθαι, εἰς τὸ ἦν ἐξέπεσε. Quæ sunt, Refellēdo opinionem Adā, & quasi obiurgās dicit: An quod putasti, euenit, ut esses quasi vnus è nobis. Hoc enim est, quod dixit, Quasi vnus è nobis. Nam cum desiderasset altior fieri in peiorem statū est relapsus. Theodoritus vero, εἰρωνικῶς τὸ εἰρηκεν ὁ τῶν ἄλλων γέρος, ait id Deū dixisse, quasi refellens & irridens diabolica mendacia. Non vetasse autē Deum Adam inuidiose arbore vitæ cōtingere, sed peccato pœnā importasse, nec in tam misero statu eū immortalē esse voluisse. Fuisset enim immortale malū. Medicinā igitur esse mortem, non supplicium. Gennadius item pulcherrime & pari ferè sensu exponit locum. Vehemēti dolore affecit ipsum Adam Deus, hoc dicens: reuocans ad memoriam, promissionē falsam serpentis, qui dixerat: Eritis sicut dii. Quid, inquit, indiget Adam nostra hac arbore vitæ, affecutus est, quæ serpens promisit, ἰδὲ γέν ἀκριβῶς μεμάνικεν ὅπως γέροντες εἰς ἐξ ἡμῶν. En igitur exquisite & ad vnguem cognouit quomodo factus sit velut vnus è nobis. Discedat igitur: Nefas enim præuaricatore, & in mortem prolapsū ex peccato, vitalem arborem attingere, quæ cibus est immortalium. Alij putant esse sensum. Sicut vnus è nobis: Sicut is qui erat vnus è nobis, dæmonem enim antea vnum è diuis fuisse. Lapsus est postea de cælo, propter peccatum. Huic similis factus est Adam, Lapsus est, peccauit, cecidit, pulsus è paradiso. Priores sensus mihi magis probantur inter quos omnes nihil fere est discriminis. Vnus autem è nobis, quidam Hebraei cum angelis: nostri ipsam secū trinitatē, sicut. Faciamus hominem. Vtrumq; reor posse deffendi, si quis velit. Igitur quod ait, Ne forte sumat de ligno vitæ & viuat in æternum: Est Hebraica emphasis in voce γα pen, quod sonat ne forte, nequando, cauētis est, & dubitantis. Nam quod sequitur, & sumat de ligno vitæ additur Hebraice γα gam, etiam, significaturq; cum ante de alijs pomis gustasse, Ne forte, inquit, etiam de hac arbore accipiat, sicut fructus prioris decerpit. At cū homo iam peccasset, quomodo viuere ex arbore vitæ æternum potuisset? Dicendū hac ipsa ratione, arborem vitæ, non æternam vitam habuisse, sed symbolū æternæ fuisse, sicut vinū, quod in regno patris diceret se CHRISTVS bibiturū. Immerito ergo dari nec debuit, nec potuit. Nunquam autem manum eo tetendisset, licet dubitando dicatur, ne forte. Estq; fatalis prohibitio, non habens regressum irreuocabile dictum: nec solum dubitatio, sed etiam irreuocabilis prohibitio. Quare nunquā extendisset eo manus. Respicit ergo statum illum priorem, non datum nec dari valentem, sed dandum, si peccatum non esset. Aeternumq; tametsi interdum designet seculū, hic tamen, sicut sæpe, veram æternitatē. Vt, A seculo vsque in seculū tu es, id est: Ab æterno vsq; in æternū: vbi est præsens vox εἰς ὄλα. Aliaq; plurima exempla. Quodque ait, Emissit eū, Hebraicū ἔβη, eiecit, fugauit. Nec simplicem tantū innuit missionē. Simplex missio significatur, cum est inflexionis primæ: in secunda, ut hoc, signat projectionē, violentamq; missionē. Primūque est ἔβη shalah, secundū ἔβη shalliach. Hoc cum sæpe fecerit Deus in cæteris, cum sæpe prophetæ dicant eum eiecisse à facie sua gentes, facile est intellectu hoc ipso loco, licet illic alia quadam ratione: hic ipse cum angelis eo munere ipso imperante fungētib; illic gentiū, inimicarū crudelitate. Quodq; ait, Vt operaretur terram: cōfirmat priorem conditionem imortalem, & homo non erat qui operaretur terram. Nam mutata hæc fuisset conditio. Et quod sequitur: De qua assumptus est, sicut superius, Donec reuertaris in terram de qua assumptus es: omnia terrestre compagem restantia, quam ille nullo

cælesti facinorè redemerit, nec se cum posset, immortalem reddiderit, in terrena conditione perseverauerit. Omnibus clamantibus eum euadere potuisse immortalem, si modo officium coluisset, fortunamque suam meminisse nolisset, nec minoribus bonis corrumpi foemineæ libidini se permittens, sustinisset. Multorum postea, tendente cursibus suis humana natura, viris malorum causa foemineæ fuerunt. Dauid in maximum adulterij & homicidi scelus pertractus, Salomonè tum sapiètem, quàm sanctissimum patrem à cultu Dei foemineæ auerterunt. Iezabel ad sanguinem innocentem effundendum virum assentire & perpulit, & impium consiliù suggestit. Aliaque multa docuerunt non decere nos tanquam alienas, insolitasque res illas antiquas admirari. Denique quod ait,

Eiecitque Adam & collocavit ante paradisum voluptatis Cherubinos & flammeum gladium, &c.

Is eiectionem commemorat, non quidem eodem verbo, sed apertius postremo prioris vim exprimente. Horum autem que hic dicuntur facilis erit sensus, si ad alia notiora, & toto iam referto hominibus orbe incidètia, & exempla recurramus, nec fabulosas allegorias opus erit asciscere. Nam quicumque vel Hebræorum, vel è nostris, flammeo gladio torridam Zonam vel cursum cæli, aut aliquem ignem materialem intelligi putauerunt, non solum scripturæ consuetudinem non animaduertent, sed etiam voluerunt eam enormia, altissima, & ab humano sermone, quem tantù abest vt ea refugiat, vt potius nimium appetat, remotissima loqui. Sciendum ergo quod quibusdam etiam Hebræis est visù. Cherubin non prorsus esse vnus gentis angelicæ, sed generatim omnium angelorum nomen: **E**sonat enim Cherub alatum, volucrem. Quoniamque angelorù sunt velocissimi motus, velocissimus famulatus, & subita mandatorum Dei excutio, hoc appellati sunt omnes volucres, volantes. Hinc super arcam cum aliis passis ab vtraque parte, & contegètibz arcam erant exculpti. Eorum vis ac velocitas sicut habere dicitur alas, sic etiam ventis, igni, fulguribus comparatur, Dauid canente: *Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentè.* Quod Hebraice etiam hoc modo sonat: qui facit angelos suos ventum: pares scilicet ventis velocissimis, tum ignem vrentem, id est, fulgur. Non poterant enim quicquam vsurpare celerius, cui velocitatem angelorù compararet. Vno oculorum icu ad sunt è cælo in terras, ab ortu in occasum, à terris ad cælum, omnia intuentes, per omnia discursantes. Hanc velocitatè litteræ sacræ declarantes, nec offerente se vilo animis nostris notiore exemplo volucres eos appellarunt. Persuasum sit igitur Cherubinos omnium esse generatim nomen angelorum, sicut angeli dicuntur omnes, id est, missi: eandem enim habet vim missio, ac volatus. Mittuntur, missi què; volant ventis rapidissimis, & fulminibus velociore. Isto igitur primo loco, cœpit Moses commemorare naturam, nomènque angelorum, de quorum creatione, nihil vsquam tradidit. Volucres autem non tam dicebantur, quòd alas habere viderentur, sicut supra arcam, quàm quòd per aëra, & æthera, volantes supra caput astare. Ideoque in Abraham dicitur, Apparuerunt ei tres viri stantes prope eum: Hebraice, supra eum: quod quidem etiam prope potest interpretari. Motus igitur diuinusque discursus & aduentus, dicta est volatio, nò quod illi cum alis apparerent, imminèbant verticibus, rapidissime ferri videbantur. Hoc erat primum quod nos scire oporteret. Alterum ex consuetudine scripturæ declarari. Angelos solitos assumere formam humanà cum se prodere, palamque ostendere vellent, aut aliquo in manifesto munere versari, eoque scriptura, quæ nuda, simplicia, apparentia què; loquitur, solet eos vocare viros, sicut alatos, quia volare videntur. De Abraham dicitur, Et ecce tres viri stantes prope eum. De Iacob, Et ecce vir luctabatur cum eò vsque mane. Et Lot vidit duos angelos in platea Sodome in habitu proficiscentium, eosque vti viros hospitio recepit. Tobias item inuenit Raphaëlem veluti iuuenè ad iter paratum & expeditum, eumque sibi comitem postulauit. Tertium quod nos scire conuenit, non isto solum loco, ne forte miremur, sed aliis etiam visos angelos districtum gladium tenentes: è quibus duo clara proponà exempla: Primum est, cum proficisceretur Balaam ad Balac regem, à quo ad maledicendum imprecationesque quasdam Magicas (quas illi plurimi faciebāt, & potentissimas asse arbitrabantur) effundendas in populù Hebræorum (Erat enim Balaam Chaldæus Magus) fuerat accersitus, gladio euaginato occurrens angelus obstabat asinæ Magum vehenti. Sic enim dicitur, Cernens asina angelù stantem in via, euaginato gladio, auertit se de itinere, & ibat per agrum. Quam cum verberaret Balaam, & vellet ad semitam reducere, stetit angelus in angustiis duarum maceriarù, quibus vineæ cingebantur: quem videns asina iunxit se parieti, & attriuit sedentis pedem.

At ille

Gladium fiamens & versatilis.

Cherubin.

Angelus.

At ille iterum verberabat eam, & nihilominus angelus ad locum angustum transiens, vb¹ nec ad dexteram, nec ad sinistram poterat deuari, obuius stetit: cumque vidisset asina stantem angelum, còcidit sub pedibus sedentis. Hæc eo loci dicuntur. Dauid quoque vidit angelum gladio cedentem populum. Paralip. i. hæc habentur: Porro angelus domini stabat iuxta arcam Hornam Iebusei, leuansque Dauid oculos suos, vidit angelum domini stantem inter cælum & terram, & euaginatù gladium in manu eius, & versum contra Hierusalem. Paulo post dicitur. Porro Hornam cum suspexisset, & vidisset angelum, quatuorque filij eius cum eo, absconderunt se. Paulo post: Præcepitque dominus angelo, & conuertit gladium suum in vaginam. In fine autem capitis: Et non præualuit Dauid ire ad altare, vt ibi obsecraret Deum. Nimio enim fuerat timore perterritus, videns gladium angeli domini. His ergo ex scriptura euidentissime demonstratis, probamus rem vsitatam, notam, non insolentem fuisse, angelum cum romphæa, vt nò sit zonas torridas, aliisque prodigiosas allegorias necesse confingere. Angelos cum gladiis micantibus iussos stare, dico ante paradisum, Adam què; eiectus est extra paradisum vt primum indutus est pelle, ab angelis, sicut per angelos multa nò spiritualia solum, sed etià corporalia munera sunt patrata. Ab angelis inquam gladio stricto occurrètibz, à quibus fuerat vestitus, est eiectus. Nam quicquid facit Angelus, iussu Dei facit: deinde dico istos ipsos, gladio què in omnes partes mouerèt, locù aliquandiu, nò semper defendisse, dum vepribz ac sentibus ceterisque casibus obstrus penitus squalleret: aut dum esset ibi Deus. Eruditissimus Euseb. ceter vt Adà filios moneret, **B** & exemplo sui auerteret à peccato *ἐκείνῃ ἡ τῆς φλογὸς ρομφαίας θέξις, ἢ τὰ χερσὶν αὐτοῦ ὅτε ἔλθῃ ἀδάμ.* Ob id ait, & fulminantis gladij aspectus, & cherubim vtilem terrorem præbuerunt, quousque vixit Adam. Vt ergo angeli in habitu viri, ardentem gladium sæpe tenere visi sunt, & exterrere mortales, sic non est insolens & alienum à còsuetudine, vt in paradiso cum domino principèque suo, in habitu formaquè humana visi tenere gladiù, postea pepulerint Adam, non quidem cedentes, sed minantibus & gladium attollentibus similes. Si vidit asina angelum, gladiumque eius obiectù aspiciens, eousque exterrita est, vt nullam in partem sese fleeteret: Et si eousque exterritus est Dauid, & tãta formidine correptus, vt ire ad altare nò potuerit, & Horna cum filiis viso angelo, fugerunt: multo magis videre potuit Adam, & mulier, sese eiicientes, & gladium formidabilem attollentes angelos. Igitur clarus est locus ex cæteris exemplis, de quibus possumus istù cognoscere. Eiecerunt angeli Adà, quos Cherubim appellat, quia nò in terra, sed in aëre suspensi, desuperque imminere videbantur, similes volucris sese vel mouentibus, vel sistentibus in aëre. Tum eodem vel eisdem illis gladiis stabant ad loci custodiam à parte orientali ipsius paradisi, ad quã videlicet eiectus homo fuerat, & Kain ad eam paulo post dicitur habitasse. Habitauit, inquit, profugus ad orientalem plagam Eden. Ab hac erat aditus in paradisum, spectans in ortum. Hic stetit angelus, euaginato flammeo gladio, veluti videbatur asinè. Visus postea & ipsi sedenti. Visus ipsi Dauid, visus Iebuseo, & filiis. Dicitur què; de Balaam. Protinus aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit angelum statè in via, euaginato gladio, adorauitque eum pronus in terrã. Paulo autem post adiecit angelus: Et nisi asina declinasset de via, dans locù resistenti, te occidisset, & illa viueret. Hæc omnia accidere tunc potuissent. Deuitans igitur Adam gladium ceruicibus imminentem, rapida fuga terga vertit, gladius ad custodiã loci remansit. Quocirca cum dicitur: Et flammeum gladium atque versatilem, vt quidam etiam Hebræi non dissentiant, nò est cur fallamur, gladium separatim, & Cherubinos suspicantes. Sic enim intelligendù est, Cherubinos, id est, volucres angelos, ac quasi desuper imminentes ac pendentes, gladiis strictis stetit ad arboris custodiam. Est autem nudus & simplex loquendi modus, non dicere angelos cum gladiis euaginatis stetit, sed angelos & gladios separatim. Ac quod dixit per numerù vnicum, gladium, dixerim intelligèdos multos gladios, per synecdochè, sicut superius cum dixit eù se abscondisse in medio arboris, pro sylua ponens arborem, æquè gladiis multis, multorum angelorù vnù gladium. Creberrimaquè est in his litteris synecdochè, vt cum vnam nationem, nomine vnus conditoris appellat, Egyptios, Mizraim, conditore totius gentis. Multorum igitur angelorum pulsu fugatus est Adam è paradiso, sicut multorum postea auxilio est in cælù reuocatus. Flammeum autem gladium dicere, non solum non est insolens, sed etiam cæteris linguis vsitatum, cum & gladios, & loricas, & galeas rutilantes, dicant vomere flamas. Manat enim & scintillat, perinde nitor è ferro, sicut à sole & astris, qui quidem propter similitudinem flamma dicitur. Erant autè hi gladij ancipites in manibus angelorum: siquidem & Dauid sanctos appellas

eosdem angelos, ait eos habere gladium ancipitem in manibus, ut faciant iudicium in nationes, sicut tunc contra Adam lapsum, transgressumque mandatum Dei. In Hebraico habetur, Et flammâ gladij, non potest enim ea lingua dicere, flammam gladium, priuata derivatiuis: sicut nec dicit agricolam, sed virum terræ, virum agri. Chaldausque eodem fere sensu interpretatus est gladium flammæum ἢ shenan acutum. Alij ergo parum inter se differentes, ad acumen, alij ad splendorem retulerunt. Sed gladius acutus non est, quin etiam sit rutilans, vibrans, scintillans, simul & nitorem & acumen recipiens. Versatilem autem dixit, aut quod quemadmodum in Balaam, in omnes partes mouerentur fulminantes gladij ab angelis, Adam prohibentes redire volentem in paradysum, aut certe quod maxime reor, ut in annotationibus dicebamus, versatilem ancipitem intelligit, hinc atque hinc ferire & discindere valentem, siue in dextram, siue sinistram torqueretur. Describitur ergo gladius absolutus, quod videlicet tum esset nitidus, rutilans, scintillans, tum anceps. Quibus potius ab ipsa theologia quam à nobis declaratis, patet figmenta esse, meraque animi arbitria, gladium esse vel zonam torridam, vel aliquem ignem materialé. Nec Philoni hoc loco assentior, motum flammæ gladij, cæli vertiginem interpretanti, quia in dexteram & sinistram cælum moueatur, in dexteram primum mobile, in sinistram septem erroneas. Aut duas in Deo virtutes. Neque enim tam alienè locuta diuinæ litteræ fuissent, ut ignem appellarent gladium. Modus autem verus loquendi non cognitus, has suspiciones ingenerauit. Factum est illo exordio, quod postea sæpissime. Nec vero procul ab hac nostra expositione est Theodorus. *τὸ μὲν γὰρ φλογὴν ῥομφαίαν λέγει ἀπὸ τῆ φοβερὸν πῦρ ἕξασπράπτον ἐν χημάτι ἕξις, ἢ ὡς ἂν ἀψχθὴ φοβερότης ἢ τῆ δρόντων ὄψις, ἐκ τε τῆ φύσεως, ἐκ τε τῆ χημάτος τῆ δὲ φωνῆς. ἢ καὶ στροφομένη εἶπεν, ὡς ἂν τῆ συνεχείας, τῆς κινήσεως ἕξασπράπτησαν, φοβερόν καὶ μέγιστα, τῷ θεομῶρι, τῶ φόβῳ ἐμπόισαν. τὸ γὰρ εἶμι δὲ, ζῶων λέγει τινὰς μορφὰς καὶ ταπεινοπραγίας ἰκανὰς φοβῆν τὸν ὄραντα.* Quæ sunt: Gladium flammantem dicit igne informidabilem, fulgurantem instar gladij, ut esset formidabilis aspectus intuitibus, tum ex natura ignea, tum ex forma, quæ cernebatur, quem & versatilem dixit, quasi assiduo motu flagrantem, & ob id cernentibus maiorem terrorem incutientem. Cherubinos autem dicit quasdam formas animalium horrificas, non mediocriter aspicientes terrentes. Hæc expositio ut dixi fere non discrepat cum nostra. Hoc tantum, quod nos putamus gladium fuisse quendam visibilem gladium, quem Cherubini tenerent flagrantem, singuli scilicet singulos gladios, non putantes esse diuinos angelos & gladios. Cherubinos vero putauit animalium quasdam horrificas formas, formas scilicet humanas, sed horribiles, terrificas, ingentes, qualem vidit Dauid, & pauore concidit. Fueruntque apud Græcos, qui has formas, etiam malorum spirituum esse potuisse putarent. Nam facit Deus immisiones per angelos malos: Sed nusquam legi demones appellatos Cherubinos: Pluraque alia prohibent ne assentiar. Hæc igitur angelorum custodia, dicitur præcipue viam ligni vitæ custodisse, totum quidem paradysum custodiebat, arborem autem præcipue, quod id lapsu & transgresso maxime prohibebatur, sicut non transgresso fuisset concessum. Dixerimque, nec custodiam, nec paradysum arborisque diuinitate, sed ceu alia præclara diuinæque, post numinis diuini discessum, ad solitam naturam redierunt præsentia diuina quondam clarissima ac beatissima, sic paradysum cum omnibus infra breue temporis spatium, aut dum vixit Adam squalluisse. Eiectus est autem non procul ut sæpe nos docuimus, & elegantissime proponitur ab Eusebio. Veluti, inquit, humanum, mansuetumque regem se exhibens, qui merito iratus, seruum eiecisset è regia, non procul autem habitare permissum, ad solamen & spem, eum aliquando rediturum, *ἢ μερότητος ἔστιν, καὶ τινὰ ἀνακλήσεως ἐπιβέντος ἐλπίδα.* Præclarum vero atque aureis vbiq; litteris scribendum dictum Epiphaniij hoc loco, *ἐπιβὴ οὐκ ἐν ἐλαττώματι γέγονεν ὁ ἀδάμ, ὅτι ἠθέλησεν αὐτὸν ὁ θεὸς ζῆν εἰς τὸν αἰῶνα ἐν ἐλαττώματι, ἀλλ' ὡς ἄριστος κεραμεὺς εἰς τὸ ἴδιον φέροντα τὸ ἀφανισθῆναι σκευὸς, δι' αὐτῆς εὐδόκησεν μεταβαλεῖν. ἵνα δὲ ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ τῆ, ἰδίᾳ φερόματος πάλιν ὡς ἔστι τὸν προοχὸν μεταβαλοῖ ἀνασκειάσει, καὶ ἀναλαμῆσαι τὸ σκευὸς αὐτὸν ἐλαττώματος εἰς τὸ διῶαθαι διηκειῶς ζῆν.* Quæ sunt: Quoniam igitur in diminutione erat Adam, noluit eum Deus viuere in æternum in detrimento, sed ut optimus figulus in proprium figmentum, vas extinctum & confractum, per seipsum reparare constituit. In regeneratione igitur quasi iterato in rotam reuocatum reficiet vas, ut possit semper viuere sine priore detrimento.

Cherubini.



AVGVSTINVS STEV-
CHVS EVGVBINVS.

De creatione Angelorum.
De cælo Empyrio.
Quod tempus sit creatum cum cælo, non ante.

Ἐπιβὴ οὐκ ἐν ἐλαττώματι γέγονεν ὁ ἀδάμ, ὅτι ἠθέλησεν αὐτὸν ὁ θεὸς ζῆν εἰς τὸν αἰῶνα ἐν ἐλαττώματι, ἀλλ' ὡς ἄριστος κεραμεὺς εἰς τὸ ἴδιον φέροντα τὸ ἀφανισθῆναι σκευὸς, δι' αὐτῆς εὐδόκησεν μεταβαλεῖν. ἵνα δὲ ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ τῆ, ἰδίᾳ φερόματος πάλιν ὡς ἔστι τὸν προοχὸν μεταβαλοῖ ἀνασκειάσει, καὶ ἀναλαμῆσαι τὸ σκευὸς αὐτὸν ἐλαττώματος εἰς τὸ διῶαθαι διηκειῶς ζῆν.

B



ERVAGATIS rebus corporeis, iuxta descriptionem Mosis, operi consentaneum est, quid de Angelis creatis sit iuxta scripturas censendum, noscere. Non ut quidem hoc tanquam præcipuum à nobis differatur, sed quoad huic operi sit aptum. Primumque arbitror pro certo & comperito habendum, nihil usquam de rebus incorporeis scripsisse Mosen, id est, eum neque Angelorum habitaculum, quod cælum Empyrium creditur esse, neque creationem assignasse, ut necesse sit apud alios scriptores sacros, hæc cognitionem, si vlla est, haurire. Primumque quod ait Isidorus quatuor ante omnium rerum creationem fecisse Deum, cælum Empyrium, Angelicam naturam, tempus, materiam informem, dicendum est tempus ante rerum creationem non fuisse, sed simul cum cælo isto corporeo, & visibili factum etiam tempus, si tempus factum recte dici possit. Tempus, ait Plato in Timæo & cælum simul facta sunt, ut simul dissoluantur. Tempus autem cum sit iuxta Aristotelem mensura motus, id est, cogitatio metiens motus cælestes, profecto de creatione temporis, quippe quod non substantia, sed quantitas est collecta ex motu cæli, non est differendum. Meliusque & quod cõcorditer sacris scripturis & traditioni Mosaiçæ Plato, & Aristoteles, & Timæus Locrensis, & Philon prodiderunt, de tempore arbitrari, qui id diffinientes, cum eo simul & cælum commemorerunt. Et Moses commemorans, dies, menses, & annos, quæ constat esse particularia tempora, & ex his tempus vniuersale fieri, tunc descripsit, cum de creatione syderum cælestium tractauit. Quare si Plato, cælum & tempus simul facta dicit, si Aristoteles ait tempus esse mensuram collectam è motu cæli, si Moses creata dixit sydera maiora in cælo, ut tempora facerent, certe liquet tunc factum esse tempus, cum factum est cælum, cælum autem vel sol & luna, in creatione commemoratur. Quare nõ ante creationem, factum est tempus. Tunc enim dies esse cœperunt, cum cœpit super terras sol rotari, diebus autem circumactis, horæ, dies, hebdomades, menses, anni, extiterunt. Accedit opinio Pythagoreorum, quorum differens Timæus Locrensis sententiam, tempus diffinit imagine æternitatis, id videlicet esse tempus dicens respectu æternitatis veræ, æternæque stabilitatis, quod sunt imagines respectu archetyporum, imago Cæsaris, ad ipsum viuentem Cæsarem. Quasi mortuam simulatamque vitam & interruptam inuenientes esse tempus, æternitatem vel æuum, ipsam veram stabilitatem, vitam Dei ac deorum. Hæc mundi antecessit, post mundum igitur creatum, secutum tempus. Idemque ait, *ὁ δὲ χρόνος ἐν κόσμῳ ἐδαμυσργήθη.* Tempus, ait, cum mundo est creatum. Deinde: Non enim erant astra ante mundum, deo neque annus, horarumque interualla, quibus mensuratur mundus iste creatus. Philon insignis Platonius, libro de mundo pulcherrime, *δημιουργὸς δὲ καὶ χρόνος, καὶ ὁ θεὸς, καὶ γὰρ τῆ πατρὸς αὐτῆς πατὴρ, πατὴρ δὲ κόσμος χρόνος, τὸ αὐτῆς κινήσιν γένεσιν ἀποφθίνας ἐπέβη.* Creator, ait etiam temporis fuit Deus, qui genitorem temporis creauit. Tempus autem à mundo generatur, motum mundi genera-

Tempus ante creatum.

tionē tēporis statuens. Et in sua Cosmopœia *χρόνος γὰρ ὅσα ἢ ἀπὸ κόσμου, ἀλλ' ἢ αὐτὸ αὐτῶ γένεσις, ἢ μετ' αὐτῶν ἐπέδθη γὰρ διάστημα τῆς τῶ κόσμου κινήσεως ὅσα ἢ ὁ χρόνος, ἀποτέρον τῶ κινήσεως κινήσεως, ὅσα ἢ γίνονται. ἀλλ' ἀναγκάσιον, αὐτῶν, ἢ ὑπερόν, ἢ ἅμα συνίστασθαι ἀναγκάσιον ἔχει τὸν χρόνον, ἢ ἰσότητος κόσμου γένεσιν, ἢ νεώτερον χρόνος, ἀποτέρον δ' ἀποφάνεσθαι πολλῶν, ἀφιλόσοφον ποίησι.* Tempus, inquit, non erat ante mundū, sed vel cum eo fuit, vel post eum. Nam cū tēpus sit spaciū mundani motus, nunquam motus ante rem moram esset utique. Sed necesse est aut vna, aut post existere. Sic aut erit tempus mundo coætaneum, aut post natum. Antiquius enim pronuntiare est à philosophia alienum. Sic ille sanctissimus item Ambrosius, similiter, Tempus, inquit, ab hoc mundo, non ante mundum. Neque vero asciscere cogimur tempus, ne non in tempore factum mundum confiteri cogamur, superstitiosa nimis hæc, cūm potuerit vno momento Deus creare, & creans cælum, crearet cum motu, idēq; in æternitate sua existens. Quod enim tempus est supra solem, cūm vita sit ibi optima, non tamen sub tempore, quia neque sub sole & stellis? Quod autem tradit de cælo Empyrio, id ipsum quod à principio dubitamus, nihil apud Mosen videre esse super hac declaratum. Veri quidem simile est, si cælum Empyrium est habitaculum Angelorum, & Angeli facti sint ante creationem rerum sensibilium, fuisse hanc eorum sedem præparatam: sed nullum est clarum super eo in scripturis testimonium. Videturque alia quædam magna theologia de creatione Angelorum, & eorum habitatione, vt quomodo de nostro mundo & habitatoribus ac partibus mundi, quædam philosophia collecta est, si de illo alio mundo alia quædam theologia & alius quidam Genesis sint necessaria. Illum quidem mundum si tantum anteit dignitate mundum nostrum, si non solum maior est, & diuiniore, sed etiam immortalis, habet immortales ciues, si digniora præcedere semper debent, fas est ante nostrum istum creatum. Ac quoniam tempus tunc fuit, cūm fuit sol & luna, hæc autem fuerunt post creationem, hinc fit, vt si cælum empyrium est creatum, vt ne sit in tempore creatum, sed alia quadam ratione. Illud quidem videtur oportere dissolui, si cælum empyrium est creatum ante firmamentum, quantum intercesserit ab illo creato ad mundum nostrum creatum, & quare spatium interquiescere opifex voluerit. Deinde cūm vna sit res publica hominum atque deorum, & Angeli non solum diuina præsentia fruuntur, sed per eos à Deo res humane gubernentur, cūm inquam illi rectores sint & principes, minores & obsequentes, videtur probabile vno eodēque tempore, totam hanc rempublicam extitisse, non prius principes, postea parentes, & subiectos, sicut eodem tempore sunt reges, & recti, sunt gubernatores, & gubernati, caput & membra: totiusque corporis coniuncta procedit creatio, nunquam interrupta nunquam sistens, sed à corde si vera dicunt, vel à capite inchoata, dicitur deinde ad reliqua membra, totaque simul res absoluitur. Lacerum aut fuisse corpus reipublicæ mundanæ, si ab illis creatis, ad nos creatos non intercedete infinito, intercessit aliquod certum diffinitumque spatium, nec videtur quicquam in hoc spatio probabile, quod assignatum, animos tranquillet, & dubitationis fluctu sedatos reuocet ad quietem. Si impium est & assertioni scripturarum contrarium Angelos esse æternos dicere, non quidem impium, sed non probabile, ab illis creatis ad creationem rerum nostrarum, vel diurni, vel quiduis spatij interfuisse. Positum igitur sit primum, ideo Mosen creationem Angelorum non prodidisse, & si maximum erat, plenumque diuinitatis, vltra mundanas mentes mysterium, quia vel non esset necessarium, vel altissimum, nimiumque captum humanum excedens, & rudi populo penè incomprehensibile. Alterum positum sit, creationem Angelorum affirmari, & Angelos veluti creatos à Deo in theologia demonstrari, quibus iactis hæc dicimus. Qualis sit visibilis & inuisibilis creatio, posse sic colligi. In Psalmo cxxv. ex numero rerum quas creatas à Deo, eiusque imperio subiectas docet vates, & ex dispositione earū, posse aliquid de creatione cognosci. Primumque ait Dominus: Deus magnificatus es vehementer. Confessionē & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimentū. Hoc quod Septuaginta transtulerunt, amictus lumine sicut vestimentū, cūm in Hebraico habeat, *אור כסותו* ore or, vestiens lucem, anceps videtur an ad lucem quam Deus ipse seipsum vestiat, an lucem quam circumfuderit, vestieritque omnia, debeat referri. Et quoniam de rerum creatione sermo est, videtur sermo illam spectare lucem, qua Deus omnia vestierit, eamvsque quaque dispergens, & non terras tantum, sed etiam cælum vndique complens. Sequitur enim quasi Mosis theologiam imitatus, extendens cælum sicut pellem. Vt cum Moses primum dixit lucem creatam. Deinceps cælum secunda die, sic Dauid Deum

ADeum clamat, omnia vestisse, & repleuisse iucundissima luce, deinde cælum diffudisse, tanquam velum & pellem, siue tentoriū. Eaque est vis vocis Mosæica rakia, qua vsus est in creatione, vt interpretetur eam quasi Dauid, appellans diffusionem sicut pellis. Quod quidem & de substantia orbium caelestium, ipsiq; orbibus, qui circum terras amplexi, sint desuper extensi, aut omni aëre, qui circumquaque in omnes mundi partes sit diffusus, totum supernum tractum, ipsasque circumquaque terras cingens dicitur. Sed quoniam qui lucem dicit, non dicit ab arbore caelesti seiunctum quicquam, & cum sydere, orbem necesse est syderis intelligere, videtur qui lucem creatam prædicasset, prædicasse simul & orbem creatum. Quare magis censuerim pro aëriis regionibus, & vsquequaque campis diffusis, intelligendum quod secūdo loco commemorauit, sicut in Mose expositum est. Prosequitur enim, & quod infert, declarat, non solum ipsum Mosen, sed quod cælum ante dixerit diffusū. Qui regis aquis superiora eius. Superiores cæli partes dicit repleti aquis à Deo. Repletur autem aër aquis. Nam de quibusdam supercaelestibus aquis non arbitror eum loqui. Has aquas narrat à Deo super cælo distendi, vt tanquam contignatio ipsi fiant. Si ergo non sunt supra sydera aquæ, et si in Mose docuimus, probabilius esse, & ad phrasim Hebraicam accommodatius, quæ alioquin à peregrini sermonis hominibus non intellecta, alium sensū ingenerat, magis de aquis aëriis & pluuiis, omnique scatente desuper regione, hæc prædicari, quæ Solaribus quibusdam, & vltra mundanis aquis, sequitur clarus Dauidicorū verborū sensus. Qui tegis aquis superiora eius. Partes superiores cæli diffusi & vsquequaque in omnem mundum expansi, replentur aquis à Deo. Ista superiora philosophi appellant *μετέωρα*, meteoræ, pluuiaque hoc nomine dicunt, & cometas, ventos, gradines, & quicquid supra verticibus nostris in aëre generatur. Has aquas non adiecit Dauid tanquam opus peculiare creationis, sed tanquam consequens, & cohærens operi secundo. Primum igitur opus fuit lux sparsa per omnem mundum, secundum, cælum, id est, aër, cui cohæret commemoratio caelestium aquarum. Ex quo declaratur Moses quod cælum factum secunda die asseruerit, quem cūm secutus sit Dauid, Dauid interprete, Moses secūda die, creationem aëris narravit, cum qua superiores aquas & inferiores item, sicut Dauid cum isto cælo, etiam aquas superiores adiecit, superiores repleta tectaq; aquis apud Dauid, sunt ea, quæ apud Mosen super firmamēto ponuntur, aquæ scilicet pluuiiales. Sic nō similes modo in loquēdo, sed interpres etiam Mosis est Dauid. Duo opera duorum dierum hucusque procedunt lux effusa, cælum extēsum, & aquis desuper contextum. Nam quas aquas, quibus contexta superiora cæli dixerat, innuat Dauid, declaratur ex sequenti: Qui ponis nubem ascensū tuum, comprehendit cum cælo, omnia meteoræ, omnia caelestia, imprimis aquas caelestes, id est, pluuias, tum nubes, dehinc ventos. Nam per ascensum Dei super ventos, & ambulationē, equitationemq; super nubes, Hebraicos tropos vsurpans, significat pluuias, nubes, ventos, à Deo fieri. Ideoque cūm ait portari, deferri per cælum quia ad nutū eius præsto sint pluuiæ & nimbi, parere parati: quasi quidam hoc imperio sit Aeolus. Cūm ergo cæli cōmeminisset, conclusit vnā & meteoræ, caelique affectiones, & cuncta aëria, pennas quoque ventis cūm Hebraica phrasi, tum poëtica similitudine attribuit, reperiēsque apud poetas, ventos, volucres, barbatos, crinibus madidos, & id genus. Ad tertium accedēs Dauid, ait: Qui facit Angelos suos spiritus, ministros suos ignem vrentem. Hæc illa loci obscuritas oblata oculis, & eadem caligine atque Mosæica, ante aciem nostram densata. Non enim claret an creationem Angelorum, an ministerium & velocitatem eorum hic describat. Nam quod ait, Qui facit angelos suos spiritus, pro spiritibus est in Hebraico id quod etiam Latine & Græce & spiritum separatū significat, & ventum *רוח*. Duoque proinde sensus efficiuntur, Aut Angelos à Deo velocissimos ventos, & quasi volucres, sicut subdit, Et ministros suos ignem vrentem: Aut eorum substantiam esse spiritalem. Qui hoc posterius sequeretur, plurimi enim è Græcis sequuntur, dicerent etiam angelos esse igneos, quia testetur vates facere Deum angelos suos ignem, referentes superius, & inferius ad substantiam angelorum, non eorum velocitatem. Ergo Græci & Latini non admodum phrasēs Hebraicas tenentes, secuti sunt postremū, igneam spiritalemque & angelorum substantiam prætendi à Dauid factam: Hebræi ad vtrunque sensum inclinant. Quoniam autem quod Septuaginta transtulerunt, ignē vrentē, Græce *πυρὸς φλόγα*, ignis flamma, Hebraice habet *אשׁ* ignem fulgurantem, radiantem, splendētem, substantia autem Angelorum fulgurare non potest, & splendere, cūm sint inuisibiles, & incorporei, videtur potius esse comparatio, de eorum velocitate, quàm proprius sermo de substantia, vt dicat Deum fecisse angelos suos velocif-

simos, perniciosissimos, ventis velociore, fulguribus similes, vno oculi ictu à cælo ad terras, à terris ad cælum discursantes. Ecce igitur solita obscuritas, quæ quidem neque à Mose est discussa, de creatione, & creationis tempore angelorum. Hic neque modus creationis, neque tempus proponitur. Nam post primum & secundum opus commemorantur, nec constat an dederit eis hunc locum vel certum ordinem sequens, vel promiscue multa memorans. Neque vero certum videtur ordinem sequi, post multa opera referens fundationem terræ, cum tamen, Initio dominus terram fundauerit, at ipse hoc loco, qui fudasti terram. Quo fit vt nihil possimus affirmare tantum, quod à principio dicebamus creatos angelos, & inter opera creationis eos adnumerari. Quamquam ne creationem quidem eorum hic memorat, sed potius functionem ac munus, & qualitatem, & velocitatem, quæ quidem vna pars est proprietatum angelicarum: Ac scientia, sapientia, immortalitas, diuinitas, potestas? Sed concedamus id dixisse Dauid de angelis, quod clarius esset in populis aptius, & consuetudini hominum similis. Creationem certe eorum non describi, & tempus, clarum est. Cætera quæque persequitur Psalmus, quoniã differuimus in Mose, relinquemus hoc loco. Est Psalmus centesimus quadragesimus octauus, in quo similiter diuina opera commemorantur. Et quod non est à Mose narratum de angelis, suppletur eo loci. Laudate, inquit, eum omnes angeli eius. Ecce ante solem & lunam & stellas, memorat angelos. Nam post angelos subdit, Laudate eum sol & luna, laudate eum stellæ luminis, vel luminosa vt habet Hebraicum. Ex quibus intelligimus creationem angelorum, sed affirmare non possumus audacter, quia prænominat ante solem & stellas, angelos, ideo factos ante solem & lunam. Quod si certum ordinem teneret, singulæque singulis temporibus referret, possemus suspicari ante cælum, angelos creatos, sed quoniam in superiore Psalmo, quoad laudandum Deum, animum suum cohortabatur, non tenuerit ordinem certum. Nam post pluuias, ventos, cælum, fundationem terræ narravit, sic fortasse confudit hic, creaturarum rerum ordinem, quascunque laudes impetus offerret, depromens, confirmarique posset ex isto loco, quod in Mose docuimus, propterea que post angelos commemoratos, subdit solem & lunam, hæc ipsa creatura ante omnes res sensibiles. Idemque esse apud Dauid solem, atque Mosen, id est, lucem. Angelos autem prænominasse, aut quod reuera ante omnia corporea, visibiliaque sint creati, aut quod teneant in omni creatura principatum. Positis igitur in descriptione angelis, siue dignitate principatum habentibus, siue tempore, vel antecessione, subiecit solem: vt abunde hinc doceamur, principium creaturarum visibilium rerum apud Mosen habuisse solem, quem ipse ab diuina excellentique operatione, appellari lucem. Hanc offerimus forte non exigui ponderis coniecturam quam vel consequentia confirmare videntur. Etenim quasi Mosen secutus post ornatum caelestem descriptum, quasi hoc primum opus post creata principia fuerit, adiecit subito res inferiores syderibus: Laudate enim cæli caelorum, & aquæ quæ super cælos: Cælos caelorum, videtur altissimam cæli partem appellasse, id est, id quod succedit caelestibus orbibus, vt cælum sit, simplex cæli locus, id est, aër omnis, sublimis autem cæli locus, cælum cæli, sicut alibi, cælum cæli domino. Et sicut sancta sanctorum, quasi remotior, priorque in templo, meliorque pars. Ac quamquam cælum cæli, post solem & lunam commemoraret, nec sit verisimile imo minime verum, regiam Dei inferius solem, & lumina caelestia sitam, tamē cælum cæli, sublimem cæli, id est, aëris partem dicens, comprehendit sublimissimam & altissimam quamque regionem, quæ infra solem & lunam & supra se diffundat. Alibi quæ supra, nunc quæ infra est, paulo longinquior à sole & luna, referens: commemoratamque altissima cæli regione, & ordinem rerum inter se propinquarum persequens, addit aquas quæ supra cælum, id est, pluuias, vt in Mose ostēdimus, & vt ordo ipse magister est. Ergo prius angelos, mox corpora caelestia, tum altissimas supra terras cæli regiones, deinde pluuias disponit. Hæcque an dignitatem præcedat altera alteris, an creationis ordo fuerit, non liquet, sed creationis sit ordo, & antecesserit quidem omnium rerum visibilium creationem, creatio angelorum tum secuta sit fundata terra cum aqua, creatio lucis, id est, solis & lunæ & stellarum, cum quibus & orbium caelestium secuta sit creatio. Deinde iuxta traditionem Mosis creatus sit aër, effectus à sole vt est ostensum, ab aëre pluuiæ aquæ caelestes. Descendit deinceps ad res terrestres & marinas, solam terram pro omni re terrestri adhibens, solos cetos, quos dracones Septuaginta transtulerunt, pro omnibus marinis animalibus: mox reuertitur in cælum, id est, aërem, & meteora persequitur, conuocans ea ad laudem Dei, Ignis, grando, nix, glacies, pruina, tēpestas, montes, colles, arbores, bestiarum, reptilia. In quibus partim ordinem Mosaicum est secutus, partim se à spiritu suo rapi permittens

Amittens, carmen quo volebat protraxit. Ac quoniam præmisit in commemoratione angelos, quorum non meminit Moses creationem, sciendum Mosen non idcirco creationem angelorum ante cætera corporea, aut ipsam eorum prorsus creationem, putandum esse filuisse, quia dixerit eos creatos. Nam nec creationem terræ, nec aquæ quado sit facta declarauit. Lux creata fecit primam diem, post secuta omnia sensibilia. at, Initio terram fundauit, & aquas item quæ in commemoratione & historia rerum originalium sunt, necessario creauit. Verum de ipsi creatis nihil meminit. Eas tamen non creatas, dicere non possumus, & creatas quidem ante omnia, vna cum terra. Sic tamen angelorum non sit manifesta per Mosen creatio, ideo non est credendum eos non & creatos, & ante omnia creatos, sicut & ante omnia terra fundata non promulgatur. Quod ante dico quasi caput & principium fuisse totius creationis, vt creato mundo maiore ac diuiniore, quod non declarauit Moses, mox ad creationem rerum terrenarum diuina potestas accesserit. Terra igitur & aqua sunt ante omnia creata, Moses tamē inchoationem à luce videtur fecisse. Nam totam descriptionem, historiamque creandarum rerum aggressurus, artificem præmisit, Primumque docuit eum fecisse lucem super aquas moliens & operans. Ergo cum aquæ & terræ, aquæ inquam altissimæ non meminerit creatæ, non creatam suspicari nec debemus, nec possumus: sic non commemoratam angelorum creationem, non possumus in suspicionem trahere, vt ne nunquam fuerit. Vtque ordo fuit rerum, verissimisque tenor, vt illa prius fingerentur primordia, consequenter & deinceps incederet reliqua creatio, sic ordo fuit vt angelorum creatio omnia terrestria præcederet: præcederet inquam terrestria primordia. Primum locum igitur habuit creatio angelorum, post primordia rerum terrestrium, secuta deinde rerum diuersarum creatio. Non narrat Moses creationem angelorum, duas ob causas, quod non esset negocium hominum, & opus humanæ scientiæ, tum non mundus noster. Alio loco declaratur creatio rerum terrestrium, in qua etiam fieri videtur mentio de angelis, cum Iob disserens Deus, ait, Vbi eras dum fundarem terram? Primum fecit narrationis exordium à fundatione terræ, de cuius fundamentis, primaque inchoatione permulta disserit. Dumque in hac commemoratione persisteret, hæc intulit: Cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei. Quo referendo, induxit etiam mentionem aquarum creaturarum. Et circumclusit ostiis mare, post subdidit creationem lucis. Nunquid à diebus tuis præcepisti matutino, cognouisti auroræ locum, vt comprehenderes plagas terræ, & vociferarentur scelerati ab ea, odientes scilicet lucem malefici? Peruertitur tanquam lutum, sustentatio eorum, & steterunt tanquam indumentum. Et prohibita est ab impiis lux eorum. Hæc & id genus apud Iob. Primum igitur apud eum, locum habet terræ fundatio, secundum creatio aquarum, tertium creatio lucis. In quibus partim est ordo Mosaicus, partim non est: est quidem, quod post initia, & origines ilico disponet lucem: non est autem, quia creationem primordiorum Moses narrare non videtur. Possumusque facile intelligere, & si Moses non retulit, ex Iob primordia fuisse creata. De eo autem quod dixit, cum me laudarent astra matutina, iubilarent filij Dei. Idque dicit, dum terram fundaret Deus videtur declarari in fundatione terræ angelos affuisse, quia fundante Deo terram, & primordia rerum terrenarum creante, iubilabant filij Dei. Oportet igitur locum diligenter perpendere. Nam si res ita habet, vt verba præferre videntur, sublata est omnis dubitatio de creatione angelorum, eam ante terram rerumque terrenarum primordia extitisse. Sed quoniam locus non adeo clare hoc innuit, non possumus clare & audacter proferre. Est igitur sententia Græcorum, maxime Chrysostomi, Scueriani, Diodori, Basilij, quos è nostris quidam sequuntur, cum primis Eucherius, præcipue ex isto loco colligi angelos fuisse ante creationem rerum terrestrium. Pauca Chrysostomi verba ad fidem subiiciam. Propter te, inquit, fecit Deus vniuersa, *ἀλλ' οὐκ ἔδωκε γὰρ ἀγγέλοις ταύτης ἐδόντο. πᾶς γὰρ οἱ καὶ τὸν ἡγεῖσθαι αὐτῶν ὄντες. ὅτι γὰρ σπέννοι πᾶσι ταύτης καρσβύτεροι, ἐκλουσον τὴ φωνὴ τῶν ἰσθῆ οὐκ ἀλεγάμενος. ὅτε ἐγένετο ἀστρα λύσαν με πάντες ἀγγέλοι μοῦ φωνῆ μεγάλη, καὶ ὑμῶσιν σιπλάγητες τὸ πλῆθος, τὸ κέλλος, τὴν γέση, τὴν γέβαν.* Propter te, ait, hæc omnis corporea est creatura, non enim angeli eius indigebant. Qui enim fieri potest, qui ante extiterant. Nam quod multo sint priores angeli creatura corporea, audi quid dicat is qui cum Iob diserebat. Quando facta sunt astra, laudabant me omnes angeli mei voce magna, & celebrabant stupentes super multitudine, pulchritudine, positu, utilitate. Hæc ille, Quæ sunt etiam, atque etiam perpendenda. Non enim habet Hebraicum, à quo proficiscitur Græcū, angeli mei. Sed Septuaginta interpretantes, quod Hebraicum habet, astra matutina, & filios Dei, transtulerunt angelos. Tum locus totus est, vt superius citauimus, ambiguus. Quamquam potest etiam

Iob. 38.

Filii Dei.

quadrare ad quod transfulerunt Septuaginta. Primumque dubius est is locus, nec videtur D
clare exhibere creationem angelorum ante res terrestres. Nam si interpretemur vocē He-
braicam banim, quæ filios designat, & opera à בנה bana ædificauit, potius filios quàm ope-
ra, hæc sequuntur, aut astra esse animata, aut fuisse cælum antequam esset, si dum crearetur
cælum, astra matutina Deum laudarent. Loquens autem ibi de creatione terræ & maris, tū
ad sydera ascendens, inquit, cū exultarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei.
Ex quo videntur ad ipsorum sydera creationem & exultationem hæc referenda. Quarum
conditionem quasi vocet exultationem, & iubilum, vt nascencia quasi exultare ac latari vi-
derentur. Idq; simul fieret oriente terra & mari, quæ dum subito crearetur, etiam astra ap-
parere cœperint. Quare filios Dei, quos angelos sunt interpretati Septuaginta potius ipsa
opera cœlestia ego appellauerim. Vt non sit id mihi certum argumentum de eorū ante re-
rum visibilibus creationem. Cæterum Chaldæus hunc locum non dissentiens ab opinione
Sept. transfuit, כתיב כי בראשית בראשית Et exultarent omnes acies angelorum. Quo fit perspicuū,
fuisse veterem quandam suspicionem, locum illū apud Iob de angelis esse. Sint igitur duæ
sententiæ: vna quam prætulimus, vt filij Dei quasi creationes relique creatæ dicantur, qui-
bus attribuat per profopociam iubilatio, sicut cæli enarrant gloriam Dei: Et, dies diei
eructat verbum. Vt loquens de rerum creatione Iob amplexusque superiora & inferiora,
dum terra fundaretur, dum in glebas cōstringeretur, dixerit exultasse sydera matutina na-
scentia & erumpentia, quod Moses simul ac factum esset terrestre primordium, factū ostē-
dit. Nam creationem terræ isto modo tantum promulgauit, In principio creauit Deus cæ- E
lum & terram. Nec aliud differit de terra creata, at Iob multa de fundatione, situ, stabilita-
te ipsius, dum crearetur docet: interimque interferit commemorationem cælestium syde-
rum creatorum exultantium, erumpentium, iubilantium, latantium. Moses vero commemo-
rato eo, quod Deus creauit cælum & terram, statim principū à syderibus creatis facit.
Et creauit Deus lucem, cum qua omnia comprehendit astra, solem si postremum est, vt
similis sit apud vtrunque theologia: Iob creata & conglobata, & iacta terra, stellas exultas-
se: Moses, creata terra, lucem creatam. Ex quo possemus ea confirmare quæ superius super
luce creata, quam solem interpretabamur, sunt exposita. Iob expresse sydera matutina &
filios vel opera Dei memorat, hæc ipsa Moses appellat lucem, præcipue ipsum solem, lucis
pater primus & fons. Sicq; est vnus sensus. Alter erit, vt filios Dei angelos interpretemur,
sed non video, quomodo nos ab idololatria tueri possimus, quam olim veteres patres diffi-
nierunt, si quis animata sydera fateretur eum esse anathema. Nam si postremum est de an-
gelis, filios, inquam, Dei, si angelos exponas, etiam primum erit de eisdem, vt sydera matu-
tina sint spiritus diuini, corpora rutilantia regentes, & circumducentes, quæ fuit vetustif-
sima idololatria non displicens, sed approbata etiam à philosophis, Deos esse perspicuos
quosdam stellas illas. Hoc, inquam, non video an theologia concederet, cū præferim nun-
quam apud Mosē in hanc sententiā pronuntietur, sed in contrariū potius vbicunq; ferat
necessitas tacentem, & tacendo fortasse negantem, stellas animatas. Illumq; apud Iob lo-
cum, quoniam quidam Hebræi non magni ponderis homines, parū mihi satisfaciunt expo-
nentes, non cito eorum testimonia: Nam alij quasi Chaldaicū secuti, & quem Septuaginta
prætulere sensum, dicunt astra orbibus affixa, primum ac fuissent creata, & exultasse læ-
tata in conspectu Dei, cum omnibus angelis. Alij filios Dei, supernas dispositiones, stellas
matutinas, septem planetas, exponunt. Sed quoniam sumus in hanc sententiā, & omnes
& Hebræi & Græci, ac Latini propensiores, angelos ante res terrestres creatos, permittam
hunc sibi locum quemuis in confirmatione huius sententiæ vsurpare. Siquidem & alij ma-
gni Græci theologi, quos citavi, constanter affirmant angelos ante visibile mundū creatos,
& quibus Seuerianus citans superiorem ex Iob locum, scribit, ἐγένοντο ἄγγελοι πρὸ τοῦ ἕρηνος,
μετ' ἄγγελοῦ ὁ ἕρηνος, καὶ τὸ ὑπὲρ ἕρηνον. ὡς ἔστιν ἡμεῖς ἐν οἱ ἄγγελοι τῆ δὲ μιᾶς ἡμέρας, ἢ ἡμέρας ἑπτά ὁ ἕρηνος, ἐπὶ τὴν ἄγγελον. ἐπειδὴ γὰρ ἑαυτοῦ γεννηθῆναι οὐκ εἶδον, τὸν ἕρηνον γενόμενον ἐθαύμασαν, ἐκλεπτον ἕλκον
ἐξ ἀπὸ ἡμῶν, σελήνῳ δαδὸν ἕρηνον, ἀστέρων γεννηθῆναι, καὶ ἐξέπλησαντο. λέγει γὰρ ὁ θεὸς πρὸς τὸν ἰάβ, ὅτε ἐποίησεν τὰ ἀστρα. πάντες ἄγγελοι μοῦ ἦσαν με. Creati, inquit, sunt angeli ante cælum: post an-
gelos, cælum, & que infra cælum sunt. Aderant igitur rerum creationi, angeli. Stabiliebatur
cælum, angeli laudabant. Nam quoniam seipos nascentes non viderant, cælum creatū ad-
mirati sunt. Intuebantur solem rutilantem, videbant lunam radiantem, item nata sydera,
attoniti que stupebant. Dicit enim deus ad Iob, Quando faciebam astra, omnes angeli mei
laudabant me. Diodorus item, μετὰ τὸς ἀστέρας, καὶ νεφέας ἕρηνον ὁ θεὸς κατεσκεύασεν. εὐθὺς
μετὰ

A μετὰ τῆς γῆς, ὅταν ὀράμενον, δευτέρῃ γὰρ ἡμέρῃ ἔτος γίνεται, ἀλλὰ πῶς ἀνοήτως, ὃν ὁ δαδὶδ ἕρηνον ἕρηνον
καλεῖ. Post inuisibiles & intelligibiles substantias, cælum mox molitur pariter eum terra
Deus, non visibile istud, nam secunda die istud est creatū, sed superius quoddam, quod Da-
uid vocat, cælum cæli. Theodoritus vero quanquam superuacaneū putat quærere an ante
cælum, vel cum cælo sint creati angeli, propensior tamen est in eam sententiā, vt vnā cum
cælo sint creati, ea ratione, quæ nescio an probetur. Esse enim naturam angelorū definitā,
circumq; scriptam, indigere ergo loci, πῶς οἶοντε πρὸς πᾶσαν ἕρηνον, καὶ γῆς τὰς ἀστέρων, ἢ γὰρ
ὄντος τῆ φέροντος πῶς ἐνεστὶ τὸ φερόμενον. Fieri non potest vt ante cælum, & terram extiterint an-
geli. Cū enim non est quod ferat, non erit etiam quod feratur. Verum ad hanc rationem
Theodoriti superiores theologi fortasse responderent, Angelos & si definitā habeant sub-
stantiam, nullius tamen indigere loci, cū sint spirituales. Locum esse rem corpoream, su-
perficiem scilicet corporis ambiētis locatum, necessariam corporibus, non animis. Sed vi-
ros magnos non credo inter se dissentire. Nam quod superiores dicunt ante cælum, non
sonat multo tempore ante cælum, sed ordinem quandam, quod Theodoritus sensit. Ita-
que quod diximus, tota mundi respublica eodem tempore debet esse edita in lucem, in-
choata quidem à rebus melioribus. Quod idem Seuerianus aperte est confessus interpre-
tans. In principio creauit, τῆς αἰτίας ταυτῆ τῆ καὶ ἕρηνον ἢ γὰρ δὲ καὶ πρὸς τὴν γένεσιν, πάντων τῶν γε-
νηθῆναι πρὸς ἕρηνον μαρτυρεῖ, λέγων ἐν ἀρχῇ γεννηθῆναι, ἀλλὰ μετὰ τοῦ ἀόρατου, καὶ νοήτου, τῶν
ὄρατων τῶν πῶς, καὶ ἀόρατων λιπῶν πῶς ἀρχῇ τῆς ἀστέρας διηγείται. Hoc est: Hoc secundum
B tempus, principio. Neque testatur secundum antecessionem, cælum omnia creata præce-
dere, dicens in principio esse factum, sed post inuisibilia, & intelligibilia, principium exi-
stentiæ eorum quæ sunt visibilia, sensūque comprehensibilia, enarrat. Gennadius autem
fortiter resistit non esse angelos ante mundum creatos, viderique ait sibi ex dogmatis Pla-
tonis id assumptum, qui censeat, ante creatum mundum, fuisse Deos quosdam, & νοητῶν τῶν
ἀόρατων πρὸς ἀστέρας, quia sint meliora. Destruitque hanc rationem, alia clara ratione, quia
fit etiam anima corpore melior, prius tamen est corpus creatum, post anima infusa. Su-
perius igitur Mosi dicenti, In principio, id est: ante omnia creatum cælum & terram. Su-
perioresque illos arguit, quasi dent coadiutores Deo mundanæ creationis. Deinde omnia
esse bipartita in creatorē & creata: creata subesse tempori, Deum esse, in æternitate. Tem-
pus esse vel cum mundo, vel post mundum creatum. Tum Theodoritus & in testimonium
illud ex Iob, inuectus, Quando creabam astra, laudabant me angeli: Astra, inquit, quarta
die creantur. Quid ergo iuuatur hoc testimonio, qui creant angelos ante mundum? Sicq;
abeunt omnes in varias sententias. Quorum est ea concordia, quod quemadmodum nos
ex ipsa scriptura initio terram fundatam diximus, id est etiam cælum præcessisse, idque nō
tempore quodam sempiterno, quando ne tempus quidem adhuc erat, sed quadam natura-
li antecessione, cui fuerit adiuncta reliqua creatio: sic qui sentiunt ante res sensibiles, ange-
los esse creatos, non æternum tempus sentiunt, sed breuem quandam, naturalēque an-
tecedentiā. Quod nec Gennadiū, nec Theodorito displiceret, & rationabile admodum
C est. Illud quidem sapienter concludit Theodoritus, vt habito pro claro & certo, angelos
esse creatos, non labefactari religionem asserere eos creatos ante cælum. Inanemq; putat
cuiusmodi quæstionem, eamq; appellat dignissimo nomine, λογομαχίαν εἰς ἕδον γρηγορίων. San-
ctissimus autem Augustinus de ciuitate Dei differēs, tum angelos cum omnibus creatos à
scripturis demonstrari dicit, Tum ait neminem ausurum post visibile mundū eos creatos
dicere. Audaciam posse conuinci, eo quo & Græci vsi sunt, ex Iob testimonio: Quando fa-
cta sunt sydera, laudauerunt me voce magna omnes angeli mei. Eorū creationi nec tertiu,
nec secundum diem, posse deputari. Esse igitur eos lucem vel diem illum primū. Illud qui-
dem ego non facile concesserim, vt lux apud Mosē, & quarta die stellæ sint angeli: nec as-
sentiret Angelos aut lucem, aut diem, aut stellas à Mose dictos. Tria igitur sunt testimonia
præter testimonium Mosaicum de creationis ordine. In Psalmis duobus locis, & apud Iob,
nō enim dico de creatione, quā tota scriptura testatur, sed creationis ordine. Apud Mosē
angeli nufquam sunt, apud tres illos sunt, & tum in principio rerum terrestriū, tum in ipsa
rerum terrestrium creatione commemorātur. Apud Iob dum fundatur terra, apud David
dum lux expanditur & cælum diffunditur vsque quaque, sicut velum & tentorium. Possu-
musq; hinc, vel ante cælum visibile & terras angelos creatos arbitrari, aut dum hæc ipsa in-
choarentur. Triāq; desiderantur cognosci de angelis, an sint creati, quando creati, quomo-
do creati, quæ partim testimoniis sunt noscenda partim ratione persequenda. Creatos eos
q ij

esse omnes sacra & profana littera consentunt, quando creati, omnes item aut ante res D

Hic versus citatur lib. qui circumfertur Aristot. nomine, & dicitur ad Alexadr.

Εκ τῶ εὐός. Πᾶσι δὲ ὄσων ἔστι, ὄσων ἔσται ὁπίσσω, Δένδρατα, κτελέσσουσι, καὶ ἀνέρες, ἠδὲ γυναῖκες, Θῆρες ἰονοῖτε, καὶ ὕδατος ὀρέοντες ἰχθῆες, Καίτε θεοὶ δολιχαίονες. Hoc est: Quae sunt, quae fuerint, quae post ventura sequentur, Et planta viruere mares, & foeminae quaeque, Etque feræ, volucresque, habitantes aquora pisces, Longaeque Dei,

Angeli a Deo creati.

Angelos vocari Deos.

Dæmones & dii idē.

Hæc Empedocles de his quæ sunt ab vno generata, quorum omnium vnam eandemque fuisse creandi rationem necesse est, quod simul commemorantur. Ut ergo sunt arbores, animalia, homines a Deo creata, sic & angeli, id est eadem prorsus ratione, ne genitos ab eo, perinde atque filios suspiceres, eodem verbo complexus est totam creationem rerum sensibilium & inuisibilium, ἐκλάσσω, id est pullularunt, germinarunt, processerunt. Non est varia rerum terrestrium, atque Deorum creatio, sed vno verbo tota significatur. Dixit etiam Empedocles, Deos longæuos, quasi non æternos à principio, sed inposterum, Deo volente, vt ait Plato: Quare clarum est quod testatur Empedocles per omnibus sui tēporis theologis. Illud quoque colligitur ex eo simul angelos cum cæteris creatos, vnam fuisse omnium creationem, quia pariter censentur cum rebus terrestribus. Deos autem esse angelos multiplex ratio, siquidem & Hebraice vocantur Dij. Vt illud: In conspectu angelorum pfallam tibi. Hebraice in conspectu Elohim, id est, Deorum. Et, Minuisti eum paulo minus ab angelis, Hebraice Paulo minus ab Elohim, Diis. Plato quoque affirmat in Timæo Deos creatos, præcipue Deos minores, quos ipsi dæmones vocant, eos & dissolubiles natura, indissolubiles volente Deo, non dubitauit asserere. Sunt autem idem dæmones & Dij, si veteres poetas audias. Dij autem & angeli sunt iidem. Et Platonicus Philon testatur, eosdem esse angelos, & dæmones solo nomine differentes: Plato igitur palam sic summum Deum opificem, & creatorem inducit loquentem cum dæmonibus. Omne, inquit, creatum & ligatum quando est dissolubile, & quæ ἐπιπέσει γέγραµµε, ἀθαλάτοι ἐδὸς ἄλλοι τοῦ πᾶσι, καὶ ἄλλοις ἀπὸ τῆς οὐρανίας οὐρανοῦ, καὶ τῆς ἐπιπέσεως καὶ ἀπὸ τῆς ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ κλίσεως. Quam causam esse vno verbo generatis, in immortals quidem non est, neque omnino indissolubiles. Non tamen dissolubili, neque conditioni mortali subiacentibus, quod voluntatem meam, & maius fortiusque, quoddam vinculum sit, affectus, quæ me fugiunt, quibus dum crearentur, assergebamini. Sic Plato de mensuris nature creationis fieri, vt quod aliquando genuit, aliquando dissoluitur. Sed rursum ait, esse quandam vim maiore nature vim afferre potente valentemque, destruere leges eius, etiam deo legitime, qui huiusmodi maiore vim, potente delere, quod ipsa statuerit. Sic certe esse mensura est omnis theologia, historiaque exemplorum, quibus attulit Deus vim naturæ, cum ei deo & curis detor sit suo. Sic erat vniuersalis, uti gens animos & corpora necessitas, & quod semel extiterit, & creatum esset, eodem cursu incorruptionem, pristinumque staret. Sic autem creatos, in nihil residuum, nisi in nihilum sunt opus. Sed est vis maiore mensuras Dei, & vinculum quoddam validius, robustiusque, quo res create natura suaelliguntur. Cuiusmodi scilicet, in quibus eas proculdubio dissoluitur, obstat autem illud validius vinculum, quod quidem est voluntas Dei, sed voluntas rei incorruptibilis inuentrix, & seruatrix, totius continentis, ac regens, omnibus dans vitam, vt dicit Philon de verbis.

Angelorum habitatio ibi.

Aphilosophorum & theologorum, demptis quæ poetica consuetudo cogebat effingere, referre non dubitauim. Apud eos semper summus pater, eadem atque apud Mosen Dauid, Iob, Empedoclem & Platonem ratione, pater hominum, atque Deorum asseritur, & pronuntiat. Vt enim ab vno clamat Empedocles ratos homines, & longæuos Deos, & vt canit Dauid, Laudate eum omnes angeli eius, quasi creaturæ eius. Et, Qui facit angelos suos ventos vel spiritus, spirituales substantias, & pernicissimas, volucres non graues, & corporeos, non mole pressos: Et vt Iob appellat eos filios Dei, sic Homerus & Hesiodus semper eum patrem hominum, atque Deorum vocant, id est creatorem. Aratus item maiores secutus, ab Ioue procreatos omnes & omnia confitetur. Et genus nos eius esse, Platone igitur de rerum creatione differente & cum creatione hominum, cæterarumque rerum terrestrium, comprehendente creationem Deorum, siue quos perspicuos & astra regentes, siue quos ignotos appellauit, facile intelligimus omnes & hos homines, cæteraque deinceps esse simul producta. Atque ille qui pater hominum fuit, atque Deorum, utroque eodem tempore sed deinceps naturalique ordine creasse censendum, vt nati quidem sunt filij maiores, ac digniores antea, postea per successione rectissimi ordinis, filij minores. Quare autem non retulerit Mosen creationem Angelorum, Theodorito placuit hanc asferre causam, quam multi Græcorum & Latinorum sequuntur. Ἐδὸν τερρόν εἶχον, ἐδὸν βέλβαιον οἱ νοματεύοντες, αἰτίηκε γέν, καὶ μετὰ πολλὰ καὶ ἀφρατα γάμματα, πλὴν εἰκόνα τῶ μοχλῆ θεοῦ ἀπηόρεισαν, οἱ δὲ τὰ τῶν κτηνῶν ἰσθλάματα ραδίως ἔπασ, θεοποιήσαντες, τὴ σὺν τῶν ἐδρασαν, ἐν τῶν ἀοράτων φύσεων πλὴν γοῶσι ἐδέξαντο, τὰς γοῶσι μέγισ τῆς τῶ ἀβραάμ τελειότητος, ἐδὸν τῶν πάλαι ἀνθρώπων δὲ ἀσφαλὲς ὁ τῶν ἄλων θεός διελέχθη ὅτι δὲ τῆς ἀγγα ἁρώτων, ἀγγέλις μὴ μὴν ὁ θεοπέσιος ἐποήσατο Μωσῆς. Nihil ait firmum & stabile habebant hi quibus lex dabatur. Itaque statim, post etiam multa & incommemorabilia prodigia, imaginem vituli pro Deo publicarunt. Alij qui effigies pecorum tam facile deificassent, quid nam fecissent, si cognitionem inuisibilium naturarum habuissent? Quamobrem usque ad perfectissimum Abraam, nemini vquam per Angelum Deus vniuersi est locutus. Primumque sub Agar fecit mentionem Angeli, diuus Mosen, hæc vt dixi ratio multis arrisit. Seuerianus autem putat Mosen eō maxime spectasse, vt destrueret idololatram Egyptiorum, qui stellas omnemque cæli ornatum adorarent vti Deos æternos. Ostendere igitur eis voluisse, ea non Deos, sed opera Dei esse, & de aliis Mosen non laborasse, κατέλιπε πλὴν τῶ ἀοράτων δημιουργῶν, καὶ κενὸν τὸν λόγον εἰς τὸ ἀράματα. Ἰνα πείσει τὸς ταῦτα θεωροῦντας, μὴ νομίζον ταῦτα θεός, ἀλλ' ἔργα θεός. Habitatio autem eorum an sit supra cælum, supra solem & lunam, & an sit effecta, effectam quidem non constat, nisi ratione, & testimoniis hominum consentium, cum Mosis ait, In principio creauit Deus cælum & terram, cælum illud sacerrimum, fulgentissimum, fortunatas sedes indicari ante omnia creatas, quod vidi & Hebræos multos & Græcos & Latinos asserentes, & à diuo Petro apud Clementem affirmatur, Cæterum forte quidem probabile est creatam hanc sedem, tanquam diuorum animorum habitacionem.

~~apostata, et in peccata illorum.~~ Alienum autem à nobis est, quomodo sint Angeli creati, docere. Nam platonicos quosdam qui censent, eos se inuicem quasi luces generare, ut alter ab altero fluat, & pendeat, quoniam & à sacra philosophia & Platone principe aliena, deinde nimium incerta dicere videntur, non habuerim nunc in numero verorum istarum rerum interpretum. Videnturque *ἐκ μέρους*, irradiationes illas Dionysiacas credidisse generationes substantiales, Dionysioque maiores minoribus irradiare sapientiam dicente, id ipsos generationem substantiæ asseruisse. Si animi nostri quem præsentem habemus, imò qui ipse de se ipso loquitur hæc ipsa originem, modumque nascendi pernitius ignoramus, an cognoscemus creationem Angelorum? Quorum etiam tenuem magni scriptores & alloquiis diuinis imbuti, cognitione reliquerunt. Sed nos dixisse contenti, latiore disputatione cæteris relinquemus.

**

*

FINIS.



REVEREND. D. DN.
 MARINO GRYMANO S. ROMANÆ
 ECCLESIAE CARDINALI, TITVLI S.
 Vitalis, & Patriarchæ Aquileiæ, Augustinus
 Eugubinus Cano. Reg. S. Sal-
 uatoris, S.



SI QVIS diuinarum litterarum quanta sit maiestas, Antistes amplissime, secum perpenderit, intelliget proculdubio, non iniuria accidisse, vt tot apud omnes gentes fuerint earum interpretes, apud quas primū hæ litteræ florere cœperunt. Quis enim nescit non posse vnumquemque per se, earum perfecte intelligentiam consequi? Quas cum variis sensibus plures exceperissent, ob id varias, & inter se discrepantes æditiones creauerunt. Idq; non est eorum, qui transulissent eas, imperitiæ argumentum: sed iudicium potius, posse has litteras varium habere sensum, qui diuersis rationibus in linguas peregrinas transferatur. Mitto primum

commemorare, quod addiderint, subtraxerint, vel commutarint illi omnium primi Chaldæi interpretes, quos tamen ita venerantur Hebræi, vt ad eorum interpretationem, velut ad sacram anchorā in locis ambiguis confugiant. Septuaginta vero, quorum non modo apud Christianos, verum etiam apud Hebræos nomen sacrosanctū est, qua varietate omnia repleuerunt? Qui cū Aquilæ non vehemēter placuissent, aggressus & ipse nouā æditionē est. Sed his neque Theodotio, neque Symmacho satis fecit. Ita que, & ipsi alias interpretationes condiderunt. In quibus omnibus multa deprenit Origenes, quæ eius animū offenderent. Ergo contulit omnes in vnum volumen, quod Hexaplum inscripsit. Verum Lucianus aliquid in eo desiderauit, rem q; non inutilē se facturū putauit, si quid & ipse æderet. Sed cū ex Hebraico verteret Hieronymus, ac modo Septuaginta, modo Hebraicū, aliquando Aquilam, interdum Theodotionē, vel Symmachum sequeretur: demonstrauit, neque omnia omnium sibi placuisse, neque displicuisse. In eius tandem æditione sunt qui multa, aut veriora, aut clariora desiderent. Atque ea tanti momenti quibusdam visa sunt, vt persuasum sit eis, hanc æditionē non esse ipsius Hieronymi. Ex quibus omnibus sapientissimus quisquā intelligere profecto poterit, non sine causa me aggressum hoc opus: in quo & veritas Hebraica, & reliquorū æditiones breuiter, & clare omnes conferrentur. Sed in primis de nostræ æditionis veritate quæretur, cui non cessant derogare petulanter Hebræi, & hi qui Hebræis assentiuntur. Mea quidem semper fuit opinio, nostrā hanc Hieronymi trāslationem, ita præstare superioribus omnibus, sicut omnium posterior ædita est. Hoc autem opus iure tuæ sapientiæ dedicatur, qui non solum nobis ad hanc rem præclarū lumen ostendisti, sed & omni religioni Christianæ incredibilem vtilitatē attulisti, cū tu patruusq; tuus Dominicus Grymanus, & ipse Cardinalis, collectis ex miserabili naufragio pretiosissimis libris: qui toto orbe terrarum dispersi, vcl in tenebris delitescerāt, vel proximum eorum ab igne, vel alio casu impendebat exitium: magnaq; eorum ex omnibus linguis facta caterua, præclaram, & cui fortē nulla secunda sit, toto orbe Christiano, bibliothecam in Ædibus sancti Antonij Venetiis erexistis. In quibus libris sine dubio religionis nostræ decus, & dignitas cōseruatur, & viget. Tantum q; hoc diuino munere omnibus Christianis profuistis, quanto erat futurū maius dispendiū, si hæc diuina suppellex periisset. Pro quo tanto erga genus humanum beneficio, & in hac vita erit laus nominis vestri sempiterna, & adiutæ hac re Christianæ religionis præmium in celo dabit Deus. Vale.

*Chaldæi.
 Septuaginta.
 Aquilæ.
 Theodotio.
 Symmachus.
 Hexaplum
 Origenis.
 Lucianus.
 Hieronymus.*



VM omni opera, atque studio in id potissimum sit incumbendum, quod ad humani generis utilitatem fufius patet: tum id circa litteras, atque philosophiam, longe accuratissime est agendum, quod hinc maior, quam ex alia quacunque re utilitas in genus humanum proficiscatur. In his enim vitæ documenta ac præcepta continentur: ab his quid ipsi sumus, & quamobrem erupimus in lucem, aut quid tanquam supremum nobis propositum sit, edocemur. Harum præcepta si sequemur, in hac corporea vita summam iucunditatem, futura vero immortalitatem nobis pariemus. Cui vni rei nos factos esse, eisdem docentibus, intelleximus. Quod institutum cum omnium litterarum totiusque philosophiæ est, tum vel in primis illius, quæ sola digne philosophia nuncupari potest. Quæ & vera viuendi tradit præcepta, & ea non ab humano ore deprompta, sed ab illa sapientia eterna, quæ neque fallitur, neque ut fallatur, cæteris potest esse causa. Hæc ergo litteras omni cum veneratione tractare, sapientissime atque vigilantissime perscrutari necesse est, si utilitatis publicæ, si salutis nostræ ratio ulla in nobis est. Ad quam rem, eo magis hoc tempore compellimur, quo corruptissimum philosophandi genus iam multos annos inualuit: quo quasi impurissimis Harpyis, cum omnes disciplinæ fœdætae sunt, tum sacræ litteræ, & contemptiores habitæ, & ab his, qui eas attigerunt inhonestissime affectæ. Quodque longe miserius est, contra veterum sanctissimorum sapientissimorumque theologorum consuetudinem, non modo gentiliū disciplinis placuit adhaerere, quod per se erat non improbandum, sed eorum etiam autoritate religionem nostram asserere. Quæ res quantum detrimenti Christianis attulerit vix explicari potest: cum optima eruditione nihil dinimus, nihil ad beatitudinē assequendam præsentius sit: ita corrupta ac praua, nihil aut pestilentius, aut ad deprauandos animos efficacius. Sed in hunc errorem minus fortasse nobis est inuehendum, quod iam aut detectus sit, aut ita speremus fore, ut non diutius animis præstigiū offundat. Quia igitur pietatem, quæ omnium virtutum præstantissima, ac earum quasi genitrix est, quæ & generi humano, præsentem ac futuram parit felicitatem, sacræ litteræ nos docent: eo ardentius opera est his impendenda, quam reliquæ philosophiæ, quod pietas, quam omnis eruditio præclarior existit. Omnium vero sacrarum litterarum fontem scimus nouo veterique testamento contineri. Ab his enim fecundissimi sacratissimi que vini propagati sunt: hinc sapientissimi theologi, & sentire & loqui didicerunt: hic de Deo, diuinisque affectibus, quid inquam illi maiestati sempiternæ gratiam placitumque sit, quibusve potissimum rebus delectetur, copiose disseritur: quanta seueritate, omnia flagitia puniat, quanta charitate erga pios probosque afficiatur. Hic nostram vitam fingere poterimus, si nos aut ad eorum vitam componemus, qui in his litteris Deo acceptissimi existisse feruntur, aut eorum execrabimur improbitatem, quos ad miserabilem exitum, acerbissimaque supplicia sua traxere scelera. In his igitur de sudare, omne otium impendere, aliquid ad eas illustrandas excogitare, tempus, & etatem in his consumere, non modo rem omnium laudatissimam arbitramur, sed longe etiam utilissimam. Et quanquam hic tot adeo præstantissima ingenia sese exercuerint, Græcorum præsertim, Hebræorum, Latinorum, Arabumque, & Aethiopum, omnisque propè orbis, cum vere essent addicti religioni, non redditur tamen eo res sterilior, cum ut ab Origene dictum est, noua semper vbertate diuina scriptura efflorescat, præsertim si varium interpretandi genus fuerimus secuti, quando ne hi quidem defuerunt, qui eam in carmen redigere conati sint. Nostram vero operam, quam & alius quisque certe præstare potuisset, adeo desiderare hæc litteræ videbantur, ut non mediocrem utilitatem earum studiosis, ex nobis accessuram speremus. Nam & occultum si quid, abstrusumque fuerat, reddemus illustrius: aut sicubi nostram editionem calumniatur Iudæi, vel optime sese habere ostendemus, vel cur ab eorum codicibus varia sit, aperiemus: vel certe si quid erat ante deprauatum, in suum locum restituerimus. Quæ omnia maxime erant necessaria, quod minus forte vos allatrabant Iudæi, & in sacris litteris versari volentibus, qui Hebræicæ nesciant, tutior ad eas dabitur aditus, rectiusque eas interpretabuntur. Neque vero vniuersum veteris instrumentum ex Hebræico vertere placuit, quod & immensi penè sit negocij, & non ita necessarium, sed tantum quedam loca erant, vel restituenda, vel illustriora reddenda. Quod facientes, tum minus laborabitur nobis, tum minus scandali exhibebitur his, qui egre ferant, toties diuinas litteras immutari: quod & in Hieronymo non æquo animo accipiebat Augustinus, Septuaginta interpretes carpente, nouamque & diuersam ab illorum interpretationem adente. Proferemus autem ex Chaldaica editione, locos, Hebræos interpretes frequenter citabimus, ubi recte fuerint interpretati: ubi perperam, pro viribus resellentur. Græci etiam patres, ac peruiigiles in sacris litteris hierophantæ, non raro adducentur, quorum nobis vberissimam exhibuit copiam diuina bibliotheca, quam doctissimi, & omni virtutum genere clarissimi viri dominicus Grymanus Cardinalis, eiusque ex fratre nepos Marinus & ipse Cardinalis, omni librorum genere refertissimam in adibus nostris Venetijs erexerunt: quibus & laus apud pos

Philosophi
di corrupti-
simum
genus.

Fons sacra-
rum litte-
rarum.

Asteros, & in celo clarissimus locus, pro tanto erga genus humanum beneficio patebit: nostrorum quoque sa-
penumero vtemur testimonio, quorum forte longe plures haberemus, si per Auerroem, aliosque impios &
merendos sophistas licuisset: qui multa ac nobilissima ingenia infecerunt, & a sanctissimis studiis auerte-
runt. Nam post serè interpretatum Auerroem omnis illa plebiciorum philosophorum colluicis emerfit. Ne-
que etiam in dubium vocandum censo, sit ne hæc nostra Latina interpretatio diui Hieronymi, an non. Cur
enim id cuiquam dubium videri debeat? Nam apertissimis argumentis hæc illa esse editio cõprobat, quam
sanctissimus, doctissimusque Hieronymus Latinorum ecclesiis legendam tradidit. Primum enim si illius
non est, cuius obsecro? hæc enim eam non esse, qua tempore Cypriani, Tertuliani, Augustini, ecclesie vte-
rentur, ex his locis discimus, quos illi ex veteri citant testamento: qui adeo diuersi sunt ab his, quos nunc no-
stra continet translatio, ut vel hinc facili sit coniectura, aliam nostram esse ab illa interpretatione: patet id
ex Augustino, qui Genesim ad litteram exponit, dissonum ubique à nostro: idemque ex omnibus eius scri-
ptis licet cognosceri. Clarissimum vero id fit ex sermone eiusdem, qui ultima diuini aduentus dominica le-
gitur: ubi cum varia prophetarum de CHRISTI aduentu citasset testimonia, inter alia, hæc quoque in-
fert, veniat & alius testis. Dic tu Abachuc testimonium de CHRISTO: Domine, inquit, audiri audiuimus
tuum, & timui, considerari opera tua, & expani. Deinde infert, quæ sunt ista opera, ipse declarat propheta
dicens: In medio duorum animalium cognosceris. At hoc in nostris codicibus non inuenitur. Sume Aba-
chuc prophetam, & id testimonium apud eum non reperies: imò loco eius testimonij est alia sententia, hæc
scilicet, In medio annorum viuifica illud. Videtque quantum inter utrumque intersit. Septuaginta igitur
modo eum locum reddiderunt, ut videre cuique facile est. Hieronymus autem noster Hebræicam ve-
ritatē secutus vertit, ut hodie habetur in nostris codicibus, & bene, ut suo loco annotabimus. Alios ex aliis
theologis locos citare operæ precium non duco, quod sit per se perspectum, modo quis libros cõferre velit. Con-
stat igitur hanc nostram interpretationem antiquam illam non esse: si ergo alia est, ut certe est, aut ex Græco,
aut Hebræico versa est: quod ex Græco edita non sit, cum ex permultis locis est manifestum, tum illo præ-
sertim, Terra erat inanis & vacua. Græcè est ἀόρητος καὶ ἀνεργητός, id est, Inuisibilis & incomposita.
Quæ ut ex Hieronymo vacuæque scriptoribus cognoscitur, Septuaginta editio est: quam quæ enim alij fuerint
apud Græcos interpretes, nemo tamen eorum publice receptus est, præter Sept. Eorū itaque interpretatio nun-
quam Latina facta est, quæ etiam si Latina facta fuisset, non est tamen hæc nostra: citantur enim tum à Græ-
cis, tum à nostro Hieronymo pleræque ex editione Aquile, Symmachi, aliisque interpretantibus, inuenimusque
eos plurimum à nostris codicibus dissentire: si itaque ex Græco versa non est, relinquatur ut ex Hebræico.
Sed quis id ex Latinis præter Hieronymum præstare potuisset, quum veterum neminem habuerimus, qui He-
bræice scierit? Præterea hanc nostram editionē, veterem illam Latinam non esse, sed illam Hieronymi, pluri-
ma indicio sunt. Hieronymus enim super Genesim ad litteram, & super prophetas, citat suam & ipsorum Septu-
aginta, cõferimusque hanc nostram, inuenimusque illam esse, quam ibi ut suam profert Hieronymus. Locis
præterea, quos ipse testatur in Septuaginta editione non haberi, sed in sua quam nuper ex Hebræica veritate
adiderit, habentur in hac nostra. Tam illæ præfationes, quæ in hac nostra inueniuntur, cuius esse par est credere,
nisi Hieronymi? quæ & ipsius redolent eloquentiam, & sanctitatem: Cur ergo interpretationi non suæ adhi-
bitas esse crediderimus? Tanta præterea est huius nostre interpretationis elegantia, tanta proprietates, tam mi-
rabili prudentia vitat Hebræissimum, seque nostræ phrasi accommodat, ut alterius esse, quam eruditissimi
Hieronymi, minime ut credam adduci possim. Mouet quibusdam scrupulum, quod quedam loca in hac no-
stra perperam sese habeant, suspicanturque non adeo potuisse Hieronymum hallucinari: aueruntque hanc
suspicionem nobis semper inimici Iudæi, quorum non aliud opus, quam rebus nostris semper detrudere, sacræ
cerimonias, legesque nostras calumniari. Hi ergo & apud principes nostros, si quando de his rebus sermo inci-
dit maximis assertionibus iactant, nostram editionē corruptam, deprauatamque esse. Itaque impulerunt etiam
nuper Romanum principem, ut noua eo iubente fieret editio, quæ profecto minime erat necessaria. Si quid
enim in hac nostra diuersum ab Hebræica veritate inuenitur, perleue certe est, & quod vno apice resarciri
possit. Fateor in prophetis aliquid varietatis esse, quod varia etiam sit vocabulorum significatio, quæ tamen
prudentissime versa sit à Hieronymo. Huius nostre editionis dignitatē, vel id abunde testatur, quod ad eam
sepernumero recurrant interpretes Hebræi, sicut nos pleræque loca apud eos notauimus. Hanc si cum editione
Septuaginta contuleris, ausim hac vti similitudine, ut lucem ac tenebras à te collatas asserā: id quod nos toto
hoc opere ostendemus. Inuenimus certe hæc adeo fuisse ecclesiis necessariam, ut nisi hanc operam diuinus
Hieronymus nobis præstitisset, versari adhuc nos in multis erroribus certe necesse fuerit. Si quid enim in cõ-
putatione annorum Christiani ab Hebræis dissentimus, in causa fuit ipsorum Septuaginta editio: quæ cum
in cæteris, tum in hac re maxime est deprauata. Mitto reliqua, quæ à nobis sunt passim producenda: hæc
quoties cum Hebræica veritate contulimus, toties in magnas ipsius interpretis laudes erupimus, admirati
tantam maiestatem, tantam in transferendo prudentiam, tantum iudicium, tantum leporem, tantam per-
spicitatem: cuius semper sit nomen benedictum, quando aliud pro tanto munere soluere non possumus.

Auerrois.
Vulgata
editio an
sit diui Hier-
onymi.

Septuaginta interpretum versio.

Quamobrem non est cur ulla ratione de hac re dubitemus. Opera vero precium ducimus, quid nos in uniuersum de his editionibus sentiamus, exponere: saluo semper meliore iudicio. Prima sacrarum litterarum editio à Septuaginta sub Ptolemao Philadelpho, aut Ptolemao Lago facta est, quam & in Serapidis fano reposituisse dicitur. Nam quod ait Eusebius ante Alexandrum, & ante regnum Persarum, pentateuchum esse translatum, vix mihi credibile sit. Hæc igitur sive Græcarum litterarum cognitionem absolutam non tenerent, Septuaginta illi seniores, sive aliis exemplaribus uterentur, quam nunc, aut Hieronymi tempestate haberentur, sive studio quodam, deditaque opera vellem ita transferre, plurimum ab Hebraica veritate inuenitur dissentire. Quædam etiam apertissimam præferunt Græci sermonis imperitiam: in aliis maxima Hebraicæ linguæ ignorantia deprehenditur: dura alia, & vix intelligibilia. Hæc itaque editione, quantum Græcos autores legendo assequi potuimus, omnes, quæ Græcè loquerentur, orientis ecclesiæ utebantur. Aliorum enim interpretationes, ut Aquilæ, Symmachi, Theodotionisque publicè ab ecclesiis non ita receptæ sunt. Maxima enim præcipuèque reuerentiâ editioni Septuaginta deferrebat, ea passim in ecclesiis legebatur, eam interpretabantur sacri scriptores, ex ipsa testimonia proferebantur, sicut & apostoli fecerunt. Hæc post

editio Septuaginta quo tempore Latina facta sit.

Quid Hieronymum impulerit ad nouam editionem.

IESU CHRISTI aduentum, Latina facta est, circa ipsa Apostolorum tempora, vel paulò post. De cuius interprete, nihil comperti habetur, eaque passim occidentalis ecclesia, ut antea, sic etiam tempestate Hieronymi, utebatur. Quicquid scripturarum citatur à Tertulliano, Cypriano, Augustino, Ambrosio, ex hac depromptum est. Quæ, quia ex Septuaginta versa fuerat, eadem in ea errata contineri erat necesse, quæ in Græcis etiam codicibus inueniuntur. Quod cum esset Hieronymo, viro omnium doctissimo, maxime respectum, hoc impulsus est ut nouam editionem ex Hebraica veritate, non tam Latinis, quam etiam Græcis utilem moliretur. Quæ res fecit, ut in maledicta ac blasphemias hominum illius temporis frequenter incidere, quando etiam ab Augustino in eo obinratu est, licet ab eodem postea sit mirifice commendatus. Cùmque eius nomen toto orbe esset celeberrimum, receptus sensim ab ecclesiis est, amotaque illa antiqua Septuaginta editio eiusque editione usque ad hæc nostra tempora, vix Latina ecclesia est. Neque nos moueant rationes, quas ad infringendam hanc sententiam, hanc scilicet editionem Hieronymi non esse, attulit Paulus Forosempronienis episcopus, vir etiam doctiss. Vna enim ratione omnes soluentur: nam super Genesin ad litteram, aut libro Hebraicarum questionum, editionem Septuaginta emendabat, collatis editionibus aliorum interpretum. In interpretanda vero Hebraica veritate, aliud sequebatur: quod miror tantum hominem non vidisse. Reliquæ vero illius rationes adeo leues sunt, ut me ipsum in eius gratiam vehementer pudeat ab illo esse productas. Sed de his toto opere dicemus. De Psalterio, hoc sciendum: quod id quo nos passim in ecclesiis utimur, non est ex editione Hieronymi: ideo dissimillimum est psalterio Hebraico: quod enim hoc nostrum, ex editione Septuaginta sit, id argumentum est, quia nihil ab eo discrepat, quo tanquam ipsorum Septuaginta utuntur Græci. Quamquam igitur amota sit editio Septuaginta, & recepta Hieronymi, Psalterium tamen retentum est, eo quod passim in ecclesiis caneretur, fuissetque maxima perturbatio, si pristinum fuisset dediscendum. Nolebant etiam usque adeo improbare editionem Septuaginta. Emendatum tamen est à Hieronymo hoc nostrum psalterium ad Græcos codices, cum esset Romæ, sicut ipse testatur. Separatim autem vertit & ex Hebraica veritate Psalmorum librum, quem eius scriptis annumeratum inuenies. Quod autem de Luciani editione scribitur, facile super psalmos soluemus. Quæ cum ita sint, patet certe hanc Latinam editionem esse Hieronymi, qua nulla unquam sive apud Græcos, sive apud Latinos fuerit melior, elegantior, lucidior, dicam etiam Latinior. In qua si quid aut mendosum reperitur, aut ab Hebraica veritate dissonum, aut additum, aut detractum: vel nullius est momenti, aut scriptorum vitio contigit. Si qua vero alia est causa, ostendetur à nobis toto opere. cuius unius rei gratia hunc laborem ecclesiis, ut speramus, non inutilem suscepimus. Quod si Plato, atque alij in rebus suis Deum orare solebant, ne villo in errore versarentur, quanto aequius fiet id à nobis Christianis, ut Deum precemur, ne qua nostris animis illabatur caligo? Quod cum in omnibus est optandum, tum his in primis, quæ ad animi cultum, atque pietatem pertinent. Nihil autem hic pollicemur aliud, quam meras voces nos interpretaturos, neque quisquam à me expectet de rebus altissimis questiones, aut abditissimas explicationes: hæc enim sunt aliunde petenda, quod forte & ipsi aliquando sumus præstaturi.

psalterium quo utimur non est Hieronymi.

AVGVST.



Augustini Steuchi Eugubini

VETERIS TESTAMENTI AD
HEBRAICAM VERITATEM RECOGNITIO.

GENESIS CAP. I.



RIMVM vero annotandum videbatur, diuersam esse apud Græcos & Hebræos sacrorum librorum inscriptionem. Hebræi siquidem triplici inscriptione solent uti. aut enim ab inchoatione libri, aut ab autore, aut à materia, de qua in eo libro agitur, inscribunt. Itaque Genesis apud eos Bereschit vocatur, quod ab eis verbis liber ille inchoetur. sic & Exodus Semot, quod libri exordium sit vellefcemot. Eodem modo Leuiticus, inscribitur vaicra, id enim est libri initium. Eandemque rationem omnes pentateuchi libri sequuntur. Lamentationes etiam Hieremiæ, & cetera inscribuntur eadem de causa. Ab autore verò, ut omnium prophetarum libri, primi quoque duo libri Regum: libri Samuel vocantur, quod partim ab eo conscripti sint, partim ad ipsum omnia quæ ibi geruntur, referantur. Sic fortè & liber Iosue. Veri enim est simillimum, Iosue rerum suarum commentarios scripsisse, quamquam Hebræi dissentiant. Interdum à materia, ut Iudicum lib. de his enim potissimum agitur. Eodem modo omnes libri Salomonis. Liber quoque Paralipomenon Hebraicè vocatur Dibre haiamim, id est verba dierum, historia temporum scilicet, id enim maxime agitur in eo libro. Sic Hester & Iudith, quia de his præcipue ea historia est. Pentateuchus quoque libri Mose vocatur, quod ab eo testibus etiam Hebræis sint conscripti. de qua re sicut apud eos extat: משה כתב ספרו וספר איוב ופרשת בילעם Mosès, inquit, scripsit librum suum, librumque Iob, & ea quæ de Balaam narrantur: neque Cintelligunt alij de Balaam, nisi quæ in libro Numerorum scribuntur. Dicitur quoque Basilius fatetur & ipse hos libros Mosen conscripsisse his verbis in Exameron scribens, Μαωσις ποιηται οτιν η τιτω συγγραψιδ ταυτην καταβαλλομενος. Μαωσις ενεινος ο μαρτυρηθεις ασειος ειναι ωδε τω θεω, επι τω μαωσις αν. ον εισεποιησατο μηδ η θυγατηρ τδ φαραων, εξεθρεψε δε βασιλικως, τδς σοφους τδς κερυλιαν διδασκαλδς αυτω της παιδεύσεως επιτηρασου. hoc est, Mosès igitur huius libri autor est. Mosès inquam ille quem venustate, vrbanitatèque præditum, cum adhuc coram Deo infans esset, scriptura protestatur. quem adoptauit quidem sibi filia Pharaonis, sed cum regaliter educauit, sapientibus Ægyptiorum præceptoribus adhibitis. hoc idem prodit de Mosè Artabanus, qui commendata sapientia Mosès, & quàm à Deo diligeretur in eius rei fidem, hæc inter alia de eo scribit. κατακειθεις εις φυλακην μαωσις απο νεφερης τδ αργυριου βασιλεως, οτι τω ωθεινειασται τον λαον εξ αργυριου, απελθη νυκταρ ανοιχθεντος τδ δεσμοωτηριου κτ. βελησιν τδ θεω, εξελθων, κτ. εις τα βασιλεια παρελθων επιτηρασε νομιμαδω τω βασιλει, κτ. εξεγερεν αυτον, ο δε καταπλαγει τω γερνοπι, ενελευσε, τω μαωσι τδ τδ πωμφαντος επιτην ονομα θεου. κτ. ο μηδ παρεσοκρυφιας παρδς τδ εδς επιτην, ακουσαι δε βασιλεωδ, αραωδ επεσε, αλγεραττηθεις δε απο μαωσεωδ, παλιν ανεβιασε. Quorum hæc sententia est, propter eos qui Græce nesciunt: Cum in carcerem coniectus esset Mosès à Nechefre Ægyptiorum rege, eo quod conaretur liberare populum ab Ægypto: noctu solutus est, patefacto, Deo volente, ipso carcere. Egredessus autem, & in regiam irrumpens, astitit dormienti regi, cùmque exper-

Triplex ratio inscribere di libros apud Hebr.

בראשית

יושע

Pentateuchus à Mosè conscriptus. Iob.

gefecit. qui subito pauore perterritus, imperat Mofi, vt eius Dei nomen efferret, qui eum in regiam introuiffet. Mofes autem ad eius aurem acclinans infufurravit, quo nomine audito rex, subito exanimatus cecidit, fed confirmatus à Mofe rurfum reuixit. hæc ille: quæ obiter citata funt. De Tob libro testatur Origenes in antiquiffimis monumentis se reperiffe, Moyfen cum Hebræi in Aegypto grauiſſima feruitute premerentur, librum Tob circumferre folitum, vt illius viri exemplo, fortius ad eas calamitates perferendas omnes animaret. credimus igitur, cum Hebræis, eum librum à Mofe eſſe conſcriptum, Iofue vero, librumque Iudicum, & Rut, & primos duos Regum libros, partim à Samuele. Reliquos autem duos, librosque Salomonis ab Eſaia. Primum itaque inſcriptionis genus dimiferunt Septuaginta, ſecuti que ſunt tantummodo reliqua duo. Neceſſeque fuit eis nouas librorum inſcriptiones excogitare, ab eo, quod in quocunque libro contineretur. Igitur primum librum Genefim inſcripferunt, vt oſtenderent contra quàm gentiles opinarentur, cælum atque mundum aliquando cœpiſſe. Philon autem, Moſen autorem fuiſſe tradit qui primum fuorum librorum, Genefim vocarit. ita enim in libro de mundo refert: *ὁ τῶ ἱεραδων ἔθνης νομοθέτης μοῦς, γενεῖται καὶ ἀφθαρτον ἔφη κόσμον ἐν ἱεραῖς βίβλοις. εἰς δὲ περὶ τῶ πρώτης ἐπέγραψε γένεσιν, ἐν ἡ ἀρχῆ τῶν τρόπων τῶτον, ἐν ἀρχῇ ἐπιτίθεισιν ὁ θεὸς τῶν ἔργων καὶ τῶ γῆ.* hoc eſt: Gentis Iudaicæ legiſlator Moſes, genitum & incorruptibilem aſſeruit mundum in ſacris libris. Sunt autem quinque, quorum primum Genefim inſcripſit, qui hoc modo incipit, In principio fecit Deus cælum & terram. Veruntamen arbitror ipſe, Septuaginta, non Moſen eam inſcriptionem feciſſe. In cæteris item libris eandem rationem ſequuntur: aut enim ab eo, quo de agitur, vt ab autore eos appellat. Quos etiam nos ubique ſequimur, aliquando nomina græca relinquentes, vt Genefim, Exodum, Deuteronomium: interdum ea immutantes, vt Numeri, vt Cantica Salomonis. Bereſchit ergo apud Hebræos Genefis appellatur, quòd illud ſit libri initium, non quòd ea verba Genefim ſignificent, vt quidam in dogmatica panoplia dixit.

Tob lib. à Mofe ſcriptus.

Genefis, cur ſic inſcriptus.

Bereſchit.

In præpoſitionis. γῆς apud Hebr. Pſal. 88. Dent. 18.

Proverb. 3.

Pſal. 32.

In principio, id eſt, in filio.


In principio.] Præpoſitio, in, apud Hebræos inuenitur etiam ſæpenumero ſignificate, cum, maxime quando inſtrumentum & τὸ μηχανικὸν denotamus: vt eſt illud, In haſta mea percuſſi eum. Et, Præualuit Dauid contra Philiſteum in funda & lapide: id eſt, eum funda & lapide. Et illud: Viſitabo in virga peccata eorum. Et illud: λιθοβολήσετε αὐτοὺς ἐν λίθοις, id eſt, lapidabitis eos in lapidibus. Vbi niſi ſciremus huius præpoſitionis proprietatem, fortasſe laboreremur. & alia innumera, quæ paſſim occurrent: de qua re nos in libro de locutionibus Hebraicis, plura ſcripſimus. Eadem phraſi vtuntur & Græci quandoque, vt Homerus in Iliade, de interitu patriæ ſic. καὶ νῆπτα τεκνα, βαλλόμενα πηγήνῃ, ἐν ἀγῆ διώτηται, id eſt, & ſua pignora matrum, Allidentur humi ſauos agitate ſurore. Sæpe quoque cauſam atque autorem ſonat: vt, In manu domini facta ſunt omnia: ipſa nimirum fecit &c. Omnia in ſapientia feciſti: ipſa videlicet omnia inueniente, & in lucem promente. Et Salomon ἐν τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσεν τὴν γῆν, ἠτοίμασεν ἔργων ἐν φρονήσῃ, id eſt, Dominus in ſapientia fundauit terram, parauit cælos in prudentia. qui loquendi modus abhorret ab uſu noſtro. Et illud וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אֶת הַשָּׁמַיִם וְאֶת הָאָרֶץ id eſt, in verbo domini cæli facti ſunt, quam præpoſitionem prudenter omiſerunt Septuaginta. Potuit igitur verti, In principio & cum principio. Vranque interpretationem Græci maxime & Latini amplecti videntur, cum exponunt, in principio in initio, inchoationeque temporis: & in filio, vt dicamus in principio, id eſt cum filio Dei: vt, in, ſignificet autorem & cauſam, & id quod eſt Græcis ἀπὸ. Quòd à noſtris theologis tum Græcis tum Latinis minime abhorret, vt Origenes, Baſilio aliisque: Baſilius contra impium Eunomium, πῶς καὶ κατὰ ἡμᾶς ἀπὸ τῶ ἱεῖ, τὰ πάντα, ὅτι τὸ θεῶν βούλημα, οἷον πατρὸς ἴσως, τῆς πρώτης αἰτίας ἀφορμὴν, ἀπὸ τῆς οικείας, εἰκότως τῶ θεῷ λόγου παρέβαινεν εἰς ἐνέργειαν, id eſt, quomodo etiam ſecundum nos, omnia per filium facta ſunt: certe quia diuina voluntas, ex prima cauſa tanquam fonte progreſſa, per verbum tanquam propriam Dei imaginem, in operationem procedit. Alibi quoque. θεὸς γὰρ θεὸς δυνάμεις καὶ θεὸς ſοφία, καὶ οὕτω πάντα δι' αὐτῶ ἐγένετο, καὶ πάντα δι' αὐτῶ, καὶ εἰς αὐτὸν ἐπίστει. Chriſtus, inquit, Dei poteſtas, & Dei ſapientia eſt, atque ita omnia per ipſum facta ſunt, & omnia per ipſum & in ipſum condita. Et Auguſtino ex latinis, Hilarioque & Leone Papa: qui vna voce: In principio creauit, &c. exponunt in filio. Atque tunc neceſſe eſt, dicamus vel per filium, aut cum filio.

Principio.] Hebraice רִאשִׁית reſſchith, nomen à capite deductum, ros propterea omne initium, inchoationemque ſignificat, ſiue temporis, ſiue loci, ſiue operis, aliarumque rerum principia:

Aprincipia: quorum copioſa ubique occurrent exempla. Hic temporis inchoationem ſignificare videtur, patetque id ex additione Chaldaica, quæ loco reſcith habet cadmin. Quæ vox Chaldaicis, temporis exordium ſonat, ideoque Hebræi, maiores veteresque ſuos appellant cadmonin. quanquam eadem vox inueniatur pro mundi anteriore parte poſita, id eſt ſolis ortu. ideo non ad exordium temporis tantum eſt referenda. Interpretari autem in filio, non tam Chriſtianorum, ſed etiam antiquiſſimorum theologorum eſt opinio. Mercurius enim in filio Dei, omnia eſſe condita clariffime pronunciauit, apud quem ſic extat, ὁ δὲ γῶς ὁ θεὸς ἀρρενοθήλος ὢν, ζῶν καὶ φῶς ἀπεκάλυψε λόγον, ἕτερον νοῦν, δημιουργὸν, id eſt, mens autem Deus, cum matris atque ſœminæ vim haberet, vitæque eſſet & lumen, peperit verbo alteram mentem opificem. Et paulo inferius: ἄγιος εἶ, ὁ λόγος συνηστέλλων τὰ πάντα, id eſt, benedictus es, qui verbo vniuerſa condidiſti. conſimile illi λόγῳ κυρίου ἔργων ἐπὶ τῶν θησων. & quod ab Athanaſio in Arrianos depromitur, ὁ δὲ λόγος ἔστιν αὐτῶ ποιητικὸς καὶ δημιουργός. verbum inquit eius eſt operatiuum, atque opifex. quod autem per verbum intelligat filium Dei Mercurius, clarum eſt ex aliis locis. Hanc opinionem deprauarunt poſtea Platonici, vt nos in libro contra theologiam Platoniorum oſtendimus. Neque tamen fateor Mercurium, quid diceret, penitus intellexiſſe. Sentit quidem & Auguſtinus, eum diuinitatem filij intellexiſſe: cuius ſententiam citat ex eo libro, quem ille inſcripſit λόγος τέλειος. in quo præter cætera illud quoque reperitur: filium enim ſic alloquens, ait: Filius benedicti, atque bonæ voluntatis, cuius nomen non poteſt humano ore narrari. Secunda quoque Chaldaica additio in principio vertit, אֲנִיכְוּר id eſt in ſapientia, quod quàm ſit noſtris theologis conſonum, planè intelligis, præſertim Origeni, viro qui nihil neſciret, quique vetuſtatis eſſet ſtudioſiſſimus: cuius ſententiam citans Theodoritus inquit, ὁ δὲ ἀειγῆτος τὸ ἐν ἀρχῇ βέλεται ἀπὸ τῶ ἐν σοφίᾳ τῆς ἐν ἱεῖ. Origenes inquit, illud in principio creauit, vult pro eo poſitum, quod eſt, in ſapientia, hoc eſt in filio: quanquam ſint, qui putent id in additione Chaldaica eſſe cabaliſticum. Quibus an fides adhibenda ſit, nos in libro contra cabaliſtas explicuimus. Auſi etiam quidam ſunt apud Græcos vertere in principio, ἐν κεφαλῇ, id eſt in capite: exponebantque hoc ἀθρόως id eſt ſimul, vt omnia ſimul condita dicerent. quos citat Baſilius in Exameron.

Creauit.] Aduertendum hic, non eſſe omnino veram differentiam illam theologorum, qua dicunt creare actionem eſſe diuinam, qua ex nihilo aliquid producat: facere vero materiam præexigere, vt aliquid ex aliquo fiat. primo enim vbi noſtra additio habet create, Hebraice eſt בָּרָא barà, quod omnem ferè actionem, & formationem ſignificat. Septuaginta quoque verterunt ἐποίησεν, quod verbum nos ſemper facere interpretamur. Inferius quoque inueniemus, creauit Deus cete grandia, creauit hominem. patet autem tam eiufmodi animalia, quàm ipſum hominem ex aliquo facta fuiſſe, quæ tamen dicimus non facta, ſed creata eſſe. Facere igitur atque creare, hoc proprie differunt, quòd facere generale eſt, tam animatorum, quàm eorum quæ anima carcant: at creare proprie de his dicitur quæ per propagationem gignuntur: vnde ſit etiam procreare, quod ad prolem tantum refertur. creatur ergo ab homine homo, domus autè fit. Quia vero Deus non tam à nobis, quàm gentilibus pater mundi appellatur, propterea ab eo mundum genitum ac creatum dicimus: ſic enim de hac re extat apud Platonem in Timæo, θεοὶ θεῶν, ἂν ἐγὼ δημιουργὸς πατέρα τε ἔργων ἀ δι' ἐμοῦ γνόμενα, ἀλυτῶ ἐμοῦ γὰ ἐθέλοντος, id eſt, dij deorum, ea res, quarum ipſe pater, reperorque extiti, nõ poſſunt me nolente interire. Et ab autore grauiſſimo atque vnigenam procreauit. Ecce ipſe linguæ latinæ princeps, procreatum à Deo dicit hunc mundum. Tam igitur Septuaginta, quàm Hieronymus optime ſunt interpretati: ſed hoc Hieronymi clari operationem illam diuinam explicat. Nam & Mercurius dicit Deum hunc mundum genuiſſe, ac procreaſſe: Sed aduerte, quia fortè & Mercurius & Plato & Marcus, idcirco genuiſſe Deum hunc mundum aſſerunt, quòd non ſolum animal, verum etiam Deum mundum putarent: quod & à vera philoſophia, & Chriſtiana veritate maxime abhorret, niſi rectè eorum ſententiam interpretemur: quòd autem magis ad veritatem ſit Deum aſſerere mundum creaſſe, quàm feciſſe, ex his compertum maxime eſt, quæ à Ioanne Grammatico in primo de generatione ſcribuntur, qui hoc modo eam rem explicat. καὶ ἐντέθειν τὴν ἀγίαν ἔχεις, δι' ἡὸ ἔφάνετα ἀειστοτέλης ποιητικὸν ἕνα λόγον πᾶν θεῶν τῶ νόμου. εἰ γὰρ ποίειν ἐστὶ τὸ καὶ ποιότητι μεταβάλλειν. ὁ δὲ θεὸς τῆς ἑστίας τῶ παντὸς ἐστὶ δημιουργός, δηλοῦ

1277
In filio.
Mercurius Trismegistus.



Create & facere quomodo differunt.

Procrearet Deus pater mundi dicitur.

Mundus procreatus a Deo.

ἔπι οὐκ ἐν κρείως λέγειται ποιεῖν τὸν κόσμον ἀλλὰ μᾶλλον δημιουργεῖν καὶ κατασκευάζειν. hoc est, atque hinc D ratio tibi aperta est, quamobrem Aristoteles non videtur fateri causam effectricem huius mundi esse Deum. nam si facere est secundū qualitatem immutare, Deusque vniuersi opifex esse dicitur; non proprie dicitur hunc mundum fecisse, sed potius extruxisse, aut produxisse. Et paulo infra, Διὸς τὸ πρῶτον ἀεὶ ἔδαμοσ φάμεται τὸν θεὸν ποιητικὸν αἴτιον τῶ κόσμου, ἔπειθ' ἡ γὰρ τὸ ποιητικὸν, τὸ φησὶν εἶναι, τὸ Διὸς ὁδοὺ πινος καὶ γενέσεως ἄρον εἰς τὸ εἶναι τὸ γινόμενα, ὃ δὲ θεὸς ἔ μὲν ἡρώσῃ ποιεῖ, ἔδ' ἄτελλῃ, Διὸς τὸ πρῶτον, ἔ ποιητικὸν αὐτὸν φησὶν, ἀλλ' ἢ κατασκευάζον αὐτὸν δεῖ καλεῖν, id est, propter hoc igitur nusquam videtur Aristoteles protulisse effectricem mundi causam esse Deum: asserit enim facere nihil esse aliud, quàm via quadam, & per modum generandi, aliquid in lucem efferre. at Deus neque tempore operatur, neque sine subita perfectione. ex eo igitur negat eum mundum effecisse, sed magis dicendum esse eum produxisse. Hæc quæ citauimus ex Ioanne videntur cum nostris theologis conuenire. Athanasius tamen eum in eos inueheretur, qui ex aliqua subiecta materia mundum à Deo effectum esse contenderent, eos refellit ea ratione: quia si vera hæc essent, Deus non factor, sed opifex, vel fabricer potius appellaretur, innuens proprie Deum appellari factorem, quòd ex nihilo omnia condiderit, eius verba hæc sunt contra Arrianos, εἰ δὲ θεὸς ἔξ ἑλκῆς ἐργαστέμενος, καὶ συμπθεῖς, ἔλλωπι- κὸν φρόνιμα, καὶ τεργήτης, ἔ ποιητὴς ἐν κρείως ὁ θεός.

Deus factor, non opifex seu fabricer mundi.

אליהם

Creauit dii.

אבות

Deus.] Hebraice אליהם nomen plurale ductum, ab אלה eloha eius singulari. Dubium itaque videtur, cur vocem verbi singularem, nomini plurali addiderit, vt diceret creauit elohim, ac si dixisset creauit dij, quod non solum hoc loco, sed toto etiam veteri testamento positum reperies. Quidam Hebræorum dicunt, eum Hebraicæ linguæ morem esse, quæ & Ismaelitæ & Itali sequantur, vt principes atque optimates viros nomine plurium saluent, atque appellent: eadem ratione & sacram scripturam, Deum deos appellare: idque non solum in hac voce, sed aliis etiã diuinis nominibus, vt est Adonai, plurale enim est hoc, sicut & illud, quo loquendi more non modo erga Deum vti Hebræos, verum etiam ipsos homines. Nam quis herum suum vocans dicere posset adonai, id est heri mei: vt dicimus Italicè vos fecistis, ad vnum tantum fermonem dirigetes: quod & in hac voce fit bahalim, id est, heri, multasque esse eiusmodi voces, quæ peculiarem aliquam personam, nomine plurali denotent. Atque hoc modo tuentur se Hebræi, quorum dicta si vera essent, frustra nos Christiani ab eo nomine testimonium peteremus, diuinã trinitatem ex veteri testamento asserere volentes. Scire itaque oportet, nos sæpenumero in torquendis sacris litteris, intolerabiliores esse, quod faciunt concionantes: vt enim multa sunt in veteri testamento, quæ ad Christum spectant, ita sunt pleraque, quæ ad illa tempora sunt tantummodo referenda. Iudæi tamen quo suos errores tuerentur, veritatique tenebras offunderent, falsas multis in locis interpretationes excogitarunt. Igitur credere par est, in sacris litteris longe aliam esse diuinarum rerum, atque humanarum rationem, ita & alium habere sensum, quæ deū exprimant, quàm quæ hominem, resque humanas. Non est igitur, cur credamus, si qua loquendi consuetudine in rebus diuinis vtimur, eademque vtamur in rebus humanis, subito consequi, vt eadem sint. inuenimus enim, id nequaquam verum esse, vt verbi causa in hac sequatur, qua phrasi Græci atque Latini maxime delectantur, non consequitur, vt si eodem modo loquatur Deus, subito de vno tantum intelligendum sit; vt deus eo modo loquatur secum. Hebræi etenim illud, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et illud rursum, venite & descendamus & confundamus, exponunt & ipsi vt nos. sed ipsi dicunt Deum Angelos alloqui, nos patrem ipsum filium. Itaque nomen elohim, significare S. trinitatem, multa possunt esse argumento. Principio enim, Elohim & Deum significat, & angelos, & præclaros viros, ac iudices, vt nos alibi dicturi sumus: nusquam vero eo nomine peculiarem angelum aut iudicem denotamus, sed multos simul. Cur ergo & cum deum significat, non ad plures illud referamus? neque alia certe debet esse hic, atque ibi ratio. Præterea quòd aliquam pluralitatem cum ad deum refertur, complectatur, illud quoque indicio est, adiungitur enim & verbis & nominibus pluralibus, vt Iosue יהוה אלהים id est, quia dij sancti est, id est quia deus sanctus est. capite quoque xxxv. inferius inuenimus אלהים נגלו אליו האלהים id est, quia ibi apparuerunt ei dij. capite quoque xx. אלהים אתי באשר והתעו אתי אלהים id est, postquam abduxerunt me dij, quem locum nostra æditio interpretatur. Postquam eduxit me deus de domo patris mei, qui etiam aliis innumerabilibus coniecturis cognoscimus nomen illud non sine diuino quodam mysterio, per plurale efferri, præsertim cum id nulla

Trinitatem significare.

Iosue 24.

Gen. 35. Gen. 20.

Ajd nulla necessitate fiat: inuenitur enim eius singulare eloha. cur itaque placet magis sacris litteris Deum elohim appellare, quàm eloha: nisi mysticè id fieret? plura de hac re referre superfedeo, quòd aliud agamus. Sunt enim etiam qui opinentur, idololatriæ errorem ex hoc potissimum nomine pullulasse, Deosque plures opinatas gentes fuisse, cum tam hoc, quàm alia peruerse interpretarentur, vt diluuium Deucalionis, cui tot commenta gentiles affixerunt: cum certe Deucalion, ipse Noach fuerit, vt nos aliquando probaturi sumus. Cur & Berofus Chaldeus de tempore illo scribens, dicit: Noach Deorum fuisse venerantissimū: nisi quia fortè legerat historiam Hebraicam, & inuenit ibi traditum Elohim, id est Deos creasse mundum, & eosdem colere solitum Noach: quæ tamen ita referuntur à nobis, vt neque probemus, neque improbemus. Elohim vero & Deum & dominum vertere possumus, sicut promiscue id nomen Septuaginta & Hieronymus interpretantur. Neque hoc ostendit, hanc additionem non esse Hieronymi, vt conatur Paulus episcopus Forosempronienfis probare, siquidem & nomen Tetragrammaton Septuaginta interpretantur κύριον, id est dominum, quos & Hieronymus sequitur.

Deus cur potius Elohim, quam Eloha. Elohim vox idololatriæ causa fuit. Idem fuit Deucalion. qui et Noach.

κύριον κύριος.

Terra autem erat inanis & vacua.] Hebraice quoque duo nomina ponuntur, quæ idem pollent תהו ובהו tohu vaohu, id est, inane & vacuum, Quamquam igitur nomina diuersa sint, res tamen eadem est. Colligitur autem ex omnibus locis, vbi ea nomina reperiuntur, ea significare modo inanitem, ipsūmodo nihil: modo vastitatem, ac ruinam, & quasi deformitatem. Ideo Septuaginta verterunt, ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, id est, inuisibilis & incomposita: eius rei deformitatem atque vanitatem optime exprimentes. Respexerunt autem, vt puto, ad Chaos ab antiquis celebratum, cuius corpus ex confusis elementis erat conflatum, quæ res faciebat, vt & inuisibile esset, propterea quòd ignis in aliis elementis delitescibat, & incompositum ob eandem causam. Quid enim differt id quod de Chao ab Ouidio refertur, & quod à Septuaginta hic de ipsa terra: cum ille rudem indigestamque molem ipsūm appellet, hi vero incompositam: de ipso Chao ergo senserunt hic Septuaginta: quanquam mihi non satis compertum sit, an idem sit terra inanis & vacua in sacris litteris, & Chaos apud gentes. Nam si Chaos elementorum confusio est, constat certè ante mundum conditum aliquid extitisse, quod sacris scripturis aduersatur. Plato enim deum in condendo mundo, nihil aliud vult fecisse, quàm confusa elementa in ordinem redeigisse, cuius sententiam explicans Tullius, inquit: Hæc nimirum gignendi mundi causa iustissima: nam cum constituisset Deus bonis omnibus explere mundum, mali nihil admiscere, quoad natura pateretur, quicquid erat, quod in cernendi sensum caderet, id sibi assumpsit, non tranquillum & quietum, sed immoderate agitatam & fluctuans, idque ex inordinato ad ordinem reduxit, hæc ille. Si itaque terra inanis & vacua Chaos est, fuit ergo aliquid ante mundum conditum, atque ita cum gentibus sentimus. Optimum igitur fuerit quid nos de ipso Chao sentiamus, exponere: neque enim diuersa est antiquorum opinio à sacris litteris, ex hoc enim Genesis loco sumptum est Chaos. Audeamus igitur, sicut facit & Plato, nominis etymologiam explicare, quæ fortè si non vera, proxima saltem vero erit. Sciendum igitur omnes ferè antiquissimarum gentium theologorum opiniones ex sacris litteris acceptas esse, quamquam illi eas vel propter diuersitatem linguarum, vel diuturnitatem temporum longe immutarint, vt quod de diluio modo dictum est, & quod de Gigantibus traditur: cum hi & tempestate Noach, & paulo post fuerint, neque hi alij ab his qui ibi traduntur sint. sed de hoc alibi. Chaos itaque ex sacris litteris est acceptum, quæ vt omnium sunt antiquissima, ita ab omnibus illo primo tempore cognita. Quidquid enim de mundo condito, de creatione Adam, de Gigantibus, & de his quæ post Noach successere, accidisse narratur, necesse est per singulas ætates ab vsque Adam commemorata fuisse. Moyses quoque non tam quæ ex ore diuino excipiebat, scripsit, quàm quæ ferebatur passim ea tempestate. Ideo & Mercurius qui proximus illis temporibus fuit, maxime Moyssi consentanea scripsit. Erat ergo apud vetustissimos homines opinio, fuisse ante mundum conditum, æternam quandam priuationem, æternas tenebras, sempiternamque caliginem, è qua mundum Deus effecisset, id est quatuor elementa, cum in mundo nihil sit aliud, & quoniam in illa æterna priuatione omnia indigesta ac permista delitescerant, propterea appellata est ἀταξία, id est, inordinatio: quod postea non ita probe intelligentes posterius theologii, crediderunt hæc priuationem fuisse iam existentium elementorum confusionem, id est, Chaos. Sed profecto hæc vera fuit apud vetustissimos de Chao sententia. Chaos itaque est sempiterna illa ante creationem mundi priuatio, sempiternum illud nihil, densissimæ non existentium rerū

Chaos.

Terra inanis & vacua, et Chaos, an idem sint.

Mercurius Moysi consentaneus. Chaos quid, et unde dictum.

Tenebrae quid. tenebrae: neque enim hic tenebras appello, quae luci opponuntur, sed ipsum non esse. Quod nomen cum Graecam etymologiam non admittat, putamus ab Hebraico sumptum esse, ut pleraque etiam alia inde sumpta sunt. Mensura enim nomen est Hebraicum, saccus quoque, similiter quod dicimus vado, illi dempta vna syllaba, va, vel ba, quo & lingua Italica vtitur. Et rachamare Hebraicum est, infinitaque sunt alia, quae piget referre. Itaque cum ab vna lingua in altera transeunt nomina, maxime solent immutari. Littera igitur th apud Hebraeos, & ch maximam habent in scriptione affinitatem. Prima enim sic η, altera sic η, scribitur. Quod itaque erat in sacris litteris, & apud Hebraeos thou, gentes per linguam diuersitatem, chou appellauere. Facillisque est a chou ad Chaos transitus, maxime in definitione Graeca, in qua omnia ferè Hebraica nomina siue in u, siue in i desinant, in os mutantur. Quod autem dictum est de thou, idem dicendum etiam de bou, vna tantum littera commutata. Quare fortasse non sentit recte Aristoteles, qui Chaos ἀπὸ τῆς χάραξ dici putauit, quasi veteres illi Chaos putassent esse omnium rerum receptaculum, quod plurimum abest a vero. Minus quoque Proclus, qui putat Orpheum per Chaos, materiam primam intellexisse, ut est illorum hominum mos, omnia in sua dogmata torquere, etiam quae sint fabulosisima. Itaque quod Hesiodus de Chao refert:

Ἡ τοι μὲν ἀρχὴ χάραξ ἦεν, αὐτὰρ ἔπειτα.
 Γαί' ἐκέρπειρος πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ. id est,
 Exiit ante Chaos, post haec latissima tellus,
 Quam super inmixtum pondus rerum incubat omne.

Idem est cum eo, quod hic in Genesi traditur: Terra erat thou, & bou: id est, terra erat nihil. Tam enim Hesiodus, quam sacrae litterae per terram totum intelligunt mundum, eo quod ei sunt admista, & annexa reliqua elementa. Ille igitur dicit ante terram fuisse Chaos, id est, nihil. Genesis autem, terram fuisse nihil, est enim phrasis Hebraica, antequam enim terra effecta fuisset, erat ipsum nihil. His consentanea etiam sunt quae a Mercurio de eadem re traduntur, qui in suo Pimandro sic inquit. Ἐν σκότειν ἄπειρον ἐν ἀέρι, καὶ ὕδωρ καὶ πνεῦμα λεπτὸν πορὸν διδάμει θεία, ὅσα ἐν χάραξ. Erant inquit tenebrae infinitae in abyfso, & aqua & spiritus tenuis intelligibilis, quae diuina virtute erant in ipso Chao. Tenebras itaque appellat sempiternum illud nihil. Quod autem dicit eas fuisse in abyfso, idem est quod & facrae recentent litterae, & tenebrae erant super faciem abyfsi. tantum in phrasi, & loquendi modo differunt. Idem vero est apud Mercurium tenebrae, abyfsum, & Chaos, quod & in sacris litteris thou & bou, & tenebrae & abyfsum. Sicut ergo diximus terram, id est, mundum fuisse thou & bou, id est nihil: sic postea repetimus idem explicare magis volentes, dicimusque tenebras fuisse in abyfso. Per abyfsum enim hic nihil aliud intelligitur, quam profunditas illa tenebrarum, non existentium rerum, & quasi aeterna nocte sepulcrarum. Nox igitur illa aeterna tam a Mose, quam a Mercurio abyfsum nuncupatur. Quod autem tam Moyses, quam Mercurius addunt aquas, idem est: per has enim intelligimus ipsam iam memoratam abyfsum. Neque enim nos turbare debet, quod varie loquantur, idemque per varia nomina significent: ea enim theologorum est loquendi consuetudo. Per tenebras ergo, abyfsum, aquam & thou & Chaos idem significant. Addit postea Mercurius nihil a Mose dissentiens, Et spiritus tenuis & intelligens, existens in Chao: nimirum spiritus sanctus, qui per aeternam illam priuationem ferebatur, diuinitateque sua fruebatur: nihil enim ope indigebat aliena, ut esset. Ab infinita igitur aeternitate fuerunt tenebrae illae: fuit & Deus, cuius spiritus per vastam illam aeternitatem agitabatur, ac viuebat. Idcirco addit Mercurius, quae diuina virtute erant in ipso Chao. Quis enim non intelligit diuinitatem ipsam cum illa priuatione semper extitisse: quanquam hoc non sit aliud, ac si diceremus: Deus semper fuit, cum nihil aliud esset. Chaos itaque, & thou, & bou, & nihil, idem sunt. Propterea Aquila, secundus post Septuaginta, interpres, thou & bou, vertit κένωμα καὶ ἔθειν, vanitas & nihil. Symmachus autem ἀρηὴν καὶ ἀδύνατον, ociosum, & indigestum, id est inanitatis & priuationis confusio. Theodotus autem κενὸν καὶ ἔθειν, hoc est inane ac nihil: cum quibus sentit & Chaldaica aeditio, quae & ipsa habet. חֲוָהּ וְהוּא חֲוָהּ hoc est, & terra erat deformata & inanis. Neque me praeterit permultos esse tum Graecos, tum Hebraeos, qui ea omnia, quae diximus, aliter interpretentur: ut primum dicant caelum, ac terram facta esse, terram vero ideo fuisse obscuram & informem, quod aquis tegetetur, quarum tanta esset magnitudo, ut supra sidera etiam pertingerent, meritoque eas, abyfsum appellatas esse. Abyfsum enim

Tenebrae, abyfsum, chaos Mercurio idem.

Chaos, Thou, Bou, Nihil, idem significant.

Gracorum et Hebraeorum de Chao opinio.

Abyfsum.

Anim profunditas est aquarum, super quam abyfsum erant diffusae tenebrae, cum lux adhuc effecta non fuisset. Spiritus autem domini: id est, ventus quo illae aquae agitabantur, vel certe spiritus sanctus, qui futuram distinctionem meditabatur: Totam autem illam aquarum & terrae congeriem, Chaos antiquos appellasse. Certum quoque esse etiam diuinarum scripturarum testimonio aquas supra caelos adhuc esse, inter quas, & has nostras, positum sit firmamentum. Quam interpretationem tamen non improbo, verior tamen mihi videtur, & cum antiquitate magis sentiens, quam ipsi attulimus. Quod autem quidam Hebraei thou & bou, ad materiam primam referunt, ut thou sit ipsa priuatio materiae, bou desiderium eius, & aptitudo ad formas, non tam est Mosaicum, quam Peripateticum. Hebraei siquidem eadem qua & nos consuetudine corrupti sunt, ut sacras litteras ad placita Aristotelis, atque Auerrois voluerint torquere. Infinitaque huiusmodi extant apud eos deliramenta. Neque vllus prope apud illos liber inuenitur, quin sit & placitis & vocabulis philosophorum corruptus. Iamque apud eos inuenitur haecceitas, quidditas, relatio, & id genus. Nulla itaque ratione credendum est, quod de materia prima commeti hic sunt. Hyle enim, id est, prima materia, inuentum est philosophorum, quam ne somniauit quidem Moses, ut attestatur Origenes, & Eusebius: de qua re nos alibi copiosius. Qui ergo thou & bou, materiam primam interpretantur, cum toto caelo, ut aiunt, a sacris scripturis dissentiant: audiant quid Ioannes indultus, vir non tam optimus Christianus, quam sapientissimus philosophus, contra Proclum, qui per ataxiam & Chaos putauit Platonem materiam primam credidisse, vo ciferetur. ὡς τε μῦθος ψευδὴς ἢ καὶ τὰ ἀσωμάτα τε καὶ ἀσπόμενα ἢ ἀποδεδευστα, καὶ μὲν οἱ πλάτωνα καὶ λοιποὺς τῶν ἀρχαίων κερταλόγους πλεὶς καὶ αὐτῆς ἐπισημασσομένης. id est, Quapropter fabula commentitia esse demonstrata est, incorporae & informis materiae cui innituntur autoritas, etiam si sexcenti Platones, reliquique antiquorum catalogus huius opinionem inuexerint. Haec in medium attulimus, quia plerique ex nostris etiam praestantissimi viri fidem Hebraeis adhibere voluerunt, qui ut in reliquis omni laude superiores sunt, ita in hoc, meo iudicio, non sunt admittendi.

Spiritus Domini, quid, Chaos.

Hyle, philosophorum inuentum.

[Super faciem abyfsi.] Facies dimitti poterat, sicut omittitur a Septuaginta, qui hunc locum vertunt, καὶ σκότειν ἐπέκειτο ἐπάνω τῆς ἀέρος. hoc est, & tenebrae incumbebant super abyfsum. Et quemadmodum ipse noster interpres omisit ibi: Spiritus domini ferebatur super aquas: Hebraice enim dicitur super facies aquarum. Solent ergo Hebraei his aduerbiis contra & super ut plurimum adiungere faciem, dicentes contra faciem deserti, contra faciem firmamenti, & super faciem terrae, contra faciem terrae. In nostra itaque & Graeca lingua facies taceri debet, nequid aliud finistrum suspicari contingat: super abyfsum, super firmamentum dicentes: nam neque aliud Hebraice significat.

Contra faciem, super faciem, hebraismus.

[Spiritus Domini ferebatur.] Spiritus Hebraice: πνεῦμα estque ambiguum & ad ventum, & ad spiritum sanctum, reliquosque spiritus, ut ait Basilius contra Eunomium. πνεῦμα λέγεται καὶ ἀνθρώπου, ὡς τὸ ἀνατελεῖς τὸ πνεῦμα αὐτοῦ καὶ ἐκλήθησι πνεῦμα καὶ τὸ τῷ θεῷ ὡς τὸ ἐμὴ καταμένη πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τέτοις καὶ τὸ ἀνεμίαιον, ὡς τὸ πνεῦσι πνεῦμα αὐτῶ καὶ ρησεται ὕδατα. καὶ ἕτεροι πολλὰ εἴρηται ἄν, hoc est: Spiritus etiam hominis est, ut illud: Auferes spiritum eorum, & deficient. Diuinus etiam est spiritus, ut illud: Non permaneat spiritus meus in hominibus his. Ventus etiam dicitur spiritus, quale illud est: Flabit spiritus eius, & fluet aquae: multosque alios quis inuenire poterit. Sed quia hic additur domini, constantissime asserendum videtur, de spiritu sancto hic loqui Moysen. Vtrunque testatur & diuus Basilius sic scribens, εἴτε τὸτο λέγει τὸ πνεῦμα τῷ ἀέρος πλεῖν χύσιν, δέξαι τὰ μέρη τῶ κόσμου συναρρημαδύνει σοι τὸν συζητήσια. εἴτε καὶ ὁ μᾶλλον ἀληθέστερον ἔστι, καὶ τοῖς παρὰ ἡμῶν ἐγγελευθὲν πνεῦμα θεῶ, τὸ ἄγιον εἴρηται. id est, Si hunc dicat spiritum, aeris videlicet diffusionem, cognoscere totius mundi partes connumerantem tibi scriptorem, aut certe, quod etiam verius est, & a nostris maioribus comprobatum, spiritus Dei, hic spiritus sanctus appellatur. Variant & nostri, alij ventum, alij spiritum sanctum hunc esse asserentes. Hebraeorum ferè omnes interpretes, de vento hic dici volunt. Praesertim Auen Ezra, qui hoc loco haec refert חַוָהּ וְהוּא חֲוָהּ וְהוּא חֲוָהּ hoc est, ventus domini, quia diuina voluntate missus fuerat, ut exficcaret aquas. Theodoritus constanter affirmat, de vento hic esse sententiam: habita enim mentione de aqua, de terra, de caelo, atque igne, congruum quoque fuerat ut de aere aliquid referret: soluit etiam quod huic sententiae aduersari videretur, sic: εἰ δέ τις τὸτον ἢ παρορθεταί τὸν λόγον, ἐπειδὴ γέγραπται πνεῦμα θεῶ ἐπαρέρετο ἐπάνω τῷ ὕδατος. αἰουμένη δέ τις τῶν μαλακίαις δαβὶδ λέγοντος καὶ τῷ θεῷ τῶν ὄλων. πνεῦσά τὸ πνεῦμα αὐτῶ, καὶ ρησεται τὸ ὕδατα.

Spiritus multiplex. Gen. 6. Psal. 147.

Spiritus, ventus.

Theodoritus spiritum, ventum asserunt.

Pfal. 147.

ὅτι δὲ τὸν ἔνεμον αὐτὸς ἐπέλασεν, δὴλὸν ἔστι καὶ μὴ λέγω. εἴρη γάρ, ἢ νότα πνεύματος, τὸ πεπτηγὸς ὕδωρ D
 ἀφελύεσθαι πέφυκεν, id est, quod si quis hanc rationem non admittat, eo quod scriptum sit,
 spiritus domini ferebatur super aquas, audiat beatum Dauid dicentem de vniuersorum
 Deo: Flabit spiritus eius, & fluent aquae. Clarumque est de vento eum loqui, nulla ex-
 plicatione etiam adhibita. Nam Euro aut Noto spirante, diffuere folet aqua, quae con-
 creuisset. Hanc sententiam adiuvat aeditio Chaldaica, quae hoc loco habet: *אשר נשנא רוח*
 id est, & spiritus domini flabat super faciem aquarum. Cum vero supra duplicem inter-
 pretationem posuerimus, cum de Chao loqueremur, si primam admittere voluerimus,
 necesse est de spiritu sancto proculdubio hic sentiamus, nihil enim erat neque aquae, ne-
 que ventus in ipso Chao. Quod si ad secundam declinauerimus, possumus vtrunque spi-
 ritum intelligere, tam Dei, quam ipsam ventum. Primum vt interpretemur vt in eccle-
 sia canitur de spiritu sancto: Tu super aquas faturus eas ferebaris. sin vero ad ventum re-
 spexerimus, exponemus sicut modo Auen Ezra: Spiritus ergo sanctus disponebat aquas,
 & terram ad partum, meditabatúrque futuram creationem: ventus autem agitabat, &
 siccabat aquas, quodd vero ventus spiritus ille esset, multa quoque indicio sunt. Dicitur
 enim paulo inferius, cum diluuium totum alluisset orbem, ventum adeo immissum esse
 quo aquae in vapores verterentur. In Exodo quoque per ventum à Deo excitatum, mare
 rubrum siccatum est. Mercurius tamen vetustissimus theologus, qui proximus temporibus
 Moysis extitit, de spiritu sancto sentit, appellauit enim eum *πνεύμα λεπτὸν, καὶ νοερόν*, spi-
 ritum exiguum & intelligentem, & in libro vetustissimo apud Hebraeos qui inscribitur
 Beiescit Raba, id est maximus Genesis, scribitur hunc esse spiritum Messiae, scilicet spi-
 ritum sanctum: nihil itaque prohibet quin de vtroque spiritu sentiamus.

Mare rubrum ventu excelsauit.

Rachaph, in cubatio, agi ratio.

Ferebatur.] Septuaginta sequitur, qui & ipsi verterunt, *ἐπεφέρετο*, superferebatur. Sed
 alibi secundum Hebraeos exponit. Hebraice enim est *רַחַפּ*, participium à verbo *רָחַף*
 Rachaph: quae vox, vt ex omnibus aliis scripturae locis colligitur, tum incubationem,
 tum agitationem significat: vt est illud Psal. cantici Moysis: Sicut Aquila prouocans ad
 volatum pullos suos, & super eos volitans: Hebraicè *רַחַפּ יְהוָה עַל כַּנְּפֵי* vbi est praesens verbum.
 Volitans autem interpretantur Hebraei desuper incumbens concussionem autem, aut agi-
 tationem, vt illud Hieremiae cap. xxiiij. *וְהָרַחַף כָּל הָאֲרָצוֹת*, id est, concussa sunt omnia ossa mea.
 Innuit igitur hic Moses illam venti agitationem, ac frequentem commotionem, quam
 efficit in aquis ventus. Neque ignorarunt sanctissimi patres Graeci, id quod de hac vo-
 ce ab Hebraeis traditur: dicunt enim Hebraei praesentem vocem, proprie incubationem
 auium super oua significare. Basilius ergo sic: *τὸ οὐν ἐπεφέρετο, ἐξηγουμέναι, ἀπὸ τῆς συνθαλάσσει,*
καὶ ἐξ αὐτῆς τὴν ὑδάτων φύσιν, καὶ τὴν εἰκόνα ἐπιταλάσσει ὄρνιθος, καὶ ζωτικῶν τῶν ἀναμῶν ἐνεί-
σθαι τοῖς ἀποθαλάσσιον, id est: Superferebatur igitur exponunt pro eo quod est, confoue-
bat, & viuificabat aquarum naturam, quemadmodum solet auis ouis incubare, & vita-
lem quandam vim eis infundere. Hæc sibi à quodam Syro relata dicit, quorum lingua
similis Hebraica est. Diodorus autem & ipse optime idem explicans, inquit: βέλτεται ἢ ἐραμα-
κλι λέξις, ἢ τῆς ἐπεφέρετο, σημαίνει, ὅτι κοιθάσθαι ὄρνις ὡς θάλασσει τὰς πτέρυξιν, ἀπλάσσει ἀποθαλάσσιον, εἰς τὸ ζω-
γενεῖν ἔτι καὶ τὸ πνεῦμα ἐπεφέρετο τοῖς ὑδασι ζωοθαλάσσιον, id est, Innuit hæc dictio superferebatur,
 apud Hebraeos, quod quemadmodum auis, oua confouet alis, vt ea quasi animet: sic spi-
 ritus superferebatur aquis, vt eas procreabiles efficeret. Quod si ventum, spiritum san-
 ctum interpretari voluerimus, dicemus, vt supra exposuimus, spiritum sanctum per æter-
 nitatem illam, vel per aquas ipsas semper fluisse, vt ad partum eas disponderet. Septua-
 ginta videntur certissime hic de spiritu sancto sentire, neque enim de vento dixissent, su-
 perferebatur: cum quibus etiam videtur sentire Hieronymus. Vt cunq; vero sit, neque
 enim hoc, aut illud repudiandum: verbum certe Hebraicum, motum & agitationem so-
 nat: sicut & interpres vocabulorum apud Hebraeos exponit, qui de ea voce sic ait.
וְהָרַחַף מִן הַיָּם, id est Significatio eius est, commotio, atque agitatio.

Esse et fieri quandoque idem. Lux. Lumen. Quae.

Fiat lux.] Vbicunq; noster Hieronymus vertit fiat, & Septuaginta *γενήθη*, He-
 braice est, *וַיְהִי*, id est, fit. Quanquam id minimi momenti sit, sed nos annotauimus, vt ne
 minima quidem praetergrederemur: & vt eos rideremus, qui carpunt hoc loco aeditio-
 nem Hieronymi, quodd verterit fiat, quod esset interpretandum fit. Hi ne Latinas qui-
 dem litteras tenere videntur: quandoquidem esse & fieri saepe idem apud nos significet,
 sicut apud Graecos *γενέσθαι*? Nihil vero refert quodd Septuaginta verterint pro luce *φῶς*,
 id est lumen: neque enim in sacris litteris est distinctio illa philosophorum, lucis atque
 luminis:

Aluminis: quodd lux quasi mater luminis & procreatrix fit, lumen vero, id quod ab ea efficitur:
 de qua re & Albertus, non semper malus autor, scribit: lumen irradiationem esse
 defluentem à substantia lucis: lucem vero, fontalem substantiam, quod idem & Lynco-
 nienfis super Dionysium docet. Hebraicum certe verbum, vtrunque exprimit. *אור*, id est
 lux, aut lumen.

Dies vnus.] Sic est Hebraice, *יום אֶחָד*, id est. Dies vnus. Apud Hebraeos autem vnus
 etiam ordinis est. Primus ergo, vnus in ea lingua dicitur, atque ita hoc loco etiam est in-
 telligendum. Quod loquendi genus etiam in euangelis reperitur, quorum phrasis tota
 Hebraica est: Vna enim sabbati, sicut & Theophylactus exponit, primam sabbati sonat,
 id est primam hebdomadae: & vna mensis, primam diem mensis. Sed Chrysofostomus, vnam
 diem idcirco hic dictam putat, quia & diem, & noctem simul complecteretur. Vna igitur
 tur dies, id est nox simul, atque dies. At vero Hippolytus, puto quod Hebraicam lo-
 quendi consuetudinem ignoraret, asserit constanter, vnam, non primam diem, fuisse
 dicendum: apud quem sic extat: *ἴδει μὴ πρῶτον λέγειν, ἀλλὰ μίαν. ἵνα διὰ τῆς μίαν ἐπι-*
πέων, ταύτην δέξῃ κυριακήν, καὶ ἑβδομάδα ἀφαιρέσων, μίαν δὲ ὑπάρχουσαν. hoc est, non
 primam, sed vnam dicere, erat necesse, vt vnam dicendo, ostenderet eam circundu-
 ctam, & hebdomadam perfecisse, vna cum esset. Innuit ergo vnam fuisse dicendum,
 vt in vna die, tota hebdomas appareret expressa. Sed certè vt dixi, locutio Hebrai-
 ca est.

Vnus, pro primus.

Vna sabbati.

Vna dies.

Firmamentum.] Nos in hac voce, Septuaginta sequimur, qui & ipsi hoc loco ver-
 terunt *σφραγισμα*, firmamentum: sed vox Hebraica *רַחִיָּא* Rachia, extensionem sonat, aut
 id quod extenditur, ac diffunditur, vt vela, ac cortinae. ducitur autem à verbo *רָחַף*, id
 est extendit, vt Exodi capite trigesimo nono, *וַיִּרְחַף אֶת-הַמָּוֶתֶן* id est: Extendent laminas au-
 reas. Sciendum itaque est diuinas scripturas ita loqui solitas, vt cum elementa diffu-
 sa sint, ac longissime porrecta, dicant Deum ea effudisse, atque porrexisse, ideo Esa-
 ias capite xlij. *וַיִּפְרֹץ אֶת-הָאָרֶץ*, id est: Qui extendit terram, & germina eius. Et eiusdem
 cap. quadragesimo quarto, *וַיִּפְרֹץ אֶת-הָאָרֶץ*, id est: Quis porrexit terram praeter me? De
 quibus nos suis locis dicemus, praesertim in Ezechiele, vbi huius vocis creberrima fit
 repetitio. Totà itaque caeli porrectio, ac quasi effusio Hebraice appellatur Rachia: ne-
 que proprie firmamentum ea vox sonat. Quare dubium fit cur tam dissimili voce ver-
 bum Hebraicum reddiderint Septuaginta, & post eos Hieronymus. Praesertim cum
 eius vocis inuentores, ipsi videantur fuisse: neque enim apud gentes vsquam inuenie-
 mus caelum appellari *σφραγισμα*, id est, firmamentum. Quae nos de hac re cognita habea-
 mus, in medium afferemus. Igitur Septuaginta caelum *σφραγισμα* nuncuparunt, aut eius
 soliditatem atque duriciem innuere cupientes, vel stabilitatem, quam in suo situ ac-
 cepit à Deo. Quod non solum caelo tribuunt ipsi interpretes, verum etiam terrae, vt:
 Psalmo nonagesimo secundo, *σφραγισσον οἰκουμένην, ἢ ἐ σταθεροθήσεται*, id est, firmati orbem
 terrae, qui non commouebitur. Apud Esaiam: *σφραγισσον τὸν ἕρπον, ὡς αἰπὸν*. Eandem etiam

Firmamentum.

Rachia.

Cur caelum firmamentum dicatur.

*C*firmatam atque stabilitatem plerisque aliis vendicarunt. Vt igitur terram à Deo stabili-
 tam esse dixerunt, idem fortasse sentiunt & de caelo, cum soliditatem aut firmamentum
 ipsum appellant. Nam & illud quod erat Hebraice psal. trigesimo secundo, *וַיִּשְׁמַע יְהוָה רִיב*
 hoc est, Verbo domini, caeli facti sunt: ipsi verterunt *σφραγισσον*, id est firmati sunt.
 Hebraei ergo ad porrectionem ac diffusionem respexerunt, Septuaginta ad stabilita-
 tem. Est ergo caelum porrectum ac firmatum, sicut & terra. Vel certè quod est mel-
 lius, firmamentum appellarunt, vt eius duriciem ac soliditatem innuerent. Nam &
 Homerus saepe in suis rapsodiis appellat, *χαλκρον ἕρπον*, id est, aereum caelum, id est,
 solidissimum, & *χαλκοβατῆ δόμαρα*, id est, aeneas domos, aut aere stratas. Quandoque
σιδήρειον ἕρπον, id est, ferreum. Quod sentit etiam Theodoritus, qui caelum ex aquis
 conflatum esse vult, atque ex his durissime coaluisse, sic enim inquit. *ἐπειδὴ γάρ, ἐκ τῆς*
ροάδου τῆς ὑδάτων ἐστὶν συνέση, καὶ ἡ ῥυτὴ φύσις τετραγωνοτάτη γέρονει, καὶ σφραγισσον, πορρο-
ρῆγη σφραγισμα. Quoniam inquit, caelum ex fluxa aquarum natura constitit, & quae
 prius liquabilis esset natura, solidissima est effecta, ea de causa, firmamentum est ap-
 pellatum. Gennadius autem & ipse sanctissimus, *σφραγισμα μὲν, ὡς ἐκ τῆς διμυερίας,*
πορροσέσων, αὐτὸν, ὅτι ἐξ ὑγρῶν τε, καὶ ῥυτῆς φύσεως τῆς ὑδάτων, καὶ εὐδιδυλίου, σφραγισσον καὶ ἀ-
διδυλίου τὴν πᾶσιν ἐδύετο, id est, Firmamentum inquit ex ipsius rei officio, ipsum

Caelum ex aquis conflatum esse vult, sic enim inquit. Theodori-
 tus.

appellauit, eo quod cum prius lenta, fluxa, solubilisque natura esset, solidam & minime D mobilem constipationem accepit. Idem sentit Basilus. Plato quoque in legibus Astrologiam versari dicit circa *σπερδ φολον*, id est, solidi motum: per solidum caelum intelligens. Cumque pleraque alia sint solida, vnum caelum, solidum *κατ' εξαρχην* vocatur. Quamquam fortasse sit dicendum, quod duo solida sint, vnum quiescens, alterum semper agitata. Propterea & apud Theonem *σπερδμετρηια* vocatur, quae circa caelestia corpora versatur. quanquam etiam sit alia *σπερδμετρηια*. Inuenimus etiam apud Platonicos caelum firmamentum vocari, sicut inuenitur apud Damascium, *τῶν σπερδματων σφρα, εμπυριον, αβηριον, υλαρον*. Hoc est firmamentorum catena. Empyreum enim est firmamentum, est aetherium, est materiale. Quae ex Chaldaicis Zoroastreorum oraculis sumpta sunt, sic enim Psellus: *επιδ φασι σωματιοις κοσμοις εμπυριον ενα και σφωρον και τρεις μετ αυτων αβηριος, επειδ τρεις υλαριος, ον εξατος ρθονιος ερηται, και μεσοφαιος, ος τις βρι ο σπο σελιυλιω ποπος*. Septem, inquit, corporeos asserunt mundos, empyrium vnum & primum, id est igneum, & tres post ipsum, aethyrios: deinde tres alios materiales, quorum extremus terrestris, & semilucidus vocatus est, qui sublunaris locus est. Sententia quoque extat apud eos de summo & omnipotenti Deo, quod *επιδ εξαρχων σπερδματα κοσμοις*. id est, Septem conglobauit firmamenta mundi. Extat quoque apud Syrianum *το δειλα σπερδματα υμνημδνα*, materia carentia firmamenta, laudantur in sacris. Quamquam hi omnes videntur id nomen a nobis accepisse, sicut pleraque alia apud eos furta deprendimus, de qua re nos fusius in nostris libris contra Theologiam Platoniorum. Haecc itaque ratio est, cur primi Septuaginta in sacris scripturis vocarint E caelum firmamentum, cum Hebraice appellaretur Rachia, id est, porrectio, ac dilatatio. Caelum quoque etiam solidum, videtur Aristoteles sentire, primo enim Meteororum, scribit a corporis solidi motu, scindi aërem, per corpus solidum: solem intelligens, cuius sententiam explicans Alexander, sic inquit: *αλξ δε τδ επειν, μαλιστα μδν η τδ σπερδ κινησις αλξ κινει αυτον, εοιπε και το τε ηλιος σωμα, και το τῶν αστρων, σπερδν λεγειν και αλξ φανει*, id est, cum dixerit Aristoteles corporis solidi motum maxime discindere aërem, videtur asserere, & solis, & reliquorum astrorum corpus esse solidum, & perspicuum.

Caeli solidi dicitur per excellentiam. Σπερδμετρηια.

Chaldaei 7 mundos asserunt.

Cur Deus non benedixerit secundae diei.

Binarius numerus cur infaustus sit.

חשב חשב

Tempus quid.

ADVERTENDVM quod secunda die, non dicitur: Et vidit Deus quod esset bonum, & neque in textu Hebraico, neque in nostra additione habetur, sed in additione Septuaginta additum est ex errore: non ab ipsis quidem, sed quod ex vno loco facile in alium aliquid transportetur, si qua similitudo arripserit. Annotauit ergo hoc Hieronymus in Iouiniano, non dici de secunda die, bonum Deo visum esse, quia numerus binarius infaustus sit, a quo vnitas primum discerpatur: quod causa corruptionis est, quod pulcherrime explicatur a Platonico, maxime Damascio, viro in ea familia excellentissimo. Rabi vero Salomon, aliam huius rei affert rationem, cuius verba subscribenda sunt, sic enim inquit: *וכפני מה לא נאמר ט טב בשניל פישל גנמרה מלאכת המים עד יום השלישי ודבר שלא נגמר אינו במלואו ושבו*. hoc est, at quamobrem non dicitur de secundae diei opere: Et vidit quod esset bonum, quia nondum erat opus aquarum, nisi tertia die perfectum: quamobrem negauit esse bonum, eo quod erat imperfectum. Nicolaus de Lyra, nesciens fortasse de binario esse Hieronymi sententiam, eam verbo foedissimo reprobauit, sed eius confutatio ridicula est, itaque iure carpitur a Burgenfi.

Producatur terra. Hebraice verbum est ab herba ductum *חשב* thadsē, id est, herbificet, si dicere liceret: a dese *חשב* id est herba. Perinde si dixisset, Herbificet terra herbam. Sed quia non erat satis Latinum, propterea alio modo idem Latine expressit. quamquam Rabi Salomon, aliud vult esse *חשב*, aliud *חשב*. primum enim significare dicit vniuersam herbarum viriditatem, qua terra vestiatur, secundum ipsas herbas. sed quis non videt haecc adeo esse inter se similia, vt facile confundantur? Illud quoque inferius, faciens semen, Hebraice est *חשב*, vt *חשב* seminificans semen. sic & inferius producat terra, Hebraice est *חשב*, id est, faciat exire, quae & alia infinita, prudentissime noster Hieronymus, Latina phrasi accommodauit: quod & Septuaginta fecerunt in lingua Graeca: quamquam hi sint longe in fingendis, ac notandis nominibus, nobis feliciores, propterea Hebraice saepe accedunt propius, quam nos.

Erunt in signa & tempora. Tempus hic non id est, quod a philosophis mensura motus vocatur, & de quo Plato, *μετ' ερανης γαργεν ο χρονος, η αμα γαυθοντες αμα λυδαση, αν ποτε λυσις αυτων γονται*, hoc est, vna cum caelo conditum est tempus, vt quia simul effecta sunt, simul & dissoluan-

A dissoluantur, si qua eorum futura sit vnquam dissolutio. De hoc enim tempore intellexit inferius cum dixit, erunt in dies & annos: sed hic tempora vocantur, dies statim, ac solennes, quos Hebraei a contestatione atque admonitione *עשרה* appellant a verbo *עש* id est, testatus est: quarum dierum frequentissima est mentio in sacris litteris, earum itaque Sol & Luna indices sunt, ad solis enim ac lunae cursum, huiusmodi dies celebrantur, ac repetuntur. Primum itaque tempus Hebraice vocatur *עשרה* het, secundum *עשרה* mohad. Septuaginta quoque, non verterunt hic *χρονος*, quod tempus ipsum est, sed *χρονος*, quae est benegerendarum rerum occasio, & vt ait Plato *αθος τδ χρονος*, id est, flos temporis, quod sit selectissimum, atque maxime opportunum tempus. Hoc dictum sit quo proprietatem Hebraicam explicarem, cuius ignoratio fecit, vt plerique tam Graecorum quam Latinorum, hunc locum, aliter quam fas esset, interpretati sint. Quorum summa solertia non propterea, non est mirifice in cæteris commendanda.

Dies isti ac solennes Hebraeis Mohadim dicuntur.

χρονος, χρονος.

Αρχη, να νε jumi- tur.

Ut praesint. *עשרה* vt praesint, vt dominantur: longe melius quam Septuaginta, qui vertunt, *εις αρχας ημερας*, id est, in potestates diei: lumen minus *εις αρχας τῆς νυκτος*, id est, in potestates noctis. dubia enim translatio est, quia *αρχη*, & inchoationem temporis significat, & potestatem atque imperium. Non vitarunt igitur hanc amphibologiam Septuaginta, volentes seruare integrum Hebraicum nomen, nam *עשרה* significat potestatem ac ditionem, vertentibus ergo eis, *εις αρχας ημερας*, non tam intelligeremus in potestatem diei, quam in principium diei, sic & de nocte dicendum. Praeterea cur vertunt *εις αρχας*, & non *αρχη*, cum Hebraice sit singulare, & sensus non admittat vt dicamus *αρχας*, dominatus in plurali: quod tamen non fecerunt alibi, vt Psal. cxxxv. *τον ηλιον εις εξασην ημερας*, id est: Solem in dominatum noctis: cur non idem & hoc loco factum est, cum idem nomen sit hic & ibi, eodem modo prolatum? Haecc autem Septuaginta aditio plerosque apud Graecos in errorem induxit: non enim *αρχας*, pro potestate aut imperio hoc loco sumperunt, sed pro principio: itaque asserunt lunam quia in principio noctis facta esse dicitur, fuisse a diametro soli oppositam, cum condita est. Neque forte ab re fuerit, si ipsa verba subdiderimus. Lunam inquit, cum quarta die, Genesi attestante facta sit, in plenilunio fuisse necesse est, *εδεποτε γαρ, τδ ηλιος ανατελλοντος, δυνατ' αν και η σελιυη, και αυτω τῶ ημερον εις αρχας τῆς νυκτος ηρω ακρονικτος ανατελλειν, μη αλξ μετ' εσα τον ηλιον, και παντελιος εντειθεν γνομδνη. ειστ' εσποθειμδν, σπο σπεργρηγιος συνδου, ταυτω γεγαυμδβιυ*. Sed hoc potuit quidem esse, sed ex isto loco non colligitur, non enim *αρχη* principium hic significat, sed potestatem, quae amphibologia in contextu Hebraico neutiquam est.

Congregentur aquae, et factum est ita. In Hebraeo non repetitur, & congregatae sunt aquae, quae erant sub caelo, sicut neque in nostris codicibus: sed repetitur apud Septuaginta, apud quos totum hoc redundat. *και σνηρη, το υδωρ το σπο κωτω τδ ερανη εις τας συναγωγας αυτων, και ωφθη η ερηα*. hoc est, & collecta est aqua, quae erat sub caelo, in collectiones suas, & apparuit arida. Annotauit igitur hoc diuus Basilus in hexameron his verbis, *και εγενετο επως. αρηοσα αυτη η επαγωγη σπερδ το δευξα εις ερηον ελθουσαν τδ δημιεργδ φωλιου, σπερδ σπειται δε εντισι τῶν αντιγεραφον, και σνηρη το υδωρ το σπο κωτω τδ ερανη, εις τας συναγωγας αυτων, και ωφθη η ερηα. ασπ ετε πινες τῶν λοιπων ομδεδωκασι τῶν ερμυλιων, ετε η χροσις τῶν εβραϊων εγρασα φανεται. και γαρ τδ οπι παρδκει μετω τῶ μαρτυριαν τδ, οπι εγενετο επως, η τῶν αυτων παλιν επεδηγησις. τα ποιηυ ακριβη τῶν αντιγεραφον αβελιται, ο δε ο βελος, αβησιτας συμβολον*. Hoc est, & factum ita est, satis erat id dixisse, vt ostenderetur diuinam vocem opus statim esse subsecutum. additum vero est in quibusdam codicibus, & congregatae sunt aquae, quae esset sub caelo, in collectiones suas, & apparuit arida: quae neque alij interpretes addiderunt, neque in contextu Hebraico reperiuntur. Et profecto superuacanea est, post illud testimonium & factum est ita, eorundem explicatio. Et in emendationibus exemplaribus, inuenitur totum hoc obeliscis esse deletum. Obeliscus enim expungendi, & obliterandi nota est, haecc ille.

obeliscus quid.

Producant aquae. hoc quoque Latine verti non potuit: sicut enim supra de terra dicendum fuerat, herbificet terra: ita nunc fingendum esset nomen, quamquam ne illud quidem reperiri possit. Quod enim est ipsi terra herba, hoc *ερω* scerez aquis. Proles ergo, ac pullulatio aquarum, Hebraice scerez vocatur. Nec proprie reptile significat, cum proles repere sit terrestrium. Sed Hieronymus elegantius nomen inuenire non potuit: eodem enim modo pisces serpunt per aquas, quo reptilia per terram. Imitatus est quoque Septuaginta, qui & ipsi verterunt *εξαρχετο τα υδατα ερηετο*, id est, producat aquae

Aquarum proles.

reptilia. Hoc dictum velim propter eos, qui sunt εν λογω κελφοι. vt facile etiam a summis D viris non abstineant, & in leuissimis quoque eos carpant.

Dracones
maris pi-
scis maxi-
mi.

Creauit Cete grandia.] חַיָּוִיִּם Hataninim, id est, dracones. Eodem vero nomine dra- cones terrestres atque marini vocantur. Neque enim Cete, & maximi pisces aliud in aquis sunt, quam dracones ac serpentes in terra. Quanquam igitur nomen Hebraicum draco- nem sonet, tamen & pisces qui eadem forma, ac magnitudine sint, significat. Inueni- mus & alibi ingentes pisces dracones vocari, vt Psalm. cxlvij. חַיָּוִיִּם הַיָּם id est, Dracones, & omnes abyssi: per abyssos aquas copiosissimas intelligens: per dracones maximos pisces. Nam dracones terrestres eodem loco inferius citat dicens שמם id est serpentes. Etsia quoque cap. xxvij. חַיָּוִיִּם הַיָּם וְהַיָּם וְהַיָּם, id est, Et interficiet draconem qui est in mari. Intelligiturque figurate is, qui late maris imperium teneret, Tyri videlicet, rex, aut eiu' modi alius. Ezechielis quoque tricesimosecundo חַיָּוִיִּם הַיָּם id est, Et tu tanquam draco in aquis. Recte igitur hos dracones, Hieronymus Cete vertit, simul etiam Se- ptuaginta secutus, qui & ipsi interpretantur, και επισησιν, ο θεος των κητη των μεγαλα, id est, Et fecit Deus Cete grandia. Neque per Cete vna eorum piscium species intelligitur, sed omnes grandiores pisces sic vocantur. De qua re & Theodoritus, inquit: κητη γαρ, απαν- τα τα εν τοις ενυδροις καταμεγαλη και εν διαφορατις φαινηται εν αυτοις, οθεν προσεθηκε τα με- γαλα, id est, Cete enim omnia ea vocat, quae inter aqua vasta sint, quanquam eoru' quod- dam sit discrimen, quamobrem addidit magna.

Cete quid.

Per cete pi-
scis gran-
diores.

Crescite, & multiplicate.] Quod Latine est, crescite: Hebraice פרו: hoc est, fru- ctificate: a nomine פרו id est, fructu. Idem vero est crescere in animalibus, quod fructi- ficare in arboribus. Eleganter itaque hoc in illud mutauit, cum fructificare, non satis ef- fet Latinum. Secutus praeterea est Septuaginta, qui & ipsi vertunt, αυξανειδε. id est cre- scite. Vt autem intelligas, quam vera haec sint, quae hic dicuntur, & quam a vetustissimis etiam gentibus cognita, verba Mercurij subscribam. ο δε θεος ειθις ειπεν αγω λογω, αυξανειδε εν αυξηση, και πληθυνειδε εν πληθει, παντα τα κτισματα, και δημιουργηματα. hoc est, At Deus statim diuino verbo locutus est, ac dixit: augete cum incremento, & multiplicemini copiose omnia condita, & opificia. Dein de generatione, tandem haec inferit, και επλη- θυνθη και γενος των παντων. id est, & multiplicata sunt generatim omnia. Haec a nobis prolata sunt, quo cognosceremus nihil antiquissimos illos de rebus diuinis sensisse aliud, quam nos sentiamus.

Crescere.
Fructifica-
re.

Aquas maris.] מַיִם הַיָּם id est, aquas in maribus: verum erat durius. Venuste ergo, & apposite vertit aquas maris: quod, quia lingua Graeca facilius patiebatur, non immu- tarunt Septuaginta: vertunt igitur υδατα εν θαλασσαις, id est, Aquas in maribus. Vitare enim oportet Hebraismum, ne in asperam & difficilem orationem incidamus, quod enim apud illos elegantissimum est, vix apud nos posset audiri.

Hebrais-
mus.

Triadis my-
sterium.

Faciamus hominem.] Dictum est supra, Hebraeos conuenire nobiscum, in exponen- dis hisce verbis. Graeci enim patres, quos & nostri postea secuti sunt, opinantur hic trini- tatem innui, cum dixerit faciamus, non faciam, aut aliquid huiusmodi, patrem scilicet F locutum cum filio. Quam expositionem plures Graecorum sequuntur, & e nostris maxi- me Augustinus. Quidam vero Hebraeorum, vt fugerent hunc scrupulum, dicunt Deum, tum cum angelis habuisse sermonem, sicut principum moris est, vt quanquam seruos suos non consulant, saepe tamen sit, vt aliquid facturi, eo sermonis genere apud eos vtantur. Quod & quidam Haeretici opinati sunt, quos citat Theodoritus, eorumque redarguit impietatem. πινες μω τω δισωνιμον αρετικων, παρως τες αγγελους αυτων ειρηκοναι και τες ποιητες δαίμονας, φασαν, ε συνιερτες οι εμφορνητοι, το και εννοια ημετερον. id est, quidam execrabiles haeretici, Deum cum angelis & prauis daemionibus tunc locutum afferunt, non intelli- gentes id quod dicitur ad imaginem nostram. Basilii de hoc, citans Iudaeos, εγω και το ερρον της αληθειας γενος ιδιων, φηροχουμυμον, πολλα φασιν οτι τα αρσσωπα, παρως ες ο λογος γε- γονε θεος. τοις αγγελουις γαρ λεγει τοις παρεστωιν αυτω, ποιησωμυ ανθρωπον. ιδιων το πλασμα, της σπειθεν ευκολιας το μυθολογημα. ινα τον ενα μη δεξωνται, μυριοι εισαρηουσι. και τον υον αθετουυτες, οινεταις το της συμβουλιας αξιωμα παειαπισι. και τοις δουλοις ημωις, κυριοι ποιουσι της ημετε- ρας δημιουργιας. id est, Sic & Iudaei, genus hominum veritati inimicum, non valen- tes aliam afferre causam, afferunt multas esse personas, quibus cum Deus locu- tus fuerit: nam astantibus sibi angelis dixisse, faciamus hominem. Iudaicum sane commentum, & illius nationis ad mentiendum propense fabula: id scilicet dant

Haeretici
Dei in ho-
mine for-
mando an-
gelos allocu-
tum falso
existiman-
tes.

Iudaeorum
commentum.

operam,

operam, vt vno repudiato, infinitos admittant: & reiecto filio, famulis consulendi tri- buant autoritatem. & eos qui nobis seruitute pares sunt, nostrae creationis dominos effi- ciant. Hoc refellit & Gregorius theologus, absurdumque esse dicit, vt Deus cum ange- lis sic loqueretur. Alij eorum perplexi, dubique sunt, ne quis hinc πολυθειαν ethnicorum, aut trinitatem Christianorum eliciat: eamque ob rem aliam interpretationem excogi- tarunt, vt dicerent Deum secum tum locutum fuisse, de quibus idem Theodoritus. ιδιων δε εις εταμειον εζωκειλαν καταφροσινω. φασι γαρ παρως εαυτων ειρηκοναι τον τωις όλων θεον, ποιη- σωμυ ανθρωπον, και μιμησιν τοις τωις μεγαλας πεπιεευωμυ ανρχας. και γαρ ιππαρχου και στρατηγου, πληθλυτικως εαθασι λεγειν το κελουμυ, και γαφομυ, και προσεστημυ, και οσα ποιωτα, και ε συ- νειδον οι καταπληγες, ως εννοιας τα πλεισα λεγει ο θεος. Hoc est, Iudaei vero alia dementia pra- cipitati sunt: afferunt enim secum dixisse Deum, faciamus hominem: quemadmodum solent hi qui summis funguntur magistratibus: nam Praetores, ac Tribuni sub numero plurium solent dicere, imperamus, scribimus, iubemus. & id genus dementes profecto, qui non intellexerint Deum ferè semper singulariter loqui. Haec ille, citatque innumera exempla, vt illud, Finis omnis carnis venit coram me. & illud, Non erunt tibi dii alij praeter me: & alia. Inuenies autem verissimum esse ita sentire Iudaeos, vt ait Theodoritus, si legeris hoc loco Auen Efdra. Sed nonne probabilius est, quod attulerunt nostri? perpe- ram enim & ineptissime Iudaei post CHRISTI aduentum scripturas interpretati sunt, vt passim in eorum scriptis videre licet. Alij quoque ad philosophorum placita, alij ad astro- logorum eas torquere conati sunt. Eorum itaque commenta, puerilesque nugae nihili sunt faciendae, sed autoritati potius sanctissimorum doctissimorumque patrum standum, qui & diuinitus sunt locuti, & eorum mentes omni lynceo erant acriores.

Ad imaginem nostram.] εικονα id est, in imagine nostra: nihil refert quod praepositio mutata sit: sic enim erat Latine dicendum, vt & Septuaginta fecerunt, qui, in, verterunt, in παρως, ad. Quae a Platonis numeratur inter causas exemplares, eamque appellant παρως id est, ad quod. Notat Rabi Moses, in suo More hanibchim מלך, id est, imaginem, hic significare imaginem substantialem, quam philosophi ειδος, aut ιδεα appellant, non illam quae lineamentis, atque coloribus exprimitur. eam enim appellari חומר, id est, corporis qualitatem. Propterea ad imaginem diuinam factus homo dicitur, hoc est, qua- tenus ad ipsam Dei intelligentiam ac rationem substantiamque spectat, ad cuius similitu- dinem effectus homo est, quod homo in ipsa ratione, atque intelligentia homo sit. Quam opinionem refert Plutarchus etiam Homeri fuisse. Idem postea sensit & Socrates, quem Marcus secutus, pronunciauit corpus esse quasi animi receptaculum. Sic & Epictetus Stoicus, & eum secutus Simplicius. Syriani quoque de ea re haec verba sunt ο νοις ο εν ημωι, ανθρωπος εστιν ο κελως. id est, mens quae in nobis est, proprie homo est. Quia igitur homo, id est ratio, & intellectus humanus ad imaginem intellectus diuini factus traditur, inepte certe cum locum Manichaei, atque Gentiles intelligebant, credentes id de corporea imagine dici, nosque impietatis reos agentes, cum is sensus & a sacris scripturis, & ipsa

Deum de se
singulari-
ter loqui

ειδος
ειδος, ιδεα
ημωι
Homo fa-
ctus ad ima-
ginem Dei

Homo, id
est, intelle-
ctus, mens.

Conatura plurimum abhorreret. Quamobrem iuste ab autore Latino carpitur Epicurus, qui hanc hominis cum Deo similitudinem in corporeis lineamentis ponebat, apud quem haec sunt: Ad similitudinem enim Deo propius accedebat humana virtus quam figura. Factum autem hominem ad imaginem Dei testatur & ipse Mercurius dicens. ο δε παντων πατηρ ο νοις, αν ζωη και φως, απειλησεν ανθρωπον, αυτω ισον. ε εραδωω, ως ιδεα πωου, κατακελης γαρ ωω, τωω τε πατηρς εχων εννοια. Hoc est, Pater autem omnium mens, cum vita esset & lumen, peperit hominem sibi similem quem amauit tanquam propriam prolem, erat enim pulcherrimus, cum paternam teneret imaginem. Et paulo inferius. φως και ζωη εστι ο θεος, και πατηρ, ες ε εραεπο ανθρωπος. id est, lumen, & vita est Deus & pater, ex quo ho- mo effectus est. Pfellus in Chaldaicis oraculis aut sententiis, de hac re etiam scribit fuisse, & Chaldaeorum eam opinionem. ωσπερ η μωσαικη βιβλος, και εννοια θεω πλατει τον αν- θρωπον, επως και ο χαλδαιος, τον ποιητην και πατηρα τω κοσμου φησιν συμβουλα εν κατασπειρω τωις ψυ- χωις, της εαυτω ιδιότητος, id est, Quemadmodum liber Moysi ad imaginem Dei fingit ho- minem, sic & Chaldaica haec sententia pronunciat, mundi huius opificem & patrem, suae ipsius naturae quaedam symbola animis humanis inferuisse. Proclus etiam, inter Pla- tonicos celeberrimus, hoc modo de ea re sentit ο εν ημωι νοις, τεσ αρωτου νοδ ενωω. Hoc est, Mens quae in nobis est, est imago primae mentis. Nisi forte aliud sentire videatur: nam primam mentem, non summum Deum, sed Saturnum, esse fabulantur. Idem

Primamēns

& apud eundem scriptorem quem modo citauimus extat, qui in legibus ait: Est igitur homini cum Deo similitudo. Alibi quoque scripsit nostrum animum, diuinum esse simulachrum. Quod igitur in sacris litteris traditur, ne gentilibus quidem sapientioribus erat absconditum. Vt hinc facile intelligas, quanta sit sacrarum litterarum maiestas, ad quas qui propius accesserunt, ceteris sapientiores apud gentes habiti sunt. Eam diuinam similitudinem, quamquam in animo sita sit, possunt tamen homines facile amittere, si scelerate & impure vixerint. ideo Gregorius Nyssenus, in animi expiatione eam positam esse asserit dicens. hæc inquit similitudo, est καθαρότης, μακαριότης, ἀπάθεια, κακοῦ παντός ἀλλοτριώσις, καὶ ὅσα τοιαῦτα γένησιν εἶσιν, id est, Puritas, beatitudo, carere affectibus, ab omni prauitate esse se iunctum, & id genus alia. Cui consona fatetur & Empedocles, homines probos esse Dei simillimos, & post vitam fieri Deos, dicens, εἶθε ἀναβλασθῶσι θεοί. id est, post hanc vitam inquit, viri sapientes, dii efficiuntur, & quasi repullulant. Est autem & illud obseruandum, diuinis patribus nostris, aliis quidem visum esse idem esse ad imaginem & similitudinē, aliis autem aliud. Apud interpretem Gregorij, καὶ τῶ μὲν ἀγαθὸν κενεῖται, τὰ αὐτὸ καὶ ἐν εἰμα δοκεῖ τὸ κατ' εἰκόνα, καὶ κατ' ὁμοίωσιν. τοῖς δὲ λοιποῖς γένοις ἁρᾶσιν καὶ εἰκόνα μὲν τὸ νοερόν, καὶ αὐτεξέχαστον, καὶ τὸ ἀρχαῖον. καὶ ὁ μοῖωσιν δὲ τὸ ἐν ἀρεταῖς τέλειον, ὡς ἐφικτόν ἀνθρώπου φύσιν, ἀρετῶν γὰρ οἰονεὶ κατὰ κτύπον τῆς θείας ὑπάρχουσι φύσεως. id est, Et sancto quidem Cyrillo idem visum est, esse ad imaginem & similitudinem: ceteris autem diuinis patribus aliud, vt ad imaginem significet ipsam intelligendi vim, & ipsius intellectus libertatem, & imperium: at, ad similitudinem referri ad virtutes, quantum natura datur ad eas homini attingere. Nam hæc tanquam similitudines diuinæ naturæ sunt. mitto etiam sententiam Chryostomi, Augustini, & aliorum, quia infinitæ propè sunt.

Animus humanus simulachrum Dei

Ad imaginem, & ad similitudinē, an idē.

Hominis varia etymologia.

ἄνθρωπος. Homo. Adam.

Adam nō propriū nōmē, sed specificum.

בן אדם. Filius hominis, locutio Hebraica.

Defenditur Auguſtini interpretatio nominis ADAM.

[*Hominem.*] ἄνθρωπος Adam. Varia vero est hominis etymologia tam apud Græcos, quam Hebræos ac Latinos. Primi enim vocum inuectores, non eandem rem spectabant. Itaque is, qui apud Græcos finxit nomina, siue Deus, siue quiuis alius, non idem animaduertit, quod & is qui Hebræis appellationes notauit. Græce enim si Platoni credimus, homo ἄνθρωπος vocatur, quod os sublimē teneat, sursumque aspiciat. ab ἄνω sursum, & ἀδρά, aspicio. Si autem homo Latinè ab humo dicitur, conuenit cum etymologia Hebraica, ab adama enim, id est, humo, Adam dictus est: quamquam Iosephus ab eodem hoc est rubro id nomen duci putet: fictum enim esse hominem in agro Damasceno, eamque terram, è qua compactus fuerit, rubram extitisse. Quod tamen non improbo, sacræ tamen litteræ docent, ab adama, dictum esse Adam. Verissima igitur hominis, ac maxime ad hominis proprietatem accedens etymologia erat, vt à terra vocaretur. Deus enim, more figurorum his litteris docentibus, hominem luteum prius finxit, omni sensu, omni motu carentem, cui cum inspirasset, repente animatus est. Igitur si id potissimum ac maxime memorabile dum efficere tur homo contigit, vt prius fuerit terreus, honestissima fuit eius appellatio, vt Adam quasi terreus vocaretur. Vt ergo humanum corpus è terra ductum factumque est, ita nomen hominis, à terræ nomine duci par erat. Adam igitur non est nomen illius primi hominis proprium, sed totius speciei humanæ. Ideo vtrunque sexum complectitur: dicitur enim in inferius cap. v. in die qua creauit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum, masculum & foeminam creauit eos. Hebræi quoque pro eo quod nos dicimus, homo animal rationale: ipsi, Adam chai medaber. Quapropter obseruanda est phras̄is Hebraica, qua & Græcos inuenio aliquando vti. Sicut enim Græci frequenter dicunt, ἰατροῦ παῖδες, ἰνδῶν παῖδες. id est, medicorum filij, Indorum filij: ipsos medicos, ipsosque Indos intelligentes, non eorum filios: sic & Hebraice homines appellantur bene Adam, hoc est filij hominis, videlicet genus humanum. In euangēlio ergo, cum Deus appellat se filium hominis, idem est ac si vocaret se hominem, neque aliud ibi suspicandum est: est enim locutio Hebraica: neque enim se filium hominis vocabat, quod ex Maria natus esset, quamquam illud esset verissimum: sed quod figuram ac naturam gestaret humanam, & quod vere esset homo. Filius itaque hominis, id est homo. Vt enim elegantissime quis apud Hebræos loqueretur, si omnes homines filios Adam diceret, ita in singulari quoque hominē venuste id fieret. Hanc phrasim & ad loca Hebræi accommodant: appellant enim filios orientis eos, qui ad ortum habitant. Filium pacis, filium timoris, filium mendacij. De quibus nos alibi copiosius. Qui autem frigidam expositionem Augustini huius nominis Adam appellant, quod is sanctissimus, sapientissimusque vir, Adam putet dici, quod per has quatuor litteras, omnes mundi partes intelligamus: per α. ἀνατολή, per d,

Aper d, δύση, aliud α, ἀριτον, vltimam μεσημέριαν: miror cur iidem non taxarint & Cyprianum, qui ante Augustinum hoc idem tradidit: qui & illud addidit, ideo quatuor mundi partes eo nomine comprehendi, quod ex omnibus mundi cardinibus terra illa sumpta sit, è qua fictus Adam est. Si hæc itaque frigida sunt, cur eodem modo non frigent omnia, quæ à Platone in Cratylo scripta sunt? cur & Varronis etymologiæ non frigeant? qui etiam conatur nominibus Græcis etymon Latinum accommodare. In qua re maxime reprehenditur à Seruio Donatus, quod is vellet Lenæum Bacchum dici, à leniendo animo. Mira igitur est horum hominum impudentia, qui pluris vnam Ciceronis voculam facerent, quam quicquid diuini illi homines dixerint: quorum, vt est maxima sanctitas & eruditio, ita maxime à vanissimorum hominum latratibus tuta. Hos certe nunquam satis demirari potuimus: qui si vel minimam labeculam apud sanctissimos illos viros repererint, miras excitant tragedias: Clamant, vociferantur, ingemiscunt errorē, lachrymas se continere non posse protestantur, dicunt eos in alio versari mundo. Idque non alia gratia fit ab eis, quam vt summis viris detrahendo, gloriolam quandam, cuius audissimos eos esse, eorum scripta proclamant, adipiscantur. Vbi igitur modestia illa Christiana, quam in aliis tantopere desiderant ipsi omnium egentissimi? Hócne est, prodesse posteritati, & non magis obesse: cui suæ maledicentiæ ipsi præclara relinquunt exempla? Quæ igitur est hæc tam inaudita, tam insolita barbaries? Vbi hoc hominum genus ortum, educatumque est? num apud Christianos, non magis ad Hyrcanas syluas, & scopulos Caucaeos? Vtri efferaciores, ipsi an Tybareni illi, ac Derbices, qui patres mastabant, è scopulisque præcipitabant? At ipsi omnes ordines, omnem sexum & ætatem defœdarunt, crudeliter lacerarunt, immanissime dilaniarunt. Hócne est esse Christianum? an non magis plusquam Turcam, ac Sarracenum? Vbi sunt fateor etiam sanctissimi viri reprehensionibus, etiam Apostoli, etiam CHRISTVS. at quanta cum modestia, quanta cum lenitate etiam profanos, & Deo aduersantes casti gabant? quàm humane Origenes reprehendit Celsum? Basilius Eunomium, ac reliqui. At hi Christianos ipsos, diuos ipsos, quanta cum ignominia, quibus fannis, quibus scommatis carpunt, allarrant, subsannant? Pudet profecto quoties in eorum scripta incidimus, in quibus nullum Christianæ pietatis apparet vestigium, sed omnia ethnicis ostentationibus, virulentis plusquam Iudaicis scærent: Omnia vano strepitu, vanissimis iactationibus resonant, & quod miserius, cum ætate crescit delirium, ac tunc inueniuntur deteriores, quando & diuina minitante Nemese, & toto orbe terrarum in eos vociferante, debuerant respicere, & præteritæ ætatis errata recantare. Sed hi, ne cum Phrygius quidem volunt serò sapere. Quid ergo de his posteritas dictura sit, ipsi viderint. Nos & sanctitatem, & eruditionem summorum virorum semper admirabimur: quorum vtinam sanctimoniam, ac pietatem assequeremur, etiam cum imminutione nostræ eruditionis. Vt enim eruditio optima quædam res est, si pietati sit coniuncta, ita certe pestilentissima, si sit ab ea seiuncta. Non est ergo quod de eruditione gloriemur, in qua siue æquemus, siue superemus diuinos illos viros, sanctitate certe fumus adeo inferiores, vt sine lachrymis referri non possit. Nos certe dum nihil nescire videri volumus, in flagitiosissimas ostentationes incidimus, à quibus omnes boni viri abhorruerunt.

Eruditio absque pietate pestilens.

CAPVT II.

[*Effecti sunt cæli.*] Sicut in principio transtulit, creauit cælum & terram: ita nunc fortasse vertendum fuerat, perfectum est cælum: Cæli enim nomen apud Hebræos plurale est, nunquam singulare: quod vel ex Hebraismi proprietate est, vt pleraque alia quæ in plurali declinantur, vt maim, id est aquæ, & alia id genus: vel certe mysterium complectitur, non enim vnum tantum cælum innuere videntur sacræ litteræ, sed plures vel angelos, vel quancunque aliam substantiam. Sunt enim qui naturam angelicam, quam Platonicus νοερός καὶ νοητός appellant, cælos interpretetur. Atque propterea factum est, vt in sacris tantum libris inueniatur cæli appellatio in numero plurium: neque enim vsque in aliis libris, cælos reperies: sicut neque apud Græcos ἄεθρος. Primi itaque Septuaginta apud Græcos, cælum in plurali ædiderunt: volueruntque, aut mysterium, quod ea voce continebatur, exprimere, vel stilum ac modum Hebraicum seruare: perinde si quis tenebras Latine Græce verteret σκόπη. Vtrunque certe voluit ostendere Hierony. dum supra eandem vocem per singulare, hic per plurale vertit: quod autem

Cælum in solis sacris libris pluraliter inuenitur.

per cælum aliud etiam intelligamus, testatur Theodoritus hoc loco sic. *μετὰ τὰς ἀστέρας* D
καὶ νεφέας ἕσπας, ἕρπονόν δὲ θεὸς κατασκεύαζει, εὐθὺς μετὰ τῆς γῆς, ἢ τὸν ὀράμενον. δευτέρῃ γὰρ ἕτος ἡμέρῃ
γίνεται. ἀλλὰ τὸν ἀνατάρω, ὃν ὁ Δαβὶδ ἕρπονόν ἕρπονός κελῖν. id est, Post inuisibiles
 substantias, Deus ilico cælum construit vnà cum ipsa terra, non hoc quod videtur, nam
 secunda die id conditum est, sed superius quoddam, quod Dauid, cælum cæli vocat. Idem
 sentit etiam Basilius, & Origenes, qui primus eius sententiæ autor videtur fuisse. Hoc idē
 copiose ostendit & Theodorus. Videtur autem is neque litteras Hebraicas ignorasse, qui
 & duos tantum esse cælos vult, supremum omnium vt nos paulo ante diximus, & firma-
 mentum. Præter hæc fabulas esse censet, etiam pietati aduersantes, quæ de pluribus cælis
 ab aliis dicta sunt. Quod nescio an propter Chaldaeos dixerit, qui septem asserunt fir-
 mamenta, vt nos supra ostendimus. Quanquam hoc idem multi ex nostris sint opinati.
 Albertus refert tanquam nostrorum theologorum sit sententia, esse septem cælos, ætherium,
 ætherium, olympium, igneum, firmamentum, aqueum, empyrium. id est, cælum ange-
 lorum: verum hæc nescio an fabulosa sint, licet & Beda idem sentiat. Opinio vero Chri-
 stianorum de cælo empyrio non tam nostra videtur esse, quàm vetustissimarum gentium,
 vt modo diximus, præsertim Chaldaeorum, qui septem corporeos mundos numerantes,
 principatum tribuebant mundo empyrio. sic enim Psellus de Chaldaeis vt supra citauim-
 us. *ἐπιτάρασιν σωματικῶς κόσμους, ἐμπυρίων ἑνα καὶ ἑπτάων.* Hoc autem primum cælum fortasse
 est de quo sentit Theodoritus, dum primum quoddam cælum fuisse asserit, alterum au-
 tem post ipsum, hoc quod firmamentum appellatum est. De quorum diuersitate sic scri-
 bit, *ἔδει τὸ ἀπόφωρον γινώσκειν, ὃ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς φωτὸς, ὃ δὲ μετὰ τῆς φωτὸς, καὶ ὃ μὲν οὐκ ἐκ τίνος, ὃ δὲ*
ἐξ ὑδάτων. Nescisse est inquit, quid inter vtrumque cælum interfir cognoscere. cum pri-
 mum ante ipsam lucem conditum sit, secundum vnà cum ipsa luce. & illud quidem ex
 nihilo, hoc autem ex aquis. Quod autem incredibiliter adiuuat ad cognoscendam cæli na-
 turam est, nam cælum appellatur Hebraice *שָׁמַיִם* shamaim, ab es, quod est ignis, & maim
 aquæ: ex aqua enim & igne ipsum constare, videntur sacræ litteræ innuere. Quod non
 modo Hebræis, sed etiam sanctissimis illis patribus Græcis placuisse videmus. sicut modo
 Theodoritus, & paulo ante assererat. quod vult maxime per illud innui, fiat firmamen-
 tum in medio aquarum. Seuerianus etiam in eadem est sententia, cuius verba subscribam.
τὸν ἕρπονόν τῆς γῆς, ἢ τὸν ἐπάνω, ἀλλὰ τὸ ὀράμενον, ἐξ ὑδάτων ἐποίνισεν ὁ θεός, πῆξας ὡς κρύσταλλον. id
 est, cælum autem non supremum illud, sed istud quod oculis patet, ex aquis fecit Deus,
 ipsum coagmentans instar crystalli. Ex quibus etiam verbis licet animaduertere, falsò at-
 que imprudenter numerari à quibusdam theologis recentioribus cælum crystallinum, in-
 ter alia firmamenta, vt quasi vnum à reliquis separatum sit, idem enim Seuerianus ait,
ἐπέκειντο ἐν μέσῳ τῶν ὑδάτων, πῆγμα κρύσταλλον, ὃ ἕρπονός, id est, coaluit inter medias aquas qua-
 dam instar crystalli constipatio. firmamentum igitur & crystallium cælum, inficte ab in-
 uicem seiunguntur, cum idem sint etiam testimonio Hebræorum, atque Græcorum, ipsa
 quoque attestante veritate. Qui ergo apud nos tot cælos numerant, videant ne in genti-
 lium fabulas incidant, & in eam reprehensionem, qua hoc loco vsus est sanctissimus, doctif-
 simusque Theodoritus. Potest etiam shamaim, iuxta Hebræos illud etymon recipere, à
 sham *שָׁם* hoc est, ibi, & maim aquis, quod ibi sint aquæ, eritque propè idem veriloquium
 cum superiore. His tot testibus acclamantibus, ipsa quoque voce admonente diuina, co-
 gnoscimus delyrantium hominum hallucinationem fuisse, & noua reperire cupientium,
 cælo quintam essentiam tribuere. Quod inuentum non tam veritati aduersatur, quàm
 aliis etiam philosophis, præsertim Platoni, qui ab antiquissimis theologis cælum ex ele-
 mentis igne præsertim factum, & didicit, & illustrissima voce pronunciauit. Quo magis
 carpendus est Proclus, qui bene sentientem philosophum conatur alienis delyriis impli-
 care. Qui & illud optimè nobiscum sentire videtur, vt cælum asserat corruptibile quidem
 esse, accepisse autem à Deo *ὅτι κτητὸν ἀθανάσιον,* id est aduentitiam immortalitatem.
 Et omnis ornatus eorum.] *שָׁמַיִם*, id est, omnis militia eorum. zauà igitur Hebraice, non
 ornatum proprie sonat, sed militiam aut exercitum, & quod Græce est *στρατιά*, sicut in ec-
 clesiis canitur, dominus Deus sebaot, id est exercituum. Quo epitheto maxime vtuntur
 sancti prophetæ. Hieronymus autem putauit hoc loco ornatum esse vertendum. Phrasis
 enim & consuetudo Hebraica est, vt in ea lingua, vniuersa stellarum multitudo, militia,
 atque exercitus appelletur. propterea militiam cæli adorare prohibentur Hebræi, id est
 stellas ipsas. Cæli ergo ornatus sunt ipsa sydera, totusque cæli apparatus, atque opificium.
 Quod

Duos tan-
tum cælos
esse.

Cælum em-
pyrium.

Cælum ex
aqua &
igne constat.

Cælum cry-
stallini &
firmamen-
tum idem.

Cælum esse
quintam es-
sentiam, fal-
sum est.

Στρατία
Militia cæ-
li quid a-
pud He-
bræos.
Ornatus
cæli.

A Quod vt facilius perciperetur, Hebraica loquendi consuetudine dimissa, exercitum ver-
 tit ornatum, quod tamen non fecit alibi: simul etiam Septuaginta fecutus est, qui & ipsi
 vertunt *κόσμος αὐτῶν*, id est, ornatus eorum. Vitarunt nimirum & ipsi Hebraismum. Cum
 ergo Deus à prophetis dominus exercituum vocatur, innuunt eum cæli, cælestiumque
 syderum autorem ac parentem esse. Etiam & illud mystice significant, quod sit dominus
 angelicæ multitudinis, qui in diuinis litteris appellantur etiam militia, siue exercitus cæ-
 lestis. Ac præter alia testimonia, in euangelio legitur, facta est cum eo multitudo cælestis
 exercitus: hæc inquam omnia innuuntur eo nomine à prophetis. Itaque militia cæli, tam
 omnes stellæ, quàm vniuersa angelorum multitudo vocatur: sicut etiam scribit quodam
 in loco Hieronymus.
 Ab omni opere suo quod patrarat.] *מְכַלְמֵהוּ* ab omni opere suo in singulari. At Septua-
 ginta per plurale ædiderunt, *ἐπὶ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ*, id est, ab omnibus operibus suis.
 Nihil vero id refert. Quanquam aperte intelligam, vnde factum sit, vt Septuaginta per
 plurale verterint. Vltimum enim tau huius nominis, videtur eos fecerit. Est enim ea lit-
 tera apud Hebræos finalis nominum masculinorum pluralium, interposita vau. *מְכַלְמֵהוּ* ze-
 baoth. Verum hoc loco ea littera non est. Quod itaque singulare erat, putarunt illi esse
 plurale. Consimilis error etiam supra deprenditur, qui *מַשְׁכֵּל* memsheleth, putarunt plu-
 rale esse. Itaque & illum locum verterunt *ἐπιχρῆς*, id est, imperia, potentias, idem frequen-
 tius reperitur. Neque existimandum est, eos alios codices habuisse, cum additio Chaldaica
 B per singulare idem nomen efferat, *מְכַלְמֵהוּ*, id est, opere eius, vel suo. Nostra quoque inter-
 pretatio clarissimum ad id asserat testimonium. Quod in super erat Hebraice *שָׁמַיִם*, id est,
 fecit, ipse vertit patrarat.
 In die septimo.] Ex hoc loco possunt corrigi codices Græci, quorum plures habent,
καὶ συνετέλεσεν ὁ θεός ἐν τῇ ἡμέρῃ τῇ ἑβδόμῃ, τὰ ἔργα αὐτοῦ, id est, compleuit Deus in die sexto ope-
 ra sua. septimum habet Hebraica veritas *וַיְכַלֵּם יְהוָה בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי*, id est, & compleuit Deus
 in die septimo, omne opus suum. Quod autem vetusti codices Græci ita habuerint, indicio
 ipsi interpretes Græci sunt, qui eodem modo citant eum locum. Theodoritus *καὶ συνετέ-
 λησεν ὁ θεός ἐν τῇ ἡμέρῃ τῇ ἑβδόμῃ* & quæ sequuntur apud ipsum. Theodoritus quoque eo mo-
 do interpretatur, vt vsque ad sextam diem Deus operatus narraretur, sabbato autem quic-
 uisse. Sed idem est si vel in sexto, vel septimo opus perfectum dicamus. Certum siquidem
 est in septimo nihil effectum fuisse, sed sex illis diebus tantum. Quod ergo in die septimo
 Deus opus suum perfecisse dictus sit, hoc innuitur in ipso sabbato cessatum esse, vt tamen
 in eo nihil operis prius fuerit inchoatū. A Septuaginta autem dicitur Deus sexta die quic-
 uisse, quippe qui eadem die omnia absoluerit. Quod etiam exponitur ab Auen Ezra, &
 cessauit, inquit, ab omni opere suo, quod fecerat scilicet *וַיִּשְׁבֹּט יְהוָה בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי*, id est, in die
 sexto, ante sabbatum. Annotatur is locus etiam ab Hieronymo.
 Iste sunt generationes.] *הַיְהוּדִים* est autem nomen ductum *יהוה*, Hoc est, genuit: signifi-
 caturque natiuitatem, generationem, vel cognationem, ac familiam. Septuaginta verter-
 runt *αὐτῇ ἡ βίβλος τῆς γενέσεως*, id est, iste est liber generationis, quod non est in Hebraico:
 non enim dicitur iste est liber, sed vt vertit Hieronymus, istæ sunt generationes. Arbitror
 autem à librariis esse additum iste est liber, ex quinto capite, vbi scribitur *וַיְהִי מִן הַיּוֹם*, id
 est, iste liber generationum, Vel fortasse fecerunt ipsi Septuaginta, ex illo loco explican-
 tes istum. Sed cur hæc minima annotamus? quod autem verterunt Septuaginta genera-
 tiones, non generationem, vt Hebraice est, & vt transtulit Hieronymus, ex eo credide-
 rim contigisse, quia cum illi biblia sine punctis vterentur, vt infinitis penè coniecturis de-
 prenditur, & vt sæpe nos monstraturi sumus, fortasse eandem dictionem legerunt thole-
 doth, quæ pluralis est, vel tholedath in consecutione, quæ singularis est. Sic enim scribitur
 sine vocalibus *וַיְהִי חוֹלֵם* sine cholem: atque ita factum vt plurale singulare effectum sit: quod
 vt minimi momēti est hoc loco, ita alibi plurimi referret. Satis est autē nunc causam varie-
 tatis ostendisse: Videbimus enim quàm vtile fuerit alibi, id à nobis esse animaduersum.
 Et omne virgultum agri.] Tam Hieronymus, quàm Septuaginta nomen atque etymon
 Hebraicum exprimere voluerunt, virgultum enim in ea lingua appellatur *יְרֵי* ierccià iarac,
 id est, viridi. Atque ierch proprie virorem aut viriditatem sonat. Omne igitur quod vi-
 ride est, siue in herbis, siue in plantis, ierch nuncupatur. Quod optime reddiderunt Se-
 ptuaginta, *πῶν χλωρὸν ἀγρῶν*, id est, omne viride in agris: nostra vero vox non totum id at-
 tingit, quippe cum virgultum, magis de plantis quàm de herbis dicatur. Alibi tamen

Dominus
exercituum
Deus cur
dicitur.

Militia cæ-
li.

Græcorum
codicum er-
ratis, sexto
pro septimo
habentium.

Deus cessa-
uit ab ope-
re die sex-
to.

Tetragram-
maton, inef-
fabile.

Nomen te-
tragram-
maton, cur
descriptum no-
n sit.

Fons pro
vapore.
Terra hor-
tus nuncu-
pata.

Philō su-
arum litte-
rarū igno-
rantia.

Hebraei fu-
turis pro
preteritis
imperfectis
vultur.

vertit Hieronymus קוֹי virens, Septuaginta imitatus. **D**
In die qua fecit Deus.] אלהים יהוה, Id est dominus Deus. Atque hic primum additur no-
 men tetragrammaton, id est quatuor litterarum, quod ineffabile est, neque vllus est ho-
 minum, qui ipsum vel audeat, vel possit proferre. Sunt quatuor litteræ, quæ quid son-
 ent, nemo nouit hominum. Profertur autem ab Hebræis alieno sono scilicet Adonai,
 cum tamen ea nominis tetragrammaton vox minime sit. Quod nomen vt diuinissi-
 mum est, ita ad varias & execrabiles superstitiones ab Hebræis, gentē omnium super-
 stitiosissima trahitur. Omittitur autem hic & ab Hieronymo & Septuaginta, forte ea
 inductis ratione, quod duo diuina nomina idem polleant: tam enim primum, quàm se-
 cundum sonat Deum. Nam quod Hebraice est Adonai Eloim, Latine & Græce Deus
 Deus diceretur. Cur vero verterent nomen tetragrammaton, cum nulla neque Græ-
 ca, neque Latina voce exprimi possit? quod si Eloim Deum interpretari voluerimus,
 nomen tetragrammaton quo nomine exprimeremus? Hæc itaque causa est cur & a Se-
 ptuaginta, & Hieronymo id nomen versum non sit, licet alibi dicant dominus Deus:
 cum id etiam nihil ad significationem faciat. Cur autem hoc primum loco additum sit,
 cum taceatur ante vbique, varia dicuntur ab Hebræis, quæ a nobis consulto omittuntur,
 eo quod alio tendimus. solum quod Auen Ezra, ait proferamus: עד להשיב עד להשיב עד להשיב
 וידע כי מופתם וקו הדיאשין עד להשיב עד להשיב עד להשיב id est,
 Animaduertito, inquit, quod à primo versu vsque ad operis consummationem facer con-
 textus semper nomen Dei Eloim separatim posuit, ab eo autem loco adiunxit ei nomen E
 tetragrammaton, quod diuine interpretati sunt maiores nostri dicentes, necesse fuisse, vt
 ibi esset perfecta Dei appellatio, vbi perfectum esset opus.

Fons ascendebat.] Imitatur Septuaginta, qui & ipsi vertunt. πηγή δὲ ἀνέβαινον ἐκ τῆς γῆς,
 id est, Fons autem ascendebat à terra. Carpitur autem is locus à Iudæis, quod Hiero-
 nymus verterit fontem, cum Hebraice sit נֶבֶל, id est nubes. Mosē enim scribere, non
 fontem, sed nubem à terra eleuari solitam, qua irrigaretur vniuersa tellus, vt natura sit.
 Alioqui quomodo cohæret, vt fons ascenderet à terra, quo vniuersa humectaretur? Sed
 Hieronymus, vt dixi, imitatus est Septuaginta, qui vaporem hunc, quem sol suo ca-
 lore efficit, fontem interpretati sunt: non quod re vera fons esset, sed quod instar fontis,
 omnia inundaret. Terra quoque quasi hortus nuncupata est, quam is fons irrigaret.
 Alioqui neque sanctissimi patres Græci ignorarunt hæc, quod de vapore modo dictum
 est. Neque propterea quod Septuaginta verterint fontem, non intellexerunt de vapo-
 ribus, ac nubibus hunc locum esse intelligendum. Theodoritus enim ea de re hæc re-
 fert. Docet, inquit, Mosēs terram fuisse tunc incultam, quod nemo adhuc inuenire-
 tur qui eam excoleret, neque superne caderent imbres, quibus ἀρδῆσαν ἔχουσα πλὴν μετὰ
 τοῦ χειμερινῆ ἕως ἰδρύτων ἐν ἀπομεινάσσει αὐτῆς ὑπόδα, καὶ ἰνυάδα, id est, quibus inquit, fœcun-
 daretur terra, quæ vitalem illum post aquarum recessum, contineret vaporem. Ita
 enim, inquit, interpretatus est Aquila, καὶ ὀπιθελυγμὸς αὐβῆν ἐκ τῆς γῆς, id est, irrigatio
 ascendebat à terra. Ita attestatur & Eusebius, quendam Hebræum sibi retulisse, non F
 fontem haberi Hebraice, sed quoddam vaporis genus. Philon autem Iudæus videtur
 suas litteras ignorasse, quod cum ex multis locis licet cognoscere, tum ex hoc præ-
 fertim. Exponit enim de fontibus qui à terræ visceribus surgunt, non de vaporibus.
 Videtur certe codices Hebræos non legisse. Vt enim fuit Græce doctissimus, ita for-
 tasse ignorauit Hebraice. Is mirifice approbat additionem Septuaginta, cum tamen
 in ea tot errata deprendantur. omnes autem qui hunc locum (aliqui enim inuenti sunt)
 de subterraneis fontibus interpretati sunt additione Septuaginta decepti videntur: vt
 est Vgo de sancto Victore, qui in libro de sacramentis per hunc fontem, quandam sub-
 terraneam abyssum putat intelligi. Chaldaica quoque additio, quæ semper vera inue-
 nitur, nubem non fontem interpretatur scilicet נֶבֶל, id est nubes. Est autem & He-
 braicum id nomen & Chaldaicum. Illud quoque obseruandum, quod Hebraice non
 est ascendebat, sed נֶבֶל id est, ascendet: neque propterea futuræ significationis est, sed
 vt verterunt Septuaginta, & Hieronymus. Nam peculiare in lingua Hebraica est, vt
 futuris pro præteritis imperfectis vtantur: siquidem eo carent tempore, sufficiuntque
 per futurum; quod vehementer obseruari velim. Dicitur quoque inferius de fluuio, di-
 uidebatur in quatuor capita, cum ibi etiam futurum sit. Hanc rem nos multis in locis
 annotabimus.

Forma-

A *Formauit hominem de limo terre,*] Hebraice expressius, & quod verum est, magis signifi-
 cans. Finxit enim Deus primo hominem terreum, vt figulorum moris est, ideo Hebraice
 habetur. עפר עשה אלהים את האדם id est, & finxit Deus Tetragrammaton, hominē terreum:
 ac propterea vsus est verbo finxit. Atque hæc est causa quod à Mercurio antiquissimo, &
 maximo Theologo, homines appellantur γηγενῆς. id est, terrigenæ, neque aliud est Adam
 Hebraice, quàm terrigena Græce, & Latine. De qua re Gregorius Nyssenus. ideo inquit
 apostolus, τὸν ἐκ γῆς ἀνθρώπον, γηγενῆ ὀνομάζει, οἰονεὶ μεταβαλὼν τὴν τῆς Ἀδὰμ κλησὶν εἰς τὴν ἐλλὰδα
 φωνήν, id est, hominem qui à terra factus est, terrestrem vocat, quasi nomen Adæ in Græcā
 vocem vertens. Homini autem ita effictio inspirauit animam Deus. Atque hinc argumen-
 tum est, prius corpus, quàm animam factum esse. Gregorius autem Nyssenus diui Basilij
 frater, vtrumque reicit, neque, scilicet corpus ante animam, neque animam ante corpus
 effectum esse. Hoc enim magis Platonice esse, & ab externa philosophia petitum, quàm
 Christianum. Illud autem, non quadrare naturæ. Nunquam enim esse organum sine virtu-
 te. quapropter simul facta esse confirmat. Ioannes autem Damascenus corpus ante animā
 effectum esse asserit, vt & sacræ attestantur litteræ, & vt ordo poscebat, cæterarumque re-
 rum exemplum. Cum enim homo omnium finis sit, nouissimus tamen omnium conditus
 est, ait igitur, ἀλλ' ἴσως ἐπιτοὶ πῆς ἀν καὶ πρὸς ἐνεργεῖ, εἰ τιμιώτερον ἢ ψυχὴ τῆς σώματος, τὸ ἐλαττον. ἐρωτῶν
 διμμεργεῖται, καὶ τότε τὸ μείζον, ἔχον ἄρα ἀγαπητέ, ὅτι καὶ ὅτι τῆς κτίσεως, τὸ αὐτὸ τῆς γένεως, ὡς ἀπὸ γὰρ
 ἕξουσιος καὶ γῆ, καὶ ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐδημιουργήθη, καὶ τὸ ἄλλο, καὶ τὰ ἄλλα, καὶ μετὰ
 τὰύτα ὁ ἀνθρώπος ὁ τέτων πάντων πλὴν ἀρχῆν μέλλων ἐργασασθεοῦ. τὸν αὐτὸν τρέπον καὶ ἐν αὐτῇ τῆς ἀνθρώπου
 ἀπλαστό, ἐρωτῶν τὸ σῶμα ἐξέρχεται, καὶ τότε ἡ ψυχὴ ἢ τιμιώτερον. & reliqua, id est, at quam ob-
 rem, dixerit fortasse quispiam, si anima longe præstat corpori, quod imbecillius est, prius
 est conditum? Deinde quod præstantius? At non cernis carissime, idem in vniuersa condi-
 tione accidisse? Vt enim cælum, ac terra, sol, luna, animalia, ac bruta, reliquaque omnia
 prius effecta sunt, ac deinceps homo, cui omnium harum rerum imperium erat tribuen-
 dum: eadem ratione, in ipso humano opificio, prius corpus, deinde anima, multo eo præ-
 stabilius efficitur. Arbitror ipse vtrumque verum esse posse. Illud autem verius cui à factis
 litteris euidētius est testimonium. Ruphinus tanquam rem hæreticam existimabat, si quis
 crederet animam ante corpus esse conditam: atque in eo accusat Hieronymum, licet
 falsò.

In faciem eius.] נָפֶת, id est, in faciem vel nares eius: vtrumque enim nomen Hebraicū
 significat. In nares autem fortasse magis esset consentaneum, quod in his respiratio sit po-
 sita, & inde halitus hauriatur, & eò diuina penetrarit afflatio: atque ideo Aquila, & Sym-
 machus μὴ κτήρας, vertunt, hoc est nares.

Plantauerat autem dominus Paradisum.] Quanquam multa ac varia ab Hebræis, Arabi-
 bus, Chaldæis, Græcis, ac Latinis de paradiso referantur, nihil tamen eorum attingere de-
 creuimus, cum nostro id refragetur instituto, qui circa simplices voces tantum, nos versa-
 tos sumus polliciti. Quod si quis ea de re accuratius cognoscere voluerit, ab his petat ne-
 cessè est, quorum est munus copiosius hæc explicare. Apud quos quanta esset rei ignoratio,
 atque obscuritas, tanta est varietas sententiarum. Neque tamen hæc tam sicco pede præ-
 terire voluimus, quin tam obscuræ, & ab humana intelligentia submotæ rei aliquid lumi-
 nis afferemus. Textus itaque Hebraicus ita se habet קָוַי גַּן-עֵדֶן מִן-עֵדֶן id est, Et plantauit
 dominus Deus hortum in Heden. Quod igitur vertit Hieronymus paradysum voluptatis:
 Hebraicum habet paradysum, vel hortum in Heden. Id quod & Septuaginta secuti sunt,
 qui non Paradysum voluptatis, sed Paradysum in Heden vertunt. καὶ ἐφύτευσεν ὁ θεὸς ἑδὲν ἐν
 ἑδὲν, Quanquam inferius transferant & ipsi, ἐφύτευσεν τῆς τρυφῆς, id est, Paradysum de-
 liciarum. Tam igitur Hieronymus, quàm Septuaginta dubitasse videntur, an Heden esset
 nomen loci proprium vbi situs sit Paradysus, vel nomen significans delicias, aut voluptatē.
 Vt est libro secundo Regum capite primo, qui vestiebat vos in delitiis. Vbi Hebraice est,
 וַיַּעֲבִדְכֶם בְּעֵדֶן in he-danim: plurale à singulari Heden. Psalmo quoque 36. Torrente voluptatis tuæ
 potabis eos. Hebraice קָוַי עֵדֶן id est, Torrente voluptatum tuarum, atque alia eiusmodi.
 Quod veroloci proprium sit, primum ex Genesi manifestum, cap. 4. Egressus Cain habi-
 tauit profugus ad orientalem plagam Hedē. Neque ibi Hieronymus Heden interpretatus
 est delicias, puto quod nomen loci sentiret esse. Euidētius etiam id cognoscitur ex
 Ezechielis cap. 27. vbi multi populi, ac nationes numerantur, à quibus importarentur
 in Hierusalem mercis, inter quos populus Heden & Charan censentur. Ex quo loco

Terrigena
homines.

Corpus an-
te anima
prius facta
sit.

Corpus an-
te anima
factum.

In faciem.
In nares.

Paradisum
in Heden.

Heden pro
priū loci.

Paradisi re- gionem ha- bitatam nec longe remo- tam ab in- dea.

Charan.

Paradisus vox Persi- ca.

Procopius de paradiso

Paradisum non esse sta- tam extra orbem no- strum.

Scriptura sacra se- ipfam de- clarat.

Paradisus ubi sita. Ninive.

apertissime intelligitur, habitatam tunc regionem paradisi, & hunc esse locum, sicut & reliquos. Ezechiel igitur sic inquit: Charan, & Heden negociatores tui. Nomina locorum; pro ipsis incolis ponens. Si ergo ab Heden, id est, paradisi loco, ac regione negociatores in Iudæa accedebant, clarum est locum illum & habitatum fuisse, & non maximis spatiis remotum ab Iudæa extitisse. Et quoniam ibi per ordinem loci & populi numerantur, clarissime patet, cum simul Charan, & Chemma, & Heden recensentur, istum Heden propè Charan atque ei vicinum fuisse. Charan vero scimus locum esse in Chaldæa, vel certe Iudææ propinquum, id est, Mesopotamiam, De quo Gen. cap. 2. sic habetur: Eduxitque eos dominus de Vr Chaldæorum, ut irent in terram Chanaan, veneruntque vsque Charan. Quæ res facit mihi fidem, fuisse ibi illum decantatissimum paradisum. Primum quia hic sunt illa quatuor flumina, quæ à paradiso egredi feruntur, præter Nilum, sed hoc soluimus inferius: Deinde quia terra illa omnium est amœnissima. Præterea etiam ex scriptoribus Græcis nouimus ibi plures fuisse nobilissimos paradisos, quorum nonnul- los influeret etiam Euphrates. Sicut traditur & à Xenophonte. Nomen quoque pa- radisi, Persicum est. Quemadmodum & idem Xenophon scribit. Hortos inquit quos illi paradisos appellant. Philostratus quoque in vita Apollonij, de paradisis Persarum hoc modo meminit, μέλλων ἔρῃ ὁ δάμιος, ποτὸς θήραν γινέσθαι τῆς ἐν τοῖς ποταμοῖς χαρίων, εἰς ἐς λέοντες τὲ σκοτεινοί, τοῖς βαρβαρίοις, καὶ ἀριστοὶ καὶ ποταμῶν ἀλάεις, id est, Cùm Rex inquit Damis ad venandum iturus esset ad loca paradisorum, vbi leones, vsus, pantherasque claudere barbaris moris est. Procopius quoque Cæsariensis, non aliud scribit de quodam in Africa paradiso, vbi regia Vuandalorum esset, quàm quod traditur hoc loco, de paradiso Dei: in hunc modum εἶθαι δὴ βασιλεία τε ἦν τῶ βασιλῆων ἡρωιδῶν, καὶ ποταμῶν ἱερῶν ἀπάντων, ὧν ἰσίδι ἡμῆς, τοῖς τε γὰρ κρήνας κόμην δὴ κερταρρῆτος ἔσθι, καὶ ἀλάεις ἐξὶ παμπολυ λέγῃμα, ὁ πόρος δὲ πὰ δένδρα μεσσησὶ ἐν ἔσθι, ὥστε τῆς πρῆσιων ἰσίδος, πλὴν καλύβων ἐν δένδροις ὁ πόρος ἐπιθήατο, καὶ τῆς κερ- πῶν, πλὴν καλέει ἀράων ὄριαν, εἰς ἄρον μὲν αὐτῶν, ἀφίκοιτο πάντες. Hoc est: Ibi regia principis Vuandalorum sita erat, & omnium quos ipse viderim pulcherrimus paradisos. Nam & fontibus totus erat irriguus, & nemora vnde quæque virecebant. Arbores autem pomis erant onu- stæ, adeo ut ipsi milites, defixis late sub arboribus tentoriis, inde poma decerpent, & pro sua quique auiditate satiarentur, quæ pro anni tempore erant tunc matura. Eo nomine vtuntur & Hebræi aliquando, Salomon Ecclesiasticæ cap. 2. הַבַּיְתָה הַזֶּה אֶתְּ הַחַיִּים הַבֵּטָחִים וְהַיַּשְׁבֻּעַ. Hoc est, Feci mihi hortos & paradisos, & plantaui in eis omne lignum fructiferum. Quod igitur fecit in terris mortalis Salomon, & alij Barbarorum reges: cur non idem longe diui- nius ac venustius fecerit Deus, ut plantarit paradisum, in quo amœnissime inuenirentur ar- bores? Verisimile autem est, fuisse ibi collem aliquem amœnum, atque excelsum, quem Deus omnibus suauissimis herbis, ac floribus, & plantis replerit. Ex quo post peccatum eiectus Adam fuerit, habitavit tamen propè ipsum. Quod potissimum sacrarum litterarum testimonio cognoscimus, quæ tradunt Cain circa locum illum pauld longe à patre habi- tasse: Profectus est inquit ad plagam orientalem Heden. Habitata itaque est plaga illa ad quam situs erat Heden, primum à Cain, dein ab alijs eius posteris: de quibus Ezechiel me- minit. Non est igitur, ut quicquam absurdum de paradiso cõminiscamur, ut eum vel extra nostrum orbem transponamus, vel non ad litteram, sed mysticè quæ de eo commemoran- tur, intelligamus. Neque adeo inhumanus fuit Deus, ut voluerit huius rei ignoracione per omnes ætates homines torqueri: cùm neque vllum in sacris scripturis esse passus sit locum, quem si accurate pensitemus, interpretari non possumus: ut enim hoc loco ait Theodori- tus, ἡ ἀγία γράφῃ ἐπεὶ ἐν βεληταῖσι τοῖς τοῖν ἡμῶν διδασκείων, ἐσωτὴν ἔρμηνευε, καὶ οὐκ ἀφίκοι παλαιάσθη τῶν ἀκροατῶν. id est, Sacra scriptura, cùm explicare aliquid grande vult, ipsa se ipsam de- clarat, neque patitur errare auditorem. Nam si extra nostrum orbem is esset, quomodo in terras nostras peruenisset. Adam è paradiso pulsus? Cum presertim doceant diuinæ litteræ, ab eo loco propagatum esse genus humanũ, id est à regione Chaldæica. Vbi & turris ex ædi- ficata fuerit. Et inde in omnes terrarum partes homines sese diffuderint: Regiones in super- illaz, nominibus filiorũ Adam ac Noë, appellantur. Vt Magog, Madai, quæ est media. Quid, nõnne Babylon, à Nérođ in ea regione ex ædificata est? Iam vero arca Noë, nõnne in mon- tibus Armeniæ requieuit, non longe: scilicet ab habitatione Noë? Ibi igitur est paradisos, vbi conditus est homo, & vbi fuit primã hominum habitatio, & vnde propagatum est ge- nus humanum. Hæc autem est Chaldæa, atque Assyria, vbi & Ninive à primis illis homini- bus extructa est. Qui ergo paradisum, vel sub æquinoctiali, vt Astrologi, vel extra nostrum orbem,

A orbem, ut alij multi constituunt, non videntur accurate omnes sacras litteras cõsiderasse. Qui item mysticè, eundem paradisi intelligunt, eodem errore inuoluuntur. Quare nescio an erret Proclus, qui apud Hesiodum inquit, μακίρον δὲ νήσος εἶπτον, ποταμῶν ἐσσον ἀνιήθηται, ἡρωὶ τοῦ ἡλυσίον πεδῶν παρὶ αὐτοῖς λεγόμενον, καὶ τὸ ἄλυτα τηρεῖν σώματα ἢ ποταμῶν πλὴν ἡλυσίον τῶν χαρίων. Hoc est, Vbi Hesiodus fortunatorũ insulas meminit, Paradisum innuit, id videlicet, quod apud ipsos poetæ, Elysius campus appellatur, ab eo quod corpora immortalia præseruet, vel quod malorum solutione efficiat. Quod si vates illa antiquissimi, pleraque à sacris lit- teris acciperent, eaque alijs nominibus appellarent, ut nos sæpius admonuimus, id quod etiam facturi sumus, non erit fortasse absurdum, iuxta Procli sententiam, vates illos vetu- stissimos credere, de paradiso sensisse, cùm beatorum insulas, & campum Elysium sæpius laudarent. Nam & quidam è nostris, apud Græcos idem senserunt. Apud Gregorium sic legitur ἡζέωσαν δὲ καὶ αὐτῶν, καὶ ἡλυσίον πεδίον, καὶ τὴν γῆν τῆς ἀκηρότης, ὡνομασται δὲ ἔσθως, τὸν κατὸ ἡμῶν ποταμῶν, ἑπὶ τῶν μουσαϊκῶν βιβλίων, καὶ τὸν ποταμῶν τῶν ποταμῶν διαφάνησιν, ἡλυσίον, πεδίον, καὶ ἀσφοδῆλων λεμῶνα ποταμῶν ῥεῦσαντες. Sapientes inquit, qui fuissent, in Elysius campos receptos asserant, terram scilicet immortalẽ. Quo nomine appellabant nostrum Para- disum, ex Mosaicis libris edocti, licet in appellando eo discreparent, campum Elysium, vel pratum herbosũ ipsum vocantes. Hunc paradisum non ignorarunt etiam Chaldæi. Extat enim in magicis eloquijs zoroastrorum, ἑγήθησιν τὸν ποταμῶν, quare inquit paradisum, quanquam Psellus asserat, eos mysticè hic de paradiso loqui. Sic enim ea verba interpretetur. καλδαίους ποταμῶν ἑπὶ τῶν ποταμῶν γῆρος θείων διδάσκων, καὶ τὸ ἐπιπέτα καλδί, τῆς διμετρικῶν πηγῶν, ἀνοξίς δὲ αὐτῶν δι' εὐσεβείας, ἢ μετασίτῃ τῶν ἀγαθῶν. φλογὴν δὲ ῥομῶσα ἢ ἀμεί- λητος τοῖς ἀναξίως ποταμῶν διδάσκων, καὶ τῶν τοῖς μετὰ καλεῖται αἴσθι πλὴν ἀπεπιτηδίοτητα, τοῖς δὲ εὐσεβίσι ἀνηπαλαται, εἰς ὃν ἀνατένονται, πῶσα ἀθεμερῆ καὶ ἀρεταῖ. Chaldæicus inquit, iste paradisus est vniuersus diuinarum virtutum, quæ circa patrem sunt chorus, pulchitudinẽsque igneæ, promanationum à mundano opifice. Aditus autem eius per pietatem, est bonorum parti- cipatio. Flammeus autem gladius est inexcrahilis potentia, his qui indigne accedunt. Et his quidem clauditur, quod digni non sint: patet vero pijs: dignos enim tanta re pietas eos reddidit. Quem spectant omnes virtutes quæ diuinos efficiunt homines. Rursus idem au- tor, clarius hoc ipsum paulo post explicat, vbi eadem præcepta Chaldæica, ad beneuicium eum cohortantur, qui paradisum velit adire. Quod hoc carmine innuitur.

μέλλων εὐσεβείης ἱερὸν ποταμῶν ἀνοίγειν, id est,
Qui sacrum cupias supernum paradison adire:

Psellus inquit, ἱερὸς δὲ ποταμῶν καὶ καλδαίους, ἐχὼν ὃν ἢ τῶ μουσαϊκῶ βιβλίων φλογὴν ἀλλ' ὁ λεμῶν τῶν ἐπιπλατῶν θεολογῶν. ἔσθα τὰ ποιματῶν ἀρετῶν δένδρα, καὶ τὸ ἐύλοιν τὸ γνωστὸν τῶ καλεῖται καὶ χαροῦ, κατῆται ἢ ἀφαιρητικῆ φρονησίς, ἢ ἀφαιρησῆ ποικιλῆσιν ἐπὶ τῶ χεῖροισ, καὶ τὸ ἐύλοιν τῆς ζωῆς, κατῆται τὸ φυτόν τῆς θεοσεβείας ἐλλάμπεως, τῆς κατῆσθῆσιν τῆ ψυχῆς ζαλίον ἐν τῶ ποταμῶν ποταμῶν, καὶ ἀρετῆ καὶ σοφίας, καὶ εὐνομίας φέρουσα. Hoc est: Sacer paradisos secundum Chaldæos, non is est, quem Mosi liber describit: sed pratum superumarum contemplationum, vbi variæ inueniuntur

C virtutum arbores. Lignum quoque sciendi bonum ac malum, scilicet iudicandi prudentia, quæ bonum à pravo sciungit. Lignum etiam vitæ ibidem inuenitur, nimirum planta diu- nioris illustrat: onis, quæ vitalem fructum parit animo. In hoc igitur paradiso, & virtus & sapientia, & optimus reip. status esse perhibentur. Vides ergo Chaldæos de mystico para- diso hic loqui. Quia vero non tollit Psellus paradisum terrestrẽ, etiam ad opinionẽ Chal- dæorum, permittamus eum de cælo sentire. Improbatur autem etiam à sanctissimis viris Græcis contra Origenem mystica paradisi interpretatio. Præsertim cùm ad alia testimo- nia illud etiam maxime argumento sit, paradisum esse terrestrẽ, quia terra Iordanis & Pentapoleos ob amœnitatẽ, paradiso dei comparatur. Si autem mysticus esset paradisos, quo modo terreni loci ei compararentur? Epiphanius quoque contra Origenem ostendit paradisum esse terrestrẽ, quod flumina ex eo egredientia, terrestria sint, quorum ex aqua ipse biberit, & si flumina terrestria, etiam reliqua. Animalia quoque adducta sunt coram Adam, ergo in eo erant animalia. Non igitur erat, aut mysticus, aut extra nostrum orbem, aut ad lunarem circulum. Quancum Philon Iudæus paradisum esse terrestrẽ neget. Nam cùm de plantis latissime differuisset, demum hæc intulit. τοῖς εἰρημητοῖς ἔστιν ἀκόλαθος καὶ ἢ τῶ ποταμῶν φλογῆς, λέγεται γὰρ, ἐφύτῃσιν ὁ θεὸς ποταμῶν ἐν ἐδῶν κατὰ ἀνατολῆς, καὶ ἐθετο ἐκεῖ τὸν ἀνθρωπον, ὃν ἐπλασε. τὸ μὲν οὐκ ἀμπελὺς καὶ ἑλάϊον, καὶ μύλων ἢ ῥοιῶν, ἢ τῶν ποταμῶν δένδρα, οἶσασαι. πολλὰ καὶ δυσεργέα πνευτὸς ἢ εὐθεία. His inquit quæ dicta sunt, consentaneum est,

Elysius ca- rus paradiso.

Paradisus mysticè in- terpretatur

Chaldæort sacer para- disus.

Mystica pa- radisi inter- pretatio im- probatur.

Philon con- tra.

vt de paradiso loquamur: scriptum enim est, Plantauitque Deus paradysum in Heden ad orientem versus, posuitque ibi hominem quem sumpserat. Arbitrari igitur, in eo vites, oliuas, poma, mala punica, & id genus arbores inueniri, adeo non est verum, vt summa etiam stultitia sit credere. Sed certe fallitur: Nam & Theodoritus hoc modo improbat eos, qui paradysum, caelum esse volunt τῆς θείας γραφῆς λεγόμενος, ἐξαιρέσει ἐπὶ τὸ θεὸς οὐ τῆς γῆς, πᾶν ἔχον ἀρχὴν εἰς ὅρατον, καὶ καλὸν εἰς βρώσιν, πολὺ μῆρον ἄγαν, τὸ τῆς οὐρανίας ἀπολαύσεως λογισμῶς, καὶ τῆς οὐρανίας ἀπολαύσεως τὸ πνεύματος, id est, Cum aperte sacra scriptura perhibeat Deum praeter ea pleraque esse terra protulisse arbores, quarum aspectus esset pulcherrimus, gustus autem suauissimus: audacissimorum plane hominum est, diuini spiritus doctrina relicta, capitis sua somnia confectari. Hoc vt puto in Origenem dicitur, qui totam hanc de paradiso historia mysticam esse vult, magis argute quam verè. Sacris igitur & scripturis & scriptoribus consentientibus, verissimam esse de paradiso sententiam inuenimus, quam nos attulimus. Quamquam vero inueniantur apud Graecos, qui Heden, nomen regionis paradisi esse intellexerint, nemo tamen, qua terrarum parte ea esset, aperuit. Siquidem saepe citatus Theodoritus inquit, Ἐδὲν οἱ μὲν τὸν ὀψιθυσίων ἀπὸν λέγουσιν φασίν, οἱ δὲ τὸν ὀπίον φασίν, ἐν ᾧ, καὶ ὁ ὀψιθυσίων ἦν, ὅθεν καὶ ὁ ἄδὰμ ἐπλάσθη, καὶ ὁ ἄδὰμ ἀπὸ τῆς γῆς ἐν ἔδεν γεννηθεὶς ἀποστρεφόμενος, ἔδωκε γὰρ τὸ πύργον. Heden inquit alij quidem paradysum appellari asseuerant, alij locum vniuersum, in quo situs esset paradysus: quamobrem etiam Adam nuncupatus est, quod è terra sit effectus, quae fuisset in Heden. Quamquam hoc minime verum sit, non enim Adam ab Heden appellatus est, cum varia sit vtriusque nominis & scriptura & significatio: Hæc tamen cum Hebraeorum interpretatione consentiunt. Auen Ezra, מקום האדמה שנברא ממנה הארץ קרוי הדין, id est, Neque ignorare debes inquit, terram è qua homo factus sit non procul à paradiso Heden exitisset. Dehinc infert, והשואמות כן אדמה היא ארץ ישראל והנה שבו, id est, Et sunt qui putent hanc esse terram Israël, sed non considerant illud, Et factum est dum proficiscerentur ab oriente. Per quod testimonium, vult intelligi, longè eam regionem semotam à terra Israël fuisse. Igitur Heden regio est paradisi, quæ forte ab amœnitate ac voluptate nomen sortita est. Omnes enim regiones ac terræ, nomina acceperunt ab his, qui eas primi incoluerunt. Itaque Aegyptus vocatur Hebraice Mizraim, qui fuit filius Chan, primusque tenuit Aegyptum. Cuius quoque apud eos Aethiopia dicitur, primùm à Cus filio Chan, & fratre Mizraim habitata. Atque item alia. At vero regio Heden, non ab vilo homine, vt ex scripturis colligimus, vocata est, sed à loci amœnitate. Hæc vt sapius dictum est, neque extra nostrum orbem iacet, neque sub æquinoctiali posita est, neque sydera attingit, vt quidam opinati sunt, sed & sub ea cæli positura est sita, quæ & habitari posset, & habitata ac frequetata à primis hominibus eorumque posteris fuerit, vt reliquæ prouinciæ: alioqui cur positi sunt cherubini ad custodiam, ne quis ingrederetur, nisi ibi prope essent homines? In hac Adam vixit: In hac educatus est Habel: Ad eius orientalem situm habitauit Cain: Hinc omnes profecti sunt homines: In ea habitatum est ante diluuium, quo tempore, neque Aegyptus, neque Aethiopia, neque Palaestina, neque terra Chanaan ab vllis hominibus tenebatur. Nam post diluuium, Mizraim, id est Aegyptus, & Cus primus Aethiopiæ incola, natus est. Eo tempore, neque Italia, neque Græcia, neque Arabia incolebantur. Eius autem loci homines, cum essent corrupti, diluuium perpeffi sunt. Atque ideo in montibus Armeniæ requieuit arca, non procul scilicet ab Heden, id est prima hominum habitatione, vbi & Noac degebat. Hæc vna est causa quod Chaldaei, omnium sese antiquissimos iactant, numeranturque apud eos quadringenta septuaginta annorum millia. Quod quamquam falsum sit, fuerunt certe hi omnium vetustissimi, & apud eos inuenti sunt homines. In his itaque locis erat & prouincia Heden, in cuius amœnissimo loco, diuina voluntate hortus pullularat. Neque enim Deus manibus suis eas arbores conferuit, sed is loquendi diuinarum litterarum modus est, quæ omnia referunt in Deum. Dicunt & eum Cete gradia procreasse, cum tamen ex aquis hæ natae sint. Et in Iona, Cetum allocutum fuisse. Omnia quæ vel aère, vel terra proueniunt, diuina scriptura facit ea à deo proficisci. Is hortus appellatus est etiam paradysus Dei, eo modo quo Hierusalem ciuitas Dei dicitur, & Sion mons Dei, non quod præter cætera, ea loca crearet Deus, sed quod aliqua Dei memoria in his esset. Eadem ratione, nõ est suspicandum, Paradysum fuisse aliquem immortalem locum, aut nescio quid maximum ac diuinum habuisse, quod & à Deo confitus narretur, & ibi, primi homines habitarent. Is enim, locus erat vt reliqui: amœnior tamen, ac suauior, quales insulæ fortunatæ esse memorantur. Atque hæc est causa, quod præsci illi homines in tot annos vitam propagarent. Obtinebant enim regionem

Agionem temperatissimam circa paradysum, vt qui in insulas fortunatas incolunt, qui diu vivere feruntur. Cognoscimusque, hunc locum non admodum magnum fuisse, cum hortus appellatus sit. Delegerat siquidem Deus locum periuicundum, ac beatum, in quo primum fingeret hominem, eumque sibi per summam charitatem associaret, quæ potissimum in eo erat sita, vt Deum suum amaret, eumque vt dominum coleret, ea obseruando, quæ præcepisset. Quod cum non fecisset, non iniuria pulsus inde homo est. Quapropter fabulas esse arbitror, quæ iste paradysus comminisci homines fecit. Nisi Adam peccasset, fore vt in eo paradiso iugiter homines habitassent. Nam etiam si Adam non peccasset, habitata tamen ista terra fuisset, vt nunc sit, & homines ~~in paradiso habitassent~~ congruo tempore in caelum fuissent assumpti. Neque enim delictum Adæ, corporis mortem intulit, sed animi: quia à diuino se desunxit amore, eumque vt dominum non est veritus. Nam cur **I E S V S** C H R I S T V S, generis humani reparator, cum nos à peccato Adæ eripuisset, ex illo tempore corpora nostra immortalia nõ reddidit? Hæc dico non ignoras grauissimos, sanctissimosque viros, aliter sentire: quæ si parum Christiana sunt, retracto, promptèque refello. Habitata igitur tota terra fuisset, dictum enim est, Neque erat homo qui operaretur & custodiret eam, quamquam de paradiso id quidam intelligunt, non rectè: fuissent tamen omnia lætiora, ac quasi aurea sæcula, & ab ista felicitate transmissi homines ad æternam illam fuissent: transmissi inquam, vel per assumptionem animi vnà cum corpore, vel per suauissimam è corpore discessum: Omniaque extitissent pacatissima, plena pacis omnia, & suauitatis. **B** Quem statim voluit reddere hominibus Dei filius, quod & fecit, in his qui piissime viuunt. Cuius aduentus in terras, imbuat nos cognitione diuina, illamque amissum rusticitatem, quam cum patre nostro Deo, ob peccatum Adæ contraxeramus: regressique ad pristinum illum statum sumus, vt Deum conditorem autoremque nostrum agnosceremus, sicut & ipse Adam cognoscebat: sed is ob peccatum, ad diuinam fruitionem admitti non poterat. Atque hæc est salus, quæ mundo attulit Dei filius, quod & à culpa Adæ per ipsum liberati sumus, & Deum patrem nostrum recognouimus: qui nisi venisset, mortem animi sempiternam defleuissimus. Cuius diuinitatis ignoratio sparserat per genus humanum miserabiles errores, è quibus saeuissimæ calamitates postea pullularat. Erat ergo paradysus Heden, locus quidem amœnus atque odoratus, his tamen casibus obnoxius, quibus & cætera mortalia obnoxia sunt. Atque hanc esse causam puto, quod is paradysus non inueniatur nunc, incultus enim fortasse redditus est, neque illam amœnitatis formam seruat. Eodemque forte modo, is Dei hortus deformatus est, quo Hierusalè ciuitas Dei euerfa est, & Sion mons Dei. Arca quoque Dei deuestate contabuit. Omnia denique ea, temporis diuturnitate abolita sunt, in quibus longe diuini opera perpetrata à Deo sunt, quam in Heden creatio Adæ. Vt ergo illa oblitterata sunt, ita incultum, & informem nunc esse paradysum necesse est. Placetque vehementer, quod ait Chrysostomus, ante diluuium, & paradysum, & viam, quæ duceret ad ipsum, notam hominibus fuisse: post diluuium penitus ignoratam, his verbis: τὸ γὰρ τὸ ἔργον ταλαιπωρῆσαι εἰδόντων καὶ τὴν πόλιν, καὶ τὴν ὁδὸν, τὴν ἀπαύρατον, εἰς τὸν ὀψιθυσίων, τὴν δὲ κατὰ τὸν ἔργον νομιμάθει, ἔξω ἐγέγονε τὸ ὀψιθυσίων, καὶ μήτε γὰρ λοιπὸν ἐγγιγνέσθαι, μήτε οἱ ἐξ αὐτῆς. id est, Ante enim diluuium cognoscebant homines & locum, & viam quæ duceret ad paradysum: post diluuium, extra paradysum esse reperti sunt, & neque Noë, neque posteris eius vltra cognitum est: Innuens, vt puto, aquarum illuue arbores amœnissimas esse euerfas, terram autè quæ suauis herbas pareret, vorticibus rapidissimis dissipatam fuisse, atque ita locum delicatum cecidisse, eque oculis mortaliu euanuisse, vt post diluuium, ne vestigiū quidè appareret: facta diuini & celestis loci misera immutatio, propter hominum scelera: quod aliis etiā locis & rebus accidit, vt quas Deus reperisset, propter hominum impietatem sint diruta, ac dissipata. Quod autè Enoc, & Elias, & Ioannes apostolus, in eum locum translati feruntur, id eadem facilitate refellitur, qua asseritur. Quo quæso ex idoneo loco scripturarum id colligitur? Elias factus assumptus est: sed num in paradysum? quis tam audax est, qui hoc ausit asserere, cum id nusquam memoriæ proditum inueniatur? Eodem modo Enoc assumptus est: sed quem in locum scriptura non refert? Eadem de Ioanne dici possunt. Quod si hi cum corpore assumpti sunt, arbitror eos ibi positos, vbi & **I E S V S** cum corpore versatur. Neque vero propter corpus in hunc paradysum erant transferendi, cum glorificata corpora, aliam recipiant naturam: quod & in **I E S V** Christi corpore accidisse didicimus, qui ianuis clausis ad Apostolos penetravit. Quod enim in paradysum terrestrem hi transmissi non sint, indicat & Pfellus in Chaldaicis præceptis, hoc modo: Hoc inquit præceptum: καὶ ἐνεὶ Ἰνα καὶ

Adam ab Heden.

Heden regio paradisi.

Paradysum in nostro orbem.

Armenia non longe ab Heden.

Chaldaei omnium antiquissimi.

Paradysus dei.

Chr præsci in plures annos vitam.

propagauerunt vitam quam nos.

Ad peccatum non intulisse nobis corporis, sed animæ mortem.

Paradysus mortaliu obnoxius.

Paradysus diluuium euerfus.

Enoch, Elias & Ioannes in paradysum translati.



αὐτὸ τὸ αἶμα, ὅπερ φησὶ ἕλης σὺβαλον, καὶ τὸ γένος ἐκδαπανήσωμεν, ἢ ἀποδομηθῶμεν εἰς ἀθήρα καὶ φησὶ
 σαμὺν, ἢ μεταπεριωδωδύμεν ἑσπὸς ἑῷ εἰς πόπον δύλον καὶ ἀσάματον, ἢ ἐν σάματον ἰδρῶ, ἀβέρον δὲ, ἢ ἕρασιον, ἢ δὴ
 τετύχηται, ὁ, τὸ θεοῦ τῆς ἡλίας, καὶ ἑσπὸς τούτου ἐγὰρ, μεταβεργες ἀπὸ τῆς ἐν ταύθα ζῶντος, καὶ εἰς θεοτέρων
 λῆξιν ἀποκαταστάτες. καὶ μῆδε τὸ τῆς ἕλης σὺβαλον ἢ τοὶ τὸ εἰσπὸς αἶμα κρημῶν χεταλιπῶντες, id
 est, Admonet, vt corpus etiam ipsum, quod materia frustum & quasi exclementum esse
 dicit, diuino igne abfumamus, vel extenuatum in æthera subleuemus: vel tollamur à deo
 in locum immaterialem & incorporeum: aut corporeum quidem: sed ætheriū, aut cæle-
 stem. Quam sedem sortitus est Thesbytes Elias, & ante eum Enoch, translati ab hac vita
 in statum diuiniore, vt neque ipsius materia frustū, vel propriū corpus in hac valle relinque-
 rint. Quamobrem non est cur putemus eos homines, in paradiso esse positos propter eo-
 rum corpora. Quanquam igitur inueniatur regio Heden in qua erat paradisu, ipse tamē
 paradisu non inuenitur, idque in causa, quod ab illo tempore is locus squallidus & incul-
 tus est effectus. Erat enim hortus, & atque ea est hortorum natura vt facile possint squalle-
 scere. Animaduerte itaque, quā clarē ac perspicuē de paradiso loquantur diuina lit-
 tera. Primum regionem describunt, in qua is esset positus, deinde in quam mundi par-
 tem spectaret. Hebraice enim sic est: Plantauerat autem dominus paradisu in Heden
 ab oriente vel à plaga orientali, sic enim transferendum est, quod Hieronymus vertit à
 principio, vt postea dicemus. Deinde nomina fluuioꝝ ponuntur, qui ex ea regione egre-
 derentur: atque inde profecti, quas terras peragrarent. Quos cū in Chaldaea esse com-
 pertum sit, vel circum, neque enim ad amulum describere possum: quid superest iam, quod
 de cognoscendo terrestri paradiso desideretur? Reliquum itaque est explicare, quod om-
 nem hanc rem perplexam tenet. Nam si paradisu in ea mundi parte est positus, quam di-
 ximus, quo modo cohæret vt quatuor flumina, infinitis spacijs à se diffita, tanto etiam mari
 interiacente, ex eo loco egredi possint? præsertim cū horum fluuioꝝ fontes iam alibi
 esse reperti sint. Et de Euphrate quidem ac Tygri nihil commouemus, cū eandem hab-
 eant originem: & ex ipso Heden certum sit eos emanare, aut alibi nascentes Heden pri-
 mum influere, indeque egressos à se inuicem abiungi, vbi mox abiunctis dissociantur aquis.
 At Ganges? at Nilus? quorum tametsi fontes non ad eodē certi sint, alter tametsi à meridie,
 alter ab aquilone oritur. Possunt igitur hi vnum habere fontem? Aut potest esse verum,
 quod alij prodiderunt, vt ex vno fonte prodeant, sed ex æditissimo loco ruentes, in viscera
 terræ condantur, perque immensos terrarum tractus profluant, post hæc emergentes, di-
 uersas habere origines videantur? Num possunt tantam maris vastitatem traicere, tot
 terras, tot montes penetrare, dein in auras erumpere? Quæ quia vera esse non possunt,
 quærenda est alia huius nodi solutio. Primum itaque verba ex contextu Hebraico profe-
 ramus, quæ in hunc modum habent, וְיָרַד מִצְרַיִם מֵעֵרָב לְהַשְׁקוֹת אֶת הָאָרֶץ וְיָרַד מִצְרַיִם מֵעֵרָב לְהַשְׁקוֹת אֶת הָאָרֶץ
 Hoc est, Et fluuius egrediebatur de Heden, ad irrigandum hortum, & inde diuidebatur,
 & erat in quatuor capita sicut vertunt & Septuaginta. Primum igitur scribit fluuium non
 de paradiso, sed de regione Heden promanare, atque inde ferri per hortum, vt eum irri-
 garet: quem cū esset egressus, quatuor efficeret capita, sicut Padus, qui Ferrariæ pro-
 ximus, in duos amplissimos amnes distribuitur. Cūque eorum alter ad Ferrariæ moenia
 attigerit, ibi in duos quoque latissimos amnes diuiditur, qui diuersis itineribus, mare Adria-
 ticum influunt. Non erat itaque in paradiso, fluuij illius maximi, qui in quatuor flumina
 diuideretur origo, sed in regione paradisi, procul aut propè paradisu, qualis erat para-
 disus ille Cyri, sua ipsius manu confitus, quem Euphrates à suis fontibus remotissimus
 influebat. Potuit itaque etiam Dei paradisu, ab ortu huiusmodi fluuij, esse quā remotis-
 simus. Quod autem dicit illinc, diuidebatur, non illinc, id est, à paradiso, sed à regione
 Heden, quæ vt erat amplissima, ita in varias terras mittebat diuisos amnes: quorum se-
 paratio, procul aut propè fieret à paradiso. Hunc itaque maximum fluuium arbitror esse
 eum qui ex Tigri & Euphrate commiscetur. A suis enim fontibus profecti coeunt inter
 se, dehinc Mesopotamiam efficiunt: atque hoc est, quod Heden ad hæc loca esse neces-
 se est. Nam apud Ezechielem recensentur simul Heden & Charan. Charan autem est
 Mesopotamia. Igitur Heden ei vicina, illic sit necesse est. Inde itaque Tigris atque Eu-
 phrates diuiduntur, quorum origo in monte tauro est, vt testatur Strabo: eorum vero
 fontes: τὸ ἐν διχαλίαις καὶ πεντακοσίαις σταδίαις, id est, circiter bis mille & quingenta stadia ab-
 iunctos esse tradit. Quod etiam clarius exponit Procopius, qui cū de Mesopotamia obi-
 ter scriberet, hæc de his fluuiis refert. καὶ περὶ τὸν δὴ ἐν τῷ ἑσπέρῳ ποταμῷ δὴ πρὸς τὸν αὐτῶν
 εὐφράτην

Paradisus
 cur no inue-
 niatur, cum
 locus i quo
 situs erat,
 exier.

De quatuor
 fluminibus
 paradisi.

Padus.

Αὐφρατὴν ἡ δὲ ἐν δεξιά, ἢ δὲ ἔτερος, τὴν ἕλην ὄνομα id est, ex hoc mote duo fontes oriuntur, qui ilico
 duo efficiuntur flumina: dexter quidem fons Euphratem, leuus autē Tigrim. Igitur ambo
 ex vno loco non prodeunt, nisi forte alibi oriantur, subterque terram perfluentes, inde
 ex monte tauro emergunt. Atque hoc modo facile est, de Tigri & Euphrate soluere.
 Quod autem de Gange & Nilo traditur, vix explicari potest. Hoc vnum afferre possumus,
 non constare, an Phison sit Ganges, sicut ex Græcis, qui dicant hunc esse Danubium. Qui-
 dam Hebræorum asserunt eum esse fluuiū Ægypti: ideo Auen Ezra, אַוֵּן עֶזְרָא מֵצִיֵּן יַמֵּי מִצְרַיִם
 Vir, inquit, præstantissimus asseruit Phison amnem esse Ægypti. Quid quod sacræ litteræ
 tradunt, hunc terram Chauila, quæ corrupte à nobis terra Euila dicitur, circumire: &
 tamen inferius cap. 10. inuenies Chauila appellari Getuliam. Si igitur Phison est Gan-
 ges, num circuit omnem Getuliam, quæ in Aphrica est, ille autem in India? Quanquam
 non me fugit, duos Chauila fuisse, quorum alter Getuliæ nomen indiderit, alter regioni
 quæ proxima est Ophir, vnde aduehebatur aurum: quorum prior nepos erat Cham, alter
 ex linea Scem filius Heber. Sed tametsi hanc influit ac peragrat Phison, non est tamen
 compertum, an hæc sit India. Nam inferius ca. 25. dicitur. Habitatunt à Chauila vsque Sur.
 ex quo loco cognoscitur hæc non esse India, neque Aethiopia. De Geon quoque maxi-
 ma ignoratio, tradunt plerique hunc esse Nilum, eo quod scriptura eum asserat omnem
 terram circumire Aethiopiæ. Alij propè terram Israël eū esse perhibent. Sic enim Auen
 Ezra: וְיִרְדְּ עַד יָם סוּף מֵעֵרָב מֵאֵרָב צִשְׂרֹאֵל כִּן כְּחוֹב וְחוֹרְדוֹת אוֹרְוֹ וְאֵל גִּיחוֹן. Hoc est: Constat Geon propè terrā
 B Israël esse, eo quod scriptum sit: Et deducetis eum in Geon. Locus autem quem citat, est
 Regum 3. cap. 1. Quanquam ibi Geon Nicolaus non malus autor interpretatur piscinam
 Siloë, alij autem fontem esse asserant: is tamen Hebræus sentit hunc esse eundem Geon,
 qui ex regione paradisi oriretur. Si autem is proximus terræ Israël est, fieri non potest, vt
 is Nilus sit. Quare nescio an error habendus sit, si dixerimus nec Geon esse Nilum, nec
 Phison Gangem, sed duos alios fluuios, qui proximi sint Euphrati & Tygri. Nam & Isi-
 dorus refert flumen, qui dorinx appellatur, siue Araxes è paradiso emergere, vt scribit
 etiam Albertus, non semper malus autor: licet eius lapsus non possit eo loco ferri, qui de
 rerum proprietatibus lib. 4. scribit Geon, id est Nilum, esse fluuium Mesopotamiæ. Pro-
 copius etiam scribit Narsinum flumen esse non exiguum propè Euphratem, quem etiam
 influit. Hæc inquam flumina dicerem potius esse Geon, & Phison, nisi nomina regionum
 obstant, quas illa peragrarē feruntur, verum etiam hoc Deo duce, spero me aliquando
 soluturum. Nam Cus non videret semper illam Aethiopiā significare, vbi Nili fontes
 esse perhibentur: sed etiam Arabiam, & omnem eam oram, quæ in mare oceanum spe-
 ctat. Nam Madianitæ, Aethiopes aliquando vocantur, qui tamen propè Palæstinam po-
 siti sunt. Et Sefhora vxor Moysi Aethiopiissa dicitur, & tamen ex terra Madian erat.
 Quare si Geon peragrarē Aethiopiā dicitur, non cogimur propterea de Nilo id sentire,
 sed etiam de alio fluuiio. Phison quoque non esse Gangem, vel illud argumento est, quod
 scribitur, terram Chauila peragrarē, at hæc ea esse videtur, quæ ab historicis vocantur
 C Cabalia aut Cabana, quæ propè Mesopotamiam est, atque ideo vnus ex fluuiis Heden
 eam influit & peragrat. Procopius quoque scribit urbem esse Mesopotamiæ, quæ vocat-
 ur Phison, quæ forte à flumine nomen sortita est. Hæc igitur sunt adeo obscura, adeo-
 que à nostra intelligentia remota, vt non permittant nos quicquam certi asserere. Erit
 igitur sacrarum litterarum studiosissimi cuiusque, ea perquirere, quos plurimos iam fore
 auguramur, nos quod potuimus, in hac re præstitimus.

A principio.] Diximus paulo ante, Hebraice esse מקרא hoc est à principio, vel ab oriente.
 Itaque Hebraica vox tam ad tempus, quam ad locum refertur. quicquid ergo vel loco
 vel tempore antecedit, Chadmon dicitur, & huiusmodi antecessio Chedē. Hinc igitur fa-
 cta est varia & Septuaginta & Hieronymi interpretatio: siquidem Septuaginta, hoc quod
 Hieronymus vertit à principio, illi κατὰ τὰς ἀνατολάς, id est, ad orientem, nempe ad lo-
 cum respexerunt: Hieronymus autem ad tempus. Ad tempus enim id nomen aliquando
 spectare, Deuteronomij cap. 33. cognoscitur. וְיָרַד מִצְרַיִם מֵעֵרָב לְהַשְׁקוֹת אֶת הָאָרֶץ
 & psal. xliij. וְשָׂרֵי בְּיַמֵּי הָאֵלֶּים in diebus æternitatis, & alia infinita vbi semper eadem est
 vox quæ & hic. Pro loco vero ponitur inferius cap. 3. וְשָׂרֵי בְּיַמֵּי הָאֵלֶּים. Et posuit
 à parte orientali horti Heden Cherubinos, vbi Hieronymus, quod est à parte orientali
 paradisi, vertit paradisu. Intellexit itaque ibi eam vocem ad locum, non ad tempus
 referrī. mirum igitur est cur & hic non idem seruarit. Et quod magis mirum, non per
 t iij

Euphratis
 et Tigri
 ortum.

Phison.

Chauila,
 Euila,
 Getulia.

Geon.
 Nilus.

Dorinx fl.
 Araxes

Cur et Aethiopia & Arabia dicuntur.

Phison non esse Gangem.
 Chauila
 Cabalia
 Cabana.

קרא
 קרא

Paradisus an ante caelum factus sit. incitiam eo modo transtulit, sed studioso: opinatus, ante caelum & terram factum esse paradysum, secutus etiam aliquot interpretes, Aquilam scilicet & Theodotionem. Sed hoc falsum esse comprobatur, ex paulo ante citato loco: quanquam cognoscimus, eum non semper in ea sententia persistisse. Omnino igitur ad locum spectat, sicut & Septuaginta verterunt, & vt admonent Hebraei. praesertim vocum interpres apud eos, qui huius vocis multiplicem significationem afferens inquit, *מה שהיה שם לפאר המור הירי*, hoc est significat quoque partem, quae in ortum obuersa est. Dein citat hunc locum. Quare non ad tempus, sed locum referenda est.

Produxitque Dominus de humo. *הארץ מן האדמה* è terra, nequis deciperetur, credens hic aliud humum, aliud terram esse.

Omne lignum pulchrum visu. Primum obseruandum est, moris Hebraeorum esse, vt ligna, arbores ipsas appellent. Cum ergo lignum vitæ dicitur, non est de materia illa arida sentiendum, vt crassi quidam credunt: sed de arbore quæ eiusmodi fructus æderet. Arbor quoque in eadem lingua profrectu ponitur. Quare lignum vitæ, arbor erat, è qua vitales fructus carperentur, immortalitatemque illam efficerent. arbor inquam, cuius fructu degustato, vita quedam per omnia corporis membra se diffundebar, quam si post lapsum, homo degustasset, mori nullatenus potuisset. Ante casum vitam & iucunditatem illi suggerebat, adeo fuit humanus in ipsum Deus. Obseruare vero oportet locutionem Hebraicam, in ea enim lingua denominata non inueniuntur, sed eorum loco denominationibus vtuntur, vt dicant virum mendacij, virum veritatis, id est mendacem, & veracem. ita hoc loco, arbor vitæ dicitur, id est arbor vitalis, quemadmodum ambrosiam aut nectar, aut lucem vitalem diceremus. omnia videlicet, quæ vitam quandam afferunt, sicque hoc loco, vitalem dici arborem existimo, quia illius fructus vitales essent, & vires corpori suggererent.

Bdellium. Ex Hebræo ductum *בדולח* bedolac. Maxima circa hoc nomen tam apud Græcos quam Hebræos discrepantia. Septuaginta hunc lapidem vertunt *ἀμβροσια*, id est, carbunculum, qui lapis est fulgidus ac lucens, vt etiam testatur Hieronymus: quamuis iidem Septuaginta alibi crystalum interpretati sunt. Alijs smaragdum. Hebraei hodie communiter dicunt esse crystalum. Hebræus autem Agaon sentit bdolac lapillos esse perexiguos, ac rotundos, qui ex aquis prodeant: de qua re Auen Ezra *האבן כי הכדורח שם האבנים* hoc est: Vir excellentissimus opinatur bdolac esse lapillos paruos ac teretes, qui ex aquis emergant, qui minime crassi sint. Plinius autem bdellium gummi esse scribit, distillans ex arbore eiusdem nominis, inde cōgelascere, lapidemque fieri. Nicolaus autem id ignorasse videtur, qui sentiat arborem esse aromaticam, neque aliud addit: verum si bdellium gutta est, vt vult Plinius, quomodo in fluminibus nascitur, vt hic traditur? Quare obscuriora sunt hæc, quam liceat explicare, vel ad pietatem referat, nam quanta sit in interpretandis his lapidibus dissonantia, ex eo vel manifestum: nam hunc, qui mox sequetur scilicet shoham, Aquila Symmachus & Theodotion, onychinum sunt interpretati: Lxx. in Exodo, smaragdum verterunt: Iosephus dicit esse sardonichum. Similiter hunc qui tharsis Hebraice vocatur, Aquila chrysolitum, Symmachus hiacynthum interpretatus est. Ego quidem existimo bdellium vniones significare, quia manna in facris litteris huic comparatur, Numerorum libro cap. ii. vbi dicitur, species eius erat *בין הבדולח* hoc est, sicut species bdolac, Manna vero sicut margaritum est.

Et lapis onychinus. *שחם* shoham. Quod Septuaginta vertunt *χρυσόλιθος*, hoc est lapis prasinus, qui vt nomen indicat, viridis ac coloris herbacei est: at onychinus, potius ad candorem vergit, ac nigrorem. Virgus enim humani similitudinem, vnde & dictus est, imitatur. Quare longe alius est is ab illo. Cum Hieronymo aliqui Hebræorum sentiunt, praesertim Agaon, qui de eo lapide hæc perhibet, *הוא צהח ואנחנו לאנדר*, hoc est: Shoham, lapis preciosus est, candidus ac impermixtus. deinde addit Auen Ezra. Nos autem hæc ignoramus: quamobrem etiam Hebraei, se proprie quales hi lapides sint, nescite ingenuè fatentur. Cur itaque mirum, si & Hieronymus, & Lxx. à se inuicem discrepant: quanquam Hieronymus secutus sit alios interpretes, qui onychinum verterunt, vt ipse testatur in questionibus Hebraicis.

Ipse vadit contra Assyrios. *אשר קרב* hoc est plagam orientalem Assyriæ. Aliquid autem hoc discrepat ab illo. Hieronymus imitatur Septuaginta, qui & ipsi vertunt *αποστειλατι* aduersus Assyrios. Strabo de eo flumine eadem prope scribit, quæ & Hebraicum. *רבי דב* quæ *הוא הנה* fertur autem Tigris ad Assyriam quæ in ortum spectat.

Arbores Hebraei ligna vocant arboresque pro fructu ponunt. *Arbor vitæ, pro vitale.* *Bdellium & virie versu.* *In lapidum nominibus mira interpretum discrepantia.* *Bdolac vniones.* *Prasinus. Onychinus.*

A *Ipse est Euphrates.* *הוא הנה* hu Perat. Duæ sunt partes: hu id est, ipse est: Perat, Euphrates. Quas corrupte videntur antiqui copulasse, nomenque Euphratis fecisse: cum tamen Perat sit eius nomen, itaque Phrates Græcè esset dicendum.

Præcepitque ei dicens. *על האדמה על ידו יהיה אלהים על האדמה* Et præcepit dominus Deus super Adam. Perinde ac si diceret, legem promulgauit de homine, cui semper esset obtemperaturus: præposito etiam transgredienti capitali supplicio. Est autem & Phrasis Hebraica, quam neque seruarunt Septuaginta, sicut neque Hieronymus.

Faciamus ei adiutorium. *עצמנו* Hebraice non est faciamus sed *עצמנו* faciã, Quodd autè vertit, simile sibi: Hebraice *עצמנו* è regione illi: vel, correspondens illi: neq; aliud est, quã quod vertit Hieronymus. Quodd autè vertit, faciamus, non faciam, secutus est Septuaginta, qui ipsi trãserunt *ἐπιήσομεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτόν*, id est, Faciamus ei auxiliatricè congruentè illi. arbitramur autem hoc sumptum esse ex præcedentibus vbi est faciamus. Verum hæc nihil ad rē.

Immisit Dominus soporem. *ויפל חרדמה* Fecit illabi soporem: quem Aquila vertit *καταβολή*, id est, somnum profundum, ac quasi lethargum: at Septuaginta *ἐκστασις* ecstasis, hoc est, metis secessum & alienationè. Quæ erat & Latina antiqua interpretatio, sicut exponit & Augustinus: ad verbum Hebraicū soporè significat, thar demã ducitur enim a *חרד* radam, dormire. Septuaginta vero, ignorans de somno senserint: potest enim ecstasis accidere non dormientibus. Omnino verbum Hebraicum, somnum intensum significat, sicut interpres vocum exponit, qui de ea voce inquit, *עצמו השנה חרדמה* Cuius vocis significatio, est somnus vehemens. Aeditio quoque Chaldaica vertit, *שנתה* id est, immisit somnum.

Hæc vocabitur virago. *והיא קראת אשה*, Huic vocabitur virago. Ex hoc eliciunt Hebraei, suam linguam primam omnium extitisse: vt enim à viro mulier ducta est, ita à viri nomine, nomen mulieris ductum est, ipso impositore Adam, quod in nulla alia fieri lingua asserunt. Isc enim Hebraicè vir, Isca mulier: quam analogiam si nos sequi vellemus, à viro, viri dicendum esset. propterea hanc rem Hieronymus, quantum Latinitas pateretur, expressit: voluit enim à viro ducere viraginem, cum tamen virago Latine mulier cordata ac robusta vocetur. Septuaginta non ausi fingere nouum nomen, non ostenderunt quid traderet sacra scriptura, vertunt enim *αὐτὴ κληθήσεται γυνή*, *ὅτι ἐν τῷ ἀνδρὶ ἐλήφθη*. Hæc vocabitur mulier, quia de viro sumpta est. Verum hoc pacto, quid mulieri cum viro, cum nulla sit in nominibus affinitas? hoc certe & à Diodoro animaduersum est, qui hoc loco sic ait, *τὸ μὲν οὖν αὐτὴ κληθήσεται γυνή*, *ὅτι ἐν τῷ ἀνδρὶ ἐλήφθη*, *ἐδοκεῖ τινα σάλειν ἀκολούθῳ*, *εἰ γὰρ ἐπειδὴ πλεονεχῆ τὸ Ἀδάμ, ἡ Εὐὰ ἀφ' ἐλάτου γυνή, αἰματὰ πάντα γυναικίαις ἄρα ὄσα εἰσὶν ἐν τῷ ἀνδρὶ*. Illud inquit, hæc vocabitur mulier, quod de viro sumpta sit, nullam videtur seruare consecutionem: si enim propterea Eua mulier est, quod è costa viri constructa sit, reliquæ mulieres non erunt, quia ex viris non sunt. Deinde infert, *ἀλλὰ τὸ εὐὰ τὸ ἐμυμνεύσαντας τὸ σφάλμα*, *μη γὰρ εἰρηναίαν τὴν γυναικὸν γυνή, ἀλλ' ἡ ἀνθρωπος*. Sed ab ipsis inquit interpretibus error emanauit: non enim diuina scriptura dixit, hæc vocabitur mulier, sed homo. *ὅσα μὲν γὰρ ὀνομάζει τὸν ἀνθρωπον, δαυτατάτη ἀποφορεῖ τῆς φωνῆς γυναικίαις*. *ἴεσα δὲ τὴν Εὐὰν ἀπὸ τῆς ἀνθρώπου*. *καὶ τὸ εὐὰν δόκει μοι, μᾶλλον ἔχειν τὴν ἀκολούθῳ*. Quatenus quidem hominem ipsum vocat, crasso vocis sonitu vtens. Iscam vero ipsam Euan à viro, atque hoc mihi magis videtur consentaneum. Habes ergo etiam diuinos illos viros non ignorasse, quæ velut abstrusa in facris litteris delitescunt. Fuerunt etiam apud Græcos qui Hebraicam analogiam secuti sint: nam Aquila nouum excogitauit nomen Græcis antea inauditum, siquidem ab *ἀνὴρ* hoc est vir, duxit *ἀνδρῖς*, quasi vir: alij ex Hebraico. & Græco, vnum nomen fecerunt *ἑσπεριος*, ab Isca mulier, *ἀνὴρ*, vir: quasi vir in mulierè formatus: idem enim sunt, solo sexu discrepantes.

Et adheret uxori suæ. Nihil referre putamus, quod Hebraice sit *והיא קראת אשה* Cū vxore sua: Nō: vxori suæ: quanquã ea sit phrasis Hebraica: verbo enim *קראת* hoc est adhæreo, præpositionè, inadiungit. Septuaginta appositiuè verterunt *καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτῆς*. Et adglutinabitur vxori suæ. Ea enim viri ac mulieris cōiunctio esse debet, vt nulla arctior reperiri possit. Quodd autè dixit vxori suæ, aduertèdus est sacrarū litterarū loquedi mos: maritum enim in his litteris, vir nūcupari solet, vxor autè, mulier: neq; in ea lingua, nomè viri à nomine mariti distinguitur: sicut neque nomen mulieris, à nomine vxoris: ideoque hic cū dicitur: & adheret vxori suæ, est *והיא* quod supra significabat virginem, aut mulierè, hic autè vxorem. Hoc fecit vt Cyprianus, tractatu de bono patientiæ, citari locū ex sequenti capite hoc modo ex Septuaginta: Quia audisti, inquit, vocè mulieris tuæ, & māducasti ex illa arbore. Rabi Mose hæc linguã ideo sanctã ac sacrã nūcupari existimat, quod honestissime semper

Euphrates. *Lingua Hebraica antiqua prima.* *והיא קראת אשה.* *Virago.* *Hebraica lingua, cur sancta vocetur.*

loquatur, remotissimaque ad ea exprimenda quærat vocabula, quæ fortasse parum pudica atque honesta nonnullis viderentur. Quod autem additur, & erunt duo in carnem unam: Hebraice non est, erunt duo, sed tantum, Erunt in carnem unam. Septuaginta vero etiã duo addiderunt, ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν sed hæc euidentiõra hi reddere voluerunt, neque absurdum est, explicationis gratia, aliquid addere.

Erunt duo in carnem unam.

CAPVT III.

Sed et serpens erat callidior.] Quod Hieronymus vertit callidior, Septuaginta. ὁ δὲ ὄφης ἦν φρονιμώτατος. At serpens erat prudentissimus: optime autem vterque verbum Hebraicum reddiderunt: nam plerisque in locis inuenimus in bonam & in malam partem eam vocem accipi. Prouerbiorum primo עָרַבְתָּ אֶת־לֶחֶם לְחַיִּיל וְעָרַבְתָּ אֶת־לֶחֶם בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל. Ut detur paruulis astutia. Et eiusdem libri capite octauo חָכְמוֹת הַיָּשָׁרִים וְהַיָּשָׁרִים חָכְמוֹת הַיָּשָׁרִים. Intelligent pueri prudentiam aut astutiam. In malam partem accipitur vt חָכְמוֹת הַיָּשָׁרִים חָכְמוֹת הַיָּשָׁרִים si quis per industriam, & per insidias occiderit proximum suum: vt vertit Hieronymus. Psalmo quoque xcij. חָכְמוֹת הַיָּשָׁרִים חָכְמוֹת הַיָּשָׁרִים Super populum tuum malignauerunt consilium, vt vertunt Septuaginta. Igitur & hoc loco videtur in malam partem accipi. Et quanquam Septuaginta verterint serpens erat prudentissimus: non de vera tamen ac sincera prudentia sentiunt: quam rem in dubium vocat & soluit Theodoritus sic scribens. εἰ φρόνιμος ὁ ὄφης, καὶ ἐπιανέμωτος, μόνον γὰρ ἡ φρόνις ἀρετῆς. Si prudens inquit est serpens, ergo & laudabilis: nam vna virtus est etiam prudentia. Dein soluit πολλὰ τῶν ὀνομάτων ὀμωνύμως ἀποφέρεται, καὶ γὰρ τὰ εἰδωλὰ τῶν ἔθνων θεοὺς ὀνομάζουσι. Sed pleraque inquit nomina æquiuoce dicuntur: sicut &

Philosophi sapientes per antiphr.

Serpens erat diabolus.

Serpentum prudentia.

Draco unde dicitur.

Elohim.

Adam non cupiuit similibi fieri deo.

idola gentium, deos vocant sacre litteræ. Philosophi quoque per antiphrasin, aut equiuoce sapientes appellantur. Sunt enim omnium mortalium stultissimi, vt eorum facta indicant. Eiusmodi igitur erat prudentia serpentis, quem diabolum fuisse, omnes propè perhibent, qui animi malignitate ac præstigijs, omnes spiritus superat. Ideo recte vertit Aquila ὄφης ἦν πανέργος, serpens erat veterator ac præstigiõsus. Quod sapienter explicat Diodorus, sic inquit, φρόνιμον καὶ τὸν σύνεστον λέγει, ἀλλὰ τὸ πρὸς ἀπίστῳ ὀπιτηδῆσαν ὄργανον, prudente hic non sapientem appellat, sed ad decipiendum aptissimum instrumentum. Veruntamen quod Septuaginta verterint, serpens erat prudentissimus, etiam testimonio euangelico defendi potest, vbi prudentia serpentū cõmendatur, putõque eos idcirco prudẽtes appellari, quod longissime cernant: quanquam istud sit, corporis, illud mentis. Dracones certe Grece ἀδρακὼ quod acerrime cerno significat, vocantur: vnde fit & ὄφιδερα acute intueor. Aquila & Theodo. verterunt, Serpens erat callidus: quos etiã Hieronymus sequitur. Cur præcepit vobis Deus.] Hebraice paulum variant, וְיָדַעְתָּ אֵת אֱלֹהִים quod variis modis exponitur. Nonnulli enim, ita omnino: aut verene, etiamne. quod videtur consentire cum additione Chaldaica. וְיָדַעְתָּ אֵת אֱלֹהִים id est, In veritate dixit Deus: Hieronymus secutus est Septuaginta, qui vertunt: ὅτι εἶπεν ὁ θεὸς, cur dixit vobis Deus: vel, quid est, quod dixit Deus.

Eritis sicut dij.] Potuit etiam verti, eritis sicut Deus: diximus enim elohim plurale esse, eõque nomine deum vel deos appellari. Accomodatur scilicet tam ad verũ Deum, quam ad reliquos deos. Quare dicit eos futuros prudentes ac peritos, quemadmodum ipse deus esset, qui eos condidisset. Neque enim tantæ arrogantia Adam fuisse putandus est, vt oblatam diuinitatem voluerit appetere, vt essent dij, sicut deus in ea cognitione. eo enim scelere pollutus est Satan. Adam autem per inobedientiam peccauit, leges diuinas transgrediendo. Licet Serapion scriptor Græcus, velit eum diuinitatem optasse. Pro eo quod nos attulimus, facit sententia aliquorum Hebræorum, qui exponunt eritis sicut dij, id est sicut angeli. elohim enim, angelos quoque significat: ideo grauiore sententia non est damnatus Adam. Nam si deus fieri optasset, quid illi dissimilis fuisset, qui dicebat, Ponam sedem meam in Aquilone, erõque similis altissimo: Hieronymus autem sequitur Septuaginta, qui & ipsi vertunt, ἔσονται ὡς θεοί. id est eritis sicut dij.

Aspectusque delectabile.] Variat hic paululum Hieronymus & ab Hebraico, & ipsis Septuaginta. Quod enim ad oculos corporis retulit ipse: Hebraice ad ipsum animũ, atq; intelligentiã refertur. Sic enim in cõtextu est: Vidit mulier quod arbor esset עֵץ הַחַיָּה id est, expectanda, vel desiderabilis ad percipiendã sapientiã, vel ad intelligendũ. Verbũ igitur Hebraicum non

Anon ad oculos corporis spectat, sed ad scientiam. Hoc enim est quod supra pollicitus fuerat serpens, eos fore sapientes, si ex ea arbore degustassent, quæ degustata eorum patefecit oculos. Licet diabolus ea ratione eos scellerit, promittens eos fore, aut deos aut angelos. Eandem sententiã videntur secuti etiam Septuaginta qui vertunt, καὶ ὄφρων ἐβή τὴν ἕλα ταινοῦσα, & quod pulchra arbor esset, ad intelligendum, vel intuendum. Veruntamen Hebraica, etiam hoc pacto verti possunt, Et quod ea arbor cognitu appetibilis esset, vt quemadmodũ dixerit eam oculis corporis spectatã delectationem afferre solitam, ita eandem exhibere voluptatem, si quis eam agnouisset, animõque comprehendisset, & quod intelligentiã eximium pareret gaudium. Hanc sententiã fortè secutus est Hieronymus: mihi certe, vtrunque videtur probabile. Hunc locum impius Porphyrius, sic enim Græci appellant, εὐσεβῆ, hoc modo labefactabat. sic dilemma texens, τὸ φυτόν ἐκεῖνο, ἢ κακῶς, ἢ ἀγαθῶς ἠφικετο. μέλλον ἀποβῆναι τοῖς ἀνθρώποις θεόν, πάντως φανερῶς ἀπηγορεύθη φθονῆντος τῷ θεῷ τοῖς ἀνθρώποις τῆς γνώσεως, καὶ μαρῶς αὐτῶς βλαβέρωτος. Ea, inquit, planta, aut in bonum, aut in malum plantata est. si in bonum, vt vos asseritis, eo quod per eam diuinitatem acquiruntur essent homines, inuide certe prohibita est à Deo hominibus, quasi volens eos ea cognitione carere, & in summa stultitia eos viuere. Respondet diuus Gregorius, quod in bonum plantata sit, sed οὐ καλὸν, ὅτι οὐκ ἐν χειρῶν, καλὸν μὲν ἀπλῶς, Non fuisse bonam: quia non in tempore, sed bonam simpliciter. Et optime quidem respondet: nam pleraque optima sunt, quæ sibi reddunt homines pestilentissima, propter errorem & incitiã. Porphyrius autem & in alijs plerisque falsò Christianos insectatus est, quod & reliquis philosophis peculiare fuit. Arborem autem sciendi bonum & malum, non ratione degustantium appellatam puto, sed experientiã boni & mali. hoc est, qua probaretur, an homo bonus esset vel malus, vt eam in medio paradisi posuerit Deus, quo bonitatem vel prauitatem hominis experiretur. Bonum siquidem & malum, obedientia & inobedientia hoc loco appellantur. Quæ sententia probabilis admodum mihi videtur. Vbi autem dicitur, eritis sicut dij, scientes bonum & malum: dicendum, eos diabolum decepisse, persuasissèque eis, vocari eam arborem scientiã, non probationis: atque ita in errorem induxisse. Hæc expositio non pertinaciter à me asseritur: puto enim etiam aliquid arcanum sub hisce verbis contineri.

Porphyrius id est impius.

Arbor scientiã boni & mali, cur sic dicitur. Bonum & malũ quid hic.

Dedit viro suo.] Nihil refert quod omiserit, καὶ id est, Dedit viro suo secum, quod non omiserunt Septuaginta μετ' αὐτῆς, indicat eos simul comedisse: quanquam id erat notissimum.

Et cum audissent vocem Domini, &c.] וְיָדַעְתָּ אֵת אֱלֹהִים. Et audierunt vocem Domini Dei. Primum obseruandum, tam Hieronymum, quam Septuaginta, variare ab Hebraico: neque enim Hebraice est, post meridiem, additum à Hieronymo ac Septuaginta, qui sic aiunt καὶ ἤκουσαν φωνὴν κυρίου τοῦ θεοῦ αὐτῶν ἐν τῷ ὄρει εὐεῖσῳ, τὸ δειλνόν: & audierunt vocem Domini Dei deambulantis circa vesperum. Et mirum etiam est, cur auram omiserint, cum in Hebraico habeatur. Est autem וַיִּירָא quod & ventum & auram significat. Nulla itaque est causa cur Septuaginta, ventum aut auram silerent. Quod autem Hieronymus verterit post meridiem, ex eo est, quod Hebraice וַיִּירָא deambulabat, inquit, Dominus, aduentum diei: diem ergo retulit ad meridiem: Septuaginta ad vesperam, dicunt aliqui ex Græcis, Adam circa horam sextam comedisse, ad vesperam autem Dominum ad eum accessisse. Die autem sexta conditus est Adam, eadẽmque è Paradiso pulsus, quod & Græcis placet.

In medio ligni.] Forte clarius fuisset, si sic se habuissent: Inter medias arbores. Duæ enim hic sunt Hebraicæ figuræ: Synecdoche, in qua per partem intelligitur totum: atque hanc puto esse, cum Hebraice lignum ponitur pro arbore, quæ totum est, eius autem partes, lignum, folia, fructus. Altera figura est etiam Synecdoche, sed alia eius species, qua ex vno discimus omnes, qua & poëtæ & oratores vtuntur. Sæpe enim apud oratores inuenies, admouit militem, stipendium dedit militi. Et illud: Constitutum arbore multa, lucus: quanquam ita sit Hebraice vt vertit Hieronymus. Septuaginta prudenter non seruauerunt phrasin Hebraicam, καὶ ἐκρύβησαν ἐν μέσῳ τῶν ὄρων εὐεῖσῳ, Et absconditi sunt in medio paradisi. Quod cum ita sit, miror cur Serapion, hunc locum secundum locutionem Hebraicam interpretetur: τριγυροῦ θορυβῶμενοι, εἰς αὐτὸ τὸ δένδρον ἐκρύβησαν: Igitur consternati animo, in ipsam arborem se absconderunt. An ne vt Esaiã fertur, arboris stipes illis patuit? In medias ergo arbores, densaque paradisi nemora se intulerunt.

Ligni pro arbore Synecdoche.

Deambulantis.] Redundat apud Septuaginta deambulantis. Non enim contextu Hebraico est deambulantis: neque quod addit Hierony. domine: sed tantum, כן שמעתי לך

Quam dedisti mihi sociam.] Elegantius Hieronymus quam Septuaginta: Hebraice enim est, quam dedisti mecum, hoc non immutarunt Septuaginta, ην εδωκα μετ' εμου. quam dedisti mecum: more autem nostro loquitur Hieronymus.

Serpens decepit me.] Eodem modo & Septuaginta. δ' ερις ηπατησεν με, quod alij interpretes verterunt, επηγαγετο με, id est, seduxit, Hebraicum autem אשני, id est, adduxit aut subleuauit, aut eleuare me fecit.

Inter.

Maledictus es inter omnia animantia.] Hebraice comparatio fit מתחת מכל החיות. Maledictus es pre omnibus brutis, aut ante omnia bruta: licet inter כל הרוחניו aliquando significet. Septuaginta quoque morem Hebraicum intactum seruantes, quo peccato sepe delinquant, obscuriorem interpretationem fecerunt, ετι χειροτεροσ σδ σπο παντων κτηνων. Maledictus tu ab omnibus brutis, quid certe Græce sibi vult, ab: quæ apud Hebræos comparatiui vicem gerit: tam enim comparatiuo quam superlatiuo caret illa lingua. Superlatiuum supplet per aduerbium repetitum מאד valde: dicentes, meod meod: valde valde, comparatiuum autem per prepositionem ab, aut præ. Græcè vero aliter erat loquendum.

Hebr. & comparatiuo & superlatiuo carent.

Super pectus tuum gradièris.] Super ventrem tuum gradièris. Septuaginta addunt Hebraico: vertentes ετι σθθδ και κοιλια πορευσοι, Super pectus & vètram, redundat pectus. Chaldaica quoque æditio habet על מעד, id est, super ventrem tuum. Hieronymus autem vt ipse facile intelligo, ideo vertit pectus, quod in serpentibus, nullum propè discrimè sit pectoris ad ventrem: suntque adeo vtraque commissa: vt alterum pro altero facile in his accipi possit, atque hæc est causa, quod Septuaginta, verbum vnicum Hebraicum, duobus exprimere voluerunt.

Ipsam conseret.

Ipsa conseret caput tuum.] הוא ישופך ראש. Ipsum conseret tibi caput. Non refertur itaque ad mulierem, sed ad eius semen, qua interpretatione plerique decepti, malam expositionem inuexerunt in hunc locum. Et quoniam sunt qui quod hic dicitur, accommodant ad I E S V M C H R I S T V M, qui ex semine Euæ natus sit, contriueritque caput serpentis. Vides quam iuuentur hi, si Hebraica vt se habent legantur. Hieronymus autem videtur legisse היא, ipsa, non הוא, facilisque est ab vna ad alteram vocem lapsus, protracta tantum iod. Septuaginta Hebraica sequuntur: sed in alio est maxima deuiatio: αὐτὸ σοι τρησὶ κεφαλῶν. Ipsum (sic enim existimo legèdum esse non αὐτὸς) obseruabit tibi caput. Neque intelligo vnde hanc interpretationem airperint, cum vox Hebraica nihil sonet aliud, quam contere, ac lacerare, vel calcare: seruare autem nunquam. Clare enim loquuntur sacræ litteræ: fore vt semen Euæ, id est, homines calcaturi essent caput serpentis, vt natura comparatum est: ille vero insidiaturus esset calcaneo: quanquam Hebraice non sit insidiaturus, sed idem verbum. Ipsum semen, inquit, conteret tibi caput, ac tu conteres eius calcaneum, sic enim habent Hebraica, ואתה תשו מנו עקב. Et tu conteres eius calcaneum. Hieronymus, certe sensum, non verba sequitur.

Maledictio mulieris.

Evummas tuas.] עוצבך, dolorem tuum, quod Hieronymus ad omne angustia dolorisque genus retulit: Septuaginta vero, τὰς λύπας σδ και τον συναγμὸν σδ, mœrores tuos, & gemitum aut suspirium tuum. Quod autem verterunt συναγμὸν, Hebraice est, וצבך & conceptum siue partum tuum, sicut vertit Hieronymus, sed puto Septuaginta gemitum, quem parientes ædunt, innuere voluisse. Nam conceptus cum exoptatus sit mulieribus; affert tamen gemitum, atque in hac re tantum posita est mulieris maledictio.

Et sub viri potestate eris.] והא אישך יהיה עליך. Et ad virum tuum, desiderium tuum: sicut vertit Symmacus. Locutio est Hebraica, quam optimè, licet variis modis, Hieronymus & Septuaginta expresserunt, hi enim και προς ανδρα σδ, Σποσροφι σδ, id est. Et ad virum tuum, conuersio tua. Quicquid enim sub potestate alicuius est, ad ipsum semper spectat, semperque id intuetur, id semper exoptat, præsertim si non voluntate, sed natura, ea subiectio facta sit. Nos enim cum natura sub diuina potestate sumus, ad eam quicquid agimus, semper referimus: ipsum imploramus, ipse desiderium nostrum est, nostraque virtus. Elegantissima igitur est phrasia Hebraica: ita enim fert natura, vt maiora semper appetamus. Quicquid igitur appetitur: ferè maius est. Ad ipsum etiam conuertimur, atque inclinamur. Hoc certe indicat & Chryostomus, qui de ea apostrophe, id est, conuersione mulieris

Alieris ad virum, inquit, ταυτὸς καταφυγή και λιμὴν, και ασφαλεια, και ἀγάπη, τῶ φόβῳ συνελκυσται, id est, Refugium ac portus, præsidium, ac amor, timori cõiuncta sunt. Non solum enim recurrit mulier ad virum, tanquam ad tutum portum ac præsidium, verum etiam amat & vretur. Hebræi quoque eodem modo hanc sententiam interpretantur. Auen Ezra ותשובה אל אה כי אה עתה אה כל אה שמעו עו עשהו חתונה עשהו חתונה חתונה. Hoc est: Desiderium tuum, scilicet auscultatio tua: omnia enim quæ præceperit, exèqueris, sub eius enim imperio constituta es. Atque hoc modo, propius ad Hebræorum sententiam videtur accessisse Hieronymus. Eandem enim phrasin inueniemus paulo inferius, vbi necesse esset ipsis Septuaginta, alia vti interpretatione, cum eodem modo loquatur ibi Hieronymus.

Scriptura Hebr. an de prauitate.

Maledicta terra in opere tuo.] בנך, id est, propter te. Ita quidem nunc habet textus Hebraicus. At ego permultis sæpe coniecturis adducor, minime quidem deprauatas esse scripturas Hebraicas, sed tamen multis in locis immutatas esse, vbi facilis esset lapsus, faciliq; possit aut dictio in alteram dictione, aut littera in alteram, aut syllaba in syllabam transire, quibus aliqua esset affinitas, quod nos sæpe admonituri sumus: nunc quod instat agamus. Duæ sunt dictiones Hebraice בנך cuius vltima littera est resc: altera בנך, quæ daleth habet vltimam, primaque adiuncta bet littera, significat propter, altera infinitiuum est ab בנך, hoc est, operari, seruire. Hieronymus itaque videtur legisse בנך, hoc est, in operando, in colendo, quod ipse vertit in opere: nunc autem apud Hebræos alia lectio est: infinitaq; sunt eiusmodi totis sacris litteris varietates, quæ à variatis codicibus sint profectæ. Cum Hieronymo conueniunt & Septuaginta, qui & ipsi eandem lectione habuisse videntur, vertentes. ετι χειροτεροσ η γη εν τοις εργοις σδ, id est: Maledicta terra in operibus tuis. Aeditio tamè Chaldaica quæ & ipsa vetustissima est, sentit cū Hebraico בנך בנך, id est, Maledicta terra propter te. Quicquid enim miseriarū in terra reperitur, propter hominis scel' inuectū est.

In laboribus comedes.] בנך, id est, in dolore. Sicut supra mulieri protestatus fuerat: quāquam inter dolorem ac laborem, nihil propè interfit, cum alterum ex altero oriatur, propterea Græcis κόπος, vtrunque sonat.

κόπος, Dolor labor

Induit eos veste pellicea.] בנך, id est, corio: quod χιτωνας δερματίνης, vestes coriicias Septuaginta, de quibus Gregorius theologus, και ενεδυσάμεθα χιτωνα δερματινον, ισρελῆος μδ, ζώνων νεράων δερματι, ἀλληγορεῖσθαι δὲ παρατέθει τῶν τρωσδ σέρισε, και θνητῶν, id est: Et induti sumus vestem pelliceam: historice, quidem mortuorum animalium pelles, allegorice vero crassam istam & mortalem carnem: hoc modo exposuit etiam Origenes, quod non videtur diuinis litteris admodum cosentaneum.

Et vocauit Adam nomen uxoris suæ.] Quod solet omnibus propè linguis accidere, vt vocabula vnus, in alteram transuentia, aut immutentur, aut penitus deprauentur, id in primis linguæ contingit Hebraicæ. Ex qua, si qua in nostrum aut Græcorum sermonem, nomina sumpta sunt, nullum ferè apparet in eis pristinae compositionis vestigium. Vt est istud Euæ nomen, quod corruptissimum est tam apud Græcos quam Latinos. Neque vllā etymologiā recipit, si eo modo proferatur, vt nos & Græci proferimus. Itaque Chava dicitur esse, non Eua. Ducitur enim à Chai, id est, viuenti, vel animali: quippe, quæ fuit omnium viuentium mater. Huius nominis corruptela, fecit vt putarent Aue dictū esse ab Eua, per inuersionem litterarum: sicut contraria fuerunt his quæ beata virgo intulit quæ inuexit Eua: Quæ quanquam pia sunt, non sunt tamen vera: & pietas non falsis, sed maxime veris debet inniti. Huiusmodi ineptia infinite propè inueniuntur apud Latinos, propter linguarū inscitiam: sed silentio prætereunda ea sunt, in immanissimā quorundā petulantia incidamus, in quibus nihil inest modestia & cãdoris: sed æstu cõparandæ gloriolæ agūt in omnia præcipites, neq; cuiquãvel sanctissimo viro parcūt. Septuaginta quod propriū nomē prima mulieris fuerat, nō fati vt reor cõmode appellatiuū fecerūt. Quod etiā ab Hebraica veritate dissentit, εβλεπον Αδῆμ τὸ ὄνομα τῆς γυναικὸς αὐτῆς, ζώνη, id est: Vocauit Adam nomē vxoris suæ vitam. Hebraice tamen non est vita, sed nomen à vita deductum, vita enim חַיַּי Chaim, vocatur, à quo nomine, Chava, hoc est, Eua.

Eua corruptum vocabulum: nā Chava dicitur erat. Aue an ab Eua.

Et collocauit ante paradisum.] וצבך, id est: A plaga orientali ipsius Paradisi Heden. Sicut & supra annotauimus. Indicat ergo, Cherubinos ab ea parte esse collocatos, qua sol oriretur ad Paradisum. Septuaginta vero nescio qua opinione ducti, hoc quod de Cherubinis dicitur, tribuunt ipsi Adæ, vt dicant eum ab ea parte à Deo constitutū. η και πέποιθεν αὐτὸν ἀπ' ἐναντίου τοῦ εδδείσθαι τῆς τρυφῆς, id est, & exposuit eum in aduersa Paradiso deliciarū parte: quanquam postea interpretentur quod de Cherubinis dicitur, sed non vt habent

Hebraica, *כרוב* ἐτάξεν τὰ χερουβείμ, id est, Et adhibuit Cherubinos ad loci custodiam. Quod autem in nostra additione habetur, & collocauit Cherubin, est masculini generis, numeri pluralis. eius enim singulare est Cherub. Miror ergo Septuaginta cur neutro genere protulerint. τὰ χερουβείμ. cum id genus apud Hebræos non extet. Qui neque alia norunt nomina, nisi masculina, ac foemina. Nos quoque fortasse non recte pronunciamus, beata Seraphin. Emanauit is error ab Alexandro, qui censet dicendū Cherubin Seraphinque beata, quam Aquila & Theodotion, Septuaginta secuti, etiam per genus neutrum protulerint Seraphin. Esaiæ cap. 6. Symmachus autem per masculinū, vt annotat Hieronymus in epistola ad Damasum papam. Non erat præterea vt diximus, vnus Cherub. tantum ad custodiam adhibitus, sed plures. Ac fortasse non alienū est, si duos fuisse dixerimus, propter dualem numerum, apud Hebræos vsitatum, vt inferius annotabimus.

Et flammæum gladium. וְהָיָה לְהוֹרֵהוּ, id est, Et flammam gladij, vel laminam gladij, sicut interpretatur Rabbi Mose in glossa sua ordinaria, qui de ea voce inquit וְהָיָה לְהוֹרֵהוּ id est, Lingua inquit Italica, significat laminam gladij. Quod ergo dicitur & laminam gladij, hoc est ipsum gladium ardentem, atque expositum, qui flammam euomere videretur, tantus erat splendor. Atque eo aspectu, exterrebat adentes, pauoremque horribilem iniiciebat. Propterea Septuaginta verterunt τὸ φλόγιον ἢ ἰσχυρὸν τὸ φεφομένον, id est, gladium flammæum, ac versatilem. Versatilem autem quidam Hebræi interpretatur, non quod sese verteret, sed quod esset anceps, duosque ora haberet. Sic enim Auen Efdra וְהָיָה לְהוֹרֵהוּ Is inquit gladius, bina habet ora, atque is est sensus eius quod est, Et gladius erat versatilis. Quod Hebraicè est וְהָיָה לְהוֹרֵהוּ hoc est anceps. Versatilem autem Septuaginta verterunt, quos & Hieronymus sequitur. Si qui autem apud nos, præter hanc veriorem sententiam, hunc locum interpretati sunt, propter additionem Septuaginta accidit. Clarū etiam est frustra quosdam voluisse, per hunc gladium intelligi allegorice sonam torridam, quod per eā sit obliquus solis cursus. Paradisus autē sit sub equinoctiali: neque quicquam ad id iuuat Arrianus etiam φιλανθής.

Gladus versatilis.

CAPVT IIIII.

Possedi hominem per Deum.] Hebraicè Chana, vnde Chain. Licet idem verbum, zulari significet, vnde Chananeus, qui zelotes interpretatur. Neque est per Deum, sed à Deo. Sic enim habent Hebraica, וְהָיָה לְהוֹרֵהוּ. Quoddā scholium apud Græcos hic extat, quod tradit Hebraice atque Syriace haberi ἐκτισθησὶν ἐν ἁγίῳ, id est, acquisiui hominem in Deo. Quod tamē minime verum est. Hebraica enim quomodo se haberent vidimus. Per Syram additionem, quæ sepissime à Græcis scriptoribus citatur, nescio an asseram, eos sentire de ea, quæ nunc apud Hebræos sub nomine Onchelos Ionathæ circumfertur, in qua non est in Deo, sed וְהָיָה לְהוֹרֵהוּ. Hoc est à Deo. Possedi autē vel acquisiui erat dicendum. Vtrāque enim significationem verbum Hebraicum complectitur, sicut apud Græcos κτήνη, & magis acquisiui.

Post multos dies. וְהָיָה לְהוֹרֵהוּ, à fine dierum, Septuaginta μεθ' ἡμέρας. i. post dies: neque addunt multas: non ponitur ergo apud vllos numerus diffinitus. Interpretantur autem Hebræi post dies, quibus coluerat Chain terram, eaque fructum protulerat. Auen Ezra וְהָיָה לְהוֹרֵהוּ, id est, post finem dierum, quibus excoluisset Chain terram.

Et respexit dominus ad Habel. וְהָיָה לְהוֹרֵהוּ id est, Et respexit dominus ad Habel. Quod Theodotion vertit: Et inflammavit dominus super Hebel. Quam interpretationē etiam ipse approbat Hieronymus: quod magnopere miror. verbum enim Hebraicū non inuenimus significare aliud, quàm attentionē, intuitum, considerationē. Sicut interpres vocum apud Hebræos, de hac voce hæc scribit: וְהָיָה לְהוֹרֵהוּ אוּ חַמְדוּהוּ. Eius inquit significata sunt, animaduersio, consideratio, vel defixus intuitus, ac continuatio. Quamobrem non habet locum Theodotionis interpretatio. Videtur autem is magis sententiam, quàm verba secutus. Nam & Hebræi fatentur, eo indicio intellexisse Chain, suum sacrificiū acceptum non fuisse, quod cælitus non esset combustum, sicut sacrificium Habel. Sed neque potuit accendi sacrificiū Chain, cum eius oblatio, ex frugibus terræ esset, quamquam nihil prohibeat, vtrunque potuisse effici, vt tam hostiæ Hebel, quàm fruges Chain exurerentur, quo vtriusque oblatio cognosceretur accepta. In quæstionibus igitur Hebraicis, tametsi Theodotionis interpretationem laudarit Hieronymus, hic tamen veritatem Hebraicam sequitur

Asequitur. Neque hoc indicio est, hanc additionem non esse Hieronymi: recte enim & prudenter à seipso dissentit, vt aliud ibi diceret, aliud hoc loco secutus sit.

Munera. Quid refert quod Hebraice sit מנחה, oblatio. Hanc oblationem, Septuaginta verterunt modo δῶρα, id est munera, modo θυσίας, hoc est sacrificia. Oblatio autem appellatur Hebraice omne sacrificij genus. ducitur autem à Nacha obtulit, apportauit, adduxit, & de hoc multa Gennadius, quæ nihil ad nos.

Oblatio apud Hebræos quid.

Iratusque Chain. Propius ad significationem Hebraicam accessit Hieronymus quàm Septuaginta, nam מַחַר intransitiuum est, significatque irasci, excandescere. At Septuaginta & transitiuum fecerunt, & eius significationem immutarunt vertentes, καὶ ἐλύπησεν τὸν Καὶν: id est, Et mœrore affecit Chain. Videnturque hi sensisse, Deum, mœrorem attulisse ipsi Chain. Notum enim est, quod sonet λύπη. Potest tamen & ad factum ipsum referri, vt dicamus, rem illam & id quod coram accidisset, sollicitum reddidisse Chain, vehementerque ei rem displicuisse. Sed Hebraice ad iram ac furorem refertur: de qua re Theodotus, ἠθροισεν αὐτὸν ἕχνη αὐτῶν ἀλλοτρίων, ἀλλ' ἢ τὸ ἀδελφῆ εὐπαραξία, τὸ το γὰρ καὶ ἀκύλιος ἠνέξατο. ἔφη δὲ ἕτως, καὶ ὄργιλον τὸν Καὶν σφόδρα. Angebat enim inquit non quod ipse peccasset, sed quod videret fratris successum: hocque innuit Aquila, qui transtulit, & iratus est Chain vehementer. hæc ille. Secutus igitur Aquilam est Hieronymus.

Nonne si bene egeris recipies? וְהָיָה לְהוֹרֵהוּ id est, An non si bene egeris, reportatio, vel eleuatio. Alioqui ex Hebræis volunt id referri ad vulum ipsius Chain, qui conciderat. Nonne inquit si bene egeris, eleuatio scilicet vultus tui erit, qui decidit. Huius locutionis, permulta sunt in scriptura, exempla. Vt illud, Tunc eleuabis faciem tuam à peccatis meis. Hanc eleuationem Hieronymus refert ad remunerationem ex bene actis recipiendam. Septuaginta hic omnia perturbant, deuiantque vehementer à contextu Hebraico. ὄρα ἔαν ὀρθῶς πεποινήκησ, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλθῃς ἡμαρτίας, id est, An non si recte obtuleris, recte autem non distribueris, peccasti. Quorum nihil est in Hebraico. Et Sybilla indigent. Explicabo paulo post causam huius varietatis.

Si autem male, statim in foribus peccatum tuum. וְהָיָה לְהוֹרֵהוּ id est, Et si non benefeceris, ad hostium peccatum accubat. Dura profecto explicatu sententia, & quæ variis modis exponatur ab interpretibus. Quidam enim apud Hebræos ista hunc locum intelligendum esse autumant: Ad hostium, id est cordis cogitationes, vbi mala & bona versantur, accubabit peccatum tuum. Scelere igitur & flagitiis, nos polluti excruciamur à conscientia, quæ ad nostri cordis fores semper excubat, quæ quicquid agimus aut molimur, ilico nobis præsto est, neque lætos vnquam esse permittit. Atque hæc prima supplicia sunt, quæ ex male actis reportamus. Hanc pœnam protestatus est Deus ipsi Chain, quæ certe est omnium miserabilissima. Quæ neque ad tempus desauit, sed post multa temporum spatia, ad plectendum lacerandumque animum reuertitur. Quæ & fratres Ioseph, post quindecim annos, ad admissi sceleris memoriam reuocauit, multarumque calamitarum metum eis iniecit. Hæc ergo semper excruciatu erat

Peccatum in foribus esse quid.

Conscientia in cordis foribus excubat.

Chain, nisi à meditato scelere abstineret. Alij exponunt: Ad hostium sepulchri, semper peccatum tuum accubabit, quousque dies ille iudicandi accesserit, quo tempore de omnibus perpetratis facinoribus pœna luenda est. Quæ omnia videtur sensisse Hieronymus. Amisso enim scelere, ad iudicis portam pœna suspensa manet, donec ille ferat iudicium. Vide ergo inquit, quid facturus sis Chain, pœnas enim lues. Quæ hic afferunt Septuaginta, diuersissima. ὄρα ἔαν ὀρθῶς πεποινήκησ ὀρθῶς δὲ μὴ διέλθῃς ἡμαρτίας, ἡσυχασον, πᾶς σε ἢ ἀποπροφῆ αὐτῶ. id est, Nonne si bene obtuleris, bene autem non diuiferis, peccasti, quiesce. ad te conuersio eius. Quis autem tam acri ingenio fuerit, qui ex hisce verbis aliquem sensum eruere possit? Quid obsecro est, ad te conuersio eius. cuius? cum peccati nihil meminerit. Vbi enim Hebraice est, in foribus peccatum tuum accubat, illi ἡσυχασον. id est, quiesce, verterunt. Videmus igitur quàm necessaria esset Hieronymi additio. Ex hoc certe loco deprehenditur etiam, non adeo exquisite Septuaginta grammaticam Hebraicam calluisse. Causa igitur, quod tam varie tamque obscure hunc locum verterint, est ex grammatica profecta. Quod ergo vertit Hieronymus, nonne si bene feceris: huc vsque facto commate, illi sine commate, nonne si bonam feceris oblationem, scilicet וְהָיָה לְהוֹרֵהוּ, quod illi dixerunt ὀρθῶς πεποινήκησ. Secundam partem. Recte autem non diuiferis ὀρθῶς ἡσυχασον. Hæc verba Hebraica hoc modo intellexerunt. Et si non bene feceris ad diuidendum. hæc enim vox מַחַר cum sit nomen verbale significans portam,

putarunt esse infinitivum à פתח, id est, aperuit: vt transferrent, Et si non bene feceris ad aperiendum: estq; maxima hallucinatio. Quod autem vertunt peccasti, non peccatum, eò est, nam פתח putarunt secundam esse personam à פתח id est, peccavit. Sed chatat peccatum dicitur: chatata verò secunda est persona, peccasti: facileque in hunc errorem inciderunt, cum eorum tempestate notula non haberentur, id est vocales. Quod autem vertunt, quiesce, id est פתח quod participium est, existimarunt imperativum esse, cum tamen imperativus sic formetur פתח reboz participium autem robez. Sed cur non animadverterent, nullum fore eorum verborum sensum, si eo modo verterentur?

Egrediamur foras.] Carent hac clausula codices Hebræi, neque in his explicatur quid dixerit Chain ad Hebel. Sed vt ait Hieronymus subaudiendum, quæ locutus esset. Dominus dixit Chain. Hebræi aliqui interpretes, dicunt Chain, omnes reprehensiones, quas in eum intorserat dominus, coram Hebel exposuisse, quasi ei dedecus accessisset propter Hebel. Septuaginta vero arbitrati sunt, Cain dixisse Habel, Egrediamur foras. Origenes hoc idem scribit. εν τῷ εβραϊκῷ, πο λέγεται ὑπὸ τῆς χειρὸς τοῦ ἀβελ, ἡ γὰρ βραβηλα, καὶ οἱ πατέρι ἀκούσαν ἐδέξαν, ὅτι ἐν τῷ ἀποκρυφωφασίν οἱ εβραῖοι κείνοισι τὸ ἐν ταύτῃ λέγει ἐξεδυμῖοντα ἐκδοχῶν. Hoc est, In Hebraico non scribitur, quid Chain ad Habel dixerit. Et ipse Aquila demonstravit, Hebræos dicere, in arcanis haberi quod excipientes posuerunt hoc loco Septuaginta. Chaldaica vero æditio quæ optima & fidelissima reperitur, hæc habet, Dixit Chain ad Hebel fratrem suum: Non est iustitia, neque iudex, neque sæculum aliud, nec præmia recipient iusti, neque pœnas luent improbi, ac tunc interfecit eum. Sciendum vero, ex antiqua æditione Latina interiectam esse particulam, eo quod Hieronymus indicat se eam non posuisse: haberi autem in libris Samaritanorum & ipsorum Septuaginta. Quare puto additam esse ab imperitis. Aut certe, quod sæpe facit Hieronymus, aliud in quæstionibus Hebraicis, aliud hoc loco sequitur.

Vox sanguinis.] Nihil referre puto, quod Hebraice sit פתח, id est, vox sanguinum. De more istius linguæ. Quam vocem, etiam Septuaginta vt Hieronymus, per singulare ædiderunt. Ideo arbitraria magis sunt quam vera, quæ super hanc vocem differit Nicolaus. In primis enim ad intelligendas sacras litteras, necesse est nosse morem loquendi Hebraicum.

Maledictus eris super terram.] מלך מן ארץ ארץ, id est, Maledictus es è terra vel ab ipsa terra, à qua profecta est maledictio in Chain, quæ testabatur contra ipsum, eumque homicidij reum agebat. Eodem quoque modo vertunt & Septuaginta ἔτι κατέρατος ἐπὶ τῆς γῆς, id est, Maledictus tu è terra, vel à terra.

Non dabit tibi fructus suos.] פתח id est, Virtutem suam, vim suam quam in ædendis frugibus ostendit. Hanc ergo virtutem, Hieronymus vertit fructus. Septuaginta quoque Hebraicum sequuntur. ἡ ἀρετὴ σου ἡ ζωὴ σου, id est, Non addet dare vim suam tibi. Atque hæc est secunda pœna Chain, inter septem plagas, quæ à sanctis scriptoribus Græcis recensentur. Quod autem Septuaginta vertunt: non addet dare, hebraismus est, quem prudentissimè non secutus est Hieronymus.

Vagus & profugus.] פתח. Melius vt opinor Hieronymus, quam Septuaginta, qui hæc duo vertunt ἐμὸν καὶ τρέμων, id est, gemens, ac tremens. Sed vera earum vocum significatio est, vt vertit noster interpret. Quod patet per alios interpretes, qui verterunt ἀγροφάτων. Quod exponunt τρεῖσι πλανήσασθαι ἐπὶ τῆς γῆς. Instabilem esse, hoc est vagari super terram. Hæc igitur fuit pœna, qua damnatus est Chain, vt & Hebræorum plures volunt, vt procul ab eo loco, vbi pater habitabat, secederet, ad plagam scilicet orientalem ipsius paradisi, & cum natus esset locum, ne eum quidem teneret, sed vagus vbique erraret. Quem locum copiosissime tractat Hieronymus. At Græci, Septuaginta sequentes, scribunt Chain, nunquam à lachrymis ac gemitibus post illud scelus cessasse, trementemque omnibus esse visum, vt fœdum occurrentibus, ac miserabile esset spectaculum. Alij ergo ad locorum instabilitatem referunt, vt Hieronymus, & multi Hebræorum, alij ad corporis tremorem, vt Septuaginta, & Græci.

Maior est iniquitas mea.] פתח פתח id est, Maior iniquitas mea, quam propitiatio, vel quam ferre possim, vel quam dimitti possit: sicut verterunt & Septuaginta μὲν ἢ ἀφ' ἑαυτοῦ, id est, Maior causa mea, vel accusatio mea, quam vt dimittatur. Hebraice autem pro eo quod hic est dimitti, ponitur verbum פתח, hoc est leuare: leuare autem peccatū dicunt, parcere ac dimittere, vt inferius capite decimo octavo פתח פתח id est, id est,

A: id est, Et non parces loco propter quinquaginta?

Ecce eiecisti me.] פתח פתח, id est, eiecisti me, Non per futurum, quanquam etiam Septuaginta per futurum. ἐὶ ἐκβαλεῖς με σήμερον, id est, Si eieceris me hodie, vbi redundat, si, affirmat enim quod de se fore augurabatur Chain.

Nequaquam ita fiet.] Non est nequaquam פתח, id est, imò sic, vel hoc modo. Imò inquit, sic erit. Quisquis enim occiderit te, punietur ipse septuagies. Sequitur Hieronymus Septuaginta, qui & ipsi פתח פתח, non ita erit.

Septuaginta punietur.] Variis modis ab Aquila, Symmacho, Theodotione, ac Septuaginta is locus transfertur. Aquila septemplexiter. Symmachus hebdomada. Id est septenarium numerum. At Septuaginta, ἐπὶ ἐκ δυνάμει τοῦ ἑβδόμενου, id est, Septem scelera exfoluet. Septenarium itaque numerum, alij ad genera pœnarum, occisori ipsius Chain inferendarum referunt: alij ad generationē septimam, qua natus est Lamech occisor Chain, vt nonnullis placet. Præsertim Hebræis, vt Auen Efræ, qui de eo numero scribit, Septuaginta inquit פתח פתח id est, Vsq; ad septem generationes. Est ergo hæc sententia, Septies ille vindicabitur, qui occiderit Chain: hoc est, septimo tempore, ac septima generatione, de eo sumetur supplicium, qui tantum scelus admissurus est, vt eum interficiat, in quo Deus signum posuerit, ne à quoquam occideretur. Ego magis crediderim, ad pœnæ magnitudinem ipsius homicidæ referendum. Quippe qui & homicida secundus fuerit, & eum interfecerit, quem Deus cauerit etiam signo non interficiendum. Quamquam de hominis eius pœna, nihil scriptura referat. Ne refert quidem à quoquam interfecitum esse Chain. Nam quod Lamech dixit, quia virum occidi in vulnus meum: plerique sentiunt, eum non de Chain tunc locutum, sed alio viro: præsertim cum addiderit, & adolescentem in liuorem meum. Nam quo modo Chain erat adolescens, cum fere atavus esset ipsi Lamech? Quæ quia vel scire, vel ignorare, non plurimi refert, permittamus cuique de eo sentire, quod sibi verius videatur. Hieronymus quoque in Iouiano est ad eundem, qui copiose super eo differit.

Habitauit profugus in terra.] Hebraice, habitauit in terra Nad. Reprendit Hieronymus, qui putarent Nad terræ proprium esse nomen, vultque hanc Periodum hoc modo intelligi: Habitauit Chain in terra Nad, id est profugus, vt post coma, ponatur Nad, vtrumque vero esse potest, vt & proprium & appellatiuum nomen sit. Septuaginta vt proprium verterunt, καὶ ἔμενε ἐν γῆ νὰδ, Et habitauit in terra Nad. Verissima autem mihi sententia Hieronymi videtur, cum & Hebræorum lexica, id nomen tanquam appellatiuum citent, & æditio Chaldaica, non vt proprium, integrum reliquerit, sed vt appellatiuum in aliam vocem mutarit, id est פתח פתח id est, Et habitauit in terra vagus & profugus. Nec refert quod adiuncta sit נוד, Nod, idem enim pollet.

Ad plagam orientalem Heden.] Corruptus est is locus apud Septuaginta, apud quos extat ἐν γῆ νὰδ, κατέρατος ἐδὸμ, id est, In terra Nad, ex aduerso Edom. certum quippe est, Edom, plurimum differre ab Heden, cum alterum nomen gentis sit, alterum regionis: Dicendum præterea fuerat, vt vertit Hieronymus, est enim Hebraice, קדמת עדן, id est, ad ortum Heden. Nam ex aduerso, id proprie non sonat.

Pater habitantium in tentoriis.] פתח פתח, id est, Ipse fuit pater habitantis tabernaculū, & peculij. Patrem Hebræi appellant principē, rei q; alicuius autorē. Quod autē dicitur, & peculij, eleganter vertit Hieronymus & pastorū, sicut & Septuaginta πατῆροποιήσαν ἐν σκηναῖς, καὶ κτηνοτροφῶν, id est, pater habitantiū in tentoriis, & eorum qui nutriūt pecora.

Ipse fuit pater cæmentium.] פתח פתח, id est, Ipse fuit, pater omnis tractantis cytharam & organum. Variant Septuaginta, quanquam eadem innuunt, ὁ πῶς ἦν ὁ καταδείξας ψαλτήριον καὶ κθάρα, id est, Ipse fuit, qui ostendit psalteriū & cytharam. Non cōuenit itaque inter eos, de nominibus horū instrumentorū, quanquā ne Hebræis quidē id satis perspectū est. Cinnor autē, Hieronymus semper vertit cytharā, secundum autē organū, quanquā hoc cōmune ad omnia harmonica instrumenta sit, verū quia hæc nescire nō magni est momēti, & magis obscura sunt, q̄ vtilia, dimittēda sunt. Quis enim scire possit, cuiusmodi cytharæ atque organa eius. tēpestatis essent, cū singulis diebus vetera abolcantur, nouaq; excogitētur? Quādo neq; ipsis Hebræis satis liquet, quia forma, quo modulatu fuerit decātatissima David cythara. Extat tamen etiā tractatus Hieronymi, de harmonicis sacre scripturę instrumentis.

Genuit Tubal Chain.] Duo nomina, Vnum tamen virum significantia. Inuenimus autem omnes propē linguas interdum vsurpare, vt pluribus vnum appellent nominibus.

Apud Chaldaeos Nabuchnosor duo sunt nomina, nabuch & hazar. Apud Arabes, Auicend-
na duobus quoque nominibus significatur, Auen & Sena. Nisi per Auen intelligamus fi-
lium, & Sena sit Patris nomen. Eodemque modo, & is Tubal Chain. Quamquam Septua-
ginta tantum Tubal verterunt, quod librariorum errore factum crediderim. Nihil autem
referre puto, quod in sequentibus Septuaginta, verbis discrepent ab Hebraico, quod ha-
bet וְהָיוּ לְכָל בְּנֵי נֹחַ כְּשָׁרָה לְכָל בְּנֵי שֵׁט׃ Id est, Expolitor omnis opificij aerei, & ferrei. Eadem tamen sen-
tiunt, vertuntque venustius.

Et vocauit nomen eius Seth.] Ab etymologia Hebraica, a verbo sath, hoc est, posuit.

וְהָיוּ

Iste cepit inuocare.] וְהָיוּ בְּשָׂרָה לְכָל בְּנֵי נֹחַ, id est : Tunc coeptum est inuocare in nomine
domini. Refertur ergo ad tempus, non ad personam, sicut vertit & Aquila apud Græcos,
τὸ τε ἤρχθη, id est, tunc coeptum est. Quam interpretationem approbat etiam Theodoritus.
At Septuaginta nescio quamobrem vertunt, ἔτος ἠλπίσε ἄπειρα εὐχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου.
Iste sperauit inuocare in nomine domini. Neque vlla apud nos extat ratio, vt causam affe-
ramus, quamobrem ita verterint. Quod autem ea sit æditio Septuaginta, & locus non sit
corruptus illud quoque indicio est, nam Gregorius Nazanzenus, in oratione ad eos qui
morbo sacro essent impliciti, sic hunc locum citat : καὶ λὸν πῖσις, ἐλπίς, ἀγάπη, τὸ τρεῖς ταῦτα,
καὶ μάλιστα τῆς πίσεως ἀρετὴν διχνομαθεῖς ἐν πίσεως. τῆς δὲ ἐλπίδος ἕως, ὅς τρωδὸς ἠλπίσειν ἄπειρα εὐχόμενος
τὸ θεόν. Præclara, inquit, res est fides, spes, charitas, tria hæc. Et de fide testimonium attu-
lit Abraham, qui iustus habitus est propter fidem. De spe Enos, qui primus sperauit inuo-
care nomen domini.

Figere.
Formare.
Creat.

Ad similitudinem Dei, fecit illum, siue creauit.] Petro dixerat, Deum finxisse siue formasse
hominem, hic autem dicit eos creasse. Annotarunt itaque plerique id, apud Græcos affe-
rentes tum de corpore dictum fuisse, fingere enim & formare ad corpus spectare, creare
autem ad animam. Obseruatum quoque est à diuo Basilio, cuius hæc de ea re extat sen-
tentia : ἡ δὲ πινὲς ἔφασαν τὸ μὲν ἐπλασεν, ὅτι τὸ σῶμα τὸ εὐχόμενος, τὸ δὲ ἐποίησεν ὅτι τῆς ψυχῆς, ἵσως
ὅτι ἔξω τῆς ἀληθείας ὁ λόγος. ὅπως μὲν γὰρ εἴρηται, καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἀνθρώπον, καὶ εἴματα θεῶν ἐποίησεν
αὐτὸν, τὸ ἐποίησεν εἴρηται, ὅπως δὲ λοιπὸν ἀπὸ τῆς σωματικῆς ἕστασσας ἡμῖν διηγείται, τὸ ἐπλασεν
λέγει. Διαφορὰ δὲ ποιήσεως καὶ πλασσεως, καὶ ὁ ψαλμοδὸς ἐδιδάξεν εἰπάν. αἱ χεῖρες σου ἐποίησαν με, καὶ
ἐπλασεν με. ἐποίησε τὸν ἑσὼ ἀνθρώπον, ἐπλασεν τὸν ἑσὼ. καὶ γὰρ ἀρέται ἡ μὲν πλασῆς τηλαῶ, ἡ δὲ ποιήσεως
τῷ καὶ εἴματα. ὡς τε ἐπλασθη μὲν ἡ σὰρξ, ἐποίηθη δὲ ἡ ψυχή. Hoc est : iam quidam reperti sunt,
qui dixerint formauit Deus, dictum esse de corpore, creauit vero de anima : & forte non
abeft à vero. Vbi enim dicitur Deus creasse hominem ad imaginem suam, creandi ver-
bum vsurpatum est. Vbi autem de figmento corporis habetur mentio, verbo fingendi id
significatum est. Psalmista quoque hanc differentiam fingendi & creandi aperte ostendisse
viderur, siquidem canit : Manus tuæ crearunt & finxerunt me : creauit enim interiorē
hominem, finxit autem exteriorē. Nam fictio luto conuenit, creatio vero ad imaginem
Dei pertinet, quare caro quidem formata, animus autem creatus est.

CAPVT V.

F



Etenim genuit filium.] Redundat filium: est enim tantum, genuit. Quod à Septua-
ginta omititur, καὶ ἐγέννησε καὶ πάλιν ἰδὲν αὐτῷ, id est, genuit ad imaginem suam,
vel speciem suam.

Vixit Seth postquam genuit Enos.] Septuaginta æditio, cum multis in locis
mendosa deprehenditur, tum vero in recensendis his annis. Quæ res fuit in
causa, vt Christiani ab Hebræis plurimum in assignatione temporis à mundo condito, dif-
ferrent. Is autem malus computus, non ab ipsis interpretibus vt ipse arbitrator emanauit, sed
librariis, ipsaque vetustate. Facileque fuit in his numeris addere vel subtrahere aliquid.
Cum itaque maiores nostri tam Græci quam Latini, æditionem L x x. sequerentur, in de-
scribendis quoque temporibus eos secuti, à veritate Hebraica plurimum recesserunt. Ver-
rissima vero temporum supputatio, & sacris litteris consentanea, ea est, quæ apud He-
bræos extat. Neque certe in hac re possumus ab eis discrepare, licet in aliis διὰ διαφοράν.
Omnis itaque inter Christianos & Hebræos differentia in computandis temporibus, ab
æditione Septuaginta profecta est. Quare commentitia est, & non admodum Christiana
Bacchonis differentia huius assignatio. Is enim fingit plura annorum genera apud He-
bræos haberi, quosdam enim annos lunares, alios bimestres, alios semestres. Quæ vt fal-
sissima

Hebr. non
habere plu-
ra annorum
genera vt
quidam som-
niant.

A fiffima sunt, ita omnes diuinæ euertant litteras. Et quoniam nostra æditio, ex Hebraica
veritate versa est, ideo ea cum Hebræis in supputando consentit, neque quicquam discre-
paremus ab ipsis, si hanc nostram sequeremur. Corruptus itaque est hoc loco numerus,
tam apud nos, quam Græcos: sunt enim עָרַבְתָּ מִדְּבַר נֹחַ וְנֹחַ שֵׁטַר, id est : Octingenti & se-
ptem anni. Septuaginta vero, ἔζησε σὴθ μετὰ τὸ γεννησθαι αὐτῷ τὸν ἑσὼς, ἔπειά ἔτη, καὶ ἑπτακόσια,
id est : Vixit Seth postquam genuit sibi Enos, septingentos ac septem annos. Defunt ergo
centum in Græcis codicibus: in nostra æditione, septem.

Vixit vero Enos x c.] Quamquam is locus recte apud nos se habeat, quantum ad nu-
merum attinet, apud Septuaginta tamen deprauata sunt omnia, καὶ ἔζησε ἑσὼς ἔτη ἑκατόν,
καὶ ἐν ἐτήσιν καὶ ἑξήκοντα τὸ Κάιναν, id est, Et vixit Enos centum & nonaginta annos, & ge-
nuit Cainan. Redundat ergo centum.

Anni quoque, quos vixit Enos, post natum Cainan : sunt sicut est apud Hieronymum,
non vt habent Septuaginta πεντηκοντα ἔτη, καὶ ἑπτακόσια. Id est, septingentis quindecim
annis, apud Hieronymum D C C C. X V.

In numero quoque apud Septuaginta error est, annorum quos vixit Cainan, antequam
genuisset Mahalaël, cum enim is sit L x x. Septuaginta interpretes habent, ἔσδωμῆκοντα καὶ
ἑκατόν, id est, C L x x.

In sequenti quoque numero annorum, quos vixit Cainan post genitum Mahalaël, error
est, nam cum sint D C C C. x L. illi τεσσαράκοντα καὶ ἑπτακόσια, id est, D C C. x L.

In numero quoque annorum, quos vixit Mahalaël ante ortum Jared, iidem erant : nam
cum sint L x v. sicut & nos vertit Hieronymus : illi addunt huic numero ἑκατόν ἔτη, id
est, centum annos.

In sequenti quoque numero annorum, quos vixit Mahalaël post ortum Jared. Sunt enim
D C C C. x x x. illi faciunt τεράκοντα καὶ ἑπτακόσια, id est, D C C. x x x.

In numero quoque ipsius Jared ante genitum Enoch, sunt enim L x i i. illi δύο καὶ ἑξήκοντα
ἔτη καὶ ἑκατόν, hoc est, C L x i i.

Inferius quoque vbi censentur anni Enoch, antequam genuisset Metusalach, quem nos
corrupte, sicut & Græci, Matusalach appellamus, idem error. Sunt enim L x v. illi autem
apponunt centum.

Et ambulauit Enoch cum Deo.] Sic est Hebraice וַיִּהְיוּ יַמְיָם. Hanc locutionem Hebraicam,
alio modo expresserunt Septuaginta, εὐηρέτησε δὲ Ἐνώχ τῷ θεῷ, id est : Placuit Enoch Deo.
Ambulare igitur cum Deo, sacris litteris, est eum timere, pie ac sincere colere : quamquam
hoc loco aliud fortasse significat. Ambulauit enim cum Deo, hoc est, ad locum diuinitatis af-
sumptus est, profectus est in beatorum terras, licet mox interponatur, & vixit. Error quoque
in numero apud Septuaginta hoc loco. Cum enim tercentum annis esset dicendum, illi διακόσια
ἔτη, id est, c c. Vbi autem repetitur, & ambulauit Enoch cum Deo, & non apparuit: He-
braice, וַיִּהְיוּ יַמְיָם id est, Et non ipse. Quod Septuaginta eodem propè modo, quo & nos interpre-
tantur, καὶ ἐγέννησε τὸν ἑσὼν, id est : Quia non est inuentus. Addunt ὅτι μετέστηκεν αὐτὸν ὁ θεός, id est : Quia
transiit eum Deus, Hebraice, וַיִּתְּנוּ אֱלֹהִים, id est : Quia tulit eum Deus. Quæ igitur de
Enoch dicuntur, alio modo ab Hebræis, Græcis, Latinis traduntur. Nam interpretatio Se-
ptuaginta, qua dixerunt Enoch esse translatum, fecit vt Chrysostomus, atque Ephræ, aliiq;
scriptores Græci, eadem de Enoch opinarentur, quæ & de Elia feruntur. Est scilicet eos in
aliquem amicum, fortunatumq; locum à Deo transpositos. Et de Elia quidem, conuenit
inter nos, atque Hebræos, eum & translatum, & mittendum supra die, vt apud Mala-
chiam prophetam extat. At de Enoch non ita constat: Neque aliquid huiusmodi traditur.
Sunt enim apud eos, qui eum locum, Et tulit eum Deus, interpretentur, mortuus est: quod
is loquendi scripturarum mos sit, vt aliquem sumptum dicant, hoc est, è medio sublatum,
vt tolle animam meam, nimirum ex hac vita. Sic exponit Auen Ezra, וַיִּתְּנוּ אֱלֹהִים מִן הַחַיִּים
וַיִּתְּנוּ אֱלֹהִים מִן הַחַיִּים כַּמִּשְׁכָּה לְמֹשֶׁה כַּמִּשְׁכָּה לְמֹשֶׁה כַּמִּשְׁכָּה לְמֹשֶׁה sic & alibi. Hoc est : Tulit eum Deus, scilicet mortuus est. Vt
illud : Tolle obsecro animam meam. Et illud : Ego tollo abs te, quod omnium gratissimum
est oculis tuis. Hanc itaque de Enoch sententiam, ex Septuaginta arbitrator profectam,
Neque enim aliud eorum interpretatio videtur inuenire. Qui forte per illam receptio-
nem, quæ Cabala nuncupatur, acceperunt ea, quæ transferendo prodiderunt, & quæ
passim apud nos & Græcos, ea de re circumferuntur. Et certe melius nostri, quam Hebræi,
de hac re sentiunt: fit enim peculiaris mentio, de assumptione Enoch, quod in cæterorum
vita & morte describenda, minime factum est.

Ambulare
cum Deo
quid.

Enoch an
translatus,
sicut Elia.

Enoch an
mortuus
est.

Cabala, id
est, receptio.

נח נח

Noach.

Iste consolabitur nos.] וזה יחננו ממעשנו id est: Iste consolabitur nos ab operibus nostris. D Hæc est veritas Hebraica, scilicet vt vertit Hierony. Septuaginta videntur verborum duorum similitudine decepti. Hebraice siquidem Nacha significat sedare, mitigare, & quiescere facere: sed Nacham, cum mem, consolari: quo verbo vsus est hoc loco scriptor. Venerunt itaque Septuaginta, ἔπος ἀγαπαῖς ἡμᾶς ἀπὸ τῶ ἔργων ἡμῶν, id est, Iste requiescere nos faciet ab operibus nostris, alterum verbo pro alterum vertentes. Eadem verborum similitudo fefellit & Nicolaum, qui tradit Hebraice haberi, Iste quietabit nos. Nam verbum quietandi, vt ipse loquitur, non est Nachan, sed Nacha. Potest tamen dici in defensionem Septuaginta & Nicolai, vltimum, m, non esse de verbi essentia, sed additum esse in pronomine nos, quod sæpe fit apud Hebræos. A qua sententia ne videtur quidem abhorre Hieronymus, qui quodam loco, Noach interpretari requiem, atque à quiescendo eum esse appellatum asserit. Attamen lexicon Hebræorum, verbum cuius hic habetur mentio, deducit à Nacham. Error quoque apud eisdem in annis quos vixit Lamech post genitum Noach. Cùm enim essent quingenti Septuaginta, illi πεντακῶσα ἑξήκοντα ἑπτέ, id est, D. LXV. Inferius quoque omnes anni Lamech sunt septingenti septuaginta septem, non ἑπτακῶσα καὶ πενήκοντα ἑπτά ἑπτά, hoc est, DCC. LIII. vt apud eos habetur.

CAPVT VI.



Identésque filij Dei.] וְהָיוּ אֵלֶיךָ אֲנֹכִי Cùm is locus in sacris litteris sit obscurissimus E maximqs errores peperit, in variâsque sententias hominum mentes distraxit. Neque adhuc fortasse exploratum perceptumque est, quid hic per filios Dei innuant diuinæ litteræ. Hos enim Lactantius angelos esse putauit: neque eos bonos, sed eos qui mulierum cõcubitum appetierint: ex hisque tertium quoddam genus procrearint, id est, daemones. Alij filios Dei intelligunt filios Seth, sicut multi Hebræorum sentiunt: filias autem hominum, filias Chain. Quod video etiam Græcis scriptoribus placuisse. Duæ enim lineæ ductæ ab Adam sunt, eorum qui ex Chain essent procreati, & qui ex Sethi, qui susceptus est in locum Habel, quem interfecerat Chain. Qui ergo à Chain originem acceperunt, non fuerunt patri dissimiles, sed cùm in alijs facinoribus, tum in homicidiis paternam impietatem referebant. Qui autem ex Seth ducerentur, hi quoque patris pietatem ac modestiam persecuti sunt. Erantque hi non tam genere vitæ discrepantes, quàm loco: alteri alteros execrabantur, à sese procul disuncti. Vigebantque in genere Chain stupra, adulteria, veneficia, homicidia: at apud illos, pietas, religio, Deique summa veneratio. Ob eamque rem Dei filij nuncupabantur, nimirum sacrum ac cæleste genus. Annis autem decurrentibus, totoque vertente mundo, corrupta omnia sunt. Prima corruptelæ fuit causa, eorum, qui Dei filij haberentur, cum illo genere pessimo, sceleratissimâque natione admistio. Cùmque diuinum genus esset potentissimum, ac nobilissimum pulchritudine infamium mulierum capti, eas sibi vxores acceperunt, quarum commertio & ipsi polluti sunt, auersi que à religione: & hi quos succedentibus temporibus procreassent, sceleratissimi, bellis, homicidiis, violentia, adulteriis insignes. Alij filios Dei opinantur filios iudicum, ac virorum præpotentum, eorumque qui gerant res publicas, qui ex more linguæ Hebræicæ dij nuncupentur, quod sint instar deorum in terris: Eosque summus pater, deos appellari voluit, vt & ipsi sese quid forent, agnoscerent, & alij eos maxime venerarentur. Frequentissimæque inuenies iudices ac sacerdotes Deos appellari, vt Exodo: וְהָיוּ אֵלֶיךָ אֲנֹכִי id est, Et applicabit eum dominus suus ad Heloim, hoc est iudices, vt interpretantur omnes. Dei ergo filios, iudicum filios vocari, qui propter patrum autoritatem, nullum facinus eo tempore non auderent, adiuuante eorum scelera ipsa corrupta tempestate, opprimentes inopes, eorumque puellas constuprantes. Vt autem scelus Sodomitarum, præpostera libido fuisse memoratur: ita quoque tempestate illa vigebar chamas hoc est violentia, atque oppressio. Sic enim intelligendum est cùm dicitur, Repleta est terra iniquitate, Hebraicè chamas. præualebant ergo filij Dei; in alios homines, omniâque luctibus, ac bellis perturbabant. Corruptis autem principibus, facile reliqui deprauati sunt, in quos principum impuritas deriuabatur. Atque hoc modo refellitur, quod obiicit Nicolaus. Hæc & superior videtur verisimilior sententia, & quæ magis viris grauissimis placeat, omnesque scriptores Græci videantur harum alteri adhærere. In dogmatica panoplia extat,

Filij Dei hic qui dicantur. Angeli. Filij Seth.

Filij Iudicum, ac potentium, qui et Dij vocantur.

נח

A extat, וְהָיוּ אֵלֶיךָ אֲנֹכִי, ἡμεῖς δὲ ἀνθρώπων, αἱ τῆς χειρὸς. Hoc est, Filij Dei, hi qui ex Seth genere ducerent, filiaz autem hominum, quæ ex Chain. Theodoritus quoque hos Dei filios, proteros Seth esse sentit, hoc modo: ὁμοῖοι θνητῶς εὐσεβείας, ἀνομιάζουσιν ἡοὶ θεῶν, καὶ ἁμαρτῶν γὰρ τῶ σὴθ τοῦ γένος, καὶ οὐκ ἐπεμύοντο τοῖς αἰ τῆς χειρὸς ἀφ' οὗ πλὴν ἐπὶ τῆς εὐσεβείας αὐτῶν τῶ θεῶ τῶν ὄλων ἀγα. ἀλλὰ διεληθόντων γενόνα σὺγγων & quæ sequuntur, id est, Illi igitur, hoc est posteri Seth, ob egregiam erga Deum pietatem, Dei filij nuncupati sunt. Erat enim genus Seth procul à tota natione Chainea sequestratum, propter in eum coniectam à summo Deo diram imprecationem, multis autem exactis curriculum: & alia quæ sequuntur apud ipsum. Quod autem de angelis quidam senserunt, id tanquam profanum atque impium reiiciendum. Non solum enim à sacris scriptoribus refellitur, sed etiam in Christiana veritate est commentum improbissimum. Propterea in eiusmodi homines, acerbissime inuehuntur Theodorus & Cyrillus, præsertim vero & Theodoritus hoc modo. ἐμβρόντητοι τινες, καὶ λίαν ἡλίθιοι, ἀγγέλους τῶν ὑπέλαβον, ὡς ἀκολασίας ἀπολογίαν χήσαν ἠρημόμυοι, εἰ τῶν ἀγγέλων τοιαῦτα κατηγόρησαν. hoc est: Stupidi quidam, vehementerque desipientes homines, hos Dei filios, angelos esse putarunt: suæ fortasse improbitatis patrocinium se habituros sperantes, si tanti sceleris reos angelos agerent. Deinde profert rationes, quibus eorum redarguatur error. Quod vero hi essent iudicum filij ac principum, autor est Auen Esra פְּרָשִׁים עוֹשִׂים בְּנֵי אֱלֹהִים בְּנֵי אֱלֹהִים פְּרָשִׁים Filij, inquit Dei, filij iudicum, qui ius diuinum exercent in terris. deinde infert פְּרָשִׁים אֱלֹהִים בְּנֵי אֱלֹהִים בְּנֵי אֱלֹהִים בְּנֵי אֱלֹהִים id est, Sunt qui dicunt, filios Dei, filios

B Seth, filias autem hominum quæ ab Chain genere profectæ fuissent. Aeditio autem Chaldaica, quæ & ipsa veridica est, אֲנֹכִי בְנֵי רַבְרַבָּא יְהוָה בְּנֵי רַבְרַבָּא יְהוָה id est, Et viderunt filij principum, filias hominum humilium. Refert autem Chrysofomus, filios Seth creatos à Deo fuisse excelsæ & proceræ stature, corpore autem robustissimo, filios autem Chain imbecillo & exiguo corpore. hoc modo γίγαντες ἐπέλασαν τὸς ἥρωας, τὸς εὐμήκεις, τοῖς τὸς γὰρ ἐποίησεν ὁ θεός, τὸς ἥροις τὸ σὴθ, ὑψηλοὺς, τὸς δὲ τῆς χειρὸς, ταπεινῶς, καὶ εὐτελεῖς, ἵνα καὶ ἀπὸ τῆς ὁμοιωσε φάσματος ἢ ἀγαθοῦ. Quod essent pulchræ.] וְהָיוּ אֵלֶיךָ אֲנֹכִי id est, Pulchræ. Ex quo loco elicitor, etiam in Hebraico sermone, hoc est vera ac natia generis humani lingua, pulchrum & bonum eadem voce significari: siquidem tou, & bonum & pulchrum signat. Neque igitur bonitas à pulchritudine sciungitur, neque pulchritudo ab honestate ac bonitate. Quod magis erat in hac lingua obseruandum, quod in ea voces rerum naturas sequuntur. Sicut nituntur & Hebræi probare. Fit etiam id in lingua Græca, voce καλόν: & Latina aliquando. Siqua vero rectitudo nominum quærenda est, quod conatur Plato in Cratilo, id maxime in lingua Hebraica faciendum. De qua re copiose differuit Cælius meus Ferrarientis, cuius & incomparabilis eruditio, & incredibilis modestia, omnibus, qui propius accesserint, admirationi erūt. Quare ille locus in Canticis capite primo, meliora sunt vbera tua vino, vertendus erat, pulchriora sunt vbera, &c. nam & ibi vocabulum boni positum est. Quamquam non vbera, erat vertendum, quod suo loco annotabitur.

Bonū es pulchrū eadem voce Hebræi significatur, בְּרִיב, καλόν.

Non permanebit spiritus meus.] לֹא יִרְדּוּ אֵלַי Quod variis modis exponitur. Alij: non disceptabit spiritus meus. Quidam: non vaginabit spiritus meus. Neden enim vagina, à quo fit verbum nadan, vaginare, induere, subire, manere, quod tam Septuaginta quàm Hieronymus secuti sunt. Siquidem Septuaginta, & μὴ καὶ ταμῆται πνεῦμα μου. id est, Non permaneat spiritus meus: spiritus enim in corpore quemadmodum in vagina gladius conditur. Alij à don, hoc est iudicauit duci putant: & in futuro iadon, sicuti est hoc loco, vtrunque vero Hebræi comprobant, Chaldaica aeditio primùm וְהָיוּ אֵלֶיךָ אֲנֹכִי דְרַמָּה בְּשֵׁם הַדָּן קָדִישׁ id est, Non subsistet, non persistet generatio ista pessima coram me. Rabi autem Isach à don vult duci, hoc est iudicauit, disceptauit. Atque ita videmus, alia alijs placuisse: quo fit, vt vtrunque possit admitti, quamquam sunt, qui negant posse id verbum à Neden, hoc est vagina, duci: sed tantum à don, iudicauit: quod si id intellexerunt etiam Septuaginta ac Hieronymus non misit quod vertant, non permanebit. Neque enim aliud id significat, quàm non imperabit, nõ regium locum ratio in posterum obtinebit. Auferam sanctum spiritum meum ab eis, & bonitatē meam, neque patiar vltra nasci homines: vt Auen Esdra explicat, וְהָיוּ אֵלֶיךָ אֲנֹכִי בְּנֵי אֱלֹהִים בְּנֵי אֱלֹהִים id est, quia spiritus dominatur corpori. Sed aduertē, quod Hieronym. in quæstionibus Hebraicis, non approbat additionem Septuaginta, dicit que in Hebræo haberi, non iudicabit: hoc est, quia homines fragiles sunt, non iudicabit eos spiritus meus pro scelerum grauitate. Ex hoc fit, vt suspicer Hieronymum vertisse, non iudicabit: sed ex antiqua additione Latina, quæ erat Septuaginta, interiectum esse, & non permanebit. Quod obseruauit in multis, aut certè di-

נח נח נח

endum aliter hic, aliter ibi sentire Hierony. cum eo sentit & Rabi Salomon, qui hoc expo- nit. *hoc est, Non disceptabit, non iudicio contendet spiritus meus.*

Spiritus Dei quomodo hic capiatur. Aeternum non semper pro infini- to.

Spiritus meus. Non quo Deus ipse viuunt, sed quem singulis diebus effundit in corpora. Atque idcirco suum appellat, sicut & supra, ventus appellatus est spiritus domini. Videtur ergo minari interitum, qui per diluuium consequutus est. Quod autem dixit in aeternum, certum est, vt Rabi quoque Moses scribit, dictionem hanc aeternum, non perpetuo, aeternitatem in sacris litteris significare, sed durationem aliquam, quae tamen breuissima temporum spacia obierunt. Promittitur Abrahae, terram quam tum perigrinaretur, aeternam possessionem femini suo futuram. Promittitur Dauid, regium sceptrum perenne in domo sua futurum, quod tamen celeriter ereptum est: nisi forte mystice haec interpretari velis. Eodem modo hic minatur se genus humanum in sempiternum aboliturum: quod per Noach reparatum est, qui eiusmodi minis non erat obnoxius.

Et erunt dies eius. Varia quoque est huius dicti sententia. Plerique Hebraeorum putant hic non praescribi terminum vitae humanae: sed spacij, quod daretur illi saeculo, vt poenitere possent: vt exponit Auen Esra: qui cum multis verbis eorum redarguisset sententiam, qui existimaret praescribi hic finem humanae vitae, intulit, *האמת כה שאמר תמחרגים הרשות שנתן קץ לאדם*, hoc est, *בשעה עוד ארבעים יום ואים ישבו מלשו ואים לא ישבו ומחר* hoc est, Vera inquit, huius dicti explicatio est, sicut habet aeditio Chaldaica, praescriptum scilicet esse quoddam spacium ad poenitendum illius, ad pestatis hominibus, sicut apud Ionan inuenitur, adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur, vt si poeniterint, ab interitu eripiantur: sin minus, cum suis flagitiis extinguantur. Si haec itaque veritas est, vt ipse vult, errauit Lactantius, qui ait eo tempore imminutam vitam humanam: errauit Chrysostomus ac Theodorus, eadem sentientes. Et quod magis mirum, errauit & Iosephus vir Hebraeus, qui de hac re, antiquitatis Iudaicae primo, inquit, *συνετέμενετο ἄλλοι τοῖς ἀνθρώποις τὸ ζῆν, καὶ βραχύτερον ἐγένετο μέγιστος τῆς μωσῆος γενέσεως ἐλάττω ἢ τῆς τοῖς ἔμοισι, ζῆσιντος.* Iam inquit, illa annorum numerositas interrupta fuerat, breuiusque vivebant homines vsque ad natiuitatem Moyfi, qui supra viginti, centum egit annos. Quamquam arbitror Iosephum non propterea sensisse, tum diuinitus decretum esse, ne centum ac viginti annos, homines viuendo superarent. Vera quidem dicit, tum coarctari coepisse annos, sed in eum numerum, non puto eum scripsisse. Patet autem non fuisse Dei consilium, vt mox post diluuium, nemo hominum centesimum ac vigesimum annum excederet. Nam vniuersa illa series, quae a filiis Noe ducta est, numerosissime vixit. Ipse quinetiam Abraham, eum terminum longo interuallo superauit: quippe qui ad centesimum ac septuagesimum quintumque accesserit annum. Quare probabilior eorum videtur sententia, qui hos annos non vitae, sed poenitentiae esse concessos arbitrentur. Scribit enim etiam Augustinus, centum annorum spacio exaedificatam esse arcam, quo tempore, Noe omnes commonefaciebat, vt genus vitae infandum desererent, Deumque humani generis autorem agnoscerent, piissimamque colerent. Quod idem asserit & Berofus Chaldaeus. Qui etiam scribit Noe Gigantem fuisse, sed pium, Deorumque cultui deditum. Solitumque cum caeteros admonere gigantes, ne tam ignominiosam agerent vitam, neque tam suis viribus fiderent, vt Deos etiam, per summum contemptum blasphemarent, eisque caelum eripere minarentur. Hoc idem in Cabalisticis libris asseritur, id est his, qui in ea praecleara synodo cuius princeps Esdras fuit conscripti sunt, cuius opera omnia haec historiae mandata sunt. Vbi & illud additur, eam sententiam viginti annos antequam Noach genuisset filios latam esse. Sexcentesimo enim vitae Noe anno, inundauit diluuium, quingentesimo autem nati sunt tres filij, ergo viginti annos ante, ea sententia in genus humanum lata est. Chaldaica quoque aeditio apertissime hoc loco, idem declarat, hoc modo eam sententiam interpretans, *Erunt dies eius, &c.* *ארכא יתוב יום ויחובו*. Hoc est, spacium dabitur eis, si quo modo eis poeniteat, centum ac viginti annorum. Hieronymus tamen dicit, Deum non expectasse tempus decretum, quia non poeniterent, & abrupte ex numero promisso viginti annos.

Cabalistici lib. tempore Esdrae conscripti.

Viri famosi. *אנשי השם* id est, Viri nominis celebres, ac inter omnes mortales nominatissimi. Ideo famosus hoc loco, non in malam partem accipitur, vt somniat Nicolaus. Celebres autem non solum ea tempestate, sed tota posteritate propter corporis vastitatem, viresque praestantissimas fuere, quanquam eo diuino munere abuterentur. Respexit ergo scriptura ad nomen, ac famam Gigantum, qua, tempestate Moyfi, & antea, per omnes terrarum partes celebrarentur.

Gigan-

A *Gigantes.* Hebraice נפילים Nephilim. Putant autem quidam apud Hebraeos, eo nomine daemones significari, quod Nephelim appellantur a naphal, hoc est cecidit. Nephelim ergo, hoc est lapsos. Hos fuisse opinantur qui incubi ac succubi appellantur, quorum maximam copiam tum per genus humanum vagari solitam asserunt, qui & foeminarum amore capti fuerint, omnique homines nefando semine corruperint, ex quibus homines sceleratissimi procreati fuerint. Atque hoc esse, quod sacra littera peculiariter tradant Gigantes fuisse tum super terram, id est daemones. Sed haec praeterquam quod falsa sunt, sunt etiam absurdissima, tum quod a sacris scriptoribus maxime refelluntur, tum quia a Christiana veritate admodum abhorrent. Eademque hic de his daemonibus dici possent, quae supra de angelis prolata sunt. Quis autem tam infani capitis, tam insulto ingenio fuerit, qui putet, tantam tunc improborum spirituum fuisse licentiam, vt mulieres palam aggredi auderet, aut mulieres eos non reformidarent? Quod autem per Gigantes, non sint prauis spiritibus intelligendi, in dicio est & Chaldaica aeditio, quae nephelim interpretatur גיגים hoc est fortes, ac robustos. Et Symmachus vertit robustos. Quos Graeci a fortitudine, quasi terrae filios nuncuparunt: nam Gigantes quasi gigenis, hoc est terrigenae dicuntur. Neque hi ab ipso nomine satis patrociniij habere possunt, cum alij aliud etymon ei accomodent. Quippe Auen Esra nephelim, inquit, *שמות סגובים קומתם* A naphal, hoc est, cecidit appellantur, quia omnes qui in eos inciderent, corporis vastitatem mirati, ac formidine correpti, corruerant. Non ergo nephelim dicuntur quasi a caelo lapsi. Alioqui cur eodem nomine alij gigantes appellati sunt, vt passim in diuinis libris reperire licet? Theodoritus quoque nihil horum meminit, sed exponens quod hominum genus essent hi Gigantes, inquit, *τινας καλεῖ γίγαντας ἡ γῆρα γραφή, τινες φασὶ τὸς ἐπὶ πολλὰ βεβιωκότας, τινες δὲ τὸς θεομιμῆς καὶ ἀνθρώπων ἀνθρώπων, οἱ αὐτὰ ἔτα νομοκίτες, ἔ φασὶν τὸς μέγιστα τῶν ἀλλοῦν ἀνθρώπων σώματα ἐχόμενα, ἡρόδοτος δὲ ἐγὼ γεννηθῆναι πᾶσι παμμεγέθεις ἀνθρώποις.* Quos nam vocat sacra scriptura Gigantes? quidam aiunt, eos qui multos annos vixissent: alij vero eos qui Deum non venerarent, impiique essent. Atque hi qui hoc sentiunt, non eos existimant celsiore, quam reliquos, fuisse statura. Ego vero inquit, ex multis diuinæ scripturae locis, colligo fuisse homines proceros ac vasto corpore. Ioannes quoque Damascenus de his sic scribit, *γίγαντας ἐν αὐτῶ τὸς ἰσχυρὸς τὸ σῶμα οἰμυ λόνγω τῶν γῆρα γραφήν.* Hoc est Gigantes eos hic appellare scripturam existimo, qui robustissimo essent corpore. Vt illud: Non saluabitur Gigas in multitudine virtutis suae. Ioannes autem Chrysostomus etiam ipse, damnata illorum opinione, qui filios Dei, quos gigantes interpretarentur, quoniam essent Gigantes, his verbis exposuit, id est, *γίγαντας καλεῖ ἡ γραφή, ἔ ξένω πλάσιν, ἔ δὲ ξένω μορφῶν ἀλλὰ τὸς ἦρας, τὸς πολεμικοῖς, τὸς ἰσχυρὸς, id est, Gigantes vocat scriptura, non inusitatum hominum genus, aut insolitam formam, sed Heroas, & viros fortes, ac bellicosos.*

Gigantes, incubos & succubos fuisse volunt nonnulli.

Gigantes, non esse daemones, vt quidam volunt.

Gigantes quasi gigenis.

Gigantes qui fuerint

Potentes a saeculo. *גבורים* Fortes. Neutrum addunt Septuaginta, neque fortes, neque potentes, sed *γίγαντες οἱ ἀνθρώποι ὀνομαστοί.* Gigantes viri nominati, & si secundum Apuleium loqui licet, famigerati, quod tamen in Hebraico non est: expresserunt autem eandem sententiam, variis vocabulis.

Poenituit eum. Eodem modo & Hebraice *תשובתו* id est, Et poenituit dominum. At quid sibi volunt Septuaginta, quod vertunt, *καὶ ἐνεθυμήθη ὁ θεός, ὅτι ἐποίησεν τὸν ἄνθρωπον,* id est, Et cogitauit Deus quod hominem fecisset. Quod autem ita verterint Septuaginta, argumento sunt quae citat Diodorus, qui cum produxisset aeditionem Septuaginta, intulit, *ἢ καὶ ἀκλήαι, καὶ μετεμελήθη ὁ θεός, id est, Vel secundum Aquilam, Et poenituit Deum. Atque haec est veritas Hebraica.*

Et praecauens in futurum. Nihil horum est in Hebraico, sed tantum *למנוח* id est, Do loréque affectus est erga cor suum. Septuaginta quoque & ab Hieronymo, & ab Hebraico dissentiunt. *καὶ διενοήθη καὶ ἔπαυεν,* id est, Et cogitauit, & dixit.

Noe inuenit gratiam. Mirum cur haec vox apud Graecos & Latinos, in sacris litteris corrupte legatur, apud Berofum tamen legatur vt legenda est. Appellat itaque eum Noach, vt Hebraice quoque profertur, docetque eum Gigantem fuisse, vt paulo ante meminimus. Qua ex re elicitur falso eos opinari, qui existimant Gigantes illos fuisse Melchisedec, sicut & Hieronymus annotauit. Iaphet etiam verisimile est, eum fuisse, qui Iapetus a poetis appellatus sit, praesertim cum & Berofus Chaldaeus Iapetum eum vocet. Notum enim est, nomen Hebraicorum desinentiam accomodari saepe litteraturae Graecae, vt ex Iacob, factum est Iacobus, & Ioseph

Noach.

Shem.

Iaphet.

Iosephus, sic ex Iaphet Iapetus, in ... conuerso. Quod & in aliis multis nominibus fit, di-
cunt enim Iεσητας, ubi Hebraice fuerat, f. Quod autē Proclus, vt sui moris est, vult in Theo-
logia Platonica hunc Iapetum esse νοσητον θεον, asseritque duci ...

2011

Repleta est terra iniquitate.] Diximus nomine Chamas quod hic Hieronymus iniquita-
tem interpretatur, Hebraice violentiam vimque significari. Quod malum peculiare fuit
ei tempestati, propter robur, immanitatemque Gigantum, quorum eximia erat proceri-
tas, vires autem penē ferreas, vt habetur Deuteronomio, ipsius Dei testimonio dicentis:
Tradidi tibi Amorraeum, cuius proceritas instar cedri erat, robur autem vt quercus. Veri-
us est simile, bella crudelissima tunc fuisse, factamque maximam humani sanguinis effusionē.
Vires enim corporis, hominem superbum atque arrogantem, Deique contemptorē red-
dunt. Eoque non iniuria scribuntur, Deum suis detrudere regnis, manibusque caelum re-
scindere voluisse. Dei ergo contemptus, generisque humani contrucidatio intulit diluuiū.

causa di-
luuii.

Quae prauitas absuit à Noach, qui iustus ac timens Deū, hoc est pius scribitur fuisse. Quo-
rum primum innuit eum, rapacem, noxium, immanemque minime fuisse, quod ad homi-
nes spectat: alterum, Deum non spreuisse, sed summa eum pietate coluisse. Gigantes autem
Deum nesciebant, ac si scissent, se eum formidare negabant. Quod in Cyclope illo Home-
ri facile cognoscitur, qui apud Vlyssēm, hunc in modum sese iactabat:

Οὐ γὰρ κίχλωνας, διδὸς ἀνθρώπου ἀλέγρουσι,
Οὐ δὲ θεῶν μακρόρων. ἔπειθ' ἰσχυρὸν εἶ μὲν,
Nos neque caelicolas colimus, neque Iuppiter ipse
Est curae: caelum nobis nam viribus impar.

De horum Gigantum, qui tempestate Noë inuenirentur immanitate super Hesiodum lo-
quens Proclus, inquit, ἡ γὰρ αὐθάδεια τῶν ἀπειροπόνητον ἐγένετο. ἡ δὲ ἀλλοιωμένη ἄνθρωπον. Immanitas,
inquit, ac pernicacia hoc vnum agit, vt ad aspernandum alios vehementer incitet. Fuisse
igitur ea tempestate infanda bella, maximamque humani generis concisionem, tantumque
bellis intentos fuisse Gigantes, cum argumento sunt quae supra attulimus, tum ea quae pas-
sim in omnium gētium litteris inueniuntur, primum Baruch cap. xxxj. extat testimonium
de Gigantum bellandi auiditate. Ibi fuerunt Gigantes nominati, illi qui ab initio fuerunt,
statura magna, scientes bellum, rerum bellicarum periti vocati. Apud Hesiodum quoque,
cum genus aureum, argenteum, ac ferreum, numerentur, intelligimus eum, per genus fer-
reum, sentire de Gigantibus, quorum incredibiles essent vires, habitusque corporis vastis-
simus. Sic enim eos describit. μεγάλη βίη, καὶ χεῖρες ἀσπίδι ἐξ ὀμων ἐπέρυκτοι. Quem locum ex-
plicans Proclus, sic scribit. δηλοῖ γὰρ ὅτι τῶν σαρμάτων τὴν βίην ἡσυχίαν, οἱ ἐν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων
ἀλλοιωμένοι, καὶ οὐδὲ τὴν τῶν ἰσχυρῶν κατασκευὴν διέτησαν, καὶ τῶν χαλκῶν ἐν τῷ γένει ἐγένετο,
καὶ τῶν ἀνθρώπων βαρῆς περὶ τοὺς πόδας, ὅτι οὐκ ἔστιν ἰσχυρῶν, ἀλλὰ τῶν ἀνθρώπων ἡλ-
θον, id est, Indicat, inquit, vires corporis exciuisse hos, qui sub tertio genere recententur.

Qui caetera aspernati, tantum in armis fabricandis versabantur: in quorum structura aere
vtebantur, quibusdam ad id solidandum medicamentis adhibitis. Quod temperamentum
cum defecisset, ad ferrum tandem ventum est. Et paulo inferius. τῆς γὰρ ἐμπροσθεν καὶ φονικοί, καὶ
τὸ μὲν τρίτον γένος ἐξέλιπε καὶ κατακλυσμός. Tertium, inquit, genus erat maximis perturba-
tionibus obnoxium, ad effundendum sanguinem maxime praecipit: sublatamque haec natio
est per diluuium. Eoque magis clarum est Hesiodum de illa tempestate Gigantum senti-
re, quod post tertium genus scribat successisse diuinam gentē, quam ἡμιθεῖς semideos ipse
appellat. Et Proclus hoc ipse comprobat, μετὰ δὲ τὴν κατακλυσμῶν, γένος παρήλθεν εἰς τὸν βίαν, ἰε-
ρόν, τὸ τῶν ἡμιθεῶν, ἀρτίστον ἕως τῶν βασιλικῶν ἐπὶ τῆς οὐρανῆς γενέσεως, ἀρετῆς ἀφ' ἧς ἀπέβησαν. Post diluuium,
inquit, genus in vitam successit sacrum, eorum qui semidei dicti sunt, quod in septem aut
octo saecula vsque peruenit, virtute coruscans. Haec eadem referuntur à Beroso Chaldaeo,
omnem illius saeculi gentem describenti.

Auen
Ezra.

De lignis leuigatis.] Gopher. De quo ligno varia scribuntur. Auen Ezra, quem fre-
quentissime citamus, quod is inter omnes interpretes Hebraeos, primae ferē notae videatur
esse. אפרסו יצר גפר גפר יצר אפר יצר גפר, Gopher, inquit, ligni leuissimi est nomen, quod su-
per aquas leuiter fertur, quod nomen alibi in sacris litteris non inuenitur: & fortasse sentit
cum his, qui id lignum existimant esse abietem. Chaldaica editio interpretatur cadros, hoc
est, cedrum. Quae cum ita sint, nescio quam obrem Septuaginta vertunt, fac tibi arcam de
lignis quadratis, ἐκ ξύλων τετραγώνων. Cum enim id lignum vel cedrus esset, vel abies, quid
quadrati

Aquadrati nomen cum his? Hieronymus quoque non satis exploratum habeo, quod ligni ge-
nus intellexerit, cum omnia ligna leuigari possint, non tam scilicet abies, quam reliquae ar-
bores. Sed aduerte, quod idem in quaestionibus Hebraicis dicit, in Hebraeo haberi, de li-
gnis bituminatis, patet autem quam differant nomen bituminis, & huius ligni, cum bitu-
men vocetur, גפר cophier, at ligni huius nomen est, גפר gopher. Existimamus ergo eum ibi
esse lapsum, non quod hanc varietatem ignoraret, sed ex eo quod frequenter solet fieri,
vt aliquid facientes, non omnia aduertamus: indicioque est, quia hic, non eodem modo
scripserit.

Hierony.
lapsus.

Mansuuculas in arca facies.] גפר hoc est, Nidos, sicut verterunt & Septuaginta, νεοστίδας
ποιήσας καὶ τὴν κίχλωτον, id est: Nidos per totam arcam facies. Hieronymus sententiam ver-
tit: quanquam in Iouiniano nidulos & mansiones legit. Domunculae enim instar nidorum
erant, quod etiam fit in nauibus. Hebraicum autem elegantissima metaphora vtitur, siue
ad homines, siue caeteras animantes, nidos referat: idem siquidem nobis domus est, quod il-
lis nidos: propterea Epictetus apud Arianum, ait: δέξου τὴν ἀσπίδα, οὐκ ἔστι ἀσπίδα, καὶ νεοστίδα
πελαγοῦ, ostende, inquit, quid differant hominum domus, & ciconiarum nidi.

In latere deorsum.] Deorsum Septuaginta, ad coenacula & tristega accommodarunt,
καταπύματα, διώματα καὶ τριπύματα ποιήσας. Hoc est, subterranea, bicamerata, ac tricamerata fa-
cies. Sicut apud Herodotum sunt τετὰ πεντάπυρα, καὶ ἐξόρυκα. Quod etiam ad Hebraicam
veritatem est. Non enim deorsum ad ipsum latus refertur, secundum autem Hebraicum,
quod in hunc modum habet, פשעו וישונו וישו addendū nostrae additioni fuerat etiam ali-
quid vt non solum diceremus tristega, verum etiam distega facies, quod neque à Septua-
ginta omittitur: sicut etiam in Iouiniano legit idem Hieronymus, per coenacula vero, cum
Hebraice non habeantur, puto Hieronymum idem intellexisse, quod & digestum. Nam
δύτηρον est supernus thalamus.

Vt possint viuere.] Quanquam leue sit, proprie tamen est quod Septuaginta verterunt,
ἵνα τρέφῃς μετὰ σπαιτῶν. Vt nutrias ea tecum, sic & Hebraice, וחייה id est, vt viuere ea facias.

CAPVT VII.

Delebo omnem substantiam.] כל יקום Est autem nomen à iacham, hoc est, surrexit,
ductum: significatque substantiam, subsistentiam. Quam nominis formam fer-
uare cupientes Septuaginta, obscurius fortasse verterunt, ἐξαλείψω πᾶν τὸ ἀνά-
τημα, id est: Delebo omne suscitamentum, omne quod stat, aut surgit.

Anno sexcentesimo.] Eodem modo & Hebraicum. Graeci autem codices
imprefsi, hoc loco mendosi sunt, in quibus est, ἐν τῷ ἐνὶ ἑξακοστοῦ ἔτει, id est: Anno primo &
sexcentesimo. Esset ergo maxima deprauatio, vel vnus anni facta accessione, cum omnes
sacrae litterae, omnisque annorum series apertissime protestetur, Noë sexcentesimo vitæ
suæ anno, arcam ingressum, eodemque anno inundasse diluuium. Quanquam vetustiores
codices non eo modo habebant, sed sic: diluuium, inquit, inundauit, ἐν τῇ γῆ, ἐν τῷ ἑξα-
κοστοῦ ἔτει. In terram anno sexcentesimo vitæ Noach. Error autem accidit, quia paulo infe-
rius eodem capite, cum iam vnus exactus esset annus dicitur, ἐν τῷ ἐνὶ καὶ ἑξακοστοῦ ἔτει ἐν
τῇ ζωῇ τῆς Νοῆ τῆς πρώτης μιλῆς, μὴ τῆς μιλῆς ἐξέλιπε τὸ ὕδωρ, id est, primo & sexcentesimo
anno vitæ Noë, primo mense, prima ipsius mensis die defecit aqua. Error quoque est apud
Septuaginta, in numero dierum mensis, quo aquae coeperunt excrescere. Nam cum He-
braica veritas ac noster Hieronymus habeant, septimo decimo die mensis, Græce ἐξοδῶν
ἐντάδι, id est: Vigesima septima. Est autem & hæc particula, vt & superior ex eodem capite
sumpta. Vigesimo enim septimo die arefacta est terra, ubi Græce est, ἐν δὲ τῷ μίλι τῷ δευτέ-
ρῳ, ἐξοδῶν καὶ ἐντάδι τῆς μιλῆς ἐξέλιθη ἡ γῆ. Hoc est: Mense secundo, vigesima septima die mensis
exaruit terra. Est autem hæc deprauatio in codicibus Septuaginta creberrima.

Abyssi magna.] רב רב id est: Amplæ, effusæ. Quam magnitudinem Septuaginta ad
multitudinem retulerunt, ἐρράγισον πάσαι ἀπηγά τῆς ἀβύσσου, id est: Rupti sunt omnes fon-
tes abyssi. Est autem abyssus, vt ait diuus Basilius contra Manichæos, ὕδωρ πολλὸν δυσάραιτον, Abyssus
hoc est: Vastissima aqua, & quæ tota transmitti non possit. Videtur ergo duci ab ἀβύσσῳ, hoc
est, non peruenio, quamquam litteræ mutatae sint. Ex quo ridere eum necesse est, qui dixit
abyssum appellari, ab à, quod est sine, & byssus, id est, linum, quasi ibi linum nasci
non possit.

Cataractæ quid.

Et Cataractæ cali.] *מַרְיָם*. Nos Græcum nomen integrum seruauius: nam & illi *καταράκτας* appellant. Diciturque à *καταρήγγμι*, dirumpo, discindo vel deorsum ruo: quo nomine non significantur cæli quædam fenestræ, vt à quibusdam asseritur, nisi ad Hebraicum respexerint, sed aquarum è loco eminentissimo atq; præcipiti descensus, de quibus apud historicos creberrima mentio. Qualis est Nili descensus ad locum, qui catadupe dicitur, cuius accolæ, ob aquarum descendendum fragorem, obsurdescere feruntur, de quo loco Eliodorus: *ἦλθον δὲ καὶ εἰς τὴν σὴν ἀγροῦσιν, καὶ καταδύποις καὶ ἰσρελίου. τῆς καταράκτου τῆς νείδας*. Demum, inquit, & in hanc tuam Aegyptum accessi, & ad ipsa catadupe, id est, resonantes locos, vt præcipitem Nili descensum cognoscerem. Apud Strabonem quoque, libro sextodecimo, de eisdem cataractis mentio fit, *οἱ μὲν οὖν πέραν τῆς ἀνάπλεως κωλύειν θέλοντες, φόβω τῆς ἕξωθεν ἐφόδου, καταράκτας χέρον ποιήτες, κατεπευδαίωσαν*. Persæ, inquit, cum repentinis impetus qui per flumen ab externis fieri potuissent, formidarent, id prohiberi, cataractas per totum flumen erexerunt, vt omnibus ad nauigandi suffragaretur occasio. Indicat scilicet, eos moles quasdam extruxisse, vt inde dilaberentur aquæ, ne per planum ferretur flumen, atque ita nulla esset in eò nauigatio. Apud eundem quoque, cataractum hymbrem Symmachus Arfinoën conditurus scribitur obseruasse: id est, hymbrem præcipitosum ac confragosum, vt est ex eminentissimo loco aquarum descensus. Hoc idem igitur verisimile est, diluuij tempore accidisse, vt plurimis in locis cælum patuerit, aquarumque vasta flumina maximo fragore delapsa fuerint. Inter aquas enim positum esse firmamentum, certissime sacræ asserunt litteræ. Supercælestes quoque aquæ, sæpe sæpius celebrantur. Cum igitur supra cælum sint aquæ, quæ à nonnullis etiã cælum crystallinum vocentur, hæ nimirum patefacto cælo, horribiliter eruperunt; breuiterque totum orbem inundarunt. Nam his quoque, aquis erat opus ad efficiendum generale diluuium, alioqui si imbris tantum res acta fuisset, non modo quadraginta dierum ac noctiũ spacio tantum diluuium effectum fuisset, sed ne quadraginta quidem annorum.

Firmamentum inter aquas positum. Aqua super cælum.

In articulo illius diei.] Videtur obscurius transulisse, quod erat clarissimum: in Hebraico, *וַיְהִי בַּיּוֹם הַהוּא*, id est: In ipsomet die. Sic etiam Septuaginta, *ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ*. In hac die, Hieronymus autem innuit Noach diei illius opportunitatem obseruasse, (quæ à Latinis interdum articulus vocatur, vt est apud Terentium) atque in ea occasione arcam ingressam, neque alio modo loquitur Marcus Tullius in oratione pro Publio Quintio, quàm hic Hieronymus, vbi ille ait: Vt hominem suis conditionibus, in ipso articulo temporis, astringeret. Idem quoque Hieronymus in epistola ad Iulianum sic loquitur, Filius meus, frater tuus Ausonius, in ipso iam profectiois articulo, atque in puncto temporis, vacuum se redire arbitratus est. Ex quibus concluditur, idem esse Latinis articulum, quod Græcis fit *ἀρμύλον*. Punctum videlicet & quasi extremitatem temporis, aut id quod in tempore est maxime eligendum. Ergo in articulo illius diei, nempe opportunissima ac maxime idonea hora. Quæ non satis intelliguntur à Nicolao. Veritatem autem Hebraicam Hieronymus paulo inferius expressit, cum vertisset: Eadem die ingressus est Noë, cum filiis suis in arcam. Sic & alibi, vt cap. xij. Exodi.

Articulus Latinus, quid, ἀρμύλον.

CAPVT VIII.

Venti quibus maxima exsiccandi vis.

Et adduxit spiritum.] *וַיִּבְרַח*, id est: Et fecit transire ventum. Dicitur enim supra est, ruach apud Hebræos & spiritus sancti esse nomen, & venti. Ventum ergo hic innuit. Eadem quoque amphibologia est & apud Græcos, propterea sunt, qui hoc loco per spiritum intelligant ventum, alij spiritum sanctum, sicut Theodoritus, de ea re sic scribens: *ὅτι ἀέρας ὕδωρ μείγεται, κυμαίνει δὲ, καὶ παραπτεταὶ πάλαι γὰρ τὰ μέγιστα τῆς πελαγῶν ἐξανάλωτο, πνεῦμα τοίνυν τὸ θεῖον φησὶν, ὃ δὲ πάντα γίνεται ἐξ ἁέρος*. Non solent inquit aquæ ventis imminui, sed potius fluere, atque turbari. Iam enim hoc pacto, etiam capacissimi sinus essent exhausti, spiritum ergo diuinum innuit, quo sanè omnia fiunt, & agitata quiescunt. hæc ille. Verumtamen ratione docente inuenimus quosdam esse ventos, quibus exsiccandi maxima insit vis, qui & aquas in vapores conuertant. Nónne idem in mundi conditione accidit, cum spiritu domini, qui per aquas fluitaret, eadem siccata, absumptæque sunt? vt ibi copiose disputatum est. Filiis quoque Israël Aegyptum egressuris, mare rubrum per flantem ventum exsiccat. Eodem itaque modo & aquæ diluuij imminutæ sunt. Quod singulis etiam diebus fieri animaduertimus.

Auertimus. Inest autem ventis præsertim aquilonibus, vis siccandi incredibilis, ac longe maior quàm soli: sicut austro flante vehementissime intumescit mare, omniãque propè in vapores resoluuntur, alluunturque aquis vniuersa, vt clarum fit austro flante, siue noto, Venetiis, vbi hæc scribebantur. Quo tempore omnia luctuosius bellis ardebant, miserabilique vitæ genus passim ducebatur. Quo etiam tempore Roma, siue peccatis sic exigentibus, siue prauitate quadam, qua solet fieri, vt diabolus ad pessima quæque inflamet humanum genus, & nihil in terris diutius permaneat, à militibus Cæsarianis infelicissime capta, direpta, incensaque est: vbi, vt in eiusmodi miseris ferè accidit, miles crudelissimus, cum in omnes pro sua immanitate est debacchatus, tum vero in religionem resque sacras: vt etiam sacras virgines ad lupanaria per vim traxerint. Vbi omnes sacerdotes capti, & aut trucidati, aut pecunia redempti: correpti ab vberibus matrum pueri, coràmque miserabiliter trucidati: cætera nefanda. Multa vero corruptela omnem eo tempore ordinem Christianorum occupat, quæ & ansam maledicendi cupientibus præbuerat, & ad blasphemandum præcipites homines, vehementer exasperat. Hæc eadem fecerat, vt omnia diuina instituta, sanctissimorumque patrum decreta, audacter à vilissimo quoque rescinderentur, carperentur, vituperarentur: vt ea omnia (nefandum) ad quæstum excogitata vbi que prædicarent. Itaque & omne iam vulgus concitant: passimque inueniebantur, qui ieiunium ineptias esse dicerent. Confessionem prophanam quandam rem, recens inuentum, & ad coaceruandas pecunias excogitatum: omnes quoque tollendas imagines, omnes cerimonias amouendas. Tantus autem furor alios inuaserat, tanta de se existimatio, vt grauissimos viros, Christianosque religionis proceres, per summum contemptum ridere ac subannare auderent, eosque hallucinatos fuisse cõtenderent. Tam igitur scelera nostra, quàm horum pestilentem exitalemque audaciam mecum deplorās, opus prosequerbar, prauitatem rerum humanarum collachrymans. Illud verens, ne pessime quibus conculceremur discordiæ, in luctuosum exitum desinerent, & ad alienos nostra transferretur hæreditas, quod Deus auertat.

Romane vbi excidit per Cæsarianos annos 1527.

Mense septimo vigesima septima die.] Tam in nostris, quàm Græcorum codicibus error. Subducendi enim sunt ex hoc numero decem, vt decem ac septem relinquuntur, sicut habet veritas Hebraica. Neque quisquam non intelligit, id mendum à librariis, non interpretibus irrepsisse. Septuaginta itaque etiam ipsi habent, *εβδόμεν καὶ ἐνάτη*, id est, Vigesima septima. Neque credere par est, Hebræos codices esse corruptos, quando is numerus consentit cum centum ac quinquaginta diebus, quibus terras labefactauit diluuium, & Chaldaica æditio idem attestetur.

In montibus Armeniae.] Sic enim interpretatur Ararath, quam regionem ignorantes fortasse Septuaginta, eo nomine significari, vocem ipsam non interpretatam dimiserunt. Scribit ergo Hieronymus, Ararath esse Armeniam, in cuius montibus adhuc appareant vestigia arcæ, & eius quædam frustra in miraculum tantæ rei ab incolis ostendantur. Quod idem proditur à Iosepho. Ab aliis quoque historicis gentilibus, de diluuiio & arca mentio habita est. Requiuisse autem in montibus Carduenorũ dicitur, idque confirmatur per ædificationem Chaldaicam, quæ refert arcam refedisse *בְּהַר אֲרָרָת* id est, in montibus Carduorũ, vel Carduenorum, pro eo quod Hebraice est, in montibus Ararat. Hos montes Cordeos appellat Quintus Curtius. Chrysofomus quoque in Armenia requiuisse arcam testatur his verbis, *ἐν τῇ ἀρμενίᾳ ἢ κλισίᾳς κατεπευδαίωσαν*. Arca inquit, in Armenia refedit.

Ararath. Carduenorũ in montibus quiescisse arcæ.

Cacumina montium.] Corrigendus is locus in impressis codicibus Græcis, *ἀφθισαν αἱ κεφαλαὶ τῆς ὄρεων*, Dicendumque *ὄρεων* vel *ὄρων*, id est montium.

Qui egrediebatur & non reuertebatur.] Is locus non male vt arbitror redditus, sed aut à librariis, aut temporum diuturnitate corruptus, fecit vt fabulosissimas interpretationes huc inuenerint expositores, & quæ secum maxime pugnent. Nam quia scribitur coruus egressus quidem, sed non reuersus, putant eum in aliquo cadauere deuorando esse detentum, vt apud nos passim opinio est, & à Græcis scriptoribus est existimatum, apud quos etiam, is locus corrupte legitur. Coruus ergo quem emisit Noach, egressus est, & reuersus: sic enim habent Hebraica, *וַיִּשְׁלַח אֶת הַקּוֹרֵב וַיֵּצֵא אֶת הַקּוֹרֵב וַיִּשְׁבֵּר אֶת הַקּוֹרֵב* hoc est, Et emisit coruum, qui & egressus est, & reuersus. Si enim reuersus non est, quo obsecro loco commoratus est, ac refedit, cum aquæ siccata nondum essent? Deinde si coruum reuersum negauit, quomodo cohæret, quod mox additur, donec siccarentur aquæ? Quid enim sibi vult qui egrediebatur & non reuertebatur, donec siccarentur aquæ? Nunquid post arefactas aquas, est

Fabulosa de coruo quem Noë emisit.

reuerfus, quod ne columba quidem fecit? Subtrahenda itaque in nostris ac Græcis codi- D
cibus negatio est, nam & illi idem peccant *καὶ ἐξελθὼν, οὐκ ἀπέστρεψεν*, id est, Egressus est &
non reuerfus. Videtur autem & hoc Hieronymus in quæstionibus Hebraicis annotasse, sed
locus ibi corruptus est, neque legitur vt esset legendus, quare ex pristina æditiōe, addi-
ta est negatio in nostra hac interpretatione. Sed alius mihi suboritur scrupulus, nam Hie-
ronymus, ad Oceanum in epistola sic ait de coruo: Statimque columba spiritus sancti, ex-
pulsio alite teterrimo deuoluat ad eum. Ecce palam fateretur expulsū esse coruum, quasi
amplius non redierit, quamobrem etiam cum negatione videtur ipse legisse. Sed sæpe fe-
quitur æditiōnem Septuaginta, quia ea passim haberetur, & aliam æditiōnem nondum
ipse edidisset. Itaque multa in epistolis inuenies exposita secundum codices Septuagin-
ta, quorum tunc erat celeberrima autoritas. Dignus verò venia est Isidorus, qui de pieta-
te Noë scribens, sic ait: Serpentibus & bestiis lociatur, & non terretur: cui feræ colla
submitunt, volucres famulantur: emisit enim columbam, & reuerfa est: sed fraude
corui decipitur.

Misit columbam post eum.] *וַיִּשְׁלַח*. Hoc est, A se. Non refertur ergo ad ipsum coruum:
sed eum qui misit: scilicet Noach, vertendumque fuerat, Emisit columbam à se: quan-
quam Hieronymus sequitur Septuaginta, qui & ipsi vertunt *καὶ ἀπέστρεψεν πάλιν εἰς τὸν*
ὄψω. Et misit columbam post eum. Diuersa interpretatio orta ex eo est, quòd Hebræis
וַיִּשְׁלַח & seipsum sonat, & est relatiuum ad alterum, cum ea voce careant, quæ ad se refertur.

Ramus oliuæ virentibus.] *וַיִּבְרַח עֵץ* Et ecce foliū oliuæ, ramus in ore eius. Af-
ferit autem hic Auen Esra fieri positionem, & quasi *ταυτολογία*, idem enim dicit esse fo-
lium oliuæ & quod mox subditur, sicut est inquit *עֵץ* terra & cinis. Ideo Septuagin-
ta nihil Hebraicum immutantes verterunt *εἰς φύλλον ἐλάτης ἕξερτος*, Gestabat folium oli-
uæ, ramum aut surculum.

Crescite & multiplicamini.] *וַיִּבְרַח וַיִּפְרֹץ*. Hoc est, Et crescant & multiplicentur ac pro-
pagentur. Est ergo futurum, ad illa, non ad Noë, quanquam etiam Septuaginta eodem
modo verterint *καὶ ἀλλοιωθήσονται καὶ πληθυνθήσονται*. Ex quibus verbis frigida nescio quæ elicit Ni-
colaus.

Et ait ad eum.] Videtur innuere, Deum ita locutum cum Noach, Hebraica tamen sic
habent *וַיֹּאמֶר יְהוָה אֵלָיו* id est, Et dixit Deus ad cor suum. Quam phrasin eleganter expresse-
runt Græce Septuaginta, *καὶ εἶπεν ὁ κύριος ἀφ' ἑωυτοῦ*, id est, Cùmque cogitasset Deus, dixit.
In lingua enim sacra, omnium cogitationum receptaculum est cor, ac vt verius dicam,
vbi omnes gignuntur cogitationes, vnde in lucem efferuntur: autore etiam ipsa veritate.
In eisdem etiam litteris *τὸ ἡγεμονικόν*, tribuitur cordi, non capiti de qua re noster Hierony-
mus in epistola ad Fabiolam. Queritur vbi sit animæ principale. Plato in cerebro: Chri-
stus in corde, profertq; exempla.

Propter hominem.] Sic est & Hebraice, at Septuaginta *ἀφ' ὅτι ἐργα τῶν ἀνθρώπων*. Hoc est.
Propter opera hominum, licet hoc minimi sit faciendum. Idem enim est. Maledictio
enim Dei in terram defauit propter humana facinora, cùmq; homo impius fuerit, omnia
misera sint necesse est. Vt enim propter hominem cætera facta sunt, ita corrupto homi-
ne tanquam principe, reliqua eadem corruptela & calamitate conflantur. Intabescunt
elementa, insanit mare, irascitur cælum, pallefcunt herbæ, sitiunt agri, iumenta moriun-
tur, aues etiam miseriarum fiunt participes: ergo maledicitur terræ propter actiones hu-
manas, propter prauitatem, quam agendo expriment.

Nox & dies.] Longe melius Hieronymus quàm Septuaginta: siquidem hi volunt, frig-
us & æstus, ætatem & ver factura, vt nunquam nox, & dies deficiat, cùm tamen in vni-
uersum pronunciarit Deus, nunquam hyemem, ætatem, & ver, diem, ac noctem, de-
futuram. Diluuij enim tempore, ea omnia erant confusa. Erit inquit æstas, vt possint frig-
es maturefcere: erit hyems, vt nutriantur: nunquam reliquus anni interrumpetur ordo.
Quid certe sibi velint Septuaginta, exploratum ipse haudquaquam habeo. Quid enim
hyems, atque æstas ad diem efficiendam. Vertunt itaque, *ἀπέρμια καὶ θερσιμὸς, ψυχρὸς καὶ καυ-
μα, ἡρέος καὶ ἕαρ, ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἔ καὶ ταπαύσεισι*, hoc est, Satio, & messis, frigus & æstus,
ætas & ver, diem ac noctem non sistent. In eo quoque insignis discrepantia, cùm enim
הַיָּמִים Hebraice sonet hyemem, ipsi hoc *ἕαρ* ver fecerunt. In reliquis autem cùm phrasin
Hebraicam nihil immutent, summa est obscuritas, multaque offunditur legentibus caligo.

Caput

A

CAPVT IX.



Excepto quòd carnem cum sanguine.] *אֲךָ בֶּשֶׂר כִּנְפֶשׁ דְּמוֹ לֹא תֹאכְלוּ*, id est, Excepto quòd
carnem, in anima sua, in sanguine suo non comedetis. Ex quibus verbis, quan-
quam aliquid detraxerit Hieronymus, eadem tamen innuit, quæ & Hebrai-
ca veritas. Scire igitur operaprecium est, Hebraicæ linguæ proprium ac quasi
peculiare esse, vti frequenter eo schemate, quæ appositio vocatur. Sæpèque
idem per multa nomina inferunt, nulla interposita copula, quemadmodum, & supra de
ramo oliuæ dictum est. Deinde & illud non ignorare oportet, animam apud eos frequen-
ter eam vitam significare, quæ sanguine & halitu continetur, & quod à philosophis spiri-
tus appellatur. Hoc ergo innuit Hieronymus, quanquam verba ipsa non adamussim ver-
tar. Quod enim Hebraica veritas ait: Excepto quòd carnem cum anima sua, sanguine suo:
& quæ sequuntur. Idem est cum eo quod vertit Hieronymus, alterum enim per alterum
exprimitur. Si quidem idem est anima & sanguis in ea lingua. Omisit autem alterum Hie-
ronymus, ratus quod & verum fuerat, vtraque nomina tam animam quàm sanguinem idē
pollere. Qui ergo diceret: Excepto quòd carnem cum sanguine non comedetis: idem in-
nueret cum eo qui verteret, Carnem cum anima non comedetis. Hæc eadem prodit super
hoc loco & Auen Esra, apud quem ita eam sententiam explicari inuenies *כִּי בֶּשֶׂר כִּנְפֶשׁוֹ*
טַעַמָּא דְּכִשְׂר כִּנְפֶשׁוֹ שְׂחוּחַ דְּמוֹ לֹא תֹאכְלוּ בֶּשֶׂר עִם הַנְּפֶשׁ לֹא תֹאכְלוּ בֶּשֶׂר עִם הַנְּפֶשׁ וְזוּת הוּא הַנְּפֶשׁ

*Anima a-
pud He-
bræos vita.*

*Sanguis et
Anima,
idem in lin-
gua Hebræ-*

B

quorum hæc sententia est, Carnem cum anima sua ne comedetis in-
quit, anima enim eius, sanguis est, perinde ac si præciperet, ne deuores animam cum carne,
eo quòd quorumcunque animalium anima, ipsorum sanguis est: atque hæc est anima sen-
soria ac vegetatiua, & quæ mouetur, nempe corpus ipsum. hæc ille. Afferit igitur hic præci-
pi, ne animantes ipsas cum sanguine vorarent homines, propterea quòd cuiuscunque ani-
mantis anima, sanguine continetur. Quod & Chrysostrōmus sentit hoc loco scribens *ὁ λό-
γος ἀνθρώπων ὅτι τὸ αἷμα τῶν ἀλλων ζώων, ἢ ψυχῆ αὐτῶν ἐστίν*. Innuitur inquit his verbis, sangui-
nem cæterarum animantium, esse carum animam. Deuteronomij quoque capite duode-
cimo, idem aperte significatur, vbi de sanguine dicitur *וְהָיָה הַדָּם הַזֶּה*, id est, Quia sanguis
est anima, deinde dicitur: Atque ideo non comedes animam cum carne. Effet enim imma-
ne facinus, etiam ipsas animantes quibus nullum nobiscum ius intercedit, vnà cum ipsa-
rum anima deuorare. Septuaginta quoque eadem sentiunt, licet paulo secius locum hunc
reddiderint. *πῶς κρίνας ἐν αἵματι ψυχῆς, ἢ φάγαθε*, id est, Præterquam quòd carnem in san-
guine animæ, ne voretis, qui quia locutiones Hebraicas non immutarunt, vides quas tene-
bras suæ interpretationi asperferint. Quem scopulum prudentissimè vitauit Hieronymus,
vt nullus in eius æditiōe hoc loco reliquus sit grypus. Quanquam explicari arduum est,
quid proprie præcipiatur Hebræis hic. An, ne carnem comedere cum sanguine, hoc est
animantem ipsam viuam, & cuius adhuc membra palpitarent. Sed quis vsque adeo atrox
sit, qui istuc fecerit? cuius obsecro stomachus id pateretur? Nisi forte ad Polyphemi illius
Homericæ partes, aut Anthropophagos, & si qua alia eiusmodi natio est, defecisset. Qua-
propter honestissimum est existimare, non istud hic à Deo inhiberi Hebræis, ne videlicet
carnes cum sanguine absumerent: sed ne sanguis effunderetur humanus, quod hic passim
declaratur, vt etiam bestiis minetur Deus, si qua earum in hominem inuecta fuerit. Nam
& cornupetas boues lapidibus obrui præcepit. Nec Origenes abest ab hac sententia, sic
hunc locum explicans. *δυνατὸν δὲ καὶ ἕπι τῶν κτηνῶν αὐτὸ ἐπιλαβῆναι, ἀφ' ὧν τὸν κερῶν τῶν
λίθων ἐπιπέσειν*, id est, Potest etiam & de iumentis ac pecoribus hoc accipi, ex quibus
bouem cornupetam lapidibus obrui præcepit. Atque hoc est, quòd omnia quæ sequun-
tur ad cædes humanas pertinent, totusque iste locus de homicidio est. Deuorare igitur car-
nes crudas, cæque viuentes & cum sanguine deglutire, Barbaricam crudelitatem signifi-
cat, sanguinisque humani sitim. Ideo & Homerus, bellum *σαρκοφάγον* appellat, quòd in eo
cædes crudelissimæ perpetrentur, & quasi absumentur homines. Nam bestias interficere, sic
non abhorret ab humanitate: sed homines, vtpote animal ad imaginem diuinam effe-
ctum, id quod & in contextu adducitur. Vt ergo docet Porphyrius de abstinentia anima-
lium, arbitrati sunt mortales *ἔνοι τῶ ἀνθρώπῳ καὶ φύσιν σαρκοφάγον, καὶ εὐφύσιν ἀμορφαγῶν*, id est,
Esse homini è natura, carnibus vesci, abhorrere autem à natura, cruda deuorare. Vide-
bant enim illi, hoc bestiarum immanissimarum esse proprium. Si ergo vnà cum sanguine,

*Sanguis bivi
in anima.*

*Bellum sar-
cophagum.*

homines animalia absumerent,consequeretur etiam, vt crudas carnes etiam voraturi es-

Temperare sibi a sanguine, id est, a cadibus.

Vir apud Hebraeos significat vnumquemque. Frater proximus.

Sed quia ad polluendum hominem nihil agit sanguis, eodemque modo pij esse possunt, tam qui a sanguine sibi temperant, quam qui ex eo vescantur, optimum est existimare, ea omnia, ad homicidia pertinere. Atque hoc vnu his praeceptis innuit, ne caedibus mutuis pollueremur. Sicut & Pythagoras vir suorum temporu optimus, a bestiis abstineri volebat, ne vlla ratione, ad sanguine effundendum afficerentur homines. Totus ergo is locus ad caedes spectat, idque clarius fiet, si omnia quae hic dicuntur, accurate considerata fuerint.

De manu viri & de manu fratris eius. De manu cuiuscunque fratrem suu requiram. Aduertenda Hebraici sermonis proprietates: vir enim in ea lingua vnumquemque significat. Ideo quod hic vertit Hieronymus, de manu viri: dicendum fuerat, de manu cuiusque. Frater quoque in eodem idiomate, tam is appellatur, qui ex eisdem parentibus sit ortus, quam omnes alij, qui & a nobis & Graecis proximi vocari solent. Frater ergo hoc loco, proximum sonat. Itaque dicendum est, de manu vniuscuiusque proximum eius requiram. Quare arbitrarium est, quod hic comminiscitur Nicolaus, vt frater hic eum significet, qui tanquam frater proprius (vt eius vtar verbis) ab homicida diligebatur, eoque putat grauius esse scelus. Septuaginta quoque, minime quid Hebraica locutio postularet animaduertentes, obscure sunt interpretati. Eni manus ad manus, id est, De manu hominis fratris requiram. Hoc vni sibi velit, non plane intelligi.

Ad imaginem Dei factus est homo. Hebraice non est passiuum, sed passiuum. Hoc est fecit: nimirum Deus. Quod Septuaginta per primam personam pronuntiarunt. Eni enim factus est homo, id est, In imagine Dei feci hominem. Potest quoque esse tanquam impersonale, quam verborum qualitatem non per passiuam vt nos, sed per actiuam Hebraei exprimunt, vt illud: Adae non inueniebatur similis, vbi est inuenit, ibi tamen personale est, vertendumque fuit, vt fecit Hieronymus. De hac re alibi locupletius.

Ingreddimini super terram. Propagamini, pullulate, sicut & Septuaginta. Replete terram.

Arcum meum ponam, &c. Is quoque locus, ex his est quorum obscurissima sit explicatio. Cui enim non consentaneum videtur, fuisse ante Noach tempora, pluias, & inter humentes nubes irin saepe conspectam? Quae quia naturalia sunt, semper eadem esse necesse est, mutuoque sese consequi, non aliquando fuisse disiuncta. Quia igitur pluuie fuerunt, fuit iris quoque: quanquam istud fortasse non omnino verum sit: saepe enim pluuia fit, non apparente iride: nam quanquam iris a pluuia efficitur, id est, ab humefactis nubibus, in quas irradiarit sol, non tamen id perpetuo est: neque enim sola pluuia iridis causa est. Absentibus itaque aliis causis, iris non fit. Plerat igitur etiam ante Noach, sed iris nunquam conspecta fuerat, Deo ita volente, idque non contra iura legesque naturae. Potest & illud afferri, fuisse quidem ante id tempus iridem, non tamen in signum a Deo susceptam, idque ferè ex contextu Hebraico elicitur, sic enim habet קשת ירחי בענן, id est, Arcum meum posui in nube. Indicat ergo fuisse quidem & ante id temporis iridem, sed tum primum signum fœderis esse coepisse. Hieronymus autem ac Septuaginta ad Hebraicam consuetudinem respexerunt, cui proprium est, praeterita pro futuris, vicissimque vsurpare, aut eadem pro praesentibus. Quod ergo erat Hebraice praeteriti temporis, Hieronymus futuri fecit, Septuaginta praesentis: siquidem vertunt, id est, Arcum meum pono in nube. Vt autem veritas cohortari videtur, vertendum fuerat vt habent Hebraica, eaque ratione, omnia incommoda effugiemus. Fuisse autem ante iridem, deinde in signum electam, asserunt & Graeci. Hæc tam pauca dicta hoc loco sint, dimissis eorum fabulis, qui iridem appellent arquum daemionis, & per ruborem in ea, portendi diuinæ clementiæ indicia contendunt. Auen Esra hoc loco inuenit, ibi tamen personale est, vertendumque fuit, vt fecit Hieronymus. De hac re alibi locupletius.

Iris an fuerit etiam ante diluuium.

Ab his disseminatum est omne genus. Propagata est omnis terra: quod paulo

Apaulo obscurius transtulerunt Septuaginta. Ab his disseminati sunt super vniuersam terram, genus scilicet humanum.

Coepitque Noe vir agricola exercere terram. Explicuit clarissime, quae paulo obscuriora erant in contextu Hebraico: sic enim habent. Coepit Noe esse vir terrae. Quod non erat aliud quam quod & Septuaginta transtulerunt. Neque enim vilo pacto felices sunt Hebraei in componendis nominibus. Neque vlla apud eos nomina ex aliis vocibus conflata inuenies. Sed in aliis quamplurimis ea lingua manca est. Itaque virum terrae vocant, colendae terrae deditum, Sicut virum mendacij, mendacem, virum veritatis, veracem.

Vir terrae. Vir mendacii.

Verenda Patris sui. Neque mirum videri debet, quod Septuaginta vertant, hoc est nuditate: pudenda siquidem Hebraice denudatio vocatur, quam semper Hieronymus turpitudinem appellat, cuius vocis creberrima in sequentibus libris mentio erit. Hæc dicta sunt vt Hieronymum tueremur, Septuaginta illustraremus.

Pudenda Hebr. denudatio.

Euigilauit a vino. Euigilauit a vino suo. Num dormierat? Aut sine somno ilico resipuit? vt velle videntur Septuaginta. Resipuit Noach a vino, aut ad sobrietatem reuerfus est, quod in ebriis non facile fit, nisi per somnum. Verbum autem Hebraicum innuit eum prius dormiisse, quippe quod expersci significat. At Septuaginta vt dixi, innuunt eum non dormiisse, sed ebrium iacuisse, & de somno Noe hoc loco nulla mentio.

Dilatet dominus. Sequitur Septuaginta, qui eodem modo vertunt. Condecoretur, aut venustum se ferat dominus ipsi Iaphet. Alluditur enim ad nomen Iaphet hoc modo: Iaphthe le iaphet. Iaphet autem venustus interpretatur: quanquam hæc sententia exponitur ab Hebraeis ad opinionem Hieronymi ac Septuaginta: ita enim Auen Esra, Neque alio modo praesens verbum exponendum est, quam dilatet & extendat. Deuteronomij quoque capite vndecimo dicitur: Cauete vobis, ne forte dilatetur cor vestrum: vbi est praesens verbum.

CAPVT X.



Mnia propè nomina in praesenti capite tam apud nos, quam Graecos corrupta sunt. Vt is qui Iauan Hebraice appellatur, primus scilicet qui Graeciam tenuerit, is in contextu Graeco Iouan vocatur: quanquam fortasse immutatae sint eam vocem Septuaginta, quod viderent hunc esse, a quo Ionia nomen acceperit, seruaruntque consuetudinem Graecam. Ex hoc autem capite cognoscitur diuinarum litterarum maiestas, & incorrupta veritas, cognoscitur quoque omnium a mundo condito saeculorum series, ea verissima esse, quae ab hisce litteris traditur. Quorum autoritate atque auxilio, facile redarguitur Aegyptiorum error, gentisque illius pudenda mendacia, quae se decem annorum millia, monumentis habere comprehensa iactabat. Error quoque Chaldaeorum, hoc est, nationis fabulosissimae, & ad superstitiones procliuissimae, qui quadringenta septuaginta annorum millia suis annalibus relata se habere mentiebantur. Mendacium quoque Hermodori Platonici, qui a Zoroastre vsque ad bellum Troianum, quinque annorum millia interfuisse scribit. Aliarum quoque gentium temeritas, quae sese vetustissimas iactabant, & mendacem temporum numerum in medium afferbant. In caelestibus enim hisce litteris, omnis annorum series describitur, adhibitis aetatibus, quam quisque eorum qui in eo catalogo censentur, a primo homine, vixisset. Dein vt clarissima ac maxime vera, omnis horum annorum series esset, ponitur quam quisque hominum primus terrarum partem occuparit, quorum nomina adhuc regiones retineant. Prima igitur humani generis propagatio facta est post diluuium. Nam ante diluuium sola ea regio hominibus erat frequens, quam tenuerat Adam, prope scilicet paradysum. A conditione autem mundi, ad diluuium intercessere mille sexcenti quinquaginta sex anni, licet nostri Graecos secuti, non recte duo millia ac plus fuisse opinentur. Hoc itaque spacio, minimum orbis terrarum angulum homines tenebant, atque hoc est, quod in hisce litteris, nulla fit eorum descriptio, qui tum per terras diffusi essent, nam neque erant diffusi. Post diluuium autem, in omnes terras distributi sunt homines. Eorumque nomina vt modo dixi, adhuc in regionibus

Iauan. Iouan. a quo Ionia sumpsit appellationem.

Chaldaeorum ac aliarum nationum error qui se vetustissimae iactant.

Prima humani generis propagatio post diluuium.

Media.
Tyris.
Iobis.

bus, quas primum tenuerunt, remanent. Nam Media à Madai filio Iaphet nomen sortita est. Tyris autem à Tyras eiusdem Iaphet filio: sic & Iauan Ionie nomen dedit. Non ergo hæc nomina Græca sunt, aut alterius gentis, vt plerique apud Græcos mentiuntur, falsasq; etymologias comminiscuntur, vt sunt qui Tyrum, mulierem fuisse volunt, quæ nomen regioni indiderit, atq; ideo, Tyrus sceminini est generis, cū masculini debuerit esse, eo quod Tyras, à quo Tyrus, fuerit filius Iaphet, vir inquam, non mulier, vt Græci mentiuntur. Neque me clam est, immutata apud alias gentes eiusmodi nomina, pleraque tamen eorum incorrupta seruantur. Apud Hebræos integra perseuerant. Neque alio nomine orbis terrarum regiones ab eis vocantur, quàm eorum nomine qui primi eas adierint, atque incoluerint. Nam Mizraim Ægyptus apud eos appellatur, quod is primus eam tenuerit. Cus etiam vocatur Æthiopia, eadem de causa, eademque est in aliis ratio.

Mizraim.
Cus.

Rhodus insula unde dicitur.

Dodanim.

Dodanim.] Ex hoc loco, vt & aliis plerisque, elicitur, apud Hebræos aliquando eas litteras immutatas, inter quas aliqua esset affinitas. Tam enim à Septuaginta, quàm omnibus nationibus, Rhodus per R, profertur non D, vt fit apud Hebræos. Et verisimile est, ab eo tempore eam insulam Rhodon vocari cœptam, quo primum eam incoluerit Dodanim. Quis ergo non crediderit eum non Dodanim, sed Rhodanim à patre appellatum, cùm maxima sit inter has duas litteras res scilicet, & Dalec. apud Hebræos affinitas: cùm altera hoc modo scribatur ם, altera ך, præcipueque id in his cognoscitur, qui Hebraice discunt, qui sæpe sæpius inter legendum labuntur, litterarum similitudine decepti. Is itaque Dodanim, primus Rhodon tenuit, ab eoque, insula nomen sortita est, vt testatur & Hieronymus, & Septuaginta, qui hunc Dodanim, ρόδοι, vertunt, quanquam fortasse in eo errent, quod putarent pluralem esse: omnes quoque eius fratres, alias Cycladas tenuerunt. Quare cùm is Dodanim filius Iaphet fuerit, par est credere, à patre de diluuiio audisse, aut eum in arcam cum patre ingressum, quod ille posteris suis tanquam memorabile reliquerit. Atque huc tendere opinor, quæ in libro de mundo referuntur à Philone, ρόδος τε καὶ ῥήλος, αὐτὰ μὲν τὸ παλαιὸν ἠφαισμένη καὶ τῆς θαλάττης ἐδεδύμεσαν ἵπτικαζόμενα, ῥόδοι δὲ ἕτερον, ἐλαττομένης, ἠρέμα κατ' ὀλίγον ἀνίσχουσι διεφύσσον. ὡς αἱ αὐτῆς ῥαφείσαι μιλύσαι ἰσραήλ. Quorum verborum, propter eos qui Græce nesciunt, hæc fere sententia est. Indicio, inquit, sunt & Rhodus & Delus, mare continuis decrementis imminui, quod hæc insulæ olim sub fluctibus conditæ delituerint, postea vero paulatim decrescente mari, ipsæ quoque sensim apparere cœperunt, vt earum annales protestantur. Hæc itaque de Dodanim dicta sint, cuius pater Iauan, Græciam occupauit, quo nomine etiam nunc Græcia ab Hebræis appellatur: misisusque est à patre, ad insulam Rhodon: alij autem eius fratres ad cæteras Cycladas. Quod ergo recenser hic Philon, eas insulas aliquando sub fluctibus delituisse, de diluuii tempore necesse est credere, nam ab ea tempestate nunquam Rhodus submersa, delituisse memoratur.

Græcia Hebrais Iaua.

Saba duplex.

Regina Saba.

Magi tres Sabæi.

Iosephi lapsus.

Cedar Arabia pars.

Nabaiot, qui à nobis Nabatheï.

Filij autem Cus Saba.] Hoc quanquam ab Hieronymo, & Ioanne Phircensi viro laudatissimo annotatum sit, afferendum tamen huc erat. Duæ igitur sunt vrbes aut duæ regiones, quæ eodem nomine Saba à nobis & Græcis appellantur: apud Hebræos tamen insigne discrimen est. Alteraque in Æthiopia, altera in Arabia est. Quæ Æthiopiæ est, scribitur apud Hebræos per s, exile, hoc est סבא Seba: quæ vero in Arabia, per s, crassum, sic סבא. Quod & ab Hieronymo in Hebraicis quæstionibus annotatur. Regina ergo Saba, quæ ad Solomonem munera atque aromata attulisse memoratur, non Æthiopicæ, sed Arabicæ Sabæ regina erat. Ex eadem magi ad IESVM Christum generis humani reparatorem venerunt, ex his quæ regio afferret dona ei portantes. Myrrham scilicet ac Thus. De eadem scribitur apud Vergilium:
India mittit ebur, solus sua thura Sabæis.
De eadem, Isaia, omnes de Saba venient. De Saba vero quæ in Æthiopia est, multa scribitur à Strabone. Fallitur autem, meo quidem iudicio, Iosephus, qui scribit reginam Sabæ, de qua in libris Regum scribitur, fuisse non eius quæ in Arabia, sed quæ in Æthiopia est. Quippe quæ ea tempestate Aegypto atque Æthiopiæ imperaret. Sed omnibus ex locis certe colligitur, eam reginam Arabicæ fuisse. Ideo ab Isaia, eodem loco vbi dixit, omnes de Saba venient, ponitur, omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth ministrabunt tibi. Cedar autem omnes apud Hebræos sciunt esse Arabicæ partem. Nabaiot quoque Arabicæ populi sunt, qui à Græcis & Latinis, paululum luxato nomine, Nabatheï vocantur. Sic & Dauid canit: Reges Arabum & Saba, vicinæ autem ibi regiones

Agiones simul ponuntur. In Arabia præterea feruntur esse aromata, quæ illa ad regem attulerit. Præterea cùm dixerimus Saba per s, crassum significare eam quæ in Arabia est, patet huius eam mulierem reginam fuisse, quia tertio Regum scribitur מלכת שבא, id est, Et regina Sabæ, quod nomen per s, crassum scribitur. Quamobrem non possumus probare sententiam Iosephi. Neque nos moueat, quod in euangelio appelletur regina Austri: nam Sabæi respectu Iudææ, in Austrum positi sunt, & ea plaga australis aliquando nuncupatur. Hæc ideo animaduersa sunt, quia plerique apud nos & Græcos, horum nominum amphibologia decepti sunt: eodem autem versu, vtraque Saba hoc loco memoratur.

Nembrod.] Quam corruptum ac deprauatum hoc nomen, & apud nos, & Græcos? Nam cùm ita sit efferendum Nimbrod, nos Nembrot, Græci, Νεμρόδ. Eadem corruptela in omnibus ferè nominibus Hebraicis est. Quod quanquam non maximi ponderis sit, ad intelligendas tamen rerum proprietates, necessaria est nominum incorrupta pronuntiatio. Adde quod cùm ab omnibus rebus debet abesse deprauatio, tum vero à sacris, quæ sunt, procul omni sequestrata impuritate, tractandæ. Litteris autem diuinis, is deferri debet honos, vt eas veneremur, exequendo quæ præcipiunt. Quod vt possimus quàm facillime consequi, illustrandæ extergendæq; sunt, & in suum nitorem vendicandæ.

Iste cepit esse potens.] Fortis. Videtur ergo potius ad vires corporis referendum, quàm ad imperium, quanquam de regno Nembrod, mentio quoque fiat. Veruntamen quod verit hic Hieronymus potentem, paulo inferius interpretatus est robustum.

B Ille, inquit, fuit robustus venator coram domino. Mirum vero est, cur Septuaginta, interpretati hoc modo sint, ἔτος ἤρξατο εἶναι γίγας. Iste cepit esse Gigas, cùm vox Hebraica גיג tantum fortem ac robustum significet. At non absurdum est dicere, hunc cœpisse esse Gigantem, cùm & ante ipsum, & ea tempestate, quàm plurimi fuerint Gigantes: & quod est absurdius, vbiq; Gigantem, interpretati sunt hoc loco, quod erat גיג, id est, fortis, quod certe eo loco saltem tolerari non potest, ἔτος ἦν γίγας κωμικός ἐναντίον κυρίου. Iste fuit Gigas venator coram domino. Cur enim hoc tanquam memoriâ dignum recensetur? Si enim Gigas erat, quid opus fuit dicere, is erat Gigas venator? Certe igitur erat vertendum vt fecit Hieronymus גיג enim apud Hebræos semper fortem declarat. Quod autem ita verterint Septuaginta, indicio illud est, quod Augustinus 16. de Ciuitate Dei eo modo citat hunc locum, vt habetur apud Septuaginta. Et Chrysostronus ostendens à Cham cœpisse tyrannidem, id ea ratione probat, quia ab illo descendit Nembrod. Producensque hunc locum ait. ἔτος ἤρξατο εἶναι γίγας, τὰ τέτι τυραννός. id est, Iste cepit esse Gigas, hoc est tyrannus. Duabus autem de causis, puto eo modo reddidisse Septuaginta. Primum interpretati sunt ἐναντίον ἢ (an oí γίγαν τε οἱ ἀπ' ἀβελος. Hi erant Gigantes à sæculo: sed tamen ibidem seorsum ponitur nomen Gigantis, & id quod fortem significat. Altera causa est, quia Chaldaice Gigantes, גיג id est, robusti vocantur. quanquã apud eos quoque & nomen Gigantis & fortis, aliquid discrepent.

Coram domino.] Ita dicendum fuerat, quia Hebraice נבא significat coram, contra verò nunquam. Quare Augustinus de Ciuitate Dei lib. 16. putans quosdam vocis Græcæ ambiguitate deceptos, quia ἐναντίον, & coram, & contra declarat, dicendumque contra dominum non coram domino existimat, quia scilicet is Gigas cùm fuerit, domino aduersatus est: ipse potius propter Hebraicæ linguæ imperitiam lapsus est, quoniam vt diximus נבא coram, vel in conspectu denotat: cum vero significare volunt contra, alia voce vtuntur. Quanquam & Chrysostronus, eadem opinione ductus est, qui hunc locum exponens, dicensque Nimbrod tyrannum fuisse coram domino, vbi Græce habetur, ἐναντίον, exponit ἀπὸ τῆς ἐν ἀπὸ ἀβελος τῶ θεῷ. Id est, pro eo quod est, aduersarius Deo. Verum diximus quomodo sit intelligendum. Coram domino enim sæpe in sacris litteris inuenitur, estq; peculiaris loquendi modus in ea lingua.

Ab hoc exit prouerbium.] גיג גיג id est, Ideo dicitur. Propterea Septuaginta Hebraica sequentes, sic hunc locum reddiderunt, ἀπὸ τῆς ἐπίσης, propterea hoc dicent. Aduertendum tamen, quod & paucis ante meminimus, moris linguæ Hebraicæ esse vti futuris pro præteritis imperfectis, eo quod id tempus non sit apud eos. Cuius rei tot sunt exempla, vt pigeat referre. Is itaque locus melius opinor à Hieronymo per præteritum, quàm à Septuaginta per futurum redditur. Non enim ad posteriora tempora id prouerbium respicit, sed ad eam tempestatem, quæ passim eo prouerbio utebatur. Sic ergo erant vertenda Hebraica. גיג גיג Ideo dicebatur, licet sit futurum.

Et plateas ciuitatis.] Quod ad nostram æditionem attinet, optime cuncta se habent. Septuaginta vero nescio qua ratione hoc loco ferendi sunt, quippe qui Hebraicis perperam redditis, in ipsam quoque æditionem caliginosas tenebras iniecerint. Hebraica itaque veritas post vbi dixisset: Et ædificauit Niniue, dehinc intulit *וַיִּבְנֶה נִינְוֵה עִיר וְחָמְרָהּ עֵר*. Hoc est, Et plateas ciuitatis & Calac. At Septuaginta, quod Hebraice sonabat plateas, interpretati sunt *ἠὲ μίσον*, per medium. Puto vero eos vocis amphibologia deceptos. Eo quod eadem vox Hebraice, & latitudinem & plateam signat, quam latitudinem ipsi *ἠὲ μίσον* interpretati sunt. At quis obsecro eorum verborum esset sensus? Dimittitur præterea apud eos *וְע* Hoc est ciuitas. sic enim tota habet periodus *וְע וַיִּבְנֶה נִינְוֵה עִיר וְחָמְרָהּ עֵר מִן הַמִּדְבָּר וְעַד מִן הַיָּם*. Hoc est. Et ædificauit Niniue per medium Calac. Annotatumque est hoc etiam ab Hieronymo in quæstionibus Hebraicis, & ad Damasum papam.

Paleg.

Libri Cabala Esdra tempore aditi.

Sybilla de linguarum diuisione.

Phaleg, quia in diebus eius.] Paleg autem est dicendum, per p, exile. Hunc perhibent Hebræi, à patre longe ante linguarum diuisionem, Paleg appellatum, hoc est diuisionem, quod diuino instinctu pater didicisset, eo ætate florente, linguarum diuisionem futuram: de qua re Diodorus *ἔτι τὸ φαλέμ γέγονεν ἡ πυργωπόλια*. Sub Phaleg, turris extructa est. Et quoniam præclare de hac re scribitur in libris Cabala, id est his, qui de illa magna synodo, cuius caput erat Esdras, & quo autore facta est, conscripti sunt, ipsa verba subscribam ex libro qui inscribitur *feder haholam*, id est, chronica mundi, *אבינו אברהם היה כפל גה בן ארבעים, ויהי עתה הפלגה אשר רבי יוסי בביאבדול והעבר שקרא בנו כולג ברוח הקדש שנאמר כי בימי ושונה שבה נמצא כח חיה אחוה הפלגה עשר שנים*. Hoc est. Abraham, inquit, pater noster, quo tempore linguæ diuisæ sunt, ægabat quadagesimum octauum annum. Inuenitur autem Noë, post eam diuisionem vixisse decem annos. Dicit autem Rabi Iose, Heber sapientissimum prophetam fuisse, eo quod filium suum diuino afflatus spiritu, vocarit paleg, id est diuisionem, quia eo viuente, linguæ diuisæ sunt. De linguarum diuersitate, Sybilla quoque in hunc modum cecinit: Cum omnes mortales, vna lingua vterentur, quidam ex his, altissimam turrim ædificauerunt, cælum per eam cupientes scandere. Dij vero, turbines mittentes, euertère turrim, & propriâ & diuersam vnicique tribuère linguâ. Est autem idem nomē etiam apud Græcos de prauatū.

CAPVT XI.

Idcirco alter ad proximum suum.] Nisi odiosa esset comparatio, non dubitarem asserere, hunc locum longe melius Hieronymum reddidisse, quàm Septuaginta. Siquidem vt paulò ante diximus, ish, apud Hebræos & virum significat, & vnumquenque: cumque hoc loco sit *ישאמר* id est: Et dixerunt vnusquisque. Eleganter vertit Hieronymus vt visum est. At Septuaginta, nihil Hebraica loquendi immutata consuetudine verterunt *καὶ εἶπεν ἑκάστης τῶν πληθόντων αὐτῶν*. Et dixit homo proximo suo. Quod si quis morem loquendi scripturarum, ignoraret, non facile, quid ea sibi vellent, assequeretur. Vna certè intelligendarum sacrarum litterarum ratio est, si quis Hebræis loquendi mos est, non ignoretur.

Faciamus lateres.] Septuaginta propter linguæ Græcæ commoditatem, non omiserunt hic, quin formationem Hebraicam seruarent. Est enim Hebraice verbum à latere deductum, à *לבנה* hoc est, later: à quo, *לבי* quasi laterare, & vt vertunt Septuaginta *κλιθεύσας* quasi dixeris, laterificare lateres: quod apud nos nemo esset, qui auderet: quanquàm eodem verbo apud Græcos etiam Aristophanes in nephelis vsus est.

Et bitumen pro cemento.] Et bitumen pro cemento. Nihil dissentit ab Hebraico Hieronymus. Prima siquidem vox, sæpe bitumen inuenitur significare. Abundant autè eæ regiones vbi arca fabrefacta, & turris exædificata est Bitumine, eoque pro cemento & calce vti solent, sicut extat apud Strabonem: ex quo necesse est huc transcribamus, quæ ille de bitumine scribat, quem Græci *ἀσφαλτος* vocant. Itaque cum in Babilonia describenda versafetur, hæc inter alia ab eo narratur, *γίνεται δὲ ἐν τῇ βαβυλωνίᾳ ἀσφαλτος πολλή. καὶ ἡς ἐρεταοδόμενος μὲν ἕτος ἐρηκεν, ὅτι ἡ μὲν ὕδα, ἢ κελεύσι νεφεραν, γίνεται ἐν τῇ σουσῆδι, ἢ δὲ ἐρηκα δυνάμει πηλεοσται, ἐν τῇ βαβυλωνίᾳ. ταύτης δὲ ἕτην ἢ πηγήν πληθόντων ὕφραται. πλημμυρέντος δὲ τῆς, κρεταὶ τὰς τῆς χύοναι τῆς, καὶ αὐτῇ πλημμυρένται καὶ τὰς χύοναι εἰς τὸν ποταμὸν λαμβάνει, ἐν ταῦτα δὲ συρίζονται βάλοι μεγάλοι, καὶ τὰς οἰκοδομὰς ἔπι τῆς καὶ τὰς ἀφῆς ἕτην πληθὺν καὶ τὰ λοιπὰ.* hoc est: Nascitur in Babilonia copiosum bitumen, de quo memorizæ prodidit Eratosthenes, duo eius inueniri genera, alterum lentum atque humidum, alterum siccum. Et lentum quidem

Aquidem quod ab incolis naphtha vocatur, in agro Sufarum tradit gigni: at siccum, quod & condensari potest, in Babylonia: cuius fons non procul ab Euphrate sit, siquidem exundante per niuium liquationem Euphrate, ad eius incrementū, fons quoque augetur, atque tunc altissimæ glebæ constipantur, lateritiis ædificiis idoneæ. De eodem & in Iudææ descriptione locutus est. Si itaque etiam Strabonis testimonio hominis ethnici, & sacrarū scripturarum ignari, vti solitos Chaldaeos Bitumine cognoscimus, in ædificiis præsertim lateritiis: liquet certe, non alio modo hunc locum esse intelligendum, quàm vt verterunt Septuaginta & Hieronymus: quamobrem fallitur Diodorus, qui de hac re scribens, inquit, *ὁ ἑβραῖος καὶ σῆρος ἔχει καὶ ἀσφαλτος ἢν αὐτοῖς πηλός*. hoc est, Hebraica & Syra æditio habent, Et erat eis calx, lutum: quod certe minime verum est: quid enim in contextu Hebraico esset, vidimus, eademque vox est, in Syraica æditione, si tamen ea est, quæ apud Hebræos Targum appellatur, quod dubito. At grauius peccat, addens, *καὶ μόλα οἰκότως, ἀσφαλτος γὰρ, εἰς οἰκοδομίαν ἀρκεῖται ἀσφαλτος δὲ ἔπι πηλοσται*. Atque hoc inquit, longe probabilius est, eo quod bitumen, ædificiis non idoneum sit, ac calx vehementer commoda. Hæc inquam Theodori sententia & scripturarum & ipsorum historicorum testimonio falsa deprenditur. Theodoritus quoque vir sanctissimus, optime hanc rem explicuit, damnatis insuper quorundam opinionibus, & forte ipsius Theodori, qui calce turrim esse constructam asseruit, Is itaque super hoc loco, hæc prodit, *ἀγνοῦσται ὡς εἰνὸς τὰς ἐν τῇ ἀστυίᾳ πηλός, ὡς ἔστιν ἀσφαλτος τὸν πύργον ἀποδομείσθαι, ἀκριβὲς δὲ τὸ ἔπι τὸν αἰθέρα ἀφαιρέσθαι μεμνησται, ὡς εἰσὶν πηλοσται ἀσφαλτος τὸν ἕλιον ἕλιον ἕλιον, καὶ ὅτι τὰς ἐν ἕδασι οἰκοδομίας συνυφαιρόντες, ἔπι ταύταις τὸν οἰκοδομίας συνυφαιρόντες, ἔπι τὸν πύργον ἀποδομείσθαι φασίν. καὶ οἱ ἀπὸ τῆς τῆς, καὶ διορίζεται μέρος ἰσχυρόσσαντο, καὶ ἀκριβὲς ἀσφαλτος, ὡς ἀσφαλτος τὰς οἰκοδομίας ὑπέσταντο πηλοσται. ἀλλῶς τε καὶ λίθων ἐναι σάσαντο ἐν τῇ ἀστυίᾳ φασίν, καὶ ἀφῆς τῆς, τὰς πηλοσται ἀπὸ λίθων κερκεσται. λίθων δὲ δὲ γὰρ, πῶς ἐν γῆνιτο ἀσφαλτος, hoc est, vt Græci fermonis imperitis hoc gratificemur. Quidam, puto quod ignorarent in Assyria bituminis fontes inueniri, asseruere, calce exædificatam esse turrim. At ipse diligenter ex his percunctatus sum, qui inde ad nos venerunt, didicique ipsi referentibus, esse in Assyria fontes, qui hanc materiam, vnà cum aquis extra aluum eiiciant. Quinetiam loci incolæ perhibent, si in aquis ædes erecturi sint, lateres coctos in eam materiam conijcere, atque ea ratione constructam esse turrim asserunt. Qui autem propius, hæc contemplati sunt, effodisse alicubi se dicebant, remque probe didicisse, esse videlicet bitumen coctis lateribus substratum: præsertim quia in Assyria summam esse lapidum penuriam asserunt, atque idcirco loco lapidum lateribus vtuntur. Quod si lapides ibi non inueniuntur, ne calx quidem: sine enim lapide, calcem fieri non posse, nemo ferè est, qui nesciat, hæc ille. Multa quoque alia ex Quinto Curtio, Suida, Diodoro Siculo, Philostrato, Vegetio citari potuissent, qui vna omnes voce fatentur Babyloniæ mœnia, bitumine esse constructa. Atque hæc vna ratio est, quod in Chaldæo, Assyria, ac Babylone, maximæ ac munitissimæ vrbes esse perhibentur, vt est apud Xenophontem, propter Bituminis copiam.*

Antequam diuidamur.] Concordes sunt Hieronymus & Septuaginta, nam & illi, *καὶ τὸ ἀσφαλτοσται ἡμῶς, antequam diffeminemur*. At Hebraica paululum variant. *וְעַד נִבְנֶה עִיר וְחָמְרָהּ עֵר* ne forte dispergamus. Non enim adhuc erat eis compertum, se fore abinuicem diuellendos, sed id futurum verebatur, quod fore quadam humana coniectura assequerentur. Chrysofostomus exponit etiam secundum æditionem Septuaginta, ne forte, inquit, diuidamur, ἢ κελεύα καὶ εἰωτῆς μαντεύεται, id est, prauitas contra seipsam vaticinatur.

Filij Adam.] Clarissime locutionem Hebraicam expresserunt Septuaginta, vertentes *ἱοὶ ἀνθρώπων*, filij hominum. Atque eodem modo ferè semper reddunt. Dictum autem nobis est, Hebraicam phrasin esse, vt genus humanum appellentur filij Adam. Atque hoc est quod annotat Hieronymus, vbi Latine sit filius hominis, Hebraice esse filius Adam: nam Adam, non solum illius primi hominis nomen est, sed & omnium hominum: quilibet enim Adam est. Eadem vox & marem, & fœminam significat, qui communi vocabulo Hebraice Adam appellantur. Vt autem omnia rerum genera, nullis propriis nominibus signata sunt, sed vno communi toti speciei nomine, vt primus equus, equus appellatus sit, primisque cetus, cetus, hoc est toti speciei congruo, sic & homo. Neque vllum est primi hominis nomen proprium, nisi quod à Græcis repertum est protoplastus, quod foli primo congruit. sed de his copiosius alibi.

Nec desistent.] *וְעַד נִבְנֶה עִיר וְחָמְרָהּ עֵר* Non prohibebitur ab ipsis. Obscure vero reddiderunt hoc Septuaginta. *ὅσα ἐκ κληροσται ἔξ αὐτῶν πάντα ὅσα ἐν ἔπι τῶν ποιέων*, id est, Neque decrunt ab

Naphtha

Filij Adæ. Hebraica phrasin. Adam nomen appell. commune & viro et mulieri.

ipsis omnia quae decreuerint facere. Hanc sententiam videntur innuere, Nihil futurum, D quod eos prohibeat, quin quod statuissent exequantur. At Hieronymus aliud quiddam. Hebraica indicat, nisi Deus prohibuisset, omnia eos executores, quae voluissent: non quod turrim in caelum erigerent, sed impiissima consilia sua sequerentur.

Venite descendamus.] Putant nonnulli ex Hebraeis, hic Deum cum Angelis loqui, non patrem cum filio & Spiritu sancto, ut nos. Quod tamen ut retro dictum est, etiam ad id tendit, quod nostri exponunt. Et certe probabilius & rectius est, quod nos sentimus. Non enim abest à figmento, quod traditur ab Hebraeis, ut suo loco confutatum est.

Nomen loci illius.] Hebraice, nomen ad locum, sed ipsam urbem refertur. Siquidem relatiuum nominis, foeminiuum est נשׁוּ כּוּ כּוּ sicut verterunt & ipsi Septuaginta, καὶ ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτῆς. Et vocatum est nomen ipsius. Vbi relatiuum etiam est foeminiuum: quanquam Babylonia & metropoleos, & totius regionis nomen sit.

Babel.] Septuaginta hoc nomen quoque interpretati sunt: vocatum est nomen urbis σύγχυσις. Hoc est confusio. Quanquam igitur Babel interpretatur confusio, urbis tamen proprium est Babel. Nomen itaque ipsum erat relinquendum, quod fecit Hieronymus. Nam & apud omnes gentes, ipsum nomen Babyloniae retentum est. Quare non à Belo, nomen accepit, ut plerique falso existimant.

ERROR est in numero apud Septuaginta: Nam cum Hebraica veritas tradat, Shem, post genitum Arpacfad, vixisse quingentos annos, sicut habet & nostra tralatio, hi nescio quamobrem, hunc numerum faciunt πεντε καὶ τριακόσια ἔτη. Hoc est, Trecentos triginta quinque annos. Neque coniecere possumus, is error unde irrepserit: cum Hebraei numerorum notis non vtantur, in quibus facilis est lapsus: sed ipsis numerorū nominibus, quae facile immutari non possint. Consentit quoque is numerus cum tota annorum serie. Addunt hic quoque Septuaginta quadam, quae in Hebraeo non sunt, scilicet, Vixit Shem postquam genuit sibi Arpacfad 35. annos, & genuit filios ac filias, & mortuus est: hoc inquam redundat.

Error quoque in numero sequenti vita Arpacfad, is enim triginta ac quinque egit annos, sicut habet & nostra aditio, & genuit liberos: illi autem εἰσὶν τριακόσια ἔτη, Hoc est, Centum ac triginta anni: redundant nonaginta quinque.

~~Ἐπισημασθέντα ἔστιν ἡ ἀσυνέπεια τῆς ἑβραϊκῆς ἀριθμολογίας ἐν τῇ ἐπισημασθέντι ἀριθμολογίᾳ. Ἐπισημασθέντα ἔστιν ἡ ἀσυνέπεια τῆς ἑβραϊκῆς ἀριθμολογίας ἐν τῇ ἐπισημασθέντι ἀριθμολογίᾳ. Ἐπισημασθέντα ἔστιν ἡ ἀσυνέπεια τῆς ἑβραϊκῆς ἀριθμολογίας ἐν τῇ ἐπισημασθέντι ἀριθμολογίᾳ.~~

Error quoque in numero apud nos & Septuaginta: Arpacfad enim post genitum Salac, vixit quadringentos ac tres annos, non ut Septuaginta τριακόσια τριάκοντα, hoc est trecentos triginta annos, in quo & nos peccamus.

Errant quoque idem in annis Salac, antequam genuisset filios. Vixit enim 30. annos, sicut habet nostra tralatio, illi autem εἰσὶν τριακόσια. Id est centum triginta.

Error quoque in numero annorū, quos vixit Salac post genitum Heber. Is enim est שלש מאות וּשְׁמֹנֶה עָשָׂר Hoc est. Quadringenti tres anni, sicut & in nostra aditione est, at sunt apud illos τριακόσια τριάκοντα, trecenti ac triginta. Addunt quae postea ἀπέδωκε, quod neque in Hebraico est.

In annis quoque Heber ante genitum Paleg, error est apud eosdem, εἰσὶν τριακόσια τρέσατα, centum triginta quatuor: cum tamen sint ut apud nos habetur. Erratur & in ipso nomine, & apud eos, & nos. Paleg enim est dicendum, sic enim Hebraice פלג nos autem Paleg illi φελαγ, licet hoc leuissimum sit.

Error quoque in annis Heber post genitū Paleg. Sunt enim מאות וּרְבַע מֵאוֹת וּשְׁלֹשִׁים Quadringenti triginta, ut & nos habemus: at apud Græcos ἑξήκοντα καὶ εἰκοσιμία, annos 370.

In annis quoque Paleg antequam genuisset filios, erratur in codicibus Græcis. Sunt enim triginta, ut habent nostra: at illi huic numero addunt centum. Rheu quoque corrupte apud eos appellatur ραγαῦ.

In annis autem quos vixit Rheu antequam genuisset Serug, quem nos corrupte vocamus Saruch, error est apud nos & Græcos, sunt enim ἑξήκοντα καὶ δύο triginta duo, huic numero nos addimus tres annos, at Græci centum, dicentes καὶ ἑξήκοντα ραγαῦ, εἰσὶν τριακόσια δύο ἔτη, καὶ ἑξήμισε τὸν σφραγ. Hoc est, Vixit Ragau, centum triginta annos, & genuit Saruch.

Error quoque in Sarug, antequam filios procreasset: sunt enim ἑξήκοντα triginta, at apud Græcos εἰσὶν τριακόσια ἔτη, centum triginta anni.

In annis

Babel non à Belo. Septuaginta error in annorum numero.

A In annis quoque Nachor, antequam genuisset Tarach, sunt enim חַמֵּשׁ עָשָׂר וְעֶשְׂרִים viginti nouem anni, at apud illos εἰκοσιμία καὶ ἑνὴς 79.

Error quoque in annis Nachor post genitum Tarach, sunt enim חַמֵּשׁ עָשָׂר וְעֶשְׂרִים וְאַחַד, Hoc est, centum decem ac nouem anni, sicut & nostri habent codices: at illi εἰσὶν ἑξήκοντα ἑνὴς, centum viginti nouem.

Mortuus est Aran, ante Tarach patrem suum.] מוֹתוֹ עַל פְּנֵי Super faciem, vel coram facie. Ideo quod hic vertit Hieronymus, ante, non refertur ad tempus, sed ad ipsum patrem, coram quo mortuus sit filius. Hanc etiam sententiam Septuaginta sequuntur, qui & ipsi habent ἐνώπιον πατρὸς αὐτοῦ πατρός. Coram Tarra patre, mortuus est Aran. Exponunt itaque Hebraei, coram facie. Quae autem hoc loco fabulantur Hebraei, ut moris eorum est, de Aran & Abram in fornacem coniectis, adeo contemnuntur à nobis, ut ne digna quidem ducamus, quae vel à nobis recenseri debeant, aut ab vlllo sciri. Quod si quis eius rei curiosior est, videat apud Burgensem, aliisque interpretes.

Et eduxit eos de Vr.] Aliquanto secus Hebraica אָרָם וְאַבְרָם Et egressi sunt de Vr cum eis. Et forte ad mulieres refertur, quae cum viris egressae sint, alioqui ad Tarach referri non potest. quoniamque Septuaginta habent sicut & Hieronymus, nam & ipsi καὶ ἐξήγαγον αὐτοὺς ἐκ τῆς χώρας τῆς χαλδαίων. Et extraxit eos de regione Chaldaeorum: videntur vtrique legisse loco אָרָם cum eis, אָרָם eos, & loco, אָרָם egressi sunt אָרָם, id est, extraxit, inter quae, sine punctis, non potest facile diiudicari. Atque hoc ut opinor, non ad ipsum Tarach eorum patrem,

B qui cum eis è Chaldaea proficisceretur, referri volunt Septuaginta, sed Deum, qui eos inde extraxerit. cuius beneficij memor Abram, iurabat per Deum, qui eum de Vr Chaldaeorum extraxisset. Ex aditione autem Septuaginta, cui fides summa in multis rebus est adhibenda, cognoscimus falsas esse fabulas Hebraeorum, qui asserunt Aran & Abram in fornacem esse à Chaldaeis coniectos, quod ignem adorare nollent. id quae colligunt ex eo loco, Et extraxit eos de Vr Chaldaeorum, Vr enim fornacem significare contendunt. Cognoscimus inquam id figmentum esse, cum Septuaginta viri grauiissimi, suarumque rerum peritissimi, Vr non fornacem interpretati sunt, sed tanquam loci proprium esset nomen, verterunt χόρα regionem, ut paulo ante citauimus.

Hebraeorum fabula de Abram in fornacem coniecto. Vr Chaldaeorum.

Veneruntque usque Aran.] Primo notandum est, corruptum esse hoc nomen: ne credamus idem nomen & loci esse & eius viri, cuius modo mentio facta est. Ille enim appellatur Aran, is autem locus Charan, deinde, Hebraica habent sicut & Hieronymus, at Septuaginta nescio quamobrem per singulare loquuntur, καὶ ἦλθεν εἰς χαρράν, καὶ κατέκτισεν ἐκεῖ. Et venit usque Charan, & habitauit ibi. Videnturque de Tarach eorum omnium patre qui eò profectus sit loqui: at ad omnes hoc pertinet, qui de Vr egressi sunt.

CAPVT XII.

Credere de terra.] לך לך, Hoc est, vade tibi, secede tibi. Locutio est Hebraica, quam optime Septuaginta ac Hieronymus verterunt, egredere: perinde si diceretur, amoue te, abstrahete.

Erisque benedictus.] וְהָיָה בְרַכָּה. Et sis benedictio. Est ergo imperatiuus: nam tunc primum benedixerat eum. Quod autem dicit benedictio, Hebraismus est. In sacra enim lingua, hoc est Hebraica, frequentissimum est, ut denominationes pro rebus denominatis ponantur. Itaque non dicitur in ea lingua, id esse falsum, sed falsitatem: neque verum, sed veritatem, atque id genus innumera. Qua locutione & nos quoque vtimur, ut Comici, cum sceleratum appellant scelus. Est autem idem & denominatio & denominatum, sicut idea, & id quod ideae particeps est. Sed hoc differunt, quod denominatio totam rem simplicem amplectitur, at denominatum tanquam pars est, ideo nescio quid vehementius est, aliquem scelus appellare, quam sceleratum: & bonitatem, quam bonum, quasi totam rem amplectaris. Eodemque modo Abram, benedictio promittitur futurus, quanquam ut dixi, is sit mos Hebraicus. Nam & redemptorem nostrum vocant diuinæ litteræ וְהָיָה, hoc est, Seruationem, vel saluationem: non saluatorem. Septuaginta quoque hoc modo immutarunt phrasin Hebraicam, καὶ ἔσσι εὐλογημένος. Et eris benedictus: commetitia igitur est quaedam super hoc Hebraeorum expositio, quam adducit Nicolaus.

Denominatio pro denominato Heb.

Animas quis fecerant in Aran.] Et hæc Hebraica locutio est. In ea siquidem lingua, anima & ea pars nuncupatur, quae est diuinior, & ab ea totus homo denominatur, homo

Anima pro toto homine.

fiquidem, vt & gentilibus philosophis non displicet, per intellectum ac rationem homo est. Atque hæc pars proprie homo nuncupatur, quamuis etiam in diuinis litteris sit homo interior & exterior. Anima ergo, hoc est, homo ipse. Ad quod, & illud spectat, qui animam suam amat, perdet eam, id est: Qui seipsum amat, perdet seipsum. Et illud: Vt saluam facias animam meam, hoc est, meipsum. Hæc dicuntur, dimissis fabulis Hebræorum, qui dicunt Abram prædicatione, & publicis cohortationibus, animas fecisse in Aran, & quasi domino procreasse.

More. Manre. Hebron.

Pertransit Abram, vsque ad conuallem illustrem.] *עלון מורה*. Vsq̄ ad quercum More. Variat ergo ab Hebraico Hieronymus, ab ipsis etiam Septuaginta, qui & ipsi secundum Hebraicum vertunt, *עלון מורה*. Vsq̄ ad quercum excellsum. Sciendum igitur non conuenire inter Hebræos de loco, quem videtur nuncupare More. Alij enim dicunt esse urbem, quæ alio nomine appelletur Manre, quæ & Hebron, cum vero, aliis litteris & illud & istud nomen scribatur, non dicunt alij, hoc & illud esse idem. Hieronymus autem vertit illustrem, quod More à raa *מורה* ducatur, hoc est aspexit, & in passiuo nire, à quo verbale more, quasi prospectus, aut spectabile, & perspicuum. Dicuntque ideo eum locum More appellatum, quod is sit, in quo apparuerit deus Abrahæ, eique præceperit, vt iret in terram visionis. Hæc eadem est causa quod Septuaginta, more interpretati sunt *עלון מורה*, id est, excellsum, ad prospectum, & visionem aspicientes. Quod autem Hieronymus vertit conuallem, quod erat Hebraice *עלון מורה* quercus, sicut & Septuaginta interpretantur, ex eo est, quod figuram videret esse synecdochen, in qua per vnum, multa intelligimus, quam fortasse non animaduertent Septuaginta. Vna ergo quercus vniuersam conuallem indicat, locum scilicet quercubus frequentem. Et quod magis hanc rem adiuuat, credo Hieronymum, eum locum considerasse, cum in Iudæa versaretur, ac conuallem esse didicisse.

Et innocauit nomen eius.] Hoc in nostris codicibus redundat. Eadem clausula caret & Septuaginta, sed tantum est, *ויבן שם מזבח*. Et ædificauit ibi altare domino. Sumptum est autem ex alio loco, paulo scilicet inferius, vbi eadem est clausula.

Ab occidente.] *בית אל מלמזרח*. Bethel à mari, & Hai ab ortu. Quod ergo Hebraice est à mari, Hieronymus ab occasu interpretatus est: neque id male, nam mare, Iudææ ab occasu est. Estq̄, istud Hieronymi explicatius. Neque enim fortè omnibus perspicuum est, mare ab occasu ipsi Iudææ esse. Septuaginta Hebraica sequuntur, *כי θάλασσαν*, ad mare. Sed animaduerte deesse in impressis codicibus Aldi, *και ἀγῶν*, vt tota perodus sic se habeat. Bethel *και τῶν θαλάσσαν, και ἀγῶν και τῶν ἀνατολῶν*, quod impressi codices non habent.

Ad meridiem.] *וישב הרה*. Et profectus Abram eundo & castra mutando, ad austrum, seu meridiem. Quod est ad austrum Hebraice, Septuaginta *ἐν ἐρήμῳ*, in solitudine. Vt enim Hieronymus supra, ad mare, vertit ad occasum, sic Septuaginta hic in deserto. Nam vasta illa solitudo, in austrum spectat: quanquam opacarunt eam sententiam Septuaginta: possunt enim ea ratione omnes ad quamuis cæli posituram spectantes solitudines intelligi, nisi quid ipsi compertius de hac re habuerunt. Annotatumque est hoc, etiam à diuo Hieronymo in quæstionibus Hebraicis.

Mulus huiusmodi id est, semiasinus.

Et Asini & camelii.] Non admodum referre puto, quod Septuaginta asinas, mulas interpretentur, *ἡμίονοι και καμήλοιοι*. Eiusdem enim ferè generis sunt, dictique sunt Græce *ἡμίονοι*, quasi semiasini, de qua re contra Proclum de mundi æternitate, Ioannes industrius, *οἱ γὰρ ἀσθρονῶν ὄνον ἴσταντο μίξαντες ἐτε γνήσιον ἡμίονον ποιῆσαι*, id est, Nam & homines, asino equæ admisto, effecerunt vt muli procrearentur.

Abram bene vsi sunt.] Imitatur Septuaginta, qui idem vertunt, *τῶ ἀβραμ εὖ ἐχρησαντο*, quod Hebraice est *והאברם*. Et ipsum Abram beneficio affecit, scilicet Lamech: vel ipsi Abrahæ bene fuit.

Verbi pro re Hebr.

Propter Sarai.] *על דבר שרי*. Propter verbum Sarai. Vbi aduertendum, Hebræos solitos vti verbo, pro re, quod in sacris litteris passim occurrit. Vt illud secundo Regum, Quod est verbum, quod factum est, dicendum enim fuerat, quid factum est, & illud: Excepto sermone Vriæ Etai, quod & ipsum intelligendum est, excepto facinore, in Vriam Etaium perpetratum. Idem loquendi mos est & apud Græcos aliquando, vt *ἐδὸν τῶν ἐπιτοῶν*, nihil ad verbum, pro eo quod est nihil ad rem.

A



Lot cum eo.] Error apud Septuaginta, & forte à librariis profectus. Quod enim hic de Lot dicitur, referunt ad ea quæ superius dicta sunt, faciuntque ipsum Lot egressum simul cum Abram ex Ægypto, quod minime habetur in contextu, *και ἐνετείλατο φαραὼ ἀνδράσι παρὶ ἀβραμ συμπαροῦσιν αὐτῶν, και τὸν γυναικα αὐτῆς, και πάντα ὅσα ἦν αὐτῶ, και λῶτ μετ' αὐτῆς*, id est: Et præcepit Pharaos de Abram viris, vt profecerentur ipsum, vxorémque eius, atque omnia quæ possidebat, & Lot cum eo. Hoc itaque postremum, non est præcedentis capituli, sed huius subsequenti, quod ab ipsis Septuaginta hic omissum est, quod supra posuerunt, emendandum itaque codex Græcus.

Ad australem plagam.] Hoc quoque, vt & superius, Septuaginta vertunt *εἰς ἐρημον*, in desertum. Quod nescio an commode fiat.

In possessione auri & argenti.] In possessione, Hebraice est *מקנה* in armento. Deinde additur. Et in auro & argento, seorsum, vtroque posito. Erat, inquit, diues armentis, auro, & argento, sicut & Septuaginta, *ἦν ἀβραμ πλούσιος σφόδρα, κτηνέσι και ἀργυρίῳ και χρυσίῳ*. Erat Abram diues armentis, argento & auro.

Quod venerat.] Clarius Hebraice, *ושובל* per mansiones suas, quod scilicet prius diuertit solebat. Ideo & Septuaginta vertunt *ὅθεν ἦλθεν*, Vnde venerat. Nam quod venerat, vix satis percipi potest, quid sibi velit.

Quod fecerat prius.] Ita est Hebraice, non vt Septuaginta, qui facere referunt ad tabernaculum, non altare, in quo vehementer peccant, *ἐποίησεν, τὸν οὐλωτόν*. Vbi prius fecerat tabernaculum. Eadem scilicet hic peccandi ratio, quæ & in cæteris.

Ecce vniuersa terra.] *אנח כה לה*, id est, An non vniuersa terra? Sic quoque apud Septuaginta interrogatiuum est *ὄχι ἰδὲ πάντα ἢ γῆ*. An non omnis terra coram te est?

Sicut Paradisus Dei.] Ex hoc loco suspicantur quidam Hebræi celebrem illum paradysum in hisce locis fuisse, cum ea regio fuerit felicissima, vsque adeo, vt eximia fertilitate habitatorem corruerit, quæ corruptela, diuinam vltionem perpeffa est. Licet Strabo ignarus fortasse sacrarum litterarum, eius incendij causam, non in Deum, sed loci ipsius naturam referat, sic enim libro sextodecimo, de hac re scribit: *τὸ δὲ ἔμπροσθεν εἶναι τὸν χόρον, ἢ ἄλλα τεκμήρια φέρονται παλαιά, και γὰρ πέτρας πῆρας ἑπιτεκεαυμύθρας δεικνύσιν τραχέας, και βόσσοι και λαχῆ. ὡς τε πτεῦσαι τοῖς θρωλλεμύθροις ἑπι τῆς ἐργασίῳ, ὡς ἀρα ἀκοιμ πα πότε τρεισκαδέκτα πόλεις ἐν ταῦτα ὡν τῆς μετασπύλων σόδομων σώσοιτο κέκλος, ἐξήκοντα που σταδίων, ἑπὶ δὲ σφισμῶν και ἀναφυσισμῶν πρὸς και θερμῶν ὑδάτων ἀσφαλτῶδων, ἢ θειῶδων, ἢ λήμνη πρὸς πῆρας, και πέτρας πτελῶντοι γίνονται, ὡς τε πόλεις αἱ μὲν καταποθεῖεν, αἱ δὲ σκλείπεται, οἱ δὲ ἀλάμφοι ἐκφυγῆν*. hoc est, Eam regionem incendiis esse obnoxiam, pleraque indicia afferunt incolæ. Nam & petras exustas ostendunt circa Boasada, & multis in locis cauernas, vt facile crederemus, quæ ab ipsis ferebatur, eam regionem tredecim aliquando vrbes habuisse, quarum metropolis Sodomus, sexaginta stadia ambitu amplecteretur, cuius circuitus adhuc extaret vestigia. Terræ motibus autè igniumque eruptionibus, aquarumq̄ calidarum quæ & bitumine & sulfure essent cõcreta scatebris, lacum esse effectum, petraq̄ exustæ fuerint, vt & vrbes alia quidem sint absorptæ, alias incolæ deseruerint, qui ex incendio euadere potuissent, hæc ille. In regionis ergo naturam, maximi illius incendij causam refert, eodem scilicet errore, quo & interpres Ptolemi in quadripartito mentitur, Hebræos idcirco mare rubrum sic pedibus transmisisse, quod sinus Arabicus, fluat ac refluat, vt euripi facere solent, Hebræosq̄ obseruasse, quando aquæ penitus profluxissent, atque ea occasione mare esse transiectos: quæ quàm ridicula sint, & quàm impossibilia, facile est cuiuslibet iudicare. Eadem stultitia lapsi apud eos multi, ferunt Mosè magum fuisse, quos late refellit Iosephus, contra Appianum grammaticum. Et Iustinus ex Trogo Mosè filium Israël asserit fuisse, & omnem eam historiam falsissime recenset. Multaque id genus sunt apud eos deliramenta. Ignorabant enim diuinos libros, & tamen earum rerum, quas aliquo modo didicerant, causam afferre conabantur.

Ptolemi error de transitu maris rubri.

Et occidentem.] *מזרח* id est, Ad mare. Quod ergo ad occidentem vertit Hieronymus, Hebraice est ad mare, vt & supra dictum est. Ad occasum enim, sinus Iudæicus spectat. Septuaginta vero secundum Hebraicum vertunt, *και ἀνατολῶν, και θάλασσαν* ad ortum, & ad mare, quanquam fortasse superfluum est hoc annotare, cum retro obseruatum sit.

Conuallem Manre.] Conuallem interpretatur, quemadmodum & superius, cum He-

braice fit. מררמזי Querceta Mamre, quod & Septuaginta sequuntur κερτάκησον αει πλώD
δρνώ πλώ μάμερα. Habitavit circa quercum Mamre. Respicit ergo Hieronymus. ad locum ne-
morosum, quercubusque frequentem, cumque interpretatus est conuallem, licet id non
habeatur in contextu.

CAPVT XIII.

PONTI. **R** *Ex Ponti.]* Cum Pontus, aut mare significet, aut provinciam notissimam,
maximis interuallis, ab his locis remotam, de quibus hic agitur, vehementer
ambiguum est, quid Hieronymus voluerit hoc loco per Pontum intelligi, nisi
forte locus corruptus sit. Videtur autem, quantum ad Hebraicum nomen
attinet, nomen esse urbis, quæ appelletur עֶלְלָסָר Ellasar: neque id nomen in
aliud verti potest. Septuaginta quoque integrum reliquerunt και αρεώχ βασιλεύς ἑλλάσαρ. Et
Areoch, rex Ellasar. Sic & Chaldaica interpretatio. Atque hæc quatenus ad varietatem
hanc spectat. Quod autem de Hieronymo dicendum est, non arbitror eum, Ellasar, Pon-
tum temere reddidisse. Eorum siquidem locorum, inspector atque explorator ipse extitit,
diligenterque ex his percunctatus est, qui locorum peritiam tenebant. Quod autem mag-
is hunc locum adiuuat, illud est, quia hi reges, qui contra Pentapoleos reges cõspirarunt,
erant Persæ: inter quos & rex Senahar memoratur fuisse. Senahar autem notum est esse in
Babylonia, de quo loco Berofus Chaldæus. Nimbrot inquit cohortante Noac, cum mul-
titudine in campum Senahar profectus est, ibique urbem ædificare cõcepit, & turrim excel-
sam. Attestantur & Græci, eos reges fuisse Persas. nam Diodorus τὰ ἐπείνενα τῆ ἰορδάνης
διηγησάμενος ὁ μωσῆς, τὸ τέτιν τὸν πύλεμον, ὃν ἐπολέμησαν οἱ πέρουσιν πρὸς τὴν βασιλείαν τῆς σοδομίτης.
Hoc est. Scribit Moses quæ trans iordanem acciderint, hoc est, bellum quod contra reges
Sodomitarum gesserūt Persæ. Quapropter arbitror Hieronymum, aliquo modo didicisse
Ellasar regionem Pontum esse, cuius rex, vna cum rege Persarum, contra Palæstinos pu-
gnarit, sed de eo bello nihil in historiis gentilium comperti habetur. Nam cætera bella,
quæ contra eas gentes gesserunt Persæ, recentissima sunt, si cum eo primo conferantur.

In vallem salis.] **R** *עַד הַיַּם הַמֶּלַח* Hoc est, In vallem desertam: ac deuastatam, & infor-
mem. At Septuaginta πλώ φαεργία ἀλωκλώ, id est, Vallem salsam. Nam ἀλωκλή salsam sonat,
vt apud Aristotelem, qui in problematis asserit πῶ ἀλωκλή, τῆς γλυκίων ἡθρον ἡμερῶν. Hoc est,
Salsa dulcibus minus frigere semper. Et forte ab ἀλς ducitur, hoc est sale. Hæc interpre-
tatio ex eo quod paulo post sequitur, nata est. **R** *עַד הַיַּם הַמֶּלַח* ipsum est mare salis de eadem
valle loquens. Eam ergo, Septuaginta vocant, vallem ἀλωκλώ, id est salarem vel salsam: pro-
pter mare, quod post euersam Sodomam, ibi collectum est. De hac eadem quarto Regū.
R *עַד הַיַּם הַמֶּלַח* id est, Ipse percussit Edom in valle salis.

Percusserunt Raphaim.] **R** *עַד הַיַּם הַמֶּלַח* Diximus eo nomine Gigantes significari, ideoque hunc locum
vertunt Septuaginta και τῶν γίγαντας. Ceciderunt gigantes. Hieronymus opinor,
gentis alicuius nomen putauit esse. Sed tamen hic per Rephaim gigantes significari, indi-
cio est & Chaldaica æditio, quæ in hunc modum habet **R** *עַד הַיַּם הַמֶּלַח*. Et percusserunt gi-
gantes. Approbare tamen etiam Hieronymus videtur æditionem Septuaginta in quaestio-
nibus Hebraicis.

Et Cuzim cum eis.] **R** *עַד הַיַּם הַמֶּלַח* Hoc quoque, quasi appellatiuum esset non proprium, interpretati
Septuaginta sunt, και ἔθνη ἰχυροῦ. Et gentes fortes. Cuzim enim fortes Hebraice significat.
Non esse autem proprium, sed gentem fortem per id nomen intelligi, colligi etiam potest
ex æditione Chaldaica, quæ vocem Hebraicam Cuzim, interpretatur ac vertit **R** *עַד הַיַּם הַמֶּלַח* &
fortes. Non improbat tamen Hieronymus interpretationem Septuaginta, sed eos magis
sensum quam verba secutos esse dicit.

Vsq̄ ad campestria Pharan.] **R** *עַד הַיַּם הַמֶּלַח* Redundat campestria, sed tantum est **R** *עַד הַיַּם הַמֶּלַח*. Vsq̄
ad arborem Pharan. Quam arborem Septuaginta terebinthum faciunt, εὐὸς περεβίνθη. & φάραν.
Hieronymus autem eum locum campestré ac planum esse dicit, quippe qui per ea omnia
loca versatus sit. Quapropter neuter male reddidit, sed illi verba, is sententiam sequitur.

Que est in solitudine.] **R** *עַל הַמִּדְבָּר* Super, vel trans desertum. Quod explicatur ab æditio-
ne Chaldaica **R** *עַל הַמִּדְבָּר*. Quæ adiuncta est deserto.

Omnem regionem Amalechitarum.] **R** *כָּל שְׂדֵה חַמְצִיק* Omnem agrum Malachitarum. Quod
miror Septuaginta non ad regioné, sed principes ipsos referre **R** *כָּל שְׂדֵה חַמְצִיק*. Omnes

A Omnes principes Amalec. Animaduertite quæso varietatem, quæ etiam in codici-
bus Hebraicis reperitur. Nam Septuaginta procul dubio, non, **R** *עַד הַיַּם הַמֶּלַח* per refe le-
gisse videntur. Est enim vt saepe dictum est, maxima inter eas duas litteras similitudo, ne-
que putandum est, eos adeo hallucinatos fuisse, vt litteram pro littera acciperent, quod
ne pueris quidem accideret. Certissime igitur non dalet, sed refe légerunt. Mirorque ipse
hanc varietatem. Eaque res facit etiam vt suspicer, pleraque alia tota Biblia immutata esse.

Omnem substantiam Sodomeorum.] **R** *עַד הַיַּם הַמֶּלַח* Per multa hoc loco redundat apud Septuaginta
και ἐσπερομένησαν πῆσαν ἵκπρον σοδόμων. Prædati sunt vniuersum equitatum Sodomeorum. Ad-
dunt ergo ex suo hoc: scribuntque, quæ putassent accidisse: quod nescio, an recte in hisce
litteris fiat. In eo quoque error est quod **R** *עַד הַיַּם הַמֶּלַח* quæ substantiam significat, verterint equita-
tum, vt etiam annotat Hieronymus.

Abram Hebræo.] **R** *עַד הַיַּם הַמֶּלַח* Varia est opinio Hieronymi ac Septuaginta, & inter Hebræos sum-
ma disceptatio, aliis Hebræos ab Heber dictos putantibus, aliis ab Abram. Ipsum quo-
que Abram hic Hebræum appellari, vel ab Heber vt velle videtur Hieronymus, alij ab
Habar, hoc est transiuit, vt Abram traiector appelletur, quod Euphratem iussu diuino, re-
lictæ patris sui domo, transierit. Atque ex eo tempore, Hebræum appellari cõceptum, hoc
est transeuntem. Atque hoc sentiunt Septuaginta, qui hoc loco non Abram Hebræum
vertunt, sed Abram **R** *עַד הַיַּם הַמֶּלַח* id est, transfluuientem, aut transfluuientem, vt habeat antiqua
Latinorum æditio, quos plerique Græci interpretes sequuntur: nam Theodoritus ἐγὼ
B *οἱ μὲν ἑβραῖος ὀνομαζόμενος ἐν τῇ τὸν πατριάρχην ἀβραάμ, ἀπὸ τῆς ἑβραϊκῆς λέξεως εἰς πλὴν παλαι-
στίνῃ ἐλθεῖν, ἢ εὐφρατὴν ποταμὸν ἀβραάμ, ἑβραῖο γὰρ τῆ σφραγ φωνῆ ὁ ἑβραῖος ὀνομάζεται. εἰ δὲ ἐν τῇ
ἑβρ, ἑβραῖοι καλεῖνται, ἢ μόνως τῆς ἐχθρῆς ἕταις προσαναγορεύσασθαι. πολλὰ γὰρ τὰ ἔθνη, ἐν τῇ ἑβρ
καταῆναι τὸ γένος, καὶ ἵνα τῶν ἄλλων πάντας παρὰ, ἐν τῆτων εἰσὶν ἰσραηλῖται, καὶ οἱ ἀπὸ τῆς ἑβραϊκῆς,
καὶ ἰδὲ μῆσοι, καὶ ἀμαλαχίται. Hoc est, ipse quidem arbitror Hebræos dici, ex eo quod
Abram patriarcha eum ἐ Chaldæa in Palæstinam proficisceretur, fluuium transiuerit,
Nam Hebræus Syrorum lingua transiens appellatur. Quod si ab Heber Hebræi vocan-
tur, non eos modo Hebræos nuncupare necesse esset, sed plerasque etiam alias gentes,
quæ ab Heber genus ducunt, & vt alias prætermittam, ex eo profecti sunt Ismaëlita, &
hi qui à Cetura, & Idumæi, & Ismaëlita, atque alij. Hæc ille. Alij autem ab Heber om-
nino eos dici contendunt, sicut hoc loco vertit Hieronymus, & Acacius, qui & ipse
hæc refert, καὶ ἀπὸ τῆς φωνῆς ἀβραάμ τῷ ἑβραῖ, τὸ ἀπὸ τῆς ἀραβικῆς λέξεως, λέγω δὲ τῇ
ἑβρ, ἔθνη τὸν ὄνομα ἐρμηνεύει ἐπὶ τῆ. οἷον ἀπὸ τῆ ἀβραάμ τῷ ἑβραῖ, ἀβραάμ τῷ ἑβραῖ, ἑβραῖος γὰρ ἑβραῖος
ἐρμηνεύεται. Et nunciauit inquit Abram transfluadanti, nomen gentilitium quod à pro-
genitore suo acceperat Abram, hoc loco in Græcam vocem versum ponitur. Nam He-
bræus traiector dicitur. Sentit ergo diuus Acacius, Abram, Hebræi cognomentum ab
Heber accepisse. Nulla vero ratione admitti potest, vt Hebræi ab Abraham appellen-
tur, propter litterarum varietatem, vt arbitrat alicubi Augustinus: licet idem de ciui-
tate Dei decimo sexto existimet Hebræos ab Heber esse vocatos: potius enim Abrahā-
mæi essent appellandi. Hebræi autem respuunt se ab Heber cognominari, quod is ido-
lolatra vt ferunt, fuerit: nefasque sit, tam sanctam gentem, ab homine prophano atque
impuro nomen sortiri. Mihi certe probabilius videtur Hebræos ab Heber dici, quam ab
Habar, hoc est transiuit, nam id etiam ipsa vox demonstrat. siquidem nomina gentilia
apud Hebræos, per iod in vitima proferuntur, vt est **R** *עַד הַיַּם הַמֶּלַח*, Iudæus, **R** *עַד הַיַּם הַמֶּלַח*, Israëlita, & **R** *עַד הַיַּם הַמֶּלַח*
Hamalachita, atque ita de singulis, eandem formam habet hoc loco, & **R** *עַד הַיַּם הַמֶּלַח* hoc est He-
bræus, vt quemadmodum Israël ab Israël ducitur, ita ab Heber Hibri. Quod si ab Habar
ducitur, vt Hibri traiectorem significet, potius hober diceretur, vel habar per camez,
quod fit in nominibus appellatiuis. Numquam itaque appellatiua nomina, eam for-
mam sequuntur. Testis est & Chaldaica æditio, quæ & ipsa vt gentile id nomen inter-
pretatur, scilicet **R** *עַד הַיַּם הַמֶּלַח* vbi forma ipsa est nominum gentilium. Verissima igitur videtur
Hieronymi sententia. Nam post diluuium, cum adhuc viueret Heber, linguarum con-
fusio facta est. Ac vera antiquissimaque lingua, in ea domo remansit: cumque totius fa-
milie caput esset Heber, ab eo nomen ea lingua ac natio accepit. Et cum in domo
Abraham, integra ac syncera permansisset, hi soli Hebræi, eaque lingua Hebræa vocari
meruit. Cæteri quidem qui ab Heber descendissent, non sunt Hebræi vocati, propter eam,
quam diximus causam. Non enim puritatem illam seruarunt. Atque hoc modo refellitur,
quod obiicitur à Theodorito. Eademque ratione non recte sentient Hebræi: nam & cognati*

Hebræi γὰρ
de dicit.

Abrahā-
mæi.

Abraham idololatræ fuerunt, à quibus ille procreatus est, nihilque obstat, quòd idololatræ D Heber fuerit: cum ab eo si non linguam, saltem genus ducerent Hebræi. Sunt autem Hebræi in rebus suis æquo superstitioniores, nimiumque sibi eblandiuntur.

Numeravit.] Sequitur Septuaginta, qui & ipsi ἠριθμοῦσεν τοὺς ἰδίους οἰκογενεῖς. Numeravit proprios vernaculos, pro eo, quòd Hebraice est, פרו id est, & duxit in prælium, aut expedituit.

Et Phœnicem.] Non est in contextu, neque apud Septuaginta, sed tantummodo vsque Soba. Soba quoque, non autem Phœnix, ad leuam Damasci scribitur esse, vt & ipsi Septuaginta dicunt κατεδωκεν αὐτῶς, ἐὼς σόβα ἢ ἕβη ἐν ἀριστερῇ δαμάσκου, persecutus est eos vsque Soba, quæ est ad leuam Damasci.

Vniuersam substantiam.] Substantiam tantum ad equos referunt Septuaginta, sicut & superius καὶ ἀπέτρεψον πᾶσαν τὴν ἰπτικὴν τῆς σόδομων, & auertit omnem equitatum Sodomorum, cum tamen nomen Hebraicum, quod hic ponitur scilicet שרית totam facultatē, vniuersāque bona significet: sicut & supra de Lot atque Abram dicebatur: & erat facultas eorum copiosa, vbi est præfens nomen: vertendum itaque, vt fecit Hieronymus.

Ipsa est vallis regis.] Paulo diuersius Septuaginta, τὸ τοῦ ἑβραίου βασιλείου, is est campus regum. Hebraica vero habent, vt vertit Hieronymus הַמַּלְכִּים הַזֵּה ipsa est vallis regis, quæ tempestate Hieronymi appellabatur à Palæstinis, Aufon.

Melchisedec.] Hunc alij angelum, alij spiritum sanctum fuisse asserbant. Origenes angelum fuisse existimat, & eius discipulus Didymus. Hæc improbantur ab Hieronymo. Probabilius est, aut quod opinantur Hebræi, hunc fuisse, Scem filium Noë, aut alterum quēuis hominē. Quod vero is Scem filius Noë fuerit, argumento sunt quæ apud Hebræos extant, in eorum enim monumentis habetur, dixisse Iacob se seruisse Scem regi Soly-morum, hoc modo שָׁמַע אֲבִירָה אֲבוֹתֵינוּ חָמֵשׁ עֶשְׂרֵה שָׁנָה וְאַחַ שָׁמַע בֶּן נָח שִׁנְקָרָה מִלְכִּירָם מֶלֶכְצֶדֶק חֲמִשִּׁים שָׁנָה. Hoc est, Iacob seruiuit Abraham patri nostro quindecim annos, & Scemo filio Noë, qui vocatus est Melchisedech, seruiuit annis quinquaginta. Memoria enim proditum accepimus, dixisse Iacob, ipse ministrari Scem regi Salem, qui vocatus est Melchisedec, quinquaginta annos. Salem quoque quidam esse Hierusalem crediderunt, quæ prius Salem, deinde Iebus, postea ex Hebraico & Græco facto nomine, appellata sit Hierusalem: quod absurdum esse ex ipso nomine cognoscitur. Quare melius est quod asserit Hieronymus, non esse hanc Hierusalem, sed oppidum iuxta Scythopolim, quod etiam tempestate Hieronymi Salem appellabatur, vbi ostendebatur palatium Melchisedec, ex magnitudine ruinarum, veteris ædificij demonstrans magnificentiam: hoc ex plerisque aliis sacræ scripturæ locis cognoscitur. Ego vero existimo nomen Hierusalem, non ex Græca Hebraicæque voce esse compositum, ab ἱερός id est sacer, & Salem, quasi sacra ciuitas: sed aut corruptum esse nomen, etiam apud Hebræos, aut studiosè factam esse litterarum mutationem: vt quæ prius vocaretur Iebusalem, dicta sit Hierusalem. Nam ea ciuitas olim appellabatur Iebus, deinde vocata est Salem, postea nomen vnum è duobus factum est Iebusalem.

Proferens panem.] Clarius erit, si veritas vt habet Hebraicum וְהֵלֵךְ צֶדֶק מֶלֶךְ שָׁלֵם וְהָיָה לֶחֶם & Melchisedech, rex Salem protulit panem: sicut & Septuaginta ἐξήνεγκεν, extulit, protulit.

Qui creauit cælum.] Aliquanto secus Hebraica קוּמֵי id est, qui possidet. & qui Deus cæli ac terræ est. nam קוּמֵי Possidere, & acquirere significat. Quem ergo Hieronymus conditorem vocauit, Hebraice chone dicitur. Sequitur autem noster interpretes, ipsos Septuaginta: apud quos est, ὃς ἐκτίσεν ἕβραϊκόν, καὶ τὴν γῆν, qui condidit cælum & terram: hoc ipsum & philosophi confitentur. Proclus enim inquit. ὅτι πάντα, ἢ γενήματα, ἢ κτίσματα θεοῦ. id est, omnia esse aut possessionem Dei, aut eius prolem.

Quo protegente.] Qui protexit, ab inimicis, quam locutionem alio modo reddiderunt Septuaginta. ὃς παρέδωκεν τοὺς ἐχθρούς σου. Qui tradidit inimicos tuos. Nam verbum Hebraicum etiam claudere significat. Potuit ergo etiam dici: Qui clausit, sicut alibi dicitur, qui conclufit inimicos tuos in manus tuas.

Da mihi animas.] Recte immutarunt Septuaginta, quòd erat animas: in Hebraico, verentes δὲς μοι τὰς ἀνψας, da mihi homines. Diximus enim animam, pro toto homine accipi.

Cætera tolle tibi.] Perstât Septuaginta, vertetes recus, quod facultatē ac substantiā significat, τὴν ἰπτικὴν, id est, æquitatum. Pro cætera ergo, in Hebraico est recus, hoc est substantia.

Leuo

Leuo manum.] Quàm diuerse huius verbi tempora vertuntur ab omnibus interpretibus. Hebraici enim est Leuau, at Græce ἐλάτω, id est, Leuabo, nos per præfens, quam id ad sententiam nihil referat, quod in aliis esse magnopere cauendum.

A filo subtegmis.] Αἴθρα A filo, non addit subtegmis, sicut neque apud Septuaginta. ἀπὸ σπυρίτου. Sed hæc ad eò leuia sunt, vt nos etiam pigeat annotare.

Et partibus virorum.] Aliquanto obscurius, dicendum enim, excepta portione virorū, quæ scilicet eis ex præda obueniret.

CAPVT XV.

IS transactis.] Ἰσραὴל Septuaginta non mutant hoc loco locutionem Hebraicam. μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα. Quod tamen prudenter fecit Hieronymus. De ea locutione alibi dictum est.

Per visionem.] Eodem modo & Hebraice נִבְּחָה. Redundat autem quod additur à Septuaginta, ἐν ὁράματι τῆς νυκτός, In visione noctis: potuit enim & diurnam esse visionem, sicut & paulopost cognoscetur. Nam visionem Hebræi, non tantum eam appellant, quæ noctu fit, sed omne prophetiæ genus: quam ob rem & prophetas vocant videntes. quam rem quia pulcherrime explicat diuus Gregorius Nazanzenus in oratione de spiritu sancto, eius verba producenda sunt. οἱ γὰρ πατερῶν ἁγίων, θεὸν ἐφαντάσθησαν, οἱ δὲ ἐσφρίσθησαν καὶ τὰ μέλλοντα προεγγνώσαν, τυπύμενοι τῷ νέῳ δόγμα κηρῶ τῶ ἀγίῳ πνεύματι, καὶ τὰ ἐσόμενα ὁρῶν καὶ αὐξάνοντες ὡς παρόντα, διὸ καὶ τὴν προφητείαν ὁρασιὸν ἐκάλεσαν, καὶ αὐτοὶ ὁράοντες ἀνομιλοῦντο. τοιαύτη γὰρ ἡ τῷ πνεύματι δυνάμει φωτιστικῆ πάντας φανταστικῶς ὁρῶν τῶν καλῶν καὶ τῶν κακῶν, φῶς γὰρ ἐστὶν νοητικῆ πάσης δυνάμεως λαμπρῆς ὁρῶν τῶν ἀληθείας εὐρεσιῶν, οἷον τίνα καταφάνειαν παρ' ἑαυτῶν παρεχόμενον, hoc est, Patriarchæ inquit, Deum sub imagine viderunt, at vero prophetæ etiam futura prospiciebant, affecti mentem à spiritu sancto tanquam cæca: quo fiebat, vt sibi futura tanquam præsentia videre viderentur. Ideo & prophetiam visionem vocare solebant, & ipsi prophetæ videntes appellati sunt: ea enim est spiritus sancti vis, vt quemlibet mirabiliter illuminet ad intelligendum & percipiendum ipsum bonum: quia lumen est intellectuale omnis animæ rationalis. eamque ita afficit, vt possit veritatem reperire. quasi quibusdam radiis à substantia sua in eam coniectis. hæc diuinus ille & eximius theologus. Pleraque vero sunt visionum genera, vt à Mosè Ægyptio scribitur. Nam quædam est, qua vigilantibus nobis, tota membrorum compago resoluitur, vt de se se Daniel prodidit. Alia, qua id minime contingit, sed tanta est eius hominis qui videt expatio, tantaque cum diuino numine familiaritas, vt dissolutione atque ecstasi minime opus sit, sed amice ac familiariter cum Deo loquatur, quod Moyfi solum volunt Hebræi accidisse.

Filius autem procuratoris.] וְיֵן שָׂרָפָה בִּתּוּתוֹ הָיָה לְיֵן שָׂרָפָה Et filius: relictitium domus meæ, ipse est Damascus Eliezer. Quæ neque satis aperta sunt, neque adeo facilia intellectu, quid sibi velint: præferim propter verbum mescch, quod rem derelictam ac dimissam significat: Quia appellatione vocauit Abram, hæredem suum, quem sibi successorem erat relicurus. Ideo Hieronymus vertit, filium procuratoris domus meæ: quanquam filium, nolint Hebræi referri ad filium procuratoris, sed ipsum procuratorem, qui velut filius, erat ad hæreditatem Abram assumendus. Septuaginta cum Hieronymo concordant filium alterius vertentes, non ipsius Abram, ὃ δὲ ἰδὸς μασέχ τῆς οἰκογενεῖς μῆς, ἕτος δαμασκὸς ἐλιέζερ, Filius autem vernacula meæ iste Damascus Eliezer. Eodem vero hic errore videntur decipi, quo decipiuntur sæpe, vt nomē appellatiuum, putarent esse proprium: idque mulieris non viri, quod ipsa quoque vox recusare videtur. Sed neque non optimum erit, interpretum citare expositiones. Gennadius qui quasi Abram loqueretur hæc ait. Ὁ δὲ ἐξέταται γένον, ὡς εἰκοιεν τοῦ ἑμα, ὃς ἐκ τῆς μασέχ δαμασκῆνης ἕτος ἐλιέζερ, ἢ γὰρ ἐκείνη ἦν οἰκογενεῖς φησὶν, ἀλλ' ὁ ἐξ αὐτῆς, ὡς ὁ ἐξ τῆς ἐπαγωγῆς ἐσφάνησαν, διότι αὐτῶν δὲ καὶ ὅτι ἐνός ὡς διωνύμιε λέγεσθαι τὰ ἀμφοτέρω, τὸ δαμασκὸς καὶ ἐλιέζερ. ἴσως δὲ καὶ ἐν ἐκείνῳ δύνῃ τελέειαν συλλέμενον, καὶ ἰδὸς ποτίζοντος οἶκον ἕτος δαμασκὸς ἐλιέζερ. Succedit igitur inquit, vt videtur in hæredē mihi, is Eliezer, qui ex Masch Damascena, ortus mihi est: neque enim ipsa erat verna, & domi nata, sed qui ex ipsa natus est, vt postea repetendo demōstrauit. Potest & de vno, qui duobus nominibus appellaretur, intelligi. Damascus scilicet & Eliezer. forte ex duobus integris nominibus vnū effectū est, & vnus tantū per ea significatur, scilicet filius irrigātis domū iste Damascus Eliezer. Exponit igitur quantū ab additione Septuaginta doceri poterat: sed tamen masch, non est nomen proprium vt diximus. Eric

Prophecia

Visionum plura genera

Melchisedec quis fuerit.

Salem. Iebus. Hierusalē.

Iebusalem.

Animapro homine.

ergo vera explicatio, secundum Hebraicam veritatē. Et filius relictitius domui meæ, Da-
maschus Heliezer, is scilicet qui relinquetur ad hæreditatē suscipiendā, is mihi erit hæres.

Ex utero suo.] *דגממ*. Ex intimis tuis, aut lumbis, vel visceribus. Quam locutionem He-
braicam, Septuaginta recte immutarunt *ἀλλ' ὅς ἐξελύσεται*. Sed qui egredietur ex te.

Reputatum est ei ad iustitiam.] *תקרא תבשתי* Et reputata est ea res, iustitia, vel iustificatio,
vel probitas. Sacrarum enim litterarum moris est, iustitiam non eam modo virtutem, quæ

Iustus quis
in litteris
sacris.
Iustitia
quid.

cuique quod suum est tribuat, appellare: sed & omne probitatis æquitatisque genus. Iu-
stus quoque his litteris, is est, qui omni ex parte absolutus sit, qui neque in Deum, neque
in homines peccet. Quæ neque à nostris dissentiant, cum Marcus Tullius scribat, proprie
ab hac virtute, homines, bonos appellari. Idémque certe est vir bonus, & iustus. Est enim
iustitia, diuina quædam mentis humanæ integritas, ac rectitudo per quam nusquam labi-
mur, nihil peruerse opinamur, sed vt imaginem decet diuinam, & illius diuinitatis simula-
chrum, æqui, inerrabiles sumus, ac sicubi etiam prolapsi fuerimus, tanta tamen est animi
sinceritas, vt in culpam nobis verti non possit. Eiusmodi erat Abram, vir omnium lauda-
tissimus, & integerrimus. De cuius fide, & probitate, hæc apud veteres memoriæ prodita
reperimus, *πᾶσι ἀβραῖμ πιστεύσαντι, διχρησισίμῃ ἐλογίσθη, ὅτιος πῶν μετάρσιον τῆς χ' τὸν ἀέρα συμ-
βαίνοντων, καὶ πῶν μετάρσιον τῆς χ' κατὰ τὸν ἕρανὸν κινεῖσθαι φιλοσοφίαν μετὰν, ἀβραῖμ κελεύειτο, ὃ με-
θερμινεύεται πατὴρ μετάρσιον ἕσαν δὲ ἀναβλέψας εἰς τὸ ἕσανδον, εἶπε τὸ ἕσαν ἐν τῷ πνεύματι ἰδὼν, ὡς ἐξη-
ραῦται τῆς, εἶπε ἀβραῖμ εἰδὼν, εἶπε καὶ ἄλλως ὀπιγνῆς κρεῖττονα τῆς ποιήσεως, τῶς λαμβάνει τῶ
ἀλφα πῶν γινώσκων τῶ εἰδὼς καὶ μὴν θεῶς, καὶ λέγεται ἀβραῖμ ἀπὸ φυσιολόγου, σοφὸς καὶ φιλόσοφος γενόμενος. E
ἐπιμένεται γὰρ πατὴρ ὀμιλεῖσθαι. Abrā vero, qui crediderat, iustus ob eam rem habitus est: ille
inquam qui cælestium rerū, & eorum quæ in aëre fiunt erat peritissimus: cuius si nomen in-
terpretari volueris, pater sublimis rite vocabitur: qui deinde cælū suspiciens, & filiū per spi-
ritum sanctū agnoscens, sicut quidam asseruerunt, vt angelum gloriosum, conspiciens siue
alio modo, cognouit eū, qui omnibus creatis rebus maior est, & ad vnus ac summi Dei in-
telligentiā peruenit: ac tunc appellatus est Abrahā, ex naturaliū rerū contēplatore, sapiēs &
philosophus effectus. Siquidē Abrahā pater electus interpretatur. Hæc obiter citata sunt.*

De Vr Chaldæorum.] Hic quoque Septuaginta vertunt *χῶραν* regionem, licet nomen
propriū aut loci aut vrbis esse videatur, dimissis fabulis Hebræorum.

Et abigebat eis Abram.] Mira Septuaginta hoc loco varietas, adeo vt dissimulari non
possit: qui videntur aut suam linguam ignorasse, quod nefas est asserere: aut alio vsi exem-
plari: vel certe quod sæpe meminimus, & memoraturi sumus, vbi opus fuerit, cum ea tem-
pestate, vt etiam Hebræi opinantur, diuinæ litteræ sine punctis, quæ vice vocalium apud
Hebræos funguntur, legerentur, eamque ob rem, ambigua non facile distingui possent, vt
hæc vox *גממ*, quæ sine punctis equiuoca est: nam & populum tuum, & tecum significat: cui
si puncta subieceris, amphibologiam distingues, & alterum quidem erit *גממ*, id est, popu-
lus tuus, alterum *גממ*, id est, tecum: hinc factum est, vt Septuaginta, pleraque aliter inter-
pretati sint, quàm vel sententia postularer, aut nunc Hebræici habeant codices: is ὅς faci-
lis fuit lapsus. Quis enim non facile laberetur in hac dictione, si sine punctis scribatur *גממ* F
quæ significat, modo sedit, modo reuersus est, aliquando expulit, alias reuerti fecit. Quod
si vocales, id est, notule illæ adhibitæ fuerint, ilico omnis ambiguitas distinguitur. Est ergo
hoc loco eadem ipsa vox, scilicet *גממ*. Quod cum sit futurum, ducitur à suo primitiuo *גמ*
hoc est amouit, expulit: in futuro autē abiicitur prima littera nun, & per tertiā coniugatio-
nem subtrahit iod, & chirich eius loco substituto, significabit mouebit, vel moueri faciet.
Quod si à verbo *גמ* ducatur, id est sedit, his punctis notabitur *גממ*, hoc est, & sedit, vel se-
debat. In hunc igitur scopulū impacti Septuaginta, cum extricare sese non possent, alterū
pro altero reddiderunt, *καὶ συνεχθίσθη αὐτοῖς ἀβραῖμ*. Et sedebat cum eis Abrā: vt toto cælo
ab Hebraica veritate diffideant, cum ea referat, Abram aues expulisse: at ipsi: vel cum eis
eum sedisse, vel simul cū ipsis collocasse, sic enim *συνεχθίσθη* interpretari potest, vt hoc mo-
do exponamus, & apposui eis Abram, scilicet auib. diuisis, aues superuolantes.

Tempore
70. lingua
Heb. care-
bat punctis.

Sopor irruit.] Melius opinor Septuaginta, qui vocem Hebraicā *גממ*, quæ soporē etiā
significat, venterunt *ἐκστασις*, vt & supra fecerunt, eo loco, Immisit dominus soporē in Adā.
Is enim sopor, cuius hic fit mentio, non somnus videtur fuisse, sed potius ecstasis, sicut ex
hac visione colligitur, in qua facta est, illa membrorum dissolutio, quæ in aduentu numinis
fieri solet, in qua ita torpemus, adeo iacemus exanimis, vt profundo sopore oppressi videa-
mur: quanquam sint, qui somnum etiam ecstasim appellent.

Et scr-

A Et seruient eis.] Hoc quoque Septuaginta faciunt tertiæ coniugationis, cum sit primæ
apud Hebræos *דουλώσουσι αὐτὸς*, in seruitutem abducent, subigent. Hebraice tamen *יבנו*.
Et seruient eis. Quod nefcio, an errore factum sit.

Sepultus in senectute bona.] Error in impressis codicibus Græcis, qui habent *παρὰ τοὺς ἐν ἐν-
αἰών*, cum dicendum sit *παρὰ τοὺς* subtrahendo *αἰών*.

Caligo tenebrosa.] *תולע*. Quod non aliud significat, quàm vt vertit Hieronymus, quod non
fatis proprie reddiderunt Septuaginta, *φλῶξ ἐγένετο*, flamma facta est.

Pepigit foedus.] Sic est Hebraice *ברית*. Quod Septuaginta interpretati sunt *δέθητο*
disposuit: vnde dicta est *ἀθήνη*, dispositio, testamentum. Percutere autem Hebraice di-
citur de more, quem in iungendo foedere obseruabant: de qua re Dauid Chimchus cō-
piose apud Hebræos differuit. Eo more vsus est Deus cum iniret amicitiam cum Abram.

Δεθῆναι.

CAPVT XVI.

Nique agis contra me.] *לך עבתי*, Offensio mei super te: quanquam enim verba
varient, sententia tamen eadem, cum præsertim eodem modo & Septuaginta
vertant *ἀδικώμεν ἐν σοὶ*. Offendor abs te.

Vt liber.] *בטוב*. Vt bonum in oculis tuis. Est autem Hebraica locutio, non
enim habent verbum placet: sed eius loco vtuntur, bonum est in oculis meis. Carent quo-
que verbo habendi, pro quo vtuntur est mihi, est tibi. Est autem maxime naturalis locutio, *bonū est in
oculis meis,
id est, pla-
cet mihi.*
*Boni du-
plex natu-
ra.*

B que verbo habendi, pro quo vtuntur est mihi, est tibi. Est autem maxime naturalis locutio,
dicere pro eo, quod est placet, bonum est in oculis meis. Proprium enim *טוב* ἀγαθόν, est τὸ
ἐφ' ἑαυτὸν, eamque ob rem omnia ipsum appetunt. Duplex quidem est boni natura, vt ait Pro-
clus, est *προδοτικόν*, id est, propagans omnia, & eadem bonitas facit, vt ipsum omnia appet-
tano proprium est, vt exoptabile sit. Dicunt quoque in oculis, quia hi quasi internūtij sint,
iudiciūque ferant de pulchritudine, quamuis ea etiam per alios sensus percipi possit, sed
omnium excellentissima est, quam oculis haurimus, licet sit etiam earum rerum pulchritu-
do, quæ intelligentia comprehenduntur, quæ est omnium eminentissima, quæ oculis animi
percipitur: hæc tamen, quasi *παρρηγὰ* dicta sunt.

In solitudine.] Addunt hic Septuaginta quiddam, quod in Hebraico minime est, *ἐν τῇ
ἐρήμῳ ἔρη* τῆς γῆς. In solitudine in terra: redundat in terra: esset quoque maxime ambiguum,
quid sibi vellet.

Ferus homo.] Hebraicum metaphora vtitur, neque enim est ferus, sed *בר*, hoc est onag-
ger, eum ergo onagram ob feritatem appellauit. Hieronymus cum Septuaginta sentit,
ὅτιος ἔσται ἀγροῦτος ἀνθρωπος, id est, Is erit agrestis homo, meritoque eo nomine appellantur
Ismaëlites, in eam omnis barbariæ colluuias.

Figet tabernacula.] *ישן*. Habitabit, sicut & Septuaginta *κατασκηνώσῃ*.
Posteriora videntis me.] *ראיתי אחרי* Vidi post videntem me. Septuaginta, paulo secus,
ὄψαμ ἐπ' ἄφθονοι μοι. Vidi eum qui apparuit mihi, aut qui mihi visus est, quod certe videtur à su-
periore plurimum differre, scilicet ab Hebraica veritate.

Videntis et videntis me.] Sic & Hebraice *ראיתי לי*. Viui, videntis me: at Septuaginta silent,
viui: imò ne ipsa quidem Hebraica sincere vertunt, *ἐνεκεν τῆτι ἐκάλεισεν τὸ φράσσειν ἐμῶν φράσαι,
& ἐνώπιον εἶδον*. Quamobrem vocauit puteum illum, puteum, ex aduerso cuius vidi: quid ob-
secro vidit, cum ipsa potius visa sit. Erratū est itaque in participio *ראי* roi, quod à *ראי* duci-
tur, id est vidit, & participium *ראי* videns, cui subtrahendo, h, n, appositāque iod, significat vi-
dens me, non, ego videns, vt illi putarunt.

CAPVT XVII.

Do dominus omnipotens.] *אני הוא*. Ego dominus omnipotens: at cur Septua-
ginta tacent omnipotens, cum expresse habeatur in Hebraico: Neque est *ἐγὼ
εἰμι ὁ θεός σου*, Ego sum dominus tuus: redundat enim tuus. Quod vero mox
sequitur *אני ה' עמך*, Ambula coram me, vt vertit Hieronymus: illi *ἐπαρρησῆς*,
placitus erit mihi. Mihi quidem vehementer arripet, siquidem illustrarunt,
quod erat inuolutum propter locutionem Hebraicam: neque enim aliud est, coram Deo
ambulare, quàm pro viribus se ei gratum atque amicum ostendere, sicut & retro de Noë
y iiii

dictum est, quem locum Septuaginta eodem modo reddiderunt.

Pater multarum gentium.] אב המון גוים. Pater multitudinis gentiu: sicut & Septuaginta, εἰς πατέρα πολλῶν ἔθνων, quamquam illustrius reddiderit Hieronymus eo modo vertens.

Abraham.

Non Abram, sed Abraham.] Hæc est etymologia, nomen enim pristinum erat Abram, Hamon autem multitudinem sonat, quod si cum Abram componatur, vltima syllaba dempta, fiet Abramham, sed quia esset cacophoniam, m, nominis Abram demitur, fitq; Abraham, ex Abra, & ham.

Et statuum pactum meum.] וקח אתי את בריתי. Et suscipit pactum meum. Quod pactum ac fœdus Septuaginta vertunt ἀφ' ἑμεῶν, hoc est, dispositionem, testamentum: quod recte fœdus ac testamentum nuncupatur, quia in eo testibus adhibitis, pepigit Deus fœdus cum Abram, eumque hæredem terræ Chananæorum instituit, deinde terræ cælestis.

Quam empticius.] Recte Septuaginta ἀφ' ἀργύρου, Emptus pecunia: sic enim est & Hebraice קנה כסף, Possessio argenti, vel pecuniæ: tam enim Hebraice, quam Græce pecunia, argentum appellatur.

Quicumque non fuerit de stirpe nostra.] Post hæc verba, interponitur aliquid in Hebraico, quod non est versum à Hieronymo, והיה יולד יליד בתיך ומקנת כספך, id est, Circumcidendo circumcidetur natiuus domus tuæ, vel puer domus tuæ, & possessio pecuniæ tuæ. Quæ quia supra dicta fuerant, frustra hic repeterentur. Is enim est mos linguæ Hebraicæ vt eadem frequenter in ea inculcentur ociose, vt est cap. v. Noë erat vir iustus, & Noë inuenit gratiam coram domino. Et genuit Noë tres filios, quæ in pauciora verba coarctasset & Græcus & Latinus sermo: hæc ergo prudenter omittuntur à Hieronymo.

Filium cui benedicturus sum.] Hæc benedictio non refertur ad filium, sed ipsam Saram: sic enim habet Hebraicum וברכתיה, Et benedicam eam: licet idem peccarint & Septuaginta, καὶ εὐλόγησα αὐτὴν: Et benedicam eum. Videntur autem legisse ברכתיה addita vau littera: quod vehementer probabile est.

Duodecim duces generabit.] Nescio quid in mentem venerit ipsis Septuaginta vt duces, sic enim habet Hebraica veritas, verterint עמם hoc est gentes: claritas enim Ismaël in eo erat futura, vt reges aut duces procrearet, gētes autem non ita: ideo peculiariter inter alia eius hominis insignia, numeratur & illud.

Et Ismaël filius eius.] Totum hoc omissum est à Septuaginta, quod quamobrem acciderit, nulla coniectura assequi possumus, nisi deprauatis codicibus sit ascribendum. Prætermissa est hæc tota periodus, ותו ערלו את בשר ערלו ואת בשר ערלו ואת בשר ערלו. Et Ismaël filius eius agebat tertium decimum annum, quando circumcisus est ipse carnem præputij sui.

CAPVT XVIII.



In ipso seruore diei.] כחום היום. In calore diei, quod recte vt arbitror interpretantur Septuaginta ἡμέρη τῆς μεσημέρας. In meridie.

Tres vidit, & vnum adorauit, nō habetur in bibliis.

Prope eum.] קרובו. Quod verti etiam potest super eum: sicut & Septuaginta τρεῖς ἄνδρες εἰστήκεισαν ἐπὶ αὐτοῦ. Tres viri steterant supra ipsum, indicantque eos ex eminenti loco sese ostendisse: quamquam Hebraica præpositio קרוב significet etiam prope, & aduersum. Stat ergo & Hieronymi & Septuaginta sententia.

De trinitate silet vetus testamentum.

Et adorauit eos.] Hoc loco irridemur à quibusdam Iudæorum, quod hinc velimus trinitatem elicere. Putant enim plerique apud nos id in contextu bibliæ haberi, quod passim circumfertur, Tres vidit & vnum adorauit: cum tamen id in Hebræo non inueniatur, neque in nostra etiam additione: lege, ac perpende. Collecta tamen est ea sententia ex præfenti capite. Est autem optimum, neque dissimulanter præterire, vbi in diuinis litteris de diuinitate patris ac filij spiritusque sancti aliquid reperitur: neque rursus extorquere, & quasi per vim eas litteras in nostra placita trahere: vtunque certe vituperatione dignum. De trinitate autem libenter silet vetus testamentum, ne Iudæi, alioqui in idololatriam propensi, facilius hinc errandi occasionem fumerent: quod etiam Septuaginta in transferendo vehementer cauisse videntur. Quæ igitur hic de tribus viris narrantur, placet vt ipse contextus docet, exponantur. Hi enim tres viri, tres angeli fuerunt, quorum duo postea Sodoma acceperunt, alter quidem vt eam urbem euerteret: alter vt tueretur Lot: de tertio nihil scribitur. Quidam Hebræi tradunt, primum ipsum Deum Abraham per visionem apparuisse, dein Abraham leuasse oculos suos, tresque angelos vidisse

Avidisse. Tres autem angelos apparuisse Abraham, testatur & Cyrillus sic scribens ὁ ἀβραάμ, τρεῖς ἀγγέλους εἶδεν, εἰς τὸ πῶν τῆς τριάδος, δὸς ὁ λῶτ, εἰς τὰς ἐν ἰσὺ καὶ πνεύματος. Tres inquit angelos vidit Abraham in figuram trinitatis, duos autem Lot, vt ostenderetur ordo filij ad spiritum sanctum: quamquam Eusebius, velit Deum sub trium virorum eorum typo sese ostendisse: cuius non male erit, citare sententiam, sic enim, inquit, ὁ ἀβραάμ πρὸς θεὸν ἔξεισθη, σὺν ἀγγέλων τρεῖς καὶ ἐν ἄνδρων ὄψει φανέντων. Abraham Deum excepit hospitio sub angelorum numero, & habitu virorum: & paulo infra, οἱ τρεῖς ἀγγέλοι, οἱ τῶ ἀβραάμ λαλοῦντες, τὸς τρεῖς ἑσώσθησαν σὺν τῆς τριότητος. Tres, inquit, angeli, qui cum Abraham loquerentur, tris deitatis personas significant. Ex his ergo perspicuum fit etiam Græcos cum Latinis sentire, in hac opinione, quod trinitas Abraham se ostenderit. Quapropter si tot optimi ac diuini viri, hoc idem senserunt, nōne etiam æquum erit, & nos sentire cum illis, & irriden- tes Iudæos nihili facere, præsertim ipsum Auen Esra, qui hoc loco nos ita calumniatur, ומהו שישלש אנשים הוא אחד ומהו שלשה הוא אחד ומהו אחד הוא אחד ומהו אחד הוא אחד hoc est, Qui erroneo spiritu ducuntur, dicunt Deum esse tres viros, ipsumque esse vnum & tres, & non seungi abinicum: verum hi non aduertunt, quod infra dicitur. Et venerunt duo Angeli Sodomam: hæc ille. At quid ad nos, quid ista Belua loquatur? qui etiam ignorabat, quid nos de trinitate sentiamus? Quamobrem si quis accurate considerare voluerit, quæ in contextu habentur, & quæ ab autoribus tum Græcis tum Latinis dicuntur, facile intelliget, non absurde, nos ex hoc loco trinitatem colligere: malignos autem ac deprauatissimos Iudæos non solum hic, sed aliis quamplurimis in locis interpretationes absurdissimas excogitasse, vt Christianæ veritati tenebras offunderent. Verum hæc apud alios copiosius. Augustinus & ipse de Ciuitate dei lib. xij. cap. xvij. tres angelos fuisse sentit, quos hospitio suscepisset Abraham.

Adorare apud Iudæos quid.

Adorauit.] Aduertendum est, non esse apud Hebræos illam differentiam, vt alia adorari dicantur secundum latrariam, alia secundum hyperduliam: nam in sacris litteris adorare, quo verbo vtimur hic, non proprie cultum significat, sed reuerentiam illam, quam corpore exhibemus, cum scilicet incuruamus nos, quod obseruantia genus solemus etiam hominibus exhibere, dicitur enim, חתךתך incuruor, aut inclinor. Non est ergo aliquid finitum de Abraham suspicandum, quod dicatur tres viros adorasse: vertendum enim potius fuerat, incuruatus est coram eis, quomodocunque id fecerit. Nam & Lot angelos adorauit, hoc est, incuruauit se ante illos.

Requiescite sub arbore.] Melius fortasse quam Septuaginta, qui verbum Hebraicum hoc est וישעו accumbite, vel corpus declinate, verterunt καταλύσατε, id est, Refrigeremini: quamquam magis sensum quam verba sequantur.

Et confortetur cor vestrum.] Quod alio modo vertunt Septuaginta, καὶ φάγετε comedite: sed Hebraice est vt interpretatur Hieronymus.

Postea transibitis.] Hoc in Hebraico non habetur, sed videtur Hieronymus à Septuaginta accepisse, qui & ipsi καὶ μετὰ τὸ το παραδώσατε εἰς ὄδον ὑμῶν. Post hæc transibitis in viam vestram, quæ ex alio loco, his interiecta sunt.

Tria sata.] סאתים id est, Tres mensuras, licet incerta sit magnitudo. Sic etiam Septuaginta, τρία μέτρα, tres mensuras. Habes ergo quid hoc loco tria sata significet. Hieronymus hæc mensuram, existimat esse Amphoram.

Tria sata.

Quem coxerat.] Explicatius forte, quam Septuaginta, qui Hebraica vt se habent, verunt ὁ ἐποίησε quem fecerat: sic enim est & Hebraice. Neque certe aliud erat, quam quod vertit Hieronymus, licet per alia verba, & per aliud loquendi genus.

Vita comite.] Hoc non modo Latine, sed & Hebraice, & Græce videtur obscurum. sic enim habent Hebraica. ומהו שישלש אנשים id est, Reuertens reuertar ad te, iuxta tempus vitæ, vel viuentis: quod Auen Esra exponens ait ומהו שישלש אנשים ומהו שישלש אנשים. Iuxta tempus hoc inquit, in anno altero, & Sara viua erit, atque incolumis. Quæ si vera est sententia, non abest ab interpretatione Hieronymi, licet ea sit obscurissima. Quid enim est vita comite, num hoc ad ipsum qui loqueretur, an ipsam Saram refertur? quod certe non explicatur: quamquam & Hebraica non erant clara. Septuaginta more suo, non solum nihil euidentis attulerunt, verum etiam maiores addiderunt tenebras, ἕω σαρράς σε, καὶ καμῶν τῶν ἡμερῶν, εἰς ἡμέρας. Veniam ad te, in tempore isto, in horas. Qui fieri potest, vt quod erat Hebraice ומהו שישלש אנשים tempus vitæ, ipsi verterunt, in horas: nam quid diuersius? quod si dixissent εἰς ἡμέρας καμῶν, sublata fuisset omnis ambiguitas. Hoc idem quarto Regum inuenitur sub eadem senten-

tia *למעה הוה בעת הוה* In tempore hoc, secundum tempus vitæ. Quem locum eodem modo vertit Hieronymus.

Quo audito Sara.] Hæc non sunt in contextu Hebraico hic, sed paulo inferius: itaque post illa verba, Et habebit filium Sara vxor tua: non sequuntur hæc, quæ ponuntur hic à Hieronymo, sed *והוא אחריו ויהא אחריו* Et Sara audiuit ad hostium tabernaculi, & ipse erat post eam. Eodem quoque modo habet & Græca, sicut vertimus hic Hebraica *σεβρα δὲ ἡμουσε παρὲς τῆς θύρας οὐλώης*. At Sara audiuit ad hostium tabernaculi.

Desiderant Sara fieri muliebria.] *כי כנשיא* Et Sare cessauerat esse decursus secundum mulieres. Quod forte, etiam ad aliud, quàm menstrua potest spectare. Hieronymus sequitur Septuaginta, *τὸ γυναικεία*, muliebria.

Postquam conserui.] Ita habent & Hebraica, verum quàm perperam vertitur is locus à Septuaginta, risit in se Sara dicens, *ἔπειτα ἔδωκε μοι γέγονεν ἕως τῆς νῦν*. Nondum mihi fuit, vsque nunc. In quibus intelligendis clarum est, opus esse Sibylla: patet autem quid velit Hebraica veritas: non erat ergo, cur eam inuoluerent Septuaginta.

Ac robustissimam.] Longe melius quàm Septuaginta, qui vertunt *εἰς ἔθνος μέγα, καὶ πολὺν* in gentem magnam, ac multam: nam vocabulum *עצום* proprie fortem ac robustum significat: alioqui nonne idem est magnam ac multam, ibi?

Aggravatum est.] *כבדו* Inualuit, accumulatum est. Septuaginta *καὶ ἀμαρτοῖα αὐτῶν μέγα ἐλαυ σφόδρα*. Peccata eorum magna vehementer. Hebraicæ linguæ peculiare, grauitatem ad omnem excessum ac magnitudinē referre, sicut passim reperies. Inde & gloria appellant *כבוד*. E

Non parces loco.] *לֹא תתן* Non admittes, non tolles. Ideo clarius Hieronymus quàm Septuaginta, qui Hebraicum verbum, non satis accommodarunt Græco sermone. *ὄχι ἀνήσθησθαι τὸν τόπον*. Non dimittes omnem locum. At verbum *תתן* quod inuenitur hic, tum leuare significat, tum parcere, sicut vertit Hieronymus. Eset certe sacrarum litterarum imperitis non facilis intellectu interpretatio Septuaginta.

Nequaquam facies iudicium hoc.] Quàquam leue admodum sit, tamen annotare placuit, ne vel minima prætermitteremus: siquidem Hebraice est, neque ut vertit Hieronymus, neque ut Septuaginta, sed *לֹא תשפוט בל הארץ כל השפוט לך היליה* hoc est, Absit à te, qui iudicas omnem terram, ut iudicium non facias, quod Septuaginta *μὴ δικάσῃς ὅλην τὴν γῆν, ἕως ἁπείρου*. Nequaquam qui iudicas omnem terram, non facies iudicium: quapropter accedunt magis ad veritatem Hebraicam.

Quia semel coepi.] Is quoque locus ex his est, quos aliquando secus se habuisse arbitror, quod facilis sit lapsus, ab vna in alteram dictionem. Ergo Hieronymus ac Septuaginta videntur loco eius, quod nunc in textu Hebraico habetur *והיה לי* id est, volui, desideravi, *והיה לי* legisse, hoc quod ei simile est, hoc est coepi: licet plurimum in ipsa scriptione differant, & varius sit canonismus. Dicendum ergo, si Hebraica ut se habent legere volumus, qui semel optauit, aut voluit, concupiuit, vel ausus sum. Septuaginta sicut & Hieronymus *νῦν ἤρξαμην* nunc coepi.

Cum sim pulvis et cinis.] Variant Septuaginta, puluerem vertentes *γῆν*, terram, Hebraice vero est *עפר* puluis, ut alibi diximus.

Ne irascaris.] Hoc apud Septuaginta obscurum, & Hebraico minime consentaneum *מִן פִּי וְכִבְיִם, עַד לַאֲלֹהִים*. Ne quid domine, si locutus fuero: nisi audiendum sit, irascaris, vel quid eiusmodi.

Quia semel coepi.] Hoc quoque parum clare versus est à Septuaginta *ἐπειδὴ ἔγωγε λαλήσω*, postquam possum loqui: sed Hebraica habent ut vertit Hieronymus.

C A P V T X I X.

puer seruus.



Veri vestri.] *עבדכי* Serui vestri: ne quid erroris afferret ambiguitas: quamquam etiam eodem modo verterint & Septuaginta, *εἰς τὸν οἶκον τῶν πατρῶν ὑμῶν*. In domum pueri vestri: licet tam Græce quàm Hebraice puer seruum significet, attamen vertendum hic fuerat, ut habent Hebraica.

Fecit conuiuium.] Nescio quid in mentem venerit Septuaginta, quodd conuiuium, locum vertant, *καὶ ἐποίησαν αὐτοῖς τῶπον*. Et fecit eis locum: quid enim loco, cum conuiuium? Hebraice *תשת*, hoc est, conuiuium: duciturque à *תש* bibit: quemadmodum apud Græcos *πίνω* fit *συμπόσιον*. Quod tanquam patrocinium esse posset Græcis, ut se tuerentur ab his

A ab his qui melius Latinos conuiuium à conuiuendo, quàm à computando ut Græci, appellatione contenderent: cum illud sit veræ & omnium linguarum principi, etiam proprium. Verum hæc nihil ad nos.

conuiuium inde.

Præquam irent cubitum.] Hoc male à Septuaginta refertur ad superius, vertentibus. *καὶ ἐφαγον παρὲς τῆς κοιμηθῆναι*. Et comederunt antequam irent accubitum: qua interpretatione quid absurdius? licet fortasse librariis id ascribendum sit, esset enim lapsus intolerabilis. Quis enim dixerit? aliquem comedisse antequam iret cubitum, num post accubationem coenare solent homines? quapropter referendum est ad ea, quæ mox sequuntur, legendumque ut habet Hieronymus, id est, nostra æditio.

Ut cognoscamus eos.] Honestissime sacra scriptura loquitur: propterea ut ait Rabi Mosè, lingua sancta nuncupatur. Hanc honestatem detexerunt Septuaginta, *καὶ συζητήσωμεθα αὐτοῖς*. Et coëamus cum illis.

Accludens hostium.] Sic habetur & Hebraice: at Septuaginta in contraria, *ἀνοίξασθε τὸ πύλον αὐτῶν*. Aperuit fores post se, quo quid mendosius? nisi error in codicibus sit: videntur & alibi existimasse *καὶ* vel *καὶ* quod claudere significat, significare potius aperire: itaque etiam eum locum male reddiderunt: potest tamen & locus à librariis esse corruptus, ut profigma sit *ἐξ*, cum dicendum sit *ἀνοίξασθε*. à verbo *ἔδωκα*, id est impello.

Ingressus es ut advena.] *בואך באלוהיך* Vnus venit ad peregrinandum, & iudicabit. Septuaginta, ut Hieronymus. Variant autem in alio *εἰσῆλθες παροικεῖν, μὴ κρινεῖν κρισίμῃ*. Ingressus es, ut habitares, non ut iudicares. Variis certe modis, eandem sententiam expriment.

Vimque faciebant.] *ויעצרו* Et coëgerunt: sicut & Septuaginta *παρεβιάζοντο*. *ὅτι οὐκ ἔβρισαν* Et defatigabantur ad inueniendum hostium: sicut & Septuaginta, *παρεβιάζοντες ζητοῦντες τὴν θύραν*. Defessi sunt quærentes ianuam.

Simulante illo.] *והיה עמו* Et negligebat. At quàm deuiat Septuaginta, *ἐταράχθησαν*: Perturbati sunt. Lapsus autem ex eo accidit, quia *פחד* Pauorem significat, à quo duci putarunt præfens verbum, quod certe non est: consule omnes scripturas.

Suscepi preces tuas.] *קָבַץ פָּנַי* Suscepi faciem tuam. Est locutio Hebraica, quam clare explicuit Hieronymus. Septuaginta adeo à veritate recesserunt, ut mensuram pudeat *ἰδοὺ μὲν σὰ σου τὸ πρόσωπον*. Miratus sum faciem tuam. Vides quid inter vtrunque discrepet. Annotatur is locus etiam ab Hieronymo.

Facere quicquam.] *והיה עמו* Facere verbum. Quod optime Hieronymus vertit in quicquam, ut sæpius annotauimus: nam verbum, rem quoque Hebraice significat: ideo & Septuaginta *καὶ γὰρ διήσομαι τὸ ποῖόν ἐστιν ἀπόδειγμα*: Non enim potero facere rem. Quapropter in libris Regum, non esset dicendum, sicut scriptum est in libro verborum dierum Regum Israël, sed in libro rerum gestarum. Et illud, Excepto sermone Vriæ Ethæi, id est, excepto facinore: sicut retrò diximus.

verbum de sermo pro re apud Hebr.

Dominus pluit à domino.] Hunc locum arbitratur Cyrillus esse ex his, ex quibus colligitur trinitas in veteri testamento: quæadmodum & illud: Dixit dominus domino meo. & Sedes tua Deus in saculum, propterea vnxit te Deus tuus: est enim sermo de patre ad filium.

C A P V T X X.



Misit ergo Abimelech.] Adduntur hic pleraque à Septuaginta, quæ in contextu Hebraico minime habentur, suntque ex alio loco huc transposita: post itaque ea, Soror mea est: Septuaginta inferunt, *ἐφοβήθη γὰρ εἰπεῖν, γυνὴ μου ἔστιν, μήποτε κτενεῖσι αὐτὸν οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως, καὶ αὐτὴν*, id est, Timuit enim dicere, vxor mea est, ne interficerent eum ciues eius vrbis propter ipsam. Sunt autem sumpta ex cap. xij. quamquam neque eodem ordine ibi se habeant: consultis autem veterioribus codicibus, inuenimus eam periodon non haberi, quapropter delenda est in codicibus impressis.

Abimelech non tetigerat eam.] *לֹא חָבַד עִי* Non cohæserat ei. Atque ita videmus hoc ab illo, aliquid differre: quod in causa fuit, ut Origenes id verbum arripuerit, & annotarit: nam & Septuaginta eodem modo verterunt *ἐχέτω αὐτὴν*. Itaque ait Origenes, *ἐμφανιστὶν ἔχει τὸ ἐχέτω αὐτὴν, ὡς τὸ κελὸν ἀνδράπων γυναικὸς μὴ ἀπείθεσθαι. ὅσαρ ἔστι, καὶ γυνὴς μήτεως*. Evidentiam, inquit, habet, id quod dicitur non tetigerat eam, quasi decorum homini sit, etiam mulierem non tangere, quod sine concubitu, fieri etiam potest. Veruntamen, ut hæc

optima sunt, quæ dicit, ita nullum haberent locum, si Hebraica vti habent, legeretur: nam de tactu, nulla hic mentio fit.

Gentem ignorantem.] Ignorantem redundat. Mirorque cur Hieronymus à Septuaginta non discrepet, quod aliis in locis, ne pili quidem facit: nam & illi ἄγνοια, gentem ignorat: Hebraica sic habent אִתְּךָ הַיּוֹנִים וְהַיְהוּדִים וְהַכְּנַעֲנִים וְהַיִּזְרְעֵלִים וְהַיְבוּסִים וְהַיְכּוּזִיטִים וְהַיִּזְרְעֵלִים וְהַיְבוּסִים וְהַיִּזְרְעֵלִים. Num gentem etiam iustam interficiet? Non propterea tamen diffiteor, non optime utrunque vertisse, eo quod nil aliud innuat is locus.

Et mundicia manuum mearum.] כַּיְהוֹרֵת In innocentia, mundicia: quod Septuaginta non ita proprie ἐν διχγοσούμ χειρῶν μου, id est, in iustitia manuum mearum.

Custodini te.] שְׂמַרְתָּ Et prohibui te. Paulo diuersius Septuaginta ἐφεισάμην ἐγὼ σοῦ: Ego peperi tibi. Clarumque est eam non esse sententiam: nisi peperi vti sint vice eius quod est, retinui, repressi. Nam & id verbum Græcum significat. Sic & πένης, ab Aristophane φειδύμνος vocatur, hoc est parcus.

De nocte conuersus.] עָשָׂה Et manicauit, si eo verbo velimus vti, aut mane surrexit. Ideoq; & Septuaginta καὶ ἄρθεσεν ἀβιμελὲχ, Diluculo surrexit Abimelech.

Quæ non debuisti facere, fecisti.] עָשָׂה וְלֹא עָשָׂה Opera quæ non solent fieri, operatus es. Propterea & Septuaginta ἐργον ὃ ἔδ' εἰς ποιήσῃ πεποιήσῃ. Opus quod nemo faciet, fecisti. Est idem, quod & Hieronymus vertit.

Forsitan non est timor Dei.] Hic ego non possum non mirifice commendare Septuaginta, qui timorem Dei, verterunt θεοσεβειαν pietatem, Deique venerationem: declarantes nihil esse aliud, Deum in sacris litteris timere, quam apud gentes eum venerari, pietate cole-re: vt eorum occurrerent calumniis, qui Hebræos putarent δεισιδαιμονας, id est, superstitiones, quod hi timere Deum dicantur: eo quod superstitio, sit vanus Deorum metus, eumque reformidare qui minime sit noxius, Itaque θεοσεβειαν θεόν, nihil est aliud, quam θεοσεβειαν. Est autem memoria dignum, quid de hac pietate scribat Hierocles Pythagoreus, πασι δὲ ἀγαθῶν ἡγεμὼν ἢ εὐσεβεία, καὶ τὸ θεῶν αἰτίαν, τὸ ἀναφορῶν ἔχουσα. hoc est, Omnium virtutum princeps est pietas, quæ in diuinam causam respicit semper.

Postquam deduxit me Deus.] עָלִיתָ וְהָרַחֵק Declinare fecerunt me dii. Is locus, ex his est, ex quibus possit intelligi nomine Elohim trinitatem significari. Nam cum plurale sit, etiã ei numerus verbi plurium adiungitur, si enim vnus significatur, cur ab vtraque parte plures demonstrantur? nullaque ratio occurrit probabilior, ac melior quam Christianorum, dicant quicquid velint prauis Hebræi. Septuaginta & Hieronymus, per singulare loquuntur, certe aliquid veriti.

Hanc misericordiam facies.] Retro Septuaginta, mundiciam ac puritatem, nomine iustitiæ nuncupabant, hic autem misericordiam iustitiam vocant, quod ad veritatem percipiendam, nescio an admodum idoneum sit: vertunt itaque, τὰ ἰσθμῶν τὴν διχγοσούμ ποιήσῃ ἐπ' ἐμῆ. Hanc iustitiam facies in me. Nisi forte, eo pacto defendi possint, quod iustitiæ duæ partes sint, quarum vna continet, ne nocamus: altera vt benefici, liberalisque simus: tamque iniustus est qui nulli vnquam profuit, quam qui læsit.

In velamen oculorum.] Sic & Hebraica veritas עָשָׂה וְלֹא At cur tam dissimiliter vertunt Septuaginta? εἰς τὸ πῆλιν προσώπου. In honorem faciei: nomen profecto Hebraicū, non aliud quam velamen sonat, quod si nesciri cognoscerem, testimonia proferrem.

Ad omnes qui tecum.] Hoc Septuaginta ad feminas tantum referunt καὶ πάσαις τῆς μετὰ σοῦ. Et cunctas quæ tecum. Hebraicum indifferens est, scilicet הָ, quod omnium generum & numerorum est.

Et quocumque perrexeris memento te deprentam.] Tota hæc periodos addita ab Hieronymo est, explicandæ rei gratia, vno siquidem verbo totum hoc exprimitur Hebraice. וְלֹא עָשָׂה Et admoneris, & castigaberis, & documento tibi erit. Id enim indicabat signū ad omnes: atque ita non malum est aliquid addere, vt res fiat apertior. At Septuaginta hoc loco tolerari non possunt, qui transtulerunt, καὶ πάντα ἀλλήλους, Et in cunctis esto veridica. Ego certe non possum æsequi, vnde ita interpretati sint. Si enim Hebraica ita habent, vt vertimus, si velamen ab Abimelech Saræ impositum, erat ei documento futurum, vt de cætero meminisset, quid ei accidisset: cur obsecro istuc ad veritatem illi retulerunt, cum in mendacio non fuerit deprenta Sara, sed potius Abraham? verum hæc non ita fortasse magni refert, quo modo sese habeant.

Timere Deū, idem quod venerari.

Iustitiæ duæ partes.

Caput

CAPVT XXI.



Concepit & peperit filium in senectute sua.] וְיִזְרְעֵל בֶּן. Filium senectutis eius, scilicet Abraham: vt senectus non ad Saram, sed Abraham referatur, vt patet ex pronomine Hebraico, & ipsa vocis cadentia, quæ masculina est. Septuaginta ambiguum est, ad quæ senectutē istā referat. ἔτεκε Σάρρα τῷ Ἀβραάμ, ἵδον εἰς τὸ γῆρας. Peperit Sara Abraham filium in senectute. Veritas autem est vt nos vertimus:

nam viris suis dicuntur in his litteris mulieres filios parere, eorumque senectæ, aut iuuentæ, sicut & paulo infra clarius patet.

Risum fecit mihi Dominus.] עָלִיתָ וְהָרַחֵק. Ridere fecit me Dominus, est enim infinitiuum: veruntamen etiam Septuaginta eodem modo reddiderunt γέλωτα μοι ἐποίησε κύριος. Sed hæc exigua sunt, nec variant quicquam ipsam sententiam.

Quis audieturus crederet.] מִי לֵאמֹר. Quis locutus fuisset Abraham, aut quis dixisset Abraham. Septuaginta per futurum τίς ἀγγελεῖ quis nunciabit. Videtur ergo in alium sensum accipiendum, quàm vertit Hieronymus: de eo enim intelligit Sara, qui nuncium Abraham allaturus esset: nimirum de re prodigiosa, & ἀπίστευτον.

Peperit ei iam senem.] Hic quoque labuntur Septuaginta, senium non ad Abraham, sicut veritas habet Hebraica, sed ipsam Saram referentes: at Hebraice est וְיִזְרְעֵל בֶּן יִזְרְעֵל. Peperi filium senectuti illius, verū ipsi ὅτι ἔτεκεν ἵδον ἐν τῷ γῆρας, quia peperi filiū in senectute mea.

Ludentem cum Isaac.] Isaac additum est à Septuaginta & Hieronymo, ex opinione: est enim verisimile eum cum Isaac iussisse. Tacetur ergo Isaac in Hebraico, ac tantum est πρὸς ludentem vel ridentem. Septuaginta, sicut & Hieronymus παίζοντα μετὰ τῷ Ἰσαάκ. Mittimus ridicula quædam, quæ super hoc verbo differit Nicolaus, vt moris eius est, amplecti scilicet semper quæ sint peiora. Neque enim omnia quæ dicunt Hebræi sunt admittenda: & iuste quidem & recte castigatur à Burgense, inuito etiam nescio quo alio.

In solitudine Bersabee.] Septuaginta Etymologiam vertunt, non ipsum nomen, scilicet τὸ φρέαρ τῷ ὄρεϊ. Puteus iuramenti, sic enim interpretatur Bersabee. nam וְשָׁר פּוּטְעוּס at וְשָׁר פּוּטְעוּס.

Subter vnā arborem.] Genus Hebraice ponitur scilicet עֲשׂוּת הַחַרְתּוּם, hoc est, sub vnā arborem vel virgultum: at Septuaginta ponunt speciem, Ἐσποκέρτω μίαν ἐλάτην, sub vnā abietem, quod mihi suspectum est. Nam וְשָׁר quo nomine vtitur hic autor, non significare abietem, ipsi quoque testes esse possunt, qui hanc eandem vocem, cap. 3. Gene. non eodem modo verterunt, sed χλωρὸν ἄγρῶν, id est, Agri viriditatem: aut χῆρτον, id est fœnum, & Hieronymus ibidem vertit virgultum.

Quantum potest arcus iacere.] Comparisonem dimittunt Septuaginta: sed tantum verunt μακρόθεν, à longe scilicet sedit.

Principis exercitus.] Sic & Hebraice עָשָׂה וְלֹא, princeps exercitus. At quàm deprauate faciunt hunc Septuaginta νυμφόγανον, id est pronubum: quid enim exercitui cum nuptiis? Vocem autem Hebraicam scilicet וְשָׁר significare principem, adeo est clarum, vt pudeat citare testimonia: veruntamen deprauatum esse codicem arbitror, propterea quod mox additur, καὶ φιλὸς ἀρχιστρατηγός. Et Philo princeps militiæ eius: quapropter frustra hoc loco ponitur νυμφόγαγός; sumptum est enim ex cap. 26. Quem locum an recte etiam reddiderint septuaginta, ibi explicabitur. Solet autem frequentissime ea esse corruptela in codicibus Græcis, vt ex vno loco in alterum similem multa transponantur: quod semper, vbi opus fuerit, admonituri sumus.

Ne noceas mihi.] וְלֹא עָשָׂה Non mentieris mihi, aut dolosus eris in me. Hieronymus cum Septuaginta sentit, qui & ipsi μὴ ἀδικήσω με, non offensurum me: quod vehementer ipse approbo.

Stirpique mea.] וְלֹא עָשָׂה Et nepotibus meis. At cur tam deuiant Septuaginta, μὴδ' ἐν ὀνόματι μου. Neque nomen meum. Videmus quàm non modo veritatem Hebraicam sincere non reddiderint, sed ne ipsam quidem rerum seriem seruent: & certe tolerari non potest, vt nomen verterint, quod erat vertendum nepotes.

Plantauit nemus.] Aliquanto secus Septuaginta, ἐφύτευεν ἀβραάμ ἄρβωμον. Plantauit Abraham agrum. Hebraice, וְשָׁר, id est arborem: & forte melius Septuaginta, quàm Hieronymus, ne videatur Abraham more gētium, nemus plantasse, ibique Deum adorasse.

Terram visionis.] תרומה פרא. Terram visionis, quod nescio an recte verterint Septuaginta *γῆν ἐξελθῶν* terram excelsam. Nam terra visionis dicta, quod ibi se Abraham ostenderit Deus, non quod perspicua atque enimens foret.

Deus providebit.] Forte melius quàm Lxx. *ὁ θεὸς ἐαυτῶν ἀποβλέψαται*. Videbit sibi pecudem, licet eodem modo sit etiam Hebraice *וַיִּתְּנֵם לְפָנָיו*. Deus videbit sibi. Attamē non eodem modo significaret Græce, ideo vertendum fuerat, vt fecit Hieronymus. Variat quod in eo aliquid Hierony. victimam in genere vertit id quod erat Hebraice species *צִבְיֹתָי* id est, pecus.

Inter vepres.] *בְּצִבְיֹתָי*. In perplexu, implicatione: id scilicet quod vertit Hierony. At quā hallucinantur hoc loco Lxx. qui nomen Sabech, quod perplexionem significat, tanquam loci alicuius, vel plantæ proprium nomen esset, ita id reliquerunt in additione: *κρυός, εἰς κατὰ κράτος ἐν φυτῶν σελῶν*. Arius vnus, interceptus ad arborem Sabec. Neque latuit is error sapientissimos patres, & in diuinis litteris exercitatissimos. Itaque Theodorus, *τὸ ἐν φυτῶν σελῶν ἔχει ὁ σῦρος, μόνον δὲ τῶν σαβῶν, τὸ δὲ ὄνομα τῆς φυτῆς ἐνομινομένης. τοῖς δὲ ἑσραίοις δοκεῖ τὸ σαβῶν ἀφεστῆναι σαμῶνιν*. In arbore inquit, interceptus non habet Syra editio, sed solum Sabec. Id autem, nomen arboris alicuius esse arbitror. At Hebrais videtur Sabec dimissionem significare. Gennadius quoque eadem ferè, *τὸ σαβῶν, τίνες ἀφροσιν ἐκδεδωκῆσιν, οἱ δὲ ὄρθιος, δὴ ὡς αὐτῶν δὲ καὶ ἐν τῷ φυτῶν ὄνομα προσήρησθη*. Sabec, inquit, quidam dimissionem interpretati sunt. Alij erectus. Potest autem & arboris esse nomen: hæc illè. Sed Hebraice, densitatē perplexionemque arborum significat, vt diximus. Mirumque est cur Septuaginta non idem nomen hoc loco interpretati sint, cum veram eius interpretationē attulerint psalmo 73. vbi est *וְעַל צִבְיֹתָי*. Quem locum Septuaginta interpretati sunt, In sylua lignorum, & recte. Aquila quoque vertit veprem vel spinetum. Symmachus rete. Theodotion ipsum nomen sicut & Lxx. reliquit: quos cum approbasset quondam Hierony. reuocauit sententiā, Symmachumque & Aquilam secutus est. Nam & ipsi Septuaginta videntur in psalmis resipuisse, vt ex paulo ante citato loco apparet.

Vnigenito.] *בְּצִבְיֹתָי*. Septuaginta *ἀγαπητὸν* dilectū. Optime certe, & Græco sermone consentaneæ, in quo *ἀγαπητός* filius, vnigenitum signat, sicut prodit & Philotheus contra Nicephoram, qui ait: *τὸ ἀγαπητός ἴσον τῷ ὁμογενής, id est, Dilectus idem est, quod vnigenitus: citatque Homeri testimonium, qui in Odyssea, de Telemacho vnico Vlyssis filio, sic inquit, μαῦτος ἦν ἀγαπητός, dilectus, atque vnicus illi.*

In monte Dominus videbitur.] *וַיִּתְּנֵם לְפָנָיו*. In monte Dominus videbitur. Quare apud nos locus corruptus est. At Septuaginta aliquāto secus, *ἢ ἐκαστὸν σισήμερον, ἐν τῷ ὄρει κλέος ἀφθῆν*, vt dicant hodie, in monte Dominus visus est: per passuum non actiuum, etiam ipsi protulerunt, licet quod erat futurum, præteritum fecerint, quod neque male: nam futurum pro præterito, eo loco est, vt moris Hebrais est.

Patrem Syrorum.] Non expresse ponuntur Syri, sed *אֲרָם*. Patrem Aram licet Hebrais non aliud sonet Aram, quàm Syriam, quæ est prope Iudæam, cuius metropolis Damascus: quæ cum Assyria non eadem est. Nam Assyria Hebraice appellatur *אַשּׁוּר* Assur, à primo incola: Syria vero Aram licet apud Græcos & Latinos: Syria interdum pro Assyria sumatur: vt apud Tullium, vt mittam alios, qui Sardanapalum Syriæ regē ducit fuisse, cum certe Assyriæ fuerit. Sequitur quoque hoc loco Hieronymus Septuaginta, qui & ipsi *ἐπειὴ καὶ τὸν καμὸν πατέρα σῦρων*. Peperit & Camuel patrem Syrorum.

Nomine Roma.] Nequid superstitiose comminisceremur, non Roma legitur, sed *רומא*, Reuma: quæ vox, non est corrupta apud Septuaginta *רומα*.

CAPVT XXIII.

Væ est Hebron.] Additur hoc loco aliquid à Septuaginta, quod in Hebraicis codicibus nō inuenitur, nā post illud, in ciuitate Arbec inferūt, *ἐν κοιλώματι*. In ciuitate, aut valle: quæ nescio vnde huc irrepserint: scriptura habet vt vertit Hierō. **Princeps Dei.**] Paulo diuersus Septuaginta *βασιλεύς ὡς θεὸς ἦν σου*. Rex à Deo es tu. Hebraice *מֶלֶךְ אֱלֹהִים* Princeps Dei.

Pecunia

A Pecunia digna.] כֶּסֶף מָלֵא Pecunia plena, satisfaciente, sufficiente. Hieronymus à Septuaginta non dissentit. *ἀργεὶς ἀξία*. Pecunia digna.

Quæso vt audias me.] *ἐπεὶ ἠὲ ἀρδὸς ἐμὴ ἐστίν*. Postquam pro me es, vel ex affinitate mea es. Quare propius ad Hebraicam veritatem accedit Hieronymus, quæ in hunc modum habet, *וַיִּשְׁמַע אֲבִרָם* Hoc est. Verū quæso, vel vtinam ipse audias me: aut in modum quo versum est Hieronymo.

Audi Domine.] Vt autem intelligatur quā corruptus sit is locus apud Septuaginta, totam periodū Hebraicam & Græcam apponemus *וַיִּשְׁמַע אֲבִרָם לְאֵלֹהֵי אֲבִרָם* Hoc est, Et respondit Hephron Abraham dicens ei, Domine mi audi me, Terra quadringentorū siclorū est. At Septuaginta, *ἐπεὶ ἠὲ ἀρδὸς ἐμὴ ἐστίν ἀβραάμ λέγων, ἐγγύς ἐστι, ἀβραάμ λέγων ὅτι τετρακοσίων διδράχμων ἀργεὶς ἀπαιτῶν μὲν καὶ σου, id est, Respondit autē Hephron Abraham, dicens: minime domine, audiui enim quod quadringentarum didrachmarum argenti, inter me & te. Causa vero tantæ discrepantiæ fuit, quia alios habebant codices. Vbi igitur nunc in Hebraicis codicibus legitur *וְיִשְׁמַע*, hoc est, ei, Ea tempestate videtur legi solitum *וְיִשְׁמַע*. hoc est, non: quæ duæ voces, in sono quidem nihil discrepant, in scriptura non mediocriter. Quis ergo crederet tantos viros adeo hallucinatos esse, vt alterum pro altero redderent: nisi in codicibus varietas sit? Secundo quoque loco vbi dissentiunt, scilicet audi me, quod ipsi, *ἀκούω* γάρ ἀυτιυ enim, ex eo accidit, quia legisse videntur pro eo quod est, *וְיִשְׁמַע* id est, audi me: hoc, quod ei simile est *וְיִשְׁמַע*, audiui quod. Est enim in hisce vocibus mira affinitas. Quare hæc vna causa est, quæ tantam varietatem in codicibus Septuaginta peperit, vt sæpius nobis dictum est. Quod si eodem modo habebant codices, vt nunc habent: & id quod erat *וְיִשְׁמַע*, id est non, putarunt esse *וְיִשְׁמַע*, hoc est, illi: dicerē eos imperitiores fuisse, quā sint hodie pueri apud Hebræos, qui minime in ea re cæcutirent, quod nequaquam putandum est.*

Probata monete publicæ.] *כֶּסֶף מְבֻרָר* Pecuniæ transeuntis mercatori: sicut & Septuaginta. *ἀργεὶς δοκίμη ἐλπίστου*, pecuniæ probatæ mercatoribus. Eadē tamen omnes sentiūt. **Confirmatus est.**] *וַיִּשְׁמַע*. Et surrexit, & stetit. Error non Septuaginta opinor, sed librarij, qui codice Græco impresso, pro eo quod dicendum fuerat *וַיִּשְׁמַע*, stetit, posuit *וַיִּשְׁמַע*, est.

CAPVT XXIII.

One manum tuam super fœmur.] Non alienum est, in mediū afferre quid hoc loco scribat Diodorus, ait enim *πινὲς φασὶν τὸν σῦρον καὶ τὸν ἑβραῖον. μὴ ἔτιως ἔχουσιν, δὲς τὴν χεῖρα σου ἐπὶ τὸν μηρὸν μὲν, ἀλλ' εἰς αὐτὸ τὸ πειθερόν ὄργανον, ὅτι δὲ αὐτῶν, τὸ γινέσθαι*. Quidam inquit, tradunt non habere Syram & Hebraicam scripturam, pone manū tuam super fœmur meum, sed super ipsū genitale membrum, eo quod per ipsum fiat procreatio. Hæc quidā ab eo dicuntur, perinde ab aliis relata, & non ab eo ipso probata. quapropter non mirum est, si vera non sint, quod ad Hebraicum attinet, est enim hoc loco *וְיִשְׁמַע*, quod non sonat aliud, quān quod verterunt Septuaginta *μηρὸν*, id est, fœmur, siue coxam, vt vertit Hieronymus: genitale membrum, nunquam. Syra vero editio, si quidem alia sit, quān hæc quam Thargum hodie Hebræi appellant, nulla mihi cum ipso controuersia est, at si hæc ipsa est, fatendum est eam quoque ab Hebraica veritate non dissentire. Et certè non est satis tutum, aliorum se fidei committere, quin ad eundæ sunt ipsæ res, & introspicendæ. Iurabant igitur sub fœmur manu posita, vel propter rationem quam ipse attulit Diodorus, quod fœmur totam genitalem partem amplectatur, atque ideo per ipsum iurabant, quod inde posteritas esset futura, eoque veluti res sacra haberetur. Aut si per fœmur, coxam intelligimus, mos eius erat tempestatis, vt aliquot Hebræis quoq; placet, præsertim Auē Ebra, qui ita de hac re scribit *וְיִשְׁמַע אֲבִרָם לְאֵלֹהֵי אֲבִרָם* אָבִרָם יָדוּ תַחַת יָדוֹ מִשְׁבַּר שׁוֹתֵי הַחֶמֶץ לְשׁוֹן הַחֶמֶץ וְיִשְׁמַע אֲבִרָם לְאֵלֹהֵי אֲבִרָם Hoc est: Dimissis inquit aliorum sententiis, arbitror ipse eius temporis morem fuisse, vt eo pacto iurarent, posita videlicet manu sub fœmur eius, qui Dominus ac superior esset, perinde ac diceret Dominus: si tu sub potestate mea es, pone manū tuam sub fœmur aut sub coxam meam. ac Dominus ipse sedere solebat, posita coxa, super manū iurantis, qui quasi diceret: ecce manus mea sub coxa tua, fateor me tibi debere, & propius sum, vt tuis obsequar mandatis: eoque more hodie quoq; quædam regiones vtuntur, scilicet India, hæc ille. Hæc autē annotare voluimus propter sacrū scriptorē Diodorū,

Cur olim iuraturi manū sub fœmur ponerent.

Qui autem ad Christum ex Abraham oriturum referunt, potest & eorum probari sententia, nam & nonnulli Hebraei per circumcisionem eum iurasse asserunt.

Et adiuram te.] וְיִשְׁבַּח אֱלֹהֵינוּ Et adiurabo te, vel iurare te faciam: quod multo diuersius Septuaginta, καὶ ἐξομῶσιν κύριον. Et adiura Deum. Mutarūt scilicet & significationē & personas.

Intra se.] Hoc quāquam in Hebraico non habeatur, additum est tamen à Septuaginta & Hieronymo explicadæ rei gratia, siquidem & Septuaginta λαλῶντα ἐν τῇ ψυχῇ αὐτῶν. Loquentem in mente sua.

Siclos duos.] ἑξήκοντα ἑπτὰ Semissis, vel dimidium sicli, pondus eius. Non ergo duos siclos, sed dimidium vnus: sicuti & alio loco videbimus. Septuaginta quoque diuersius, ἀπὸ δραχμῆς ἑξήκοντα. Pondere vnus drachmę. Est q̄ & id mirum, quod siclum verterint drachmā, cum ingens sit inter vtrumque discrimen. Siclus enim teste ipsa sacra scriptura, conficitur è viginti obolis, sic enim Exodi cap. 30. scribitur: Siclus inquit, viginti obolos habet. Et super Ezechielem, cap. 4. Hieronymus, Siclus, inquit, stater est, hoc est drachmę quatuor. Et idē super Genesim. Siclus, inquit, vnciæ pondus habet, existimātque siclum esse vnciam. Iosephus quoq; antiquitatis Iudaicę tertio, Siclus, inquit, Hebræorū numisma, quatuor drachmas Atticas valet. Quare Septuaginta hoc quoque loco nescio an lapsi sint. Alio autem errore deceptus est Eupolemus scriptor, qui de Iudæis scribens, hoc modo inquit, Talentum dico, quē illi siclum appellant. Quantum enim distet talentum à siclo, neminem latere puto, dicique potest ea distare ἐν τῇ ψυχῇ αὐτῶν. quod quia non muneris est nostri latius explicare, mittimus alia super ea re loqui. Cum itaque siclus teste Hieronymo, & Iosepho efficiat quatuor drachmas, patet errasse Septuaginta, qui volunt siclum esse drachmam.

Et armillas totidem.] ἑξήκοντα ἑπτὰ. Et duæ armillæ. Neque est decem siclorum pondere, sed ἑξήκοντα ἑπτὰ. Hoc est, Decem aureorum, pondus vel precium eorum. Patet autem quantum intersit inter siclum & aureum: siquidem plures sicli, aureum conficiunt. Septuaginta quoque cum Hebraica veritate sentiunt δεκά δραχμῶν ἀπὸ αὐτῶν, decem aureorum pondus earum. Mirumque cur hoc loco ab Hebraico & Septuaginta dissentiat Hieronymus.

Iuxta camelos.] ἑξήκοντα ἑπτὰ. Vbi præpositio est, quæ modo, supra, modo propè, significat, erātque is locus vertendus vt vertit Hieronymus: ideo Septuaginta non recte, ἐπιτόπος αὐτῶν ἑστὶ καὶ μὴ ἀπὸ. Stāte illo super camelos: estque ortus error ex præpositione ἕν quæ non super, sed iuxta, hoc loco significat, vt ipsa indicat sententia.

Pedes Camelorum.] ἑξήκοντα ἑπτὰ. Pedes eius, scilicet serui Abraham, nō camelorum. Septuaginta quoque non de pedibus camelorum loquuntur, sed eius viri καὶ ἕδωρ τοῖς πόσιν αὐτοῦ. Et aquā pedibus eius, quare enim in hospitio camelorum pedes lauentur, non video.

Ad ornamētum faciem eius.] Hoc nescio cur trāstulerint Septuaginta ἀπὸ τῆς ὤτης αὐτοῦ τὰ ἐνώπιον. ἑστὶ τὸν ἑσπέρων, id est, Et applicui ei in aures super brachium. Nam si erāt in aures qua ratione brachio eas appendit? Hebraica habent vt vertit Hieronymus.

Deambulabat per viam.] ἑξήκοντα ἑπτὰ. Quid obsecro volunt sibi Septuaginta, quod vertunt Ἰσαὰκ δὲ ἐπορεύετο ἀπὸ τῆς ἐρήμου. i. Isaac ambulabat per solitudinē: cū solitudo hoc loco nusquam sit.

Ad meditando.] ἑξήκοντα ἑπτὰ. Quod verbum, aliquando sermocinari, aliquando meditari significat: ideo est factum, vt secundum primum significatum verterint Septuaginta: Hieronymus autem secundum sit amplexatus. nam illi ἐξῆλθεν Ἰσαὰκ ἀδελφῶν αὐτοῦ, id est, Egressus est Isaac, vt dissereret aut confabularetur. Sed vide quā se euerant Septuaginta: Scribūt Isaac per solitudinē ambulasse, vt dissereret ac nugaretur, ac nisi cum arboribus, cum aliis certe non possumus intelligere. Hebraei autem in exponenda hac voce longē ab Hieronymo, ac Septuaginta discrepant. Est enim præsens verbum deductum à ἔσθω id est, virgulto, vt velle videtur Auen Esra. itaque exponit ipsum hoc modo ἔσθω ἔσθω ἔσθω. Egressus est inquit Isaac vt iret inter arbuta, inter arbores. Quare cū ambigua vox sit, arbitror ei omnia significata accommodari posse. Chaldaica editio ἔσθω ἔσθω ἔσθω. Egressus est Isaac ad orandum.

CAPVT XXV.

Eficiensque mortuus est.] Non possumus hoc loco non reprehendere Nicolaum, qui dicit in Hebraico non haberi mortuus est, sed trāsiit: atque inde elicit nescio quę, Hoc enim falsum esse ipsa veritas comprobat. מָוֹתוֹ id est, & defecit, & mortuus est. Verbum autem transeundi hic nusquam est. Præterea מָוֹתוֹ interitum, & defectum & abolitionem significare, non transitum, ex eo loco maxime manifestum Genesim capite septimo, Cōsumptaque est omnis caro. vbi Hebraice legitur מָוֹתוֹ מָוֹתוֹ vbi est præsens verbum, quod Nicolaus

Alaus dicit significare transitum, & de iustis tantummodo dici: videmus enim hoc Genesim loco, de omnibus sceleratissimis hominibus esse dictum. Quare sine iudicio sequitur Hebraeos plerumque, maximęque rabbi Salomonem, qui huius commenti primus fuit autor, licet id, respectu aliorum, sit leuissimum.

Habitauit autem à Chauila.] חַוִּילָה id est, Habitauerūt à Chauila: vt non de vno Ismahele dicatur, sed omnibus filiis eius, qui ea loca passim incoluerunt, quæ & hodie nominibus filiorum Ismael vocantur: scilicet Nabaiot, qui & Nabatei, & Cedar, quæ est Arabia, atque itidem alij. Possederunt autem omnem eam regionem, quæ à sinu Persico incipit, vbi sunt hostia Tigris & Euphratis fluminis, vsque in Assyriam: hodięque regio vocatur Cabana, si tamen ea est, non enim penitus assero. Quare locus emendandus est, vt per pluralem numerū efferatur. Accidit autem error ab Septuaginta, qui etiā per singulare extulerūt καὶ παύσατο δὲ τὸν ἐπιτοπὸν. Habitauit autē ab Euilar, vbi id nomē est vehemēter corruptū.

Coram fratribus suis obiit.] מָוֹתוֹ. Cecidit. At cur hoc quod ad interitum spectat, Septuaginta ad habitationem referunt: καὶ παύσατο τὸν ἐπιτοπὸν αὐτῶν καὶ παύσατο. Corā omnibus fratribus suis habitauit: nisi error in codicibus sit. Atque ita videmus non iniuria nouam ædicionem attendere, voluisse Hieronymum: quod multa absurda, pleraque etiam falsa haberēt in ædicionē Septuaginta. Neque nos moueat quod idem Hieronymus in epistola ad Dardanum de locis sanctis, citet hunc locum secundum ædicionem Septuaginta, morem enim apostolorum sequebatur, qui in docendo, arbitrabantur non esse de aditionum varietate disquirendum. Potest autem & illud dici, & defendi sententia Septuaginta, si sequamur sententiam rabbi Salomon, qui hoc loco verbum cadendi dicit significare habitationem, producitque alterum locum ei similem. Sed ceteri Hebraei, in contrarium sunt, & locus quē adducit, contra illum potius est, quā in eius tendat sententiā. Ipsa quoque verba indicant de interitu dici, & significatio verbi quæ habitationē significet, nusquā reperitur.

CAPVT XXVI.

Ost eam sterilitatem.] וְיִשְׁבַּח אֱלֹהֵינוּ. Præter famem priorem: sicut & Septuaginta. καὶ τὸν λιμὸν τὸν ἐπιτοπὸν, id est, Excepta fame priore.

Et ceremonias.] מִשְׁכָּנִי. Instituta mea, decreta mea. Nā ceremonias, quæ à Cereete oppido dictæ sunt teste Valerio, scimus ritum significare, quem in sacrificando numinēque diuino colendo obseruamus: at istud latius patet, multaque alia diuina instituta amplectitur, vt esset illud, ne forniceris, quod ad cultum non pertinet, & tamē est ἑστὶ hoc est institutum. Propterea Septuaginta non vertūt ceremonias, sed ἐπιτοπὸν τῶν ἐπιτοπῶν. Obseruauit præcepta mea, & mandata mea.

Grande peccatum.] Sic & Hebraice ἁμαρτία, hoc est, peccatum: quod potius ad sententiam, quā ad proprietatem reddiderunt Septuaginta ἄγνοια, ignorantiam. Licet omne peccatum incitia sit, neque alia ratione ostendit Plato, inuitum vnum quęque peccare, nisi quia ignorans peccat, quicquid autem imprudenter facimus, nolimus cū factum est, factum fuisse: ergo inuiti peccamus, nescimus enim quid faciamus.

Centuplum.] ἑξήκοντα ἑπτὰ, id est, Centum modios. Deerat itaque euidentior explicatio, licet idem peccarint etiam Septuaginta. εὐρεν ἐν τῷ ἐπιτοπῶ ἐπιτοπῶ ἐπιτοπῶ καὶ ἑξήκοντα. Inuenit anno illo, centuplum ordei. In eo quoque variant Septuaginta: quia quod dicitur in vniuersum de omnibus frugibus, id ad ordeum coarctarunt. Mendum præterea in codice Græco impresso, vbi enim dicendum fuerat ἐπιτοπῶ ἐπιτοπῶ, est ἐπιτοπῶ ἐπιτοπῶ.

Serui patris filius.] עַבְדֵי אֱבִירָא. Serui patris ipsius, scilicet Isaac: ideo non recte Septuaginta seruos ad ipsum Isaac referunt. ἀπὸ τῶν πατέρων αὐτοῦ, quos effoderant serui eius.

Ex eo quod acciderat.] Hebraice expresse ponitur quid acciderit ἔσθω. i. quia rixati sunt: appellati que sunt putei hasch, hoc est, iurgij, calumnię, forte non tam proprie. Septuaginta quoque diuersius hanc discordiam faciunt ἀδικία, Hoc est, iniustitiam, siue violentiam.

Dilatauit me.] Hebraice plurale est, מָוֹתוֹ מָוֹתוֹ, dilatauit nobis, sic & Septuaginta, ἐπιτοπῶ ἐπιτοπῶ, dilatauit nobis dominus.

Haerzqz amicus eius.] Sic quoque Hebraice חַבֵּרָא id est, Amicus eius, addita littera mem. hūc nescio quam obrem faciunt Septuaginta νυμφάγωγος, id est, pronubum: puto ea ratione fortasse, quod opinarentur, participium esse tertię coniugationis, sicuti est חַבֵּרָא & חַבֵּרָא ita à חַבֵּרָא hoc est amicus duceretur חַבֵּרָא, quasi amicor, ac sociator, quod etiam si foret, non tamen possemus eo nomine intelligere pronubum.

Que amba offenderunt.] ויהיו מרת רוח Et fuerunt amara spiritu ipsi, scilicet Isaac: vel fuerunt exacerbantes spiritum, quam amaritudinem retulerunt Septuaginta ad iurgium.]

CAPVT XXVII.

Egredere.] ויצא חשירי Et egredere in agrum: quemadmodum etiam Septuaginta]

Timeo ne putet me sibi voluisse illudere.] Hoc venustius reddidit Hieronymus: audi enim Hebraica.]

Colli nuda.] ויהיו כחנותו id est, molliciem colli eius: vel glabrum colli. Sequitur autem Septuaginta Hieronymus, qui & ipsi]

Voluntas Dei fuit.] וקררו יהוה אלהיך לפני Quia occurrit Dominus Deus tuus ante me. Variant aliquid & Septuaginta.]

Abundantiam frumenti, vini.] ורב הגן והירוש Et abundantia tritici & olci: vini autem nihil meminit. Septuaginta vero dimittunt oleum: addunt autem vinum.]

Et ultra quam dici potest.] Hoc additum ex sententia auctoris, ut evidentius faceret, quod quasi obscurum esset Hebraice. Septuaginta quoque per hyperbolem maximam loquuntur]

Frumento & vino.] Vinum hoc quoque loco non habetur, sicut nec supra, licet addatur a Septuaginta, sed hi tacent oleum, eius enim loco, vinum substituunt.]

Cumque eiulatu magno flevit.] Additur post hoc aliquid a Septuaginta, scilicet]

In pinguedine terrae benedictio tua.] משטח הארץ יהוה מרשך Ex pinguedine terrae erit habitatio tua. Sicut & Septuaginta,]

Tempus veniet cum excutias.] Quod dubie vertit Hieronymus, clarum est in Hebraico,]

Venient dies.] Hoc per imperatiuum efferunt Septuaginta:]

Dies paucos.] ימים אחדים Dies vnos: quod & Septuaginta verterunt]

CAPVT XXVIII.

Nmixum scale.] נמצ עיני id est, Stantem super ipsum, ut esset clarius.]

Ad occidentem.] וסח Ad mare. Sed dictum est sinu Iudaicum, in occasum spectare: id quod non latebat Hieronymum: atque eo certe modo, melius explicuit veritatem Hebraicam, nam & de ortu habetur metio, & de meridie.]

Vere dominus.] וכן יש יהוה Vere est dominus: sed quam aliter Septuaginta?]

In titulum.] וצבה, id est, Signum erectum, & forte melius quam Septuaginta, qui titulum hunc, columnam faciunt,]

Fundens oleum desuper.] וישא על שפך וצב. Et effudit oleum super caput eius, non ipsum totum lapidem, sicut & Septuaginta optime id expresserunt,]

Bethel.] Septuaginta ut moris eorum est, non nomen ipsum, sed quod nomen interpretetur, vertunt,]

Que prius Luz & vocabatur.] ויהוה שם הנה Luz, id est, Veruntamen Luz nomen vrbis erat prius. Primum ergo obseruandum est, vrbis nomen corruptum esse, dicendumque]

Luz: dein Septuaginta hoc loco aperte esse lapsos. Nam aduerbium Hebraicum veulam, id est, veruntamen, arbitrati sunt parte esse nominis eius vrbis. Itaque ex nomine Luz, & veulam, vnum nomen conflarent hoc modo,]

Hoc idem annotauit & apud Græcos grauissimus scriptor Acacius, cuius verba citabo,]

Vocabitur domus Dei.] ויהוה בית המה Erit Bethel, vel domus Dei, sicut & Septuaginta,]

CAPVT XXIX.

In terram orientalem.] וירצו בני קדם. In terram filiorum orientis. Phrasis Hebraica est, sicut & genus humanum appellat filios Adam: Et filios Itrael, populum Hebraeorum: filium quoque mortis, filium sapientie, Quod & de locis dicunt. Septuaginta sapienter & ipsi hanc phrasin immutarunt,]

Sanus ne est.] Quod ad sanitatem & incolunitatem referunt Septuaginta & Hieronymus, Hebraice videtur & alia prospera complecti: siquidem hoc modo Hebraice legitur]

Nunquid pax ei est? Omnem ergo sanitatem, omnem tranquillitatem videtur complecti. Quod & ex eo cognoscitur: nam ubi Græci in epistolis dicunt]

Adaquemus grecos.] וישא וצב, Potum demus gregis: sicut & Septuaginta,]

Lia lippa erat oculis.] ויעיני ויהוה, id est, Et oculi Lea erant debiles. Quare non is videtur sensus, fuisse videlicet oculos Lea lippos, sed magis luiciosos, leuiterque aspicientes: quod ad deformitatem permultum refert. Vox autem Hebraica, vbi cunq; reperitur, inuenitur significare debilitatem, ac molliciem, ut paulo post, cap. 33. dicit de paruulis suis Iacob, cum]

Dixitque ad Laban.] Hoc totum deest in impressis codicibus Græcis, vsque eo, qui vocatur]

Εὐωχία τῆς εὐχίας

ποτήριον

catis vxoribus suis. Patet autem non interpretum vitio id contigisse, sed librariorū errore, D nam non deerant in vetustioribus exemplaribus, quare supplendū est in impressa Biblia.

Hebdomas igitur dierum hoc loco, secundum quosdam, significat septem reliquos annos, quos seruiturus esset Iacob, sic & Danielis cap. 9. Septuaginta hebdomades commemorantur annorum videlicet, non dierum. Hebdomas enim significat quidem, quemlibet septennarium numerū, sed in diuinis litteris proprie de annis intelligimus. Septuaginta per plurale efferunt hebdomada, συντελεσον ουδ το εβδομα ταυτης. Imple septenaria huius, intelligentes per id, omnes annos ipsius septenarij: quamuis exemplar Hieronymi habebat hebdomadem, atque ita legendū puto. Interpretatur autem hunc locum Auen Esra aliter: quippe qui opinatur hic per hebdomadam intelligi septem dies conuiuij, post quos acceperit Iacob Rachel, non post septem annos: sic enim ait, חתן ער לי ארבעה עשר יום ואת שבעת ימי השבת. Imple, inquit, hebdomadam huius, hoc est, septem dies conuiuij. huius autem, hoc est Rachel. Quæ sententia videtur virisimilior, nam eodem capite scribitur. Et ingressus est ad Rachel, & seruiuit pro ea, septē alios annos, quod etiā placet Hieronymo.

Hebdomas dierum.

CAPVT XXX.

Comparauit me Dominus.] נתתי כפתי אלהי כפתי אבותי, id est, Subuerfiones Domini, subuerfa sum cum sorore mea. Hoc innuit se de gradu deicctam, quem prius teneret apud virum suum, quod ei Lea plures peperisset filios, se autem in ea re longe inferiorē esse effectam. In aliam sententiā interpretantur Septuaginta, nam eam subuerfionem, comparisonem esse volunt, hoc modo apud eos legimus, συνέλαβετο μοι κύριος καὶ συνέγραψεν τῇ ἀδελφῇ μου, hoc est, Adiuuit me Dominus, & comparata sum forori meæ. Quos & Hieronymus secutus est: At Auen Esra alio quodā modo exponit: fatetur enim se victam à sorore Rachel. Itaque hæc super hunc locū scribit, ושמעתי ונתתי כפתי אלהי כפתי אבותי, hoc est, Hac ratione is locus intelligitur, vt cum quis luctatur cum altero, seque in omnes partes torquet, vt eum possit superare ac deicere: atque ita Rachel luctata est, hæc ille. Subuerfionem ergo interpretatur corporis obliquationem, quam luctantes efficiunt, nam & id verbum Hebraicum significat, scilicet torquere.

Feliciter.] Hoc forte melius quàm quod Septuaginta: cum Hebraica ita legamus, בנה hoc est, fortunatè, aut cum fortuna. Gad enim fortunam interpretatur, licet eam alij aliud quiddam esse affirmant. Septuaginta vt dixi nihil immutarunt Hebraicum, ἐν τύχη, in fortuna. Quod multis apud Græcos mouit scrupulum. Scribunt Hebraei, eo nomine significari propitium sydus, quod Arabes vocant بركه, id est, astrum libræ.

Pro beatitudine mea.] באשר. In beatitudine mea, aliter etiam Septuaginta, μακαρία ἐγώ, Beata ego, quæ omnia ad idem tendunt.

Mandragora.

Inuenit Mandragoras.] Pro eo quod est Hebraice מנדרגור, hoc est, Mandragoras, Septuaginta vertunt, μύλα μαδραγοράου, id est, Mala mádragora, vt quod de toto frutice diceretur, ipsi ad partem retulerint: sunt enim in mádragoris, teste Dioscoride, mala inter folia sita, sunt & ipsa folia: radices quoque ternæ vel binæ cuiuscunque caulis, eaq; mutuis complexibus coniunguntur, non puero dissimiles. Proditum à medicis est, hanc herbam menstruare, vuluamque muliebrem ad conceptum mirifice accommodare. Odore quoque commendabiles sunt: propterea in Canticis dicitur ותנו ריח מנדרגור, hoc est, Mandragoræ dede-runt odorem. De his prodit Auen Esra idē quod & Dioscorides, scilicet יחם על צוררין ארם, hoc est, Humanam habent effigiem, eo quod & capite porriguntur, & manibus videntur extensæ.

Mecum erit vir meus.] ופעם יוכלני. Nunc cohabitabit mecum vir meus, quod Septuaginta ad aliud nescio quid retulerunt, ἀπρετιέ, id est, eliger.

Experimento didici.] Verbum ambiguum, & multarum apud Hebræos significationum scilicet, שמה varie à Lxx. & Hieronymo vertitur: modo enim experiri & vsu percipere significat, modo augurari. Ergo hinc factum est, vt hoc quod Hebraice est, ושמתי, vertitur, οἰωμάσμεν. εἰ εἶπρον χεῖρην ἐναντίον σου, οἰωμάσμεν αὐ, εὐλόγησε γὰρ ὁ θεός ἕτη εἰσόδω σε, id est, An inuenerim gratiam coram te, augurio didici, nam benedixit me Deus ad introitum tuum. At ipse puto veriore esse sententiā, quam vertit Hieronymus. Siquidem & Auen Esra Hebræus acutissimus interpres, id verbum exponit, כחשתי בך, hoc est, Quasi tentavi ac probavi.

Ex

A Ex hac Septuaginta interpretatione, factum est, vt Origenes annotarit verbum οἰωμάσμεν. sic enim apud eum legimus. οὐκ ἐστὶν οἰωμάς ἐν ἰακώβ, ὁ δὲ λαβὰν φησὶ, οἰωμάσμεν αὐ, ἀλλότριος. τῆς τῆς ἰακώβ πατρὸς ἡμετέρας. non est, inquit, augurium in Iacob. Laban autem quod erat gentilis, dixit auguratus sum, quasi alienus ab institutis Iacob.

Constitu mercedem tuam.] וקח שכרך. Recense vel estima mercedem tuam. Quod à Septuaginta, aut obscure aut in aliam sententiā accipitur διέστειλον τὸν μισθὸν σου, distingue mercedem tuam, diuide, quod forte aliud est.

Ad introitum meum.] Accommodauit Latinitati phrasin Hebraicam quæ sic habet וברך את רגלי ואת ביתי. Et benedixit te deus ad pedē meū. Quæ interpretatione si vsus fuisset Hieronymus, non erat non obscurissima futura: quod non est cautum à Septuaginta, adeo vt aliquid aliud videatur innuere, καὶ εὐλόγησε κύριος ὁ θεός ἕτη τῶ ποδῶ μου, id est. Et benedixit te dominus ad pedem meum, vel in pede meo. Est autem hæc locutio peculiaris Hebræis vt sæpius videbimus. Non desunt tamen apud Græcos, qui optime exponant eam locutionē: nam super ea re Theodoritus. ἄλλα ἢ τῆς ἀφ᾽ ἡμῶν, πόδα γὰρ τῶν παρ᾽ ἡμῶν ἐπέλεξε. id est, Clara, inquit, est sententiā, pedem enim hic appellat præsentiam.

Provideam domui meæ.] ואת ביתי אעשה. Et nunc quando operabor & ego domui meæ. At septuaginta, quod ad curam & gubernationem pertinet, videntur ad ædificium retulisse. καὶ οὐδὲ ποτε ποιήσω κτήρῳ ἐμαυτοῦ οἶκον. Nunc igitur quando faciam & ego mihi domum: in quo arbitror eos non id quod erat, existimasse.

Gyra omnes greges.] Hoc de se dicit Iacob, non imperat ipsi Laban. וקח את הגזר hoc est, Transibo per gregem tuum: at Septuaginta neque ad Laban, neque Iacob id referunt, sed ipsas pecudes, παρέλαβες πάντα τὰ κτήνη σου σήμερον. id est, Transcant omnes pecudes tuæ hodie. quod certe maxime miror, vnde factum sit.

Separauit in die illo capras.] ונתתי הircos, quemadmodum & Septuaginta διέστειλεν τὰς τράγους, id est, Separauit Hircos: licet paulo inferius ponat etiam Hircos Hieronym.

Detraheque cortices.] Totum hoc vsque eō, posuitque eas in canalibus, quo magis intelligatur, Hebraica verremus: videbimusque translationem nostrā hoc loco non satis clarā esse. Sic Hebraica habet veritas, וקח את הירוקים ואת הירוקים ואת הירוקים ואת הירוקים, hoc est, Et decorticauit in eis decorticationes albi, quod erat super virgas. Innuit ergo, Iacob virgas denudasse, quantum candor qui intus esset, apparere posset: quæ cum ita essent denudatæ, visæ sunt albæ ac virides: nam non erant penitus denudatæ, sed quousque quædam ex albo & viridi varietas efficeretur: nam viror, superne alicubi remāserat, & vbi amota viriditas fuerat, apparuit candor. Non erant autem variæ virgæ, quarum alia penitus essent decorticatæ, alia virides penitus, vt ex aditione nostra forte colligitur, sed eadem vt dixi. Quod & Septuaginta videtur sentire, καὶ ἀποκατέστη τὸ λευκὸν ἐφ᾽ ἡμέτερον ἕτη τοῖς βόεσσι τὸ λευκὸν ὃ ἐλέγετε, ποικίλον. hoc est, Et denudans virorem, apparuit in virgis candor, quem decorticarat, varius.

Factum est in ipso calore.] Totum hoc, quod de calore hic dicitur, omittitur à Septuaginta, quod maxime erat necessarium. Nam ab ipso ardore semen varietatem contraxit.

C Ideo Hebraice legitur וקח את הגזר. Et incaluit grex ad virgas.

Diuisit gregem.] ונתתי הircos, id est, Et agnos diuisit. Sic & Septuaginta τὸς δὲ ἄμνοισ διέστειλεν, Iacob, id est, Agnos autem separauit Iacob: amouit enim ab ipso grege quæ vel parere vel gignere non possent, aut certe suum, atque ipsius Laban gregem seorsum separauit.

Posuitque virgas in canalibus.] Hoc aditum est ex superiore loco. Hebraica sic habent וקח את הגזר. Et posuit faciem gregis è regione pecoris: sicut & apud Septuaginta legimus καὶ ἐστήσαν ἐναντίον τῶν κτήνων τὰς βλάττας, τὸν κριόν. id est, Et posuit ante pecudes arietem, quanquam in eo à veritate discrepent, quod arietem verterint, quod erat γρη hoc est, grex.

Erant alba & nigra.] Non de albis, sed rufis tantummodo habetur sermo וקח את הגזר id est, Et omne rufum, siue fuscum in grege ipsius Laban. Est autē lapsus non ferendus hoc loco, apud Septuaginta. Confundunt enim nomē Laban, quod apud Hebræos modo proprium est, modo significat album, itaque alterum pro altero sumunt: vt quod erat Hebraice וקח את הגזר, id est, Et omne rufum ipsius Laban, illi διέστειλεν κριόν ἀπὸ λευκὸν καὶ πᾶν ποικίλον ἐν ἄμνοισ, Hoc est, Separauit arietem candentem & omne varium in agnis.

Separatis inter se gregibus.] Interiectum est hic aliquid, quod ad explicationē superioris positum est, scilicet, וקח את הגזר, Et non posuit ipsos greges, iuxta gregem Laban, ideo Septuaginta, καὶ οὐκ ἔμιξε αὐτὰ εἰς τὸν κτήνην Λαβὰν, Et non admiscuit ea cum ouibus Laban.

Primo tempore.] Cum hic manifeste commemorentur duo tempora, alterum primæ



admissura, alterum posterioris. Et prioris quidem foetus, mense Martio adantur, alterius autem, Aprili, nihil omnino horum temporum meminerunt Septuaginta, sed vehementer ab Hebraica veritate aberrarunt. Primum enim tempus vertit, et in χειρῶν, ἢ ἐνεσίωσιν. In tempore, quo concipiebant: alterum vero, quando scilicet est secunda admissura, ἡνίκαι ἔτελε τὰ περὶ αὐτῶν. id est, Quando pepererunt pecudes. Nam quomodo coherere potest, ut tunc parerent cum ascendebantur?

CAPVT XXXI.

MMA, vox Heb. quid significet.

Decem vicibus.] Ἐξ ἑκατὼν, id est, Decem mnas. Scire igitur oportet, mnam, vocē esse Hebraicā, quamvis eā & Græci & Latini ut suā vsurpēt. Ea cum centū drachmarum summa est, tum partem aut numerum quemlibet sepe significat. Hoc itaque loco, numerū signat: ideo Aquila vertit hic Hebraica δέκα ἀριθμῶν, id est, Decem numeros. Symmachus autē δέκακις ἀριθμῶν, decies numero. Innuuntque omnes, Laban decies pacta cū Jacob fregisse: conuenerat enim inter eos, ut quæ maculosa essent ac varia, Jacob obuenerēt, reliqua essent Laban: at Laban cū videret hac ratione, longe plura cedere Jacob, iubebat pacta immutari ut albæ essent, Jacob; maculose Laban: atq; in hūc modū exponit Diodorus, apud quē hæc sunt. τὰ τέσσαρα πέδη, καὶ ἡλλαξέη τὸν μίσηθον, αὐτῶ τῶ πολλὰ κίς με ἠθέτησεν, ὡς ἀφ' ἑαυτῶν τὸς συνηχέας αὐτῶ μεταβολὰς γνώμης τῶς αὐτῶν. Decē, inquit, vicibus, transgressus est pactum, & immutauit mercedē meā, ac sapius fecellit me. Damnat scilicet eius multiplicē erga eum mentis inconstantia. Eodē modo Eusebius, qui etiā citat Syram aditionē, ὁ σῆρος λέγει, ἡλλαξέη τὸν μίσηθον με δέκακις, αὐτῶ τῶ πολλὰ κίς, εἶπεν γὰρ φησὶ ὅτι ἐὰν γενήσῃ ποικίλα, καὶ φαιά, ἔσται σοι. ἰδὼν δὲ, ὅτι ἐπληθύθη τῶ τριέτων ἡ γεννῆα πάλιν λέγει, ἐὰν γενήσῃ τὰ περὶ αὐτῶ λευκὰ, ἔσται σοι. Syra, inquit aditio sic habet: Immutauit mercedem meam decies, id est, sæpe numero. Siquidem dicebat Laban, vniuersa proles quæ fusca ac maculosa fuerit, tua erit: cūque videret ea ratione augeri gregē, rursum dicebat, si albos pepererint oues, tota foetura tua esto. Eodem modo interpretatur & Origenes δέκακις ἠθέτησεν τὸς συνηχέας τῶς ἰακάς ὁ λαβῶν. id est, Decies rescidit quod pepigerat cum Jacob Laban. Ex his autem licet videre, quā commodē atque eleganter eum locum verterit Hieronymus. Est autem obseruatione dignum, cur tantopere hic aditio Septuaginta, veritati Hebraicæ sit dissimilis, ut quod esset ἑκατὼν, id est, Decem vices: ipsi verterent δέκα ἀριθμῶν. hoc est, decem agnas. Neque possum existimare, ad eo linguæ Hebraicæ eos seniores imperitos fuisse, ut tam turpiter laborarent: atque hoc vnum mihi indicio est, non multo post factam aditionem, multis in locis corruptos fuisse libros Græcos, siue à scriptoribus, siue aliis causis. Nam huius loci corruptela, quæ certe à Septuaginta non est profecta, ut mox demonstrabo, erat etiam tempestate Origenis, aliorūque scriptorum sanctorum, ut supra vidimus, qui locū apud Septuaginta corruptum, aliorum aditionibus emendabant, ut Aquilæ, Symmachi, aliorūque interpretum, qui hæc bene verterant. Aduertendum igitur non fuisse errorem Septuaginta, ut quod esset ἑκατὼν, id est, mna, ipsi facerent agnas, sed librariorum potius. Septuaginta enim proculdubio ἑκατὼν, id est, monim, verterunt μνάς, non ἀμνάς, à libraribus autem ἀλφα adiectum est, factum est ut existimati sint vertisse δέκα ἀμνάς, qui vertissent δέκα μνάς, quod certe non est. Eo igitur errore quidam decepti apud Græcos, asserūt de decem agnis conuenisse inter Laban ac Jacob.

Substantiam.] Ἐκτὼν, id est, Peculium, Armenta: licet & possessionem significet. Septuaginta quoque non dissentiant ab Hebraica ἀφείλετο ὁ θεὸς πάντα κτήνη πατρὸς ἡμῶν. id est, Abstulit Deus omnia armenta patris nostri.

Comprendit enim.] Nequid suspicemur Hebraica sic habēt ἡνὶκα ἔβα ἡνὶκα ἔβα. Et attigit eū in monte Galaad. Sic & Septuaginta κατέλαβεν αὐτὸν ἐν τῶ ὄρει τῶ γαλαάδ.

Esto.] Ea quidem est sententia optime ab Hieronymo Latinitati accommodata: at Septuaginta Hebraica vertunt sicuti habent ἔστη ἡνὶκα ἔβα, id est, Et nunc eundo iuisti. Septuaginta καὶ οὕτως πεποίηται, id est, Nunc igitur profectus es.

Tabernaculum Iacob.] ἡνὶκα, id est, Tabernaculum: quod non proprie Septuaginta οἶκον id est, domum interpretantur.

Delusa sollicitudo.] Hoc venustius adhibitu est ab Hieronymo, cū Hebraica alio modo habcant. Nam postquam dixisset Rachel iuxta cōsuetudinē foeminarum accidit mihi, sequitur in contextu ἔστη ἡνὶκα ἔβα ἡνὶκα ἔβα. i. Et scrutatus est, & non inuenit idola. Quod eisdē penē verbis interpretatur septuaginta ἠρεψῆσε λαβῶν ἐν ἔλω τῶ ὄρει καὶ ἔχουσαι τὰ εἰδῶλα. Cum

A Cum iurgio.] יורג בלבי. Et iurgatus est cum Laban, quod non proprie Septuaginta ἐμαχῆσαι το λαβῶν. Et pugnavit contra Laban.

Exarsisti post me.] יורגתי יורגתי id est, Persecutus es post me. Eodem modo & Septuaginta, κατεδίωξας ἐπίσω μου. Persecutus es post me, quanquam verbum יורג & persequi & exardere significet.

Die noctūque astu urgebar.] Hoc quod ad frigus & æstum refert Hieronymus: Hebraicē refertur ad ipsum furtum, hoc modo יורגתי לילי ויום הנהגתי יורגתי id est, Furtum meum die, & furtū meum nocte: quicquid, inquit, aut interdiu, aut noctu rapiebatur, mihi erat soluendum: atque eodem modo etiam Septuaginta παρ' ἐμαυτῶ κλέμματα ἡμέρας καὶ κλέμματα νυκτός. id est, A meipso furta dici, & furta noctis. Nota vero est sententia.

Estu urgebar.] Hebraicē ἐμφορμολότερον ἡ ἡβיל id est, Deuorabat me frigus.

Sex annis pro gregibus.] Quod non ita clare à Septuaginta ἐξ ἑτῆ ἐν τοῖς ἀρόβασι. Sex annis in pecudibus: nam si bene præpositionem Hebraicam א, id est in, superius accommodarunt, eam vertentes in ἐν τῷ ἐο loco αὐτῶ τῶν βουκατερῶν, cur & idē hic non intellexerūt esse faciendum? Quis enim apud Græcos satis percipiet ἐν τοῖς ἀρόβασι ἐδύλλουσε, inter pecudes seruivit: is enim est eorum verborum sensus: cū dicendum fuerit pro pecudibus.

Decem vicibus.] Idem error hic apud Septuaginta, qui & superius, mutatis tantum casibus, ibi enim genitiuus est, hic dandi casus δέκα ἀμνάς patet & hunc errorem librariorum fuisse.

CAPVT XXXII.

Minor sum cunctis miserationibus tuis.] Ea quidem sententia est: at Septuaginta in alium sensum adiderunt. ἡμεῖς ἐίμι ἀπὸ πάσης διχρησῆτος καὶ ἀπὸ πάσης ἀλθθείας. ἢ ἐπιποίησα τῶ πωδὶ σῶ. Plurimus atque ingens sum ab omni iustitia, & ab omni veritate quam fecisti seruo tuo. Si tamen bene etiam à nobis reddita sint, cū nullus ex his verbis possit elici sensus, eo quod non recte ex Hebraico sermone nihil immutarunt. Atque hæc quidem locutio, cum Græcē intelligi nō possit, Hebraicē tamen satis nota est, propterea quod alia loquendi proprietates est. Hebraica itaque sic legitur, וכן עבדתי את עשתי את עשתי את עשתי וכן עבדתי את עשתי וכן עבדתי את עשתי hoc est, Minor sum præ omnibus miserationibus, & præ omni veritate quam fecisti cum seruo tuo: patet autē quā intersit inter ἡμεῖς καὶ ἐίμι & id quod est minor. In eo præterea error non ferendus, quod Hebraicis mos est præpositione א, quæ significat ab, positiuis adiuncta, facere comparatiuos, neque alia comparatiuorum forma apud eos reperitur. Non enim dicerent melior sum te, sed bonus præ te, nec minor te, sed paruus præ te. Ex quo genere sunt & illa, quia multi filii desertæ, hoc est plures: & aliud, Bonum est confidere: hoc est, melius est: & alia innumera. Is autem mos cū non sit apud Græcos, id tamen non est cautum à Septuaginta, ut quod erat וכן, id est, ab miserationibus, ipsi, ἀπὸ διχρησῆτος. Ac mirū cur hoc loco sui similes non sint, cū Calibi sermonem Hebraicum, appositiflime sermoni Græco accommodent.

In baculo transi.] Hebraismus est quod in, vsurpatur pro cum, quanquam & Septuaginta eadem phrasi vtantur.

Forstian propitiabitur mihi.] Recte locutionē Hebraicam commutauit, quæ est ויחנני. id est, Forstian suscipiet faciem meā. Quod tamen non attendunt Septuaginta ἵσους γὰρ τῶς ἀποδοῦν ἀποδοῦν μου id est, Forstia suscipiet faciem meam. Hæc quidē assuetis nota essent, sed harum litterarum imperitiores hic tanquam scopulo adhærerent, quod in multis nobis compertum est.

Luctabatur cum eo.] Eodem modo Hebraicē ויחנני καὶ Septuaginta ἐπέλασεν id est, luctabatur: & Chaldaica aditio ויחנני id est, Et concertabat. Attulimus, non quod esset quicquam dissonum, sed ne quid sinistrum ex eo verbo suspicaremur.

Terigit neruum foemoris.] ירבו ירבו id est, Latitudinē coxæ: asseruntq; Hebræi significare hoc loco ירבו latum os coxæ: ut ab Auen Esra quoque annotatum est: in ea parte neruus coxæ est atque hoc est, quod post neruum arefactū claudicabat Iacob. Non enim neruus hoc loco, membrū genitale significat: quomodo enim claudicasset, cū membrū genitale extabefactū, non impediat incessū? sed neruus, quo crura sustinetur, & per quē motus exercetur.

Phanuel.] Erymon sic est, pane facies dicitur, El autem Deus: quod præclare etiam à Septuaginta εἶδος θεῶ id est, forma aut species Dei.

decorum, per futurum, in Hebraico sermone exprimitur, vt dicant non fiet, hoc est non debet fieri, aut non solet fieri, eademque in reliquis ratio est. Quod non est animaduersum à Septuaginta, καὶ ἐξ ἑσπας ἔσται. Et non sic erit, facileque implicaretur hic tanquam grypo imperior.

[Si autem circumcidi nolueritis.] Hoc penitus in contrariam sententiam accipitur à Septuaginta, nam cū Hebraice ita legatur, וְאִם לֹא תִשְׁמְעוּ אֵלַי לֹא אֶחָד מִכֶּם יִתְּמָל וְלֹא חָנוּ אִם בְּתוֹרַת יְהוָה בְּנֵי יִשְׂרָאֵל hoc est, Quod si non audieritis nos, vt circumcidamini, tollemus filiam nostram & abibimus. At vero ipsi, εἰ μὴ εἰσακούσῃτε ἡμᾶς, τὸ ἀπειλεῖσθαι, λαβόντες τὰς θυγατέρας ἡμῶν, ἀπελευσόμεθα, id est, Si autem audieritis nos, vt circumcidamini, acceptis filiis nostris abibimus, primum ergo erratum est, quia negatio dempta est: deinde, quod de vna Dina dicebatur, ipsi ad plures feminas retulerunt: potuitque primus error facile librariorum esse, secundus autem omnino videtur ab ipsis interpretibus profectus. Nam Tau finalis sæpe eos decepit, putaruntque eam semper pluralem numerum efficere, vt primo cap. Genesis, וְהָיָה לְיִשְׂרָאֵל חָמֵשׁ בָּנִים. Hoc est, In imperium ac dominationem nostris: estque singulare, verterunt illi, εἰς ἀρχάς in imperia, ac dominationes: atque alia id genus quàm plurima. Eadem itaque & hoc loco fuit labendi causa, vt bat, id est fillam, crederent esse id quod est, בָּתוּרָה id est, filia.

[Ecce die tertio quando gravissimus vulnere dolor est.] וְיָמֵי בְּיוֹם חֲשִׁישֵׁי בְּיוֹמָם כאב, id est, Et factum est in die tertio, cum essent illi dolentes. Dicunt enim Hebræi in circumcissione maximum fieri dolorem, præsertim tertia die, si quis iam adultus circumcidatur. Vulnere itaque hæc, & is dolor, de circumcissione sunt intelligenda. Quod certe male innuunt Septuaginta, ἐν ἡμέραις τῆς τριτηθῆ, ὅτε ἦσαν ἐν τῷ πόνῳ, id est, Die tertia cum essent in labore: nisi fortassis πόνον, sumplerint pro eo quod est κόπος, scilicet dolor: quod raro fit, à πόνος quoque fit πόνιμος, erumnosus, ac calamitosus. Dolentibus ergo Sichimitis, propter præputij abscissionem, & in lecto positus vt sanarentur, inuasertur urbem Simon & Leui. Atque is est dolus, in quo locuti sunt ad eos, sciebant enim quid esset futuri.

[Nos pauci numero.] Non fæcus Septuaginta, ὁ λιγιστὸς εἶμι ἐν ἀριθμῷ, hoc est, Minimus sum numero: se enim loco totius familie ponit. At Hebraicum habet emphasim, וְאֵנִי מְעַט מִבְּנֵי מִשְׁכָּנִי, hoc est: Et ego, hoc est domus mea, mortui sumus numero. Indicat, se familiamque suam, esse veluti mortuos, si cum illis comparentur: sicut exponit etiam Auen Esra.

C A P V T X X X V.

[Vtber terebinthum.] וְתַבְתֵּי הָאֵלֶּיךָ Subter quercum, aut aliam arborem, sicut alibi quoque vertit Hieronymus, vt Iosue cap. ultimo: Tulit lapidem grandem Iosue, & posuit eum, וְתַבְתֵּי הָאֵלֶּיךָ id est, Subter quercū, vt ibi vertit Hieronymus. Per multum vero interest inter quercum ac terebinthum. Est autem hoc quod ponitur hic apud Hebræos generale nomen omnium arborum. Quo circa potuit tam ad terebinthum, quàm aliam arborem accommodari. Secutus est quoque hoc loco Septuaginta, qui & ipsi, καὶ ἐκτεκρυφθη αὐτὰ ἰακὰβ, ἔσθ' αὐτὸ τὸ τερβινθον ἐν σιχίμοις, id est, Et abscondit ea Iacob subter terebinthum in Sicemis. Corrupte autem, appellatur Sicemi in libris Græcis, regio, aut vrbs, quæ vocanda est שֵׁכֶם Shechem, de qua retro dictum est: quanquam Septuaginta fortasse voluerunt per hoc discrimen facere inter Shechem principem regionis, & ipsam urbem siue regionem. Nam eum appellant σιχίμοι, regionem vero aut urbem σιχίμοι, Hebraice tamen eodem nomine tam locus, quàm princeps à quo locus nomen accepit, vocatur, scilicet שֵׁכֶם Shechem. Vrbs autem in qua perpetratum est illud crudele homicidium, Hierusalem est, quæ hoc loco appellatur Shechem, si multitudini & Iosepho credimus.

Sicemi Hierusalem.

[Subter quercum.] Septuaginta. Fructum loco arboris ponunt, καὶ ἐτάφη καὶ πάτερρον βεθλ, ἔσθ' αὐτὸ τὸ βάλανον, id est, Et sepulta est infra Bethel, subter glandem, qui mihi videtur error non ferendus, nam nemo esset, qui facile intelligeret, nisi aliis aditionibus iuuaretur. Hebraice itaque legitur, vt vertit Hieronymus, וְתַבְתֵּי הָאֵלֶּיךָ subter quercum.

[Ego Deus omnipotens.] Eodem modo & Hebraice, אֲנִי אֱלֹהִים hoc est, Deus fortis. Cūque hoc loco, duo nomina diuina legantur, dimiserunt alterum Septuaginta, sic scribentes, ἐγὼ ὁ θεὸς σου. Ego Deus tuus. Quod eadem de causa factum esse arbitror, quam & superius attulimus, siquidem non potest præterquam vno nomine apud Græcos ac Latinos Deus exprimi, præter enim θεός, aut Deus, non extat apud vtrosque aliud nomen. At apud Hebræos non vna est diuinitatis exprimendæ vox, sed præter nomen tetragrammaton, est Elohim, El, Sha-

A El, Shadai, Ia, atque alia quàm plurima, quæ neque in Græcam neque Latinâ linguam verti possunt. Laudandus autem Hieronymus, quod quantum fieri potuerit, nomen illud nobis declarauerit.

[Verno tempore.] וְיָמֵי כְּבֹרַת הָאָרֶץ id est, Circa viridationem terræ. Sunt autem, qui aliter hunc locum interpretari asserant, non enim dicendum verno tempore, sed circa interuallum terræ. Legunt ergo totam periodum Hebraicam hoc modo, וְיָמֵי כְּבֹרַת הָאָרֶץ לְבָא אֶפְרַתָּה hoc est, Et erat quasi interuallum terræ, vt veniret Ephratam, scilicet Bethlehem. Causa vero huius diuersitatis, est in vna voce Hebraica, scilicet כְּבֹרַת quæ vel ex duabus vocibus potest esse coniuncta, vel vnus rationem potest habere, sicut esset apud nos sustineamus, quæ & vna dictio esse potest, & tres, sus, tineam, mus. Eandem rationem habet & hæc dictio Hebraica, potest enim legi coniunctim, כְּבֹרַת significabitque interuallum, potest & legi disiuncta, כְּבֹרַת signabitque circa ver, circa viriditatem, aut cūm ager pascuus est. Hieronymus disiuncte legit, quam lectionem approbat apud Hebræos etiam Auen Esra, qui super hoc loco hæc scribit, וְיָמֵי כְּבֹרַת הָאָרֶץ לְבָא אֶפְרַתָּה hoc est, potest esse in hac dictione, vna pars, quæ sit aduerbium similitudinis, scilicet, aut quasi. Approbat & alteram lectionem, potest esse, inquit, etiam כְּבֹרַת Spacium itineris. Hoc idem haberetur cap. xlvij. quanquam illud sit potius intelligendum de spacio terræ, cum tamen locum vertit Hieronymus cūm adhuc vernum tempus esset, vbi Iacob de hac ipsa re loquebatur. Sed testibus Hebræis vidimus vtrunque defendi posse. Septuaginta vero, more suo labuntur absurde. Hanc enim eandem vocem, de qua tot verba fecimus, ignorant quid significaret, si credere dignum est, veluti alicuius loci esset nomen, intactam reliquerunt, & in Græcum sermonem verterunt. Igitur sic apud eos legimus, ἐγένετο δὲ πάλιν ἡ σελήνη εἰς γὰρ καὶ εὐφραδίη, ἔσθ' αὐτὸ εἰς γὰρ ἐφεσθελ. id est, Factum est, cūm appropinquaret in Chaphrat, vt veniret Ephrata. Vides ergo eos, quod esset Hebraice Ciphrat, fecisse Chaphrat, de duobusque appellatiuis nominibus, vnum proprium confluxisse. A quibus merito dissentire voluit Hieronymus. Chaldaica aditio, hoc loco sentit cum eis, qui carpunt Hieronymum, non fuisse vertendum verno tempore, sed cūm esset spatium ad veniendum Ephrata, ea sic habet, וְיָמֵי אֶרְעָא id est, Cūm esset spatium, ac interuallum terræ.

Ephrata Bethlehem.

[Quod illum minime latuit.] Additur hoc loco aliquid à Septuaginta, quod in Hebraicis codicibus non inuenitur. Nam postquam scriptum fuerat, quod illum minime latuit, inferunt illi, וְאֵין כְּסִימֹן עָפְרָתָה עֲשֵׂרְתוֹן אֲדָרָה, id est, Et malum visum est in oculis eius. Ciuitatem Arbee.] Eodem modo habent & Hebraica וְיָמֵי אֶרְעָא id est, Urbem Arbee. At Septuaginta more suo penitus aliquid aliud senserunt, hoc modo vertentes ἀπὸ τοῦ πεδίου, id est, Urbem campi. Videntur legisse non אֶרְעָא sed עֵרְבָרָה. Et primum quidem nomen est vrbs, de qua hic fit mentio: alterum significat desertū ac vastitatem. Quare aut hoc in eorū inueniebatur codicibus, aut certe, quod frequentissime eis accidit, hallucinati sunt. Chaldaica ite aditio, quæ & ipsa vetusta est, non habet vt verterūt Sept. sed vt Hebraica veritas.

[Quod illum minime latuit.] Additur hoc loco aliquid à Septuaginta, quod in Hebraicis codicibus non inuenitur. Nam postquam scriptum fuerat, quod illum minime latuit, inferunt illi, וְאֵין כְּסִימֹן עָפְרָתָה עֲשֵׂרְתוֹן אֲדָרָה, id est, Et malum visum est in oculis eius.

[Ciuitatem Arbee.] Eodem modo habent & Hebraica וְיָמֵי אֶרְעָא id est, Urbem Arbee. At Septuaginta more suo penitus aliquid aliud senserunt, hoc modo vertentes ἀπὸ τοῦ πεδίου, id est, Urbem campi. Videntur legisse non אֶרְעָא sed עֵרְבָרָה. Et primum quidem nomen est vrbs, de qua hic fit mentio: alterum significat desertū ac vastitatem. Quare aut hoc in eorū inueniebatur codicibus, aut certe, quod frequentissime eis accidit, hallucinati sunt. Chaldaica ite aditio, quæ & ipsa vetusta est, non habet vt verterūt Sept. sed vt Hebraica veritas.

C A P V T X X X V I.

[Iste inuenit aquas calidas.] Aduertendum hoc loco, neque Hieronymum, neque Septuaginta, cum Hebraica veritate sentire. Siquidem Hebraice hoc modo legitur. Iste inuenit מִיִּם id est, mulos. Dicunt siquidem Hebræi, hunc cūm pasceret asinas in deserto, didicisse ex asina & equo, mulum procreari. Eiusque rei cum hominem inuentorem fuisse, cūm ipse spurius esset, & idolorum repertor aliquando fuerit. Nulla ergo hoc loco de aquis calidis mentio fit, sed de eo quod erat mirabilius. Videndum vero, quamobrem eo modo interpretatus sit Hieronymus, eritque tolerabilior ipse quàm Septuaginta. Pro eo igitur, quod in Hebraicis codicibus habetur nunc מִיִּם id est, muli, Hieronymi temporibus videtur fuisse aut, מִיִּם id est, aquæ, aut מִיִּם hoc est, maria. Et sine dubio legebatur מִיִּם sed quia ea tempestate non erant sacri codices, notulis, quæ apud Hebræos vice vocalium funguntur, distinctæ: ideo putauit Hieronymus eam vocem legendam esse, מִיִּם id est, maria, non מִיִּם hoc est muli. Et vocem, quæ significat maria, vertit aquas calidas: quod cur fecerit non satis est compertum. Si enim vertisset aquas tatum, facile intellexissemus ex qua causa id fecisset, sed quod addiderit calidas, non constat nobis. Nisi quod huius translationis ipse asserit causam in questionibus Hebraicis, dicens quosdam tempestate sua putasse,

Mulorum inuentor.

eo vocabulo aquas calidas significari, iuxta linguam Punicam, quæ Hebrææ simillima est. D Chaldaica quoque æditio, quæ verissima esse reperitur, & quam mirifice approbant Hebræi, loco eius quod est iemim, habet, ימין id est, fortes, animalia scilicet robustissima, quale id genus est. Hæc tot & tanta ignorarunt si fas est credere Septuaginta interpretes, vocemque, quæ omnino aliquid significabat, tanquam nomen alicuius hominis proprium esset, ita eam reddiderunt, quemadmodum si vertendum ex Hebræo esset, Isaac, & Jacob, nihil ea nomina immutarem. Itaque sic apud eos legimus. *Ἰσὼς ἐστὶν ὄναρ, ὃς εἶρε τὸν ἰαμίμ ἐν τῇ ἐρήμῳ. ὅτε ἔμελλε τὰ ἔσπερα σὺβραγὰν τῷ πατρὶ αὐτοῦ, id est, Iste inquit est Onan, qui inuenit lamim in deserto, quando pascebat iumenta patris sui. Hoc certe adeo mihi mirum videtur, ut nullam rationem inueniam, qua me explicem. Siquidem apud Hebræos, ne pueri quidem tam fœde laborantur, ut Iemim, putarent eo loco aliquem hominem significare. Cogimurque vel inuiti, fateri eos linguæ Hebrææ, non viquequaue peritos fuisse. Videmusque vel ex hoc, quàm necessaria esset Hieronymi æditio: qui nisi id beneficium nobis præstitisset, adhuc in eisdem versaretur erroribus latina ecclesia, quibus erat antea implicita, dico quantum attinet ad hæc. Sciendum est autem, eum errorem, non latuisse expositores Græcos, attamen neque ad id quod verum esset accesserunt. Itaque Theodoritus super hoc loco hæc scribit ὁ σύρος λέγει αὐτὸν πηγὴν εὐρέϊαν, ἢ γὰρ πηγὴ ὄναρ καλεῖται τῆ σύρων φωνῇ. πανταχοῦ δὲ τὸ ὕδωρ ἰαμμίμ λέγεται ἐν τῷ ἔσπερα. *ὄναρ δὲ ἔστι νεαμὴν καὶ διάδαρον εἶρε αὐτὸ ὕδατος ἔστι αὐτὸ πηγὴ, τὸ ὄναρ.* Hoc est, Syra æditio habet, eum hominem, fontem inuenisse. Nam fons, Syrorum lingua, Euan vocatur. Vbiq; autem in Hebraico, inuenies aquam appellari Emmaim. Igitur secundum Diodorum, non erat dicendum eum inuenisse Emmaim, loco eius quod est aqua, neq; pro eo quod est fons, fuerat vertendum Euan. Diodorus quoq; quem hic citauit Theodoritus, hæc refert. ὁ σύρος καὶ ὁ ἑβραῖος τὸν νεαμὴν, ὕδωρ βοῶλονται, λέγουσιν αὐτὸ εὐρεῖν πηγὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οἱ δὲ ἑβραῖοι αὐτὴν πῶς τὴν λέξιν τὴν ἑβραϊκὴν τετέλεισαν. Syrus inquit & Hebraicus codex, per Neamim significat aquam. Inuenit ergo is fontem in deserto, at interpretes, ipsam Hebraicam vocem hic posuerunt. Ex his ergo videmus, eos opinatos idem quod & Hieronymus, eam vocem significare aquas. Patet autem etiam Syram æditionem, si tamen hæc est, quæ Targum appellatur, cum Hebraica veritate sentire: quanquam arbitrer ipse per Syram æditionem, non eam illos intelligere, quæ hodie apud Hebræos, sub Ionathæ & Onchelos nomine circūfertur, qua ad intelligendas Hebraicas scripturas mirabiliter adiuuamur, quæ si quid obscurum in Hebraicis codicibus inuenitur, luculentissime explicat, ut sæpe nos in hoc opere monstrabimus, cui nos imponere finem, diuina clementia permittat. Non ignorauit tamen Hieron. id quod de ea re sentiunt Hebræi, significari scilicet ea voce, mulos, recitatq; omnem sententiam Hebræorum in quaestionibus Hebraicis.*

Syra æditio Targum.

CAPVT XXXVII.

A Censauit fratres suos crimine pessimo.] *אָבְרָהָם חָרַץ עַל הַבָּנִים מֵאֵת הַיָּמִין* id est, Et retulit infamiam eorum malam ad patrem eorum. Exaggerauit ergo Hieronymus vertendo, quod erat malum, in id quod est pessimum: quanquam & alibi idem sæpe faciat, ea ut arbitror opinione inductus, quod apud Hebræos, non sit nomen pessimi. Carent enim ut diximus & comparatiuis & superlatiuis. Quæ igitur super hoc scelere prodant aut Hebræi, aut nostri tam Græci quàm Latini, intelligo non mei instituti esse huc afferre. Præsertim cum id scelus dubium sit, & ad varias sententias possit trahi. Ex quo & Hebræi à Latinis dissentiunt & Græcis, criménque istud leuius faciunt quàm possunt. Arbitror quidem ipse, non de vno scelere hic dici, sed in vniuersum de omnibus, & de tota vita fratrum Ioseph, quippe qui in plerisque, non admodum probi essent. Præsertim cum id sentiat & Theodoritus, qui super hunc locum ad alia, hæc scribit ὁ ἰωσήφ διεβάλει τοὺς ἀδελφούς τῷ πατρὶ, ὡς ὄνα ἐν τῷ ἔσπερα. Hoc est, Damnabat Ioseph fratres suos apud patrem, eo quod intemperati essent, & minime modesti. Hæc itaque scrutari altius non meum esse duco. Sed quod ad ipsam interpretationem attinet, cum præsertim hoc loco Septuaginta ab Hebraica veritate, & à nostra æditione dissentiant. Quare non scripserunt Septuaginta, Ioseph fratres suos accusasse, sed contra, eum accusari solitum ab illis in inuidiam atque odium, quo in eum laborabant. Itaque apud eos hoc modo legimus κατήνεγκεν δὲ καὶ ἰωσήφ ψόρον πομπὸν, πρὸς Ἰσραὴλ πατέρα αὐτοῦ. Hoc est, Detulerunt autem contra Ioseph, vituperationem malam ad Israhel patrem suum.



A suum. Ut autem intelligas, hanc esse æditionem Septuaginta, & non esse deprauatoris codices, producemus ipsorum expositorum sententias. Omnes enim hi vna voce attestantur, accusatum Ioseph à fratribus in inuidiam apud patrem, quod ab eo vehementer diligere-tur. nam Theodorus, in hunc modum eam rem declarat. καὶ παρὸν μὲν ἐπιμαρτυροῦσιν, καὶ αὐτὸς πατὴρ αὐτοῦ ἀφ' ἑνὸς, πολλὰς κατ' αὐτὸν λοιδορίας ἐβόησεν. id est, Et primum quidem, conati sunt, male apud patrem eum calumniari, multis in ipsum accusationibus vtentes. Eodem modo & Isidorus, qui de ea accusatione sic inquit, ἐν τῷ πατρὶ γὰρ καὶ ψόρον πομπὸν ἐπλασαν κατ' αὐτοῦ. id est, Ex eo factum est, ut pessimam in eum vituperationem commenti sint. At sunt apud Græcos, qui huc lapsus intellexerint, & detexerint: si quidem Diodorus hæc refert, αὐτὰς καὶ σύμμαχος, ἐπὶ δὲ καὶ ὁ σύρος, αὐτὸ τὸ κατήνεγκεν, ἔχει κατήνεγκεν, τετέλει οἱ ἰωσήφ διεβάλει τοὺς ἀδελφούς τῷ πατρὶ, ὡς ὄνα ἐν τῷ ἔσπερα. Aquilas inquit, & Symmachus insuper & Syra æditio, pro eo quod est detulerunt, habet detulit: innuens ipsum Ioseph accusare solitum fratres suos, quod non se probe gererent. quanquam etiam hæc verba, Theodoriti videntur esse, sed hoc nihil refert. Quæ cum ita sint, miror Erasimum, cur multis in locis æditionem Septuaginta, nostræ prætulit, cum aperte & Hebraica veritas refragetur, & ipsi Græci interpretes.

Quia in senectute sua genuisset eum.] Non placet, quod annotauit Burgenis vir doctiss. & maxime Christianus, inuito eo, qui ne nominari quidem dignus est, qui conspurcauit vniuersam veteris testamenti scripturam, fœdissima eam barbarie, & barbara fœditate referciens. Quod ergo annotat Burgenis, quia in senectute sua genuisset eum, non esse eo modo veritatem Hebraicam intelligendam, sed potius, quod Ioseph, filius senectutis esset, id est, prudens, modestus, & caniciem præ se ferens, hocq; contendit verum esse, non solum propter veritatem Hebraicam quæ habet, ἢ καὶ ἰωσήφ ἦν ἰσὴρ id est, Quia filius senectutis erat ei. Sed etiam, quia pleriq; alij geniti sunt in senectute à Ioseph, etiam post Ioseph: dico in quâ hæc vehementer extorta esse & magis esse arguta quàm vera. Nam ex eo loquendi modo, docemur non esse aliud intelligendum, quàm quod vertit Hieronymus. Nam & alibi filij senectutis esse monstrantur, qui in ipsa senectute nascuntur. Ioseph ergo præter ceteros, erat carus Iacob, quia & senex eum genuisset, & eius incessum & naturam optimam videret quod in cæteris non videbat.

Filius senectutis.

Vestem polymitam.] Id est multorum filorum, ac variam, sicut & Septuaginta verterunt ποικίλον. Hoc est, variam. Hebraice eodem modo. *בְּשֵׂמֶט פְּתוּלָה* Hoc est, Vestem ex multis licitis confectam: quam inferius Hieronymus, magis quid sentiat ipse secutus, quàm quod significet ipsa, vertit talarem. Eam volunt fuisse sericam Hebræi, licet fortasse non vere, ut sæpe de eius vocabuli vi, visuri sumus.

Polymita vestis.

Vestrosque manipulos circumstantes.] Hebraice non ad statum, sed motum refertur *בְּשֵׂמֶט לְבָרְכָה* id est, Circumuoluebantur manipuli vestri, & adoratione & venerationem exprimebat. Eadē ratione & Sept. *ἰσὴρ ἐστραφέντα τὰ δράγματα τὰ ὑμῶν*, conuersti manipulos vestros.

Pater rem tacitus considerabat.] *וַיִּבְרַח אִתּוֹ הַדָּבָר* Et pater eius obseruabat rem: sicut & Septuaginta ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ διετήρησε τὸ ῥῆμα. At pater eius obseruauit verbum. In eo autem parum luculenta explicatione vsi sunt, quod verterint verbum, quod magis sonabat rem, de qua re, multa nobis dicta alibi sunt.

Nitebatur liberare eum.] At Hebraice aperte fatentur Ruben eripuisse fratrem suum de manibus eorum, sic enim ibi legimus. *וַיִּצִיל אֶת רֹאשִׁיתוֹ* Et eripuit eum de manibus eorum. quod & apud Septuaginta clarissimum sit. *ἔξελκετο αὐτὸν, ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ*, id est, Eripuit eum è manibus eorum. Nam Ruben liberauit Ioseph, ne interficeretur, quanquam inhibere non potuerit, quin in cisternam deiceretur.

Et vestiam.] Ab Hebraico idiomate sumpta vox est, in quo rezi is liquor appellatur, quod & Græci secuti sunt, qui & ipsi eam *ῥιζίνου*, vocant. Est autem lingua Hebraica, ut cæteris linguis prior ac vetustior, ita omnibus admista, ac quasi interspersa. Ex eius enim vocabulis, in omni lingua reperies, quod & ab Hieronymo sæpius est obseruatum. Nam & linguam Chaldaicam, Arabicam, Syram, Punicam & Æthiopicam fileo, quarum tanta est eum Hebræa similitudo, ut eadem penè esse videantur.

Hebr. lingua ceteris omnibus admixta.

Viginti argenteis.] Eodem modo & Hebraice *כֶּסֶף עֶשְׂרִים* id est, Viginti argenteis. quod ex errore, à Septuaginta scribitur viginti aureis *ἐξοσι χρυσῶν*. Si enim Hebraica veritas de auto hoc loco sentire voluisset, non dixisset *כֶּסֶף* sed, *חָמֵס* sicut & superius fieri vidimus: quæ locum bene verterunt Septuaginta *δέκα χρυσῶν*.

CAPVT XXXVIII.

A

NON nasci sibi filios.] Hoc clarissime expresserunt Septuaginta... Idcirco enim semen effundebat in terram, sciens non suos futuros filios qui nascerentur, sed fratris sui.

Ipsa & Iras opilio gregis.] Et Hira socius aut amicus eius. Dissentit autem ab Hebraica veritate Hieronymus, primum quia sequitur Septuaginta, qui & ipsi hunc locum interpretati sunt...

Assumpsit theristrum.] A Septuaginta id nomen accepit, qui & ipsi Theristru. id est, Amicta est theristru, velo scilicet aestiuale: ducitur...

Sedit in biuio.] In hostio, aut propatulo Henain, vel in propatulo oculorum. Est autem ambigua sententia, an Henain, quod plurale esse potest ab hana, oculo scilicet...

Quod & nurus sua esset.] Non dissentit ab Hebraico. id est, nurus sua. At perpetua Septuaginta hanc, sponsam eius faciunt, dicentes...

Pattiar quod vis, si dederis harrabonem.] Additum hoc totum ab Hieronymo explicanda: rei gratia, tantummodo enim in Hebraico legitur...

Armilla.] A Græco ducitur, hormos enim humerus, à quo diminutium hormiscos, A iiii

Indutus est cilicio.] Quid refert, quod Hebraicum dicat, Indutus est... forte scrupulosius hanc rem velit perpendere, quod cilicium, ex pilis equinis aut eiusmodi materia confici soleat...

Infernus pro sepulchro, fossa, Gehenna.

Lugens in infernum.] Ad inferos aut fossam ac sepulchrum: ne quid prauum hoc loco suspicemur, quod Iacob, vir Deo amicissimus, dicat se descensurum ad inferos...

Phutiphari.] Quam corrupte id nomen apud Septuaginta legitur: ideo eum locum annotauit Origenes apud Græcos, hoc modo.

Phutiphar magister coquorum, aut militum.

Magistro militum.] Principi militum, aut coquorum. Quare ambigua vox est, eo quod significat occido ac mactio, & ab eo ducitur tabac, hoc est occisor, ac mactator.

Armilla. Hormilla. humerorum scilicet ornamentum. Atque ideo fortasse, scribi debet hormilla, non armilla: quanquam solemus in plerisque vocibus Græcis, cum Latinæ fiunt, aliquas litteras im-

mutare, sunt tamen qui putent duci, ab armis. *Corre mendacij nos arguere non potest.*] At Hebraice non is sensus est, hæc enim aliud sonant לחמה לחמה, id est, sumat sibi ne forte simus in contemptu. Nolebat enim pignus repetere, accuratiusque de eo inuestigare, ne in vituperationem sibi verteretur: quod & Septuaginta innuere videntur, ἀλλὰ μηποτε καταγελασθῶμεν. At ne forte irrideamur.

Iustior me est.] Eodem modo Hebraice עממך קרצ, iustior præ me est. At malè hæc locutio exprimitur à Septuaginta, διδύχεται θεμάρ η̄ ἐγώ, id est, Iustificata est Thamar, quam ego: obscuritasque hæc profecta est, quod non accommodarunt sermoni Græco modum loquendi Hebraicum. Quod autem hoc loco Hieronymus, in Hebræo ait haberi, Iustificata est ex me, patet non modo resoluendam comparationem Hebraicam, explicat tamè ipse seipsum.

Quare diuisa est super te maceria.] פראיך פראיך פראיך, est, Quare diuifisti super te diuisionem. Est ergo in multis varietas, Hieronymus secutus est in totum, hoc loco Septuaginta, η̄ διαιότη Διαιόσε φεσγίμα, id est, Quare disiecta est per te sepes, aut repagulum: Repagulum autem siue maceriam intelligit Hieronymus, secundas, quæ embryonem contegunt, quæ à Phares diruptæ sunt, ex eoque nomen accepit. Phares enim Hebraice diuisio. Nam cum Zaram debuerit esse primogenitus, eo quod prius protulit manus, attamen rupta membrana exiit prior Phares. quod annotatur & à Diodoro sic, δει δὲ ὅτισημαίεσται, ὅτι η̄ μὲν Ε̄φύσις τὸν Ζαρα, πρωτότονον ἔποιε, παρεξενεγόντα τὴν χεῖρα, ὁ δὲ θεός, τῷ φαρὲς παρέσχε τὸ ἀξίωμα, ἐξ ἧ το βασιλικὸν γένος, καὶ ὁ Δαβίδ, καὶ ὁ κύριος, id est, Animaduertendum est, quod natura quidem, primogenitus erat Zaram, qui prior manu protulerat: at vero Deus, ipsi Phares tribuit principatum: ex quo genus regium profectum est, & Dauid, & ad postremum, etiam dominus. Symmachus autem & Aquila, etiam ipsi verterunt diuisionem, id quod interpretatur Hieronymus maceriam. Quod & ab aliquibus Græcis magis approbatur, propter nomen ipsius Phares. Diodorus enim inquit, ὁ δὲ σπρος καὶ ὁ ἐραῖος φασίν, τὴ διαιότη ὅτι σε Διαιόσεται. Syra inquit, & Hebraica æditio habent: cur diuisa est super te diuisio?

Repagulum. Maceria. Phares.

CAPVT XXXIX.

Et quicquam aliud nouerat.] Ipse videlicet dominus, quia omnia in manu Ioseph tradiderat: quod clarius his verbis Hebraice exprimitur, כִּי כֹל אֲשֶׁר בְּיַד יוֹסֵף, id est, Et non recognoscebat quicquam cum eo. Nullam scilicet rationem reddebat Ioseph rerum ab se gestarum, hero suo. Septuaginta quoque apertius quàm nostra æditio, hoc quod de hero Ioseph dicitur, explicant, καὶ οὐκ ἤδυν τῶν χερσῶν αὐτῶν, ἕδεν, hoc est. Neque norat quicquam eorum, quæ ad se pertinerent, herus scilicet.

Operi nefario.] Additum exprimentæ rei gratia, ab Hieronymo, non Hebraice tantummodo est, καὶ οὐκ ἤδυν, id est, Et recusabat. Atque eodem modo apud Septuaginta inuenies, ὁ δὲ οὐκ ἤδυν. At is nolebat.

Nec quicquam est, quod in mea non sit potestate.] Hebraice ad personas refertur בבית הזה, id est, Et non est me maior in hac domo. Quæ sententia male à Septuaginta versa est, καὶ οὐκ ὑπάρχει ἐν τῇ οἰκίᾳ ταύτῃ, ἕδεν οὐκ ἔστι μὲν, id est, Et non est in hac domo quicquam præter me, nisi forte à librariis locus corruptus sit, ut desit μέγα, vel μέγαν.

Domina sua.] אִשְׁתּוֹ אֲדָמָה id est, Vxor heri sui, quemadmodum & Septuaginta, ἡ γυνὴ τῆς κυρίας αὐτῆς. Vxor domini sui. Quod certe mirum videtur: cum is sit Phutiphar Eunuchus, de quo superius habita mentio est. Quamobrè, si Eunuchus erat, quomodo habebat uxorem? frigidæque admodum est expositio Nicolai, quod is non fuerit vere Eunuchus, sed quod mos esset, omnes regios ministros qui fideles essent, Eunuchos vocare. Neque enim cum diuinæ litteræ Eunuchum vocassent, si non fuisset, cum non soleant alibi eo modo loqui: quanquam hoc quod atulit Nicolaus, etiam quidam Græci expositores adduxerint, quod ministri regibus fideles, Eunuchi vocentur. Quod an verum sit, non ausim asserere. Inuantur tamen hi & ab additione Chaldaica, quæ innuit, hunc vocatum Eunuchum, non quod re vera esset, sed de more, quia omnes regij ministri, quibus pellicum asseruandarum cura traderetur, Eunuchi efficerentur. Appellat enim hunc, quem Hebraica veritas vocauit Eunuchum, Onchelos rabrabam, hoc est præfectum ac satrapam. Eunuchi vero,

Avero, quanquam excedis essent virilibus, non propterea, amore sceminarum non capiebantur & eis ut poterant non abutebantur, in cuius rei fidem, voluimus in medium afferre quæ de ea re apud Philostratum in vita Apollonij extant, licet fortasse plura quàm æquum sit. Apud eum ergo hæc legimus. Interrogauit enim Apollonius regem Babiloniorum, ἀδάμι ἐστὶ θεοῦ πατρὸς ἑμῶν, ἐξ ὅτι ποτε, οἱ βαρβαροὶ, τὰς εὐνάχους σάφρονας τε ἠγούσται, καὶ ἐς τὰς γυναικωνίτιδας ἀπάγονται, ἀλλὰ τὸ ἐστὶν, ὁ ἀπολωνίης, καὶ τῶ πατρὶ δῆλον, ἐπειδὴ γὰρ ἡ τομὴ, τὸ ἀφορμαῖον ἀφαιρέται σφῆς, αἰεῖται σφίσι γυναικωνίτιδες, καὶ συγχεθῶσθαι τὰς γυναικὶ βέλωνται. τὸ δὲ ἐστὶν εἶπαι, ἡ τὸ συγγένεσθαι γυναικῶν, συγγετμῶσθαι αὐτὰς οἶε, ἀμφοῖν ἐστὶν. εἰ γὰρ σθεσθεῖν τὸ μόρον, ἢ ὅτι διοιρεῖται τὸ σῶμα, ἢ δὲ ἐν τῷ ἔρειν ἐπέλλοι, ἢ δὲ ἐν. ὁ δὲ βραχὺ ὅτι γὰρ, αἰεῖται ἐστὶν, ὁ δὲ δάμι μάθοις ἐστὶν, καὶ εὐνάχοι ἐραδοί, καὶ τὸ ὅτι θυμῶν, ὅτι εἰσάγονται Διαιόσε τῶν ὀφθαλμῶν, οὐκ ἀπομαρτυρεῖται σφῶν, ἀλλ' ἐμὲν ἐστὶν θεῶν τε καὶ ζώων. δει γὰρ σφῶν πεσῶν, ὁ σὸν ἐξελήξῃ λόγον. multis autem interpositis, inferitur. ποιαῦτα Διαιόσεται πατρὸς ἀλλήλων καὶ καὶ τῶν βασιλείων ἐξοφίτησιν, εὐνάχων τε καὶ γυναικῶν ἀμῶν. εἰληπτο δὲ ἄρα εὐνάχους, ὅτι μὴ τῶν τῶ βασιλείων παλαιῶν συγγετακείμηνος τε, καὶ ὅτι οἱ μοῖχοι ἀρῆσται, καὶ ἠγῶν αὐτῶν ἀμφοῖ τῶν γυναικωνίτιν, ὅτι ἀσπῶντες τῆς κόμης, ἐπειδὴ ὁ παρῶν τῶν εὐνάχων, ἐραδοί τε καὶ γυναικῶν, παλαιῶν ἠεθῶσται ἐστὶν, καὶ παρεξηκῶσται οἱ. μὴ παρασφῶν λέγεσθαι αὐτῶν, μὴ δὲ ἀπέσθαι δέσφους ἢ φερὸς, μὴ δὲ κοσμεῖν μόνων τῶν ἐνδον, νῦν δὲ συγγετακείμηνον εὐνάχων, καὶ ἀνδρῶν ὁ μόνων ὅτι τῶν γυναικῶν. Quorum omnium is sensus est, vt gratificemur his, qui Græce nesciunt. Confabulabatur Apollonius cum Dami Babiloniorum rege, intèrque cætera dixit, Sæpe δὲ Dami mecum miratus sum, cur barbari putent Eunuchos castos ac modestos, eisque mulierum custodiam permittant? At hoc, inquit, Damis, vel puero est perspectum. Nam cum eis coeundi facultatem, exectio ademerit, eò ad cubilia sceminarum seruanda dimituntur, permittiturque eis, vt cum illis pro arbitrato suo quicquid vult faciant, etiam si vna dormire voluerint. An verò, inquit Apollonius, eo quod execti sunt exactissimas eis & amandi & coeundi cum mulieribus facultatem ademptam esse? Vtrunque, inquit. Nam si ea pars extincta est, quæ ad libidinem vniuersum corpus inflammat, ne amore quidem rei veneræ affici possunt. Tum Apollonius aliquandiu tacitus, cras inquit, intelliges, eunuchis non esse extinctam cupiditatem ac libidinem, earum rerum, quas oculis hauserint, sed ardere in eis ac viuere. Necesse enim est aliquid eiusmodi incidere, quo tua possit refelli oratio: deinde interiectis multis, additur, Hæc cum inter se differerent, clamor ex tota regia cooritur, eunuchis & sceminis simul vociferantibus. Deprensus autem fuerat quidam ex Eunuchis, super vnam ex pellicibus incubare, & ea omnia agere, quæ solent adulteri. Trahebatur autem per comam, per vniuersum locum, vbi pellicibus erat habitatio. Nam cum omnium Eunuchorum maior natus, eum amare pellicem sæpe percepisset, eique & accessum & colloquium cum ea interdixisset, neu aut manum aut genas eius contingeret, neque eam vnam ex omnibus, excoletet, is tamen tunc ab eo inuentus fuerat, cum ea concumbere, & ea omnia absolere, quæ viri solent cum mulieribus, hæc ille. Hoc fit etiam manifestius ex his quæ inueniuntur apud interpretem Gregorij de quibusdam virginibus. Vbi citatur quorundam sententia, καὶ φασίν ὅτι πολλὰ τῶν γυναικῶν, ἵνα δοκῶσι παρῶν εὐνάχων, εἰδῶσιν ὅτι ἐπιπῶν ἐαυτὰς τοῖς εὐνάχοις Διαιόσε τῶν ἀγῶν, οἱ τινες, οὐκ ἀνδρες, ὡς ἀγῶν, ἀνδρες δὲ Διαιόσε τῶν δούλων, αὐτῶν αὐτῶν, hoc est, Dicuntque hi, quod pleræque mulieres, vt viderentur seruare virginitatem, solebant subiicere se Eunuchis, eo quod essent infœcundi, neque possent gignere: qui viri quidem non sunt, quod gignere non possunt, viri autem sunt, quia possunt coire. Obseruandum quoque est, quod is non est ille Phutiphar, sacerdos Heliopoleos, cuius filiam duxerit Ioseph. Nam is, aliis litteris Hebraice scribitur. Is ergo cuius hic meminimus, vocatur פוטיפר, id est, potiphar, at ille פוטיפרה, hoc est, potipherah. Sunt autem simillima nomina, non tamen eadem, sicut pleræque eiusmodi, in hisce litteris inueniuntur, quæ apud Latinos videntur esse eadem, vt est Ioachin, & Ichoachin, & Isboseth, & Miphisboseth, quæ clarissime distinguuntur Hebraice. Hæc diximus, quod multi Hebræorum asserant sacerdotem illum Heliopoleos esse hunc, qui emerit Ioseph, eumque domui suæ præfecerit, quod an verum sit, neque refelli, neque approbari sine temeritate potest.

Eunuchi est non gignat, cocit tamen.

In dominum meum.] Non ipsum herum intelligit, sed Deum: quod dubium fecit Hieronymus addendo, meum, cum Hebraice non haberetur. Dominus autem hic est nomen Dei, scilicet Elohim, sic enim, ait Ioseph, אֲדַבְּרָה אֵלֶּיךָ, id est, Et peccabo Deo, quemadmodum י. x. x. ἢ ἀμαρτήσομαι ἐναντίον τῷ θεῷ, id est, Et peccabo coram Deo. Ex his autem quæ post hæc sequuntur, licet videre, quàm eleganter quàm dilucide, locutiones Hebraicas verterit Hieron. quæ per se horridæ ac tristes sunt. Confer additionem Septuaginta,

videbis quantum interfit, tum in sententiis exprimendis, tum tota orationis proprietate. D Dormi mecum.] id est, Iace, concumbe mecum: codemque modo aliis in locis exponendum. Est autem idioma Hebraicum. Septuaginta tamen etiam ipsi vertunt, Dormi mecum κοιμηθητι μετ' εμου. Clarius autem haec proprietates cognoscitur Exodi cap. 22. vbi praecipitur μη κοιμηθεις μετ' εμου quae sententia si Latina reddenda esset, esset dicendum, Omnis qui dormierit cum iumento, morte moriatur. Quod patet esse absurdum: nam id non praecipitur, quod potest sine crimine fieri, cum tamen locum praestiterunt Septuaginta interpretantes κοιμηθηθεις μετ' εμου, vbi dupliciter erratur vt ibi notatum est.

CAPVT XL.

D O eunuchi.] Hoc in contextu Hebraico non habetur: sed tantum משנה ופוסהו id est, Et peccauerunt, pincerna regis & pistor. Etiam apud Septuaginta tacentur eunuchi hoc loco, αρχωνος χρος και αρχιστοιποιος. id est, Pincernatum princeps, aut princeps vinariorum, vt habebat antiqua aeditio Latinorum, ac pistoribus praefectus. Positum tamen est hoc loco, quod paulo post declaratur, sequitur enim שני פרים id est, Et iratus est Pharaos, contra duos eunuchos. Quod autem dicit Hieronymus eodem nomine appellari hic pincernam, quo superius, seruus Abraham, miror, cum hoc minime verum sit. Ille enim vocatus est משה Mesech, at is, משה masche. Et alterum quidem, nomen proprium est, alterum, participium a ערק hoc est, bibit: credo ex codicibus varietatem hanc accidisse, vt alia eiusmodi deprendimus.

Tria canistra farinae.] Pro eo, quod farinam vertit Hieronymus, Hebraice est תרי id est, candida: per candorem itaque putauit intelligendam esse farinam: quod tamen quidam Hebraeorum, ad canistra referunt, quae viminea sint ac propterea alba, ac candida: vt textus Hebraicus, ita sit intelligendus, Tria canistra candidissima, quae eorum est natura. Quoniam vero vox Hebraica תרי, etiam foramen significat, sunt qui interpretentur tria canistra foraminata. Quae vtraque expositio, propter verborum πολυσημον non videtur improbanda, Septuaginta sunt cum Hieronymo τρια και τριχοι, id est, Tria canistra farinae. Quod annotauit etiam diuus Augustinus, qui testatur eo modo, vt nos protulimus haberi Graece, sed τριχοι hoc loco panes cibarios significare, propterea vertit in dubium, an in eis canistris, panis eius generis esse potuerit. Tollitur autem ambiguitas, si ad Hebraica animaduertamus, quae alio modo habent, quam verterint Septuaginta.

Vt coniectatoris veritas probaretur.] Eadem Hebraice, sed alio modo במשך פתח יוסף id est, Quemadmodum interpretatus fuerat eis Ioseph. Quod etiam Septuaginta εως αυτερου αυτοις ιωσηφ, Quemadmodum coniectarat eis Ioseph. Neque id refert magnopere, cum is sit interpretum mos, vt mutant verba ac seriem orationis, non immutatis sententiis: quod si quis Iudaeus id damnet, sciat se per inficiam labi ac prauitatem: aut, quod illi genti peculiare est, ex maledicendi libidine, quod in nostram aditionem solent saepe facere, calumniari. Sed facile ab eruditis, & qui eorum animos propius olfecerunt contemnuntur.

CAPVT XLI.

POST duos annos.] Is locus in codicibus impressis corruptus est, habent enim γινεσθαι δε μετ' εδω ημερων. Dicendumque γινεσθαι δε μετ' εδω επι ημερων. Hoc est, factum est post duos annos dierum, sicut habebant vetustiores, & emendatioris codices. Quod autem addiderunt Septuaginta interpretes, dierum, ex Hebraico idiomate est profectum, quod hoc loco, eo modo loquitur, שנים שנים רק id est, Post duos annos dierum. Eleganter autem & venuste omissum est ab Hieronymo, dierum. Aduerte quoque quod hoc loco, est dualis numerus, frequens in sacris litteris, cum scilicet pluralis ponitur, nullo addito numero, qui crebro nobis occurret.

Deuorantque eas, quarum miva, etc.] Post haec verba redundat in codicibus impressis aliquid, quod inepte pariter & superuacaneo est additum. και ιδ' αδηλοι εγινοντο, οτι εισηλθον, εις τας κοιλας αυτων, id est, Et ecce, cuanuerunt, qui in ventrem earum fuerant ingressi, est autem ea sententia paulo inferius.

Perussisse uredime.] Eleganter, hoc & accommodatè à Septuaginta, ανεμοφθοροι vento corruptae Absque.

A Absque me Deus etc.] Eodem modo habent & Hebraice פרוה את שליח יענה את מליכי id est, Absque me Deus respondebit pacem Pharaoni. At Septuaginta aliquanto secus εμευ θεου, οδω αποκριθησεται ποσιν μου φαραω. Absque Deo, non respondebitur salutare quicquam Pharaoni. Eadem tamen est sententia, aliterque Graeco sermone accommodata à septuaginta.

Quintam partem fructuum.] חמש את ארץ מצרים Et quintam colligat partem ex terra Aegypti. Is locus videtur esse mendosus apud Septuaginta in codicibus impressis. nam cum vellet verbi Hebraici proprietatem exprimere, finxerunt & ipsi nomen ab eo quod est πέντε, sicut Hebraice à chamas, hoc est quinque, factum est chimes, perinde si diceret quinquauit, sicut à decem decimauit: ergo & Septuaginta à πέντε, fecerunt πέντε, inde αποπενταδ. Ita hoc loco est αποπενταδ. hoc est mittant: pro eo, quod erat dicendum αποπενταδ. id est, quintam partem capiant: consultis quoque vetustioribus codicibus eos sic habere inuenimus αποπενταδ.

Saluatorem mundi.] Voces quae hoc loco ponuntur, quas Septuaginta non interpretatas omiserunt, quasi earum significata ignorarent, aut Aegyptiacae aut Chaldaicae sunt: fateturque se ignorare Auen Esra, Hebraeorum interpres, quid proprie significent, itaque super hunc locum ait, שם יוסף, hoc est, Si ea vox Aegyptia est, interpretari eam non possumus, at si Chaldaica, ignoramus nomen Ioseph. Hieronymus tamen interpretatus & Saluatorem mundi, dicitque eas Hebraice significare absconditorum repertorem: sed non esse eas Hebraice interpretandas, sed Aegyptiacae.

Nam ipsarum litterarum forma videtur externa esse, non Hebraica. Itaque verisimile est, cum diligenter super eare requisisse, atque eo modo reddidisse. Cui etiam gratia plurimae sunt habendae, quod rem obscuram, & ab ipsis Septuaginta ignoratam & ab Hebraeis, nobis aperuerit. Sunt autem haec voces corruptae apud Septuaginta. Cum enim Hebraice hoc modo scribantur זפנת זפנת zaphanat phanac, apud illos legimus ζαμ θομφανηχ. Nisi forte studiose eas immutarint, quod ab Aegyptiis intellexissent, apud Hebraeos potius esse corruptas. Quod mihi non fit verisimile. Theodoritus earum vocum, eandem attulit significationem quam & Hieronymus. Siquidem haec scribit, ζαμ θομφανηχ, τρις απορητων ερμηνευτων αυτων κεκληθεν, ως τρις ονειρις ελεοσαφι αυτα. Hoc est, Quam interpretationem Habet pson thomphanec respondet. Pharaos appellauit Ioseph arcanorum interpretem, eo quod somnia interpretari potuerit.

CAPVT XLII.

N forte in itinere quicquam patitur mali.] בן יקראנו אסון id est, Ne forte occurrat ei mors: at Septuaginta, Nescio quid aliud μηποτε συμβη αυτω, μαλακία εν οδω, id est, Ne forte lassitudo accidat ei in itinere.

Quasi ad alienos durius loquebatur.] Hoc obscurius vertitur à Septuaginta, Hebraico idiomati nimium adherentibus, ותנבר אלהים Et alienum se reddebat eis, alienatur eis: at illi ελλογεριστο απ' αυτων. Alienatus est ab eis, nam ad locum potius id apud Graecos pertineret.

Infirmiora terra.] פרוה תורה Deformatem aut nuditatem terrae: cur vero, tam varij sunt Septuaginta vertentes ερημη της χερσης, vestigia regionis: patet enim, id multo diuersius esse, quam Hebraica veritas habeat.

Pacifici venimus.] כנים אנחנו id est, Recti, sinceri sumus. Hieronymus septuaginta sequitur, qui eodem modo reddiderunt ερημηκοι εσμεν. id est, pacifici sumus.

Per salutem Pharaonis.] בן יקראנו id est, Viuat Pharaos. Secutus est ipse noster interpres Septuaginta, qui & ipsi νη τω υγιαν φαραω. Per salutem, vel incolumitatem Pharaonis.

Et non moriamini.] Hebraice quoque similiter, ולא תמותו Et non moriamini. Septuaginta quanquam parum referat, multo diuersius. ει δε μη αποθανησθε. Quod si non moriamini. Patetque non fuisse eo modo sententiam peruertendam.

Merito patimur.] אנחנו אשמים אנחנו id est, Profecto scelerati sumus nos: sic & Septuaginta, και εν αμαρτια γαρ εσμεν, id est, Vtique in peccato enim sumus. Est autem mendosus is locus in codicibus impressis, in quibus pro να, scriptum est ναγον, quod nihil omnino significat.

OS & parvuli nostri.] ... id est, Parvuli nostri: quod male Septuaginta, ad vniuersam supellectilem retulerunt. ... hoc est, Et supellex nostra: quod videmus longe aliud esse, nullaque coniectura assequi possumus, ex qua causa id profectum sit. A scribere autem eorum inficitia, videtur penes nefas, inexpressibileque facinus: sed utcumque, non possumus non vera loqui, in sequentibus quoque inuenies eos semper reddidisse supellectilem, quod erat infans.

Et storacis.] ... Necoth, quod superius verterat aromata, ideoque & Septuaginta, hoc interpretantur thymiana. Dicunt autem Hebraei, eo nomine, omnia aromatum genera significari. Atque ideo Chaldaica additio, id nomen vertit gazam, omnia scilicet cara ac preciosa.

Et terebinthi.] ... hoc est, Pinex, sicut asserunt Hebraei. Aquila & Symmachus vertunt amigdala. At Hieronymus non dissentit à Septuaginta, ... Et statem & terebinthum. Quae autem scribit Dioscorides, Plinius, atque alij de terebintho, longe abest à nostro instituto huc proferre, cum nec res adeo obscura sit. Est autem terebinthus quae terebinthos vocatur, utilis in foliis, fructu, & cortice, ut testatur Dioscorides, de qua non est prolixius loquendum, cum in Hebraicis codicibus nulla sit de terebintho mentio.

Terebinthus.

Adhuc vivit. Post haec verba, redundat aliquid in codicibus Graecis impressis, scilicet εὐλόγητος ἀνθρώπος οὐρανός κωλύω. Benedictus vir ille à domino: quod Hebraice non habetur, in Etericetumque est ex alio quodam loco.

Illicitum est Aegyptius comedere cum Hebraeis.] Hic quoque aliquid redundat in Graecorum codicibus, additaque est periodus, ex alio loco, quae nequaquam huc quadrat, additur scilicet βδελυμα ἐστὶν ἀργυρίοις, πᾶς ποιμὴν τρεφάτων. id est, Abominatio enim est Aegyptiis, omnis pastor ouium. Nihil enim de pastoribus hic narratur, sed multo inferius, in alio capite.

CAPVT XLIIII

N ignoratis, quod non sit similis mei, in augurandi scientia.] Pauld diuersus ab Hebraico ... id est, An nescitis quia augurando auguratur vir, sicut ego. Hieronymus videtur legisse cum negatione: attamen etiam Septuaginta non dissentunt ab Hebraico, ... Num scitis quod augurio auguratur vir qualis ego. Quamobrem, non eo modo sese iactat Ioseph, sed rem omnibus principibus solitam, de se refert. De quo augurio scribit Theodorus, ... Hæc, inquit, dicebat, non quod vaticinio, atque auguriis vteretur, sed quæ ad propositam fabulam facerent, loquebatur.

Tu es post Pharaonem.] Sequitur Septuaginta, ... quia tu es post Pharaonem. At Hebraicum aliquid maius ... quia ita tu, sicut & Pharaonem.

CAPVT XLV

Abitabis in terram Iessen.] Nequam falsam expositionem ex hoc loco, ut sit, eliceremus: aduertendum, id nomen esse corruptum. Nam pro eo quod est ... factum est Iessen. Iesse quoque ut suo loco dicitur, corruptum est. Et ubicumque Iesse apud nos reperitur, Hebraice est Isai, pater scilicet David. Eo quoque loco, exiit virga de radice Iesse, dicendum est, radice Isai: falluntur itaque qui putant, patrem David fuisse binominem, vocatumque Isai & Iesse, sed corrupte eo modo à Graecis Latinisque nuncupatur. Addiderunt etiam hic aliquid Septuaginta ... Habitabis in terra Gesem Arabiae. Nam is locus, in Arabia esse non poterat, cum ea posita sit trans mare rubrum, interque Aegyptum & Arabiam, interiaceat sinus Arabicus: quare amouenda est Arabia, quod etiam annotatur ab Hieronymo.

Terra Gesem. Isai pater David non Iesse.

Gauisus est Pharaon.] Et placuit in oculis Pharaonis, Hieronymus à Septuaginta non dissentit ... gauisus est autem Pharaon.

Medullam terre.] ... Pinguedinem terræ, adipem terræ. Septuaginta quoque sicut Hieronymus ... medullam terræ: idem certe sentiunt.

Quasi

Quasi de graui somno euigilans.] Hæc omnia addita sunt ab Hieronymo explicata rei gratia, cum Hebraice tantummodo habeatur ... id est, Et vacillauit cor eius, quia non credebat eis. Septuaginta tamen etiam ipsi ad stuporem referunt ... Et extasi correptus est Iacob. Patet autem, non ad stuporem, sed incredulitatem referendum. Additur enim quia non credebat eis. Quod si obstupuisset, utique etiam credidisset. Siquidem stupor, est rerum vehementissime impressarum, & quartum est maxima representatio, quæ autem non creduntur, nullum efficiunt in animo vestigium.

CAPVT XLVI




Mores animæ quatuordecim.] Sicut habent Hebraica, ... id est, Quatuordecim: at Septuaginta, qui maxime in his numeris recensendis mendosissimi inueniuntur, habent ... Omnes animæ decem & octo. Atque eodem modo etiam habebant vetustiores codices: quod certe maxime mirum: atque ex hac causa, natus est & is qui sequitur error.

Fuere septuaginta.] Non dissentit ab Hebraico, ... id est, Septuaginta. At interpretes Septuaginta, addunt huic numero quinque. Hæc corruptela siue à librariis profecta sit, siue ab ipsis interpretibus, fecit ut etiam Actuum apostolorum cap. 7. is locus male legatur. Neque opinandum est, diuum Lucam, Hebraica quomodo se haberent ignorasse, sed vel hunc locum, ut se haberet ea tempestate, citasse, vel eandem ibi corruptelam, à librariis accidisse, quæ & hic. Hæc ergo est eius nodi solutio, quem dicunt Hieronymum ligasse, ac non soluisse: quod ille locus dissentiat ab isto in nostra additione: ut ibi habeatur cum septuaginta quinque animabus descendisse Iacob in Aegyptum, hic cum septuaginta tantum. Facilis autem erat solutio, si Septuaginta in omnibus locis, additio animaduersa fuisset, cum ea in numeris sit mendosissima. Quod autem non sit profectus à Septuaginta is error, indicio est, quia in Deuteronomio, apud eos is locus recte legitur, & secundum Hebraicam veritatem. Neque etiam illud est verum quod per anticipationem locuti sint. Alioqui, & alia errata, essent eadem ratione defendenda: sed quod est & pium & verum, non Septuaginta, sed librariis cum errore adscribamus. Lucas autem, siue quæ Hebraice nesciret, siue quia ad docendos homines nihil referre putaret ab Hebraica veritate alicubi dissentire, sed potius approbare additionem Septuaginta, quæ ubique erat receptissima, & maximæ venerationi habita, testimoniū, ut erat iam vulgatum citauit: quod & reliqui Apostoli fecerunt, qui magis ad additionem Septuaginta, testimonia citabant, quam ex Hebraicis codicibus. Sæpe enim solet esse magis arguta quam pia eiusmodi sollicitudo, usque ad vnguem refecare, quid quæque dictio significet, quod grauissimi, sanctissimi que viri libenter vitabant.

Et ille occurrit in Ieffem.] Ex hoc loco etiam cognoscitur, quod modo dicebamus, non omnia errata, quæ in additione Septuaginta reperiuntur, illis esse attribuenda. Quis enim adduci posset, ut crederet, tam paruo spacio, esse eos homines sui oblitos, vel locum, quem superius verterat Gesem, hic eundem in Raceffam commutari, transferentes eis ... cum Hebraice sit idem nomen hic atque ibi: quare aliis causis tantam deprauationem ascribamus. Ex eadem etiam re prouenit, ut additum sit, occurrit eis, ... Ad urbem heroum: cuius urbis, quia neque sacer contextus meminit, neque interpretes alij, quicquam super ea re tradiderunt, fateamur necesse est, additum id esse ab aliis, siue peritis siue imperitis, quod etiam annotauit Hieronymus.

Supersitem te relinquo.] ... Quia adhuc viuus: sic & Septuaginta ... Adhuc enim viuus, nec ad mortem ipsius Iacob id referamus.

CAPVT XLVII



Non calamus domino.] ... Non calabimus. Duplicis autem significationis est verbum cachad, nam & cælare, & exirpare denotat, atque hinc factum est, ut in alium sensum verterint Septuaginta ... Nunquid abscindemur à domino nostro: vel, ne forte excindamur à domino nostro. Sed clarum est, hunc locum intelligendum esse, ut vertit Hieronymus.

Salus nostra in manu tua.] Hebraice expressius, ... Viuificasti nos. Atque inde est, quod etiam Septuaginta ad Hebraicam scripturam loquuntur, ... Scruasti nos, beasti nos.

B

Comversus ad lecti caput.] **רַבְעִים וְשָׁנָיִם** Super caput lecti. At Septuaginta, æquiuocatione **D** decepti sunt. Nam eadem dictio, sine punctorum distinctione, & lectum & baculum significat: at si punctis distinguatur, mox nihil remanet ambiguum. Hoc autem modo scribitur. prima **רַבְעִים** id est, lectus, secunda **וְשָׁנָיִם** baculus. Igitur pro eo quod erat vertendum ad caput lecti, ipsi ad caput virgæ interpretati sunt: quod quàm absurdum sit & non intelligibile, satis est clarum. Est etque id nobis mirum, nisi infinita alia eiusmodi occurrerent. Sic ergo apud eos legimus. **וְשָׁנָיִם וְשָׁנָיִם** *id est, & adoravit Israël ad summum virgæ.* Atque hoc est, quod & Græci interpretes hoc exponunt, vt possunt, sicut Gennadius **βιάζεται** *id est, ἐκείνους ἀνέβησαν.* *id est, & adoravit Israël ad summum baculi, eique innixus, adorationem impleuit.* Diodorus quoque eodem modo. **ῥάβδον** *id est, ἡ δὲ ῥάβδος ἡ ἰακώβ, οἷα δηγῶν. πότερον δὲ αὐτὸς ὁ ἰακώβ γέροντος, καὶ δουλικῆτος ἔχων, τῷ ἀρκῶ τῆς ῥάβδος ἀλάμδνον τῷ ἰωσήφ, κατεφίλησεν αὐτὸ τῆς ῥάβδος μέγας, ἢ ἰωσήφ παρεσηύχασεν τῷ πατρὶ, ἢ ἰωσήφ τῷ ἀρκῶ τῆς ῥάβδος.* *id est, iacob vt pote senex baculum tenebat, an vero ipse iacob iam senio confectus, & qui non facile sese mouere posset, baculi summitate tetigit Ioseph, eamque partem, qua eum tetigerat osculatus est, Vel ipse Ioseph adorato patre tetigit baculi summum. hæc ille. Esse autem legendum vt vertit Hieronymus, ex eo quoque manifestum est, quod Symmachus hunc locum sic interpretatus est, **καὶ παρεσηύχασεν ἰωσήφ** *id est, ἐπὶ τῷ κεφαλῷ τῆς ῥάβδος.* *id est, Et adoravit Israël, ad caput lecti. Regum quoque secundo bene, & vt est legendum, consimilem locum reddiderunt Septuaginta. Vbi scribitur adorasse Dauid ad caput lecti, aut in lecto suo, quod Septuaginta interpretati sunt **καὶ παρεσηύχασεν** *id est, Δαυὶδ ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ.* Et adoravit Dauid rex super lectum suum.**

CAPVT XLVIII.

Vod agrotaret.] Non dissentit ab Hebraico. **וְלִי אֶגְרוֹתָרֶת** at non satis explicauerunt hoc Septuaginta: vertentes **ἐνοχλεῖται**, perturbatur, molestatur: cum ad corporis morbum tantum sit referendum. *Et atque veruum tempus.*] De hac varietate satis ac super scriptum est retro, cap. 34.

Do tibi partem vnā.] Hic quoque lapsi sunt Septuaginta, nominis similitudine decepti, nam **שֵׁכֶם** Seechem, & partem significat, & locus est, cuius frequens mentio in his litteris fit: at hic partem significat, eo quod Hebraice legimus **שֵׁכֶם לְךָ נָתַתִּי** Dedi tibi partem vnā. Neque enim vnā additum fuisset, si de loco scriberetur. Græce sic legitur, **ἐγὼ δὲ δίδωμι σοὶ σίμημα**, Ego vero do tibi Sicima. Licet quidam Hebræi hanc partem, Sichechem esse asserant.

CAPVT XLIX.

P*incipium doloris mei.*] Sicut & Hebraice **רֵאשִׁית אִנְי**, Principium doloris mei. At Septuaginta hunc dolorem referunt ad procreationem, vertentes **ἀρχὴ τέκνων** *id est, Principium filiorum meorum: quod tamen potuit & ad alia pertinere, & quicquid miseriarum perpeffus sit propter ipsum, maxime, qui ascendit eius cubile, vt ipse quoque meminit: quanquam etiam Diodorus hic scribit, ὁ σίρκος ἔχθη ῥεβῆνι παρωτότοκος μὲν ἢ δὲ αὐτῶν μὲν, καὶ ἢ ἀρχὴ ἢ ἰσχύος.* Syra, inquit æditio habet, Ruben primogenitus meus. Quod prudentissimorum iudicio relinquatur, an de filiis dicat Iacob. Auen Esra quoque, cum Septuaginta sentit sic scribens, **רֵאשִׁית אִנְי** *id est, Primogenitus, inquit, solet vocari principium doloris, quasi ille incipiat dolorem afferre, patri. Deutero, quoque cap. 21. principium doloris vocatur primogenitus, quod Hieron. vertit, principium liberorum eius, vbi Hebraice **רֵאשִׁית אִנְי**.*

Primogenitus principium doloris heb.

Prior in donis maior in imperio.] **וְיָרֵךְ שְׂמֵךְ וְיָרֵךְ** *id est, Excessus portandi & excessus roboris. Hieronymus eum sensum adhibuit: nam non putauit nude vt Hebraice se haberet, vertendum esse. Verba tamen sunt obscurissima, & quæ ad varia torqueri possint, sicut & verba prophetarum, ideo in his Hebraica tatum producemus vt habent, vt liceat culibet pro arbitrio, quem velit sensum ex eis elicere. Septuaginta vero æditio, toto hoc capite, vehementer*

Amenter dissentit ab Hebraico, propter verborum **πολύσημοι**, & maximam obscuritatem. Nam & hunc locum reddiderunt, **σκληρὸς φέρεσθαι καὶ σκληρὸς ἀνδράδης** vel **ἀνδράδεια**, vt videtur legitur Hieronymus hoc est, Durus ad portandum, & durus præfractus, seu durus pertinaciter. Quæ vt videmus, sunt & ipsa non satis clara, eo quod aliter vertitur, quàm se habeant. quod enim Septuaginta referunt ad violentiam & pertinaciam Ruben, Hieronymus, & Hebræi ad eius imperium ac vires, quæ maximæ essent futuræ: sic quoque sentit Auen Esra: neque hoc prolixius explicandum est, quo modo se habeat.

Effusus es sicut aqua.] Ita significat verbum Hebraicum **פָּצַח**. Scilicet festinare, erumpere, quod **לxxx.** ad violentiam atque impetum retulerunt, **ἐξέβρι** *id est, ὡς ὕδωρ.* Iniuriosus fuisti sicut aqua, aut insultasti sicut aqua: credo eos voluisse impetum atque æstum libidinis, quo infaniuit Ruben cum patris cubile ascendit, furori aquarum comparare, quod non abest à vero. Alij vero dicunt effusus es sicut aqua, hoc est euaniuisti, in nihilum redactus es propter scelus tuum, quo nomine dicit Auen Esra significari, **אֲנִי אֶשְׁכַּח**, id est, homines leues ac vanos, ac diffuentes, atque ita vocantur hoc loci.

Vasa bellantia.] **וְיָרֵךְ מִבְּרִיתוֹ** *id est, Vasa violentiæ habitationis ipsorum.* Cætera quidè clara sunt, quod violenti & iniqui Simon & Leui appellantur propter cædem Sicimorum. At illud habitationis ipsorum, quod Hieronymus vertit bellantia vel arma eorum, vt videlicet in quæstionibus Hebraicis, maxime annotandum videtur. Nam cum vox perplexa esset, varias habere deductiones Hieronymo visa est, ducique eam putauit à **ב**, id est, viro forti ac militi: à quo fit carithi, id est, milites, ac bellicosi, quos corrupte, cerethi, nos appellamus. Hanc deductionem etiam apud Hebræos quidam suspicari sunt, quos citat Auen Esra, at ea non est vera deductio, sed nomen simplex significans habitationem, vt etiam habetur in additione Chaldaica, quæ hunc locum vertit, Simon & Leui viri fortes, in terra habitationis suæ operantur fortitudinè. Interpres quoque nominum apud Hebræos, de ea voce sic scribit, **מַשְׁכַּח מִבְּרִיתוֹ** *id est, Significat & locum habitationis perpetuæ, deinde citat hunc locum. Hieronymus quoque hanc eandem vocem Ezech. capite decimo sexto, vertit radicem, sic scribens, Radix tua & generatio tua. Et quod est expressius, eiusdem prophætæ cap. 21. eam vocem vertit locum natiuitatis, atque eo modo & hic vertenda fuerat. Ex his quoque videre datur, ne Septuaginta quidem eam vocem bene vertisse, **ἐξ ἀπέσπασεν αὐτοῦ**, Ab electione ipsorum. Putarunt scilicet & ipsi, non vnā sed duas esse voces scilicet præpositionem ac nomen ipsum: quod non est, vt iam diximus. Hæresin autem quare verterint aut ex qua deductione nomen sumperint, ipsi quidem consulendi sunt.*

Gloria mea.] Eodemque modo & Hebraice **כְּבוֹדִי**, Gloria mea, dignitas mea. At cur Septuaginta hoc interpretantur, **ἐν σκεπῶν αὐτοῦ**, *id est, μη ἐρείσωσι τὰ ἦμα τὰ μὲν.* In collegio ipsorum, non innitantur aut emulentur intima mea. Quæ adeo à veritate sunt dissona, vt mox ipsum pudeat. Nam nulla est, vel minima similitudo in textu Hebraico, eorum quæ illi transtulerunt. Acciditque hoc loco, maxima deprauatio.

C*uffoderunt murum.*] Non dissentit ab Hebraico **וְשָׁרַף**, Effoderunt murum. Quia vero vox Hebraica Shor, tam murum quàm taurum significat, propterea alio modo verterunt hoc septuaginta, **ἐνευράσαν** *id est, ἐνευράσαν τὸν ταύρον*, id est, Eneruauerunt taurum, intelligentes taurum adolescentem Sichechem. Sed patet melius reddidisse Hieronymum, propter verbum effoderunt, quod non accommodasset scriptura ad Taurum: esset enim, **ἀκυρολογία**. Auen Esra **וְשָׁרַף** *id est, Shor, inquit, hoc loco, murum significat.*

Ad prædam ascendisti.] **וְשָׁרַף**, A præda, vt dicat eum à præda venisse: quoniam vero nomen præda, ad germen etiam ac surculum quandoque refertur, sicut retro cap. 10. dictum est, ideo Septuaginta verterunt, **ἐκ βλαστῆς ἀνέβη**, id est, ex germine ascendisti. Est certe, & hæc hallucinatio maxima: nam & ipse orationis processus ostendebat de præda dici, non germine, cum Leoni Iuda comparetur. Auen Esra quoque eam vocem sic exponit **וְשָׁרַף** *id est, ὡς ἂν ἐκ βλαστῆς ἀνέβη, hoc est, Assimulatus es fili mi catulo Leonis, quia à præda ascendisti. Quod autem Hieronymus dicit in quæstionibus Hebraicis Taraph significare hoc loco captiuitatem, ecce seipsum emendauit, dubitationisque satisfecit.*

Non auferetur sceptrum.] **וְשָׁרַף** *id est, Non auferetur, non cessabit sceptrum siue virga. Quod Septuaginta clarius explicant, ὅτι ἀλλοτρίῳ ἀρχῶν ἐξ Ἰούδα, id est, Non deficiet, non cessabit princeps ex Iuda. Nam per sceptrum nihil aliud intelligebamus. Atque huc vsque, satis clara sunt omnia, & Hebræi à Christianis non dissentiant, omnes enim, eam*

virgam & sceptrum, regnum, atque imperium significare consentiunt, at in eo, quod paulo post sequetur, erit dissidium.

Et dux de femore, &c.] *קקק*. Et præceptor aut scriba siue legislator, vel rerum agenda- rum descriptor. Ducitur enim à קקק, id est, præcepit, ordinavit, instituit: à quo קקק id est, Præcepta ac decreta, ac leges: cumque hoc proprie principum, ac maximorum virorum sit, ideo eum, ducem vertit Hieron. sicut & septuaginta, *ηγέμενος*. Duo vero hæc, regnum effi- ciunt, scilicet sceptrum, & legum condendarum potestas. Quamobrem eundem intelli- gimus hunc, quem & superius, aut duo per quæ regnum efficiatur. Chaldaica quoque ædi- tio pro duce ponit *כסר*, hoc est, scribam.

De femore eius.] *כסר רגליו*, id est, de medio pedum eius. Quo modo vero non deficiet de pedibus eius dux? Hieronymus quidē, & ante eum LXX. videtur totum, ex parte accepisse, vt pedes eis significarēt femur, vnde fit procreatio. At Auen Esra aliquid aliud tradit, cuius verba sic habet *קקק רגליו בן רגליו כסר*, Sententia, inquit, eius quod di- citur, De medio pedū eius, quia is mos est scriptorum, vt inter pedes principū sedcant. At quid propterea dicit, aut quid potest dici absurdius? Ego vero locutionē Hebraicā esse pu- ro, quam & alibi reperiemus vt sæpe dicetur. Non enim pedes ipsos intelligimus, sed aduer- bij vice sumitur, pro eo, quod est de medio eius, & quasi ex eius domo, siue natione. Vt enim apud Græcos *ἐμπεδον*, non inter pedes significat, sed impedimentū atque obicē declarat, & *ἐμπεδον*, non extra pedes, sed, amoto omni impedimento, sic & Hebraice de medio pedum eius, de medio eius, aut ex ipso. Quare commentitia est expositio Auen Esra.

Qui mittendus est.] *שילו*, Scilo. In hac vna voce tot tāmque varia ab Hebræis, & Lati- nis, simul & Græcis proferuntur, vt omnem penē mentem possint confundere. Tam varia affertur eius vocis significatio, vt nulla æditio cum altera consentiat. Nos tamen si noua quædam afferemus, suum tamen cuique liberum permittimus iudicium. Nam primo vbi nunc Hebraice habetur *שילו*, Adducor facile vt credam tempestate Hieronymi fuisse *שילו* aut *שיל*. Shilach, aut saliach, vt loco he, fuerit chet: quæ littera maximam habent affini- tatem. Eaque vox si eo modo scribatur, significat missum. Existimo igitur hunc locū cor- ruptisse Iudæos, vt pleraque alia ab eis esse deprauata cōperimus, vbi commode posset fieri, vt sapius admonituri sumus. Quod ergo clare de Messia diceretur, & ad religionem Chri- stianam penitus tenderet, per vnus litteræ immutationem, ipsi ad nescio quid aliud trans- ferre conati sunt. Huiusque deprauationis vel id est maximum testimonium, quod neque ex sacris constat litteris quicquam de eo quod illi commenti sunt, scilicet Scilo, neque ipsi quicquam habent certi proferre. Atque ideo maxima sunt apud eos dissidia, alij alia existi- mantibus. Multa quæ multorum citantur ab Auen Esra super ea voce opiniones, quas non li- buit producere, quod videremus, rem non magni emolumenti esse, sed magis vexaretur spiritus. Ad ipsam potius rem veniendum est. Dimissis ergo omnibus fabulis & deliramen- tis Hebræorum, & extortis expositionibus, clarum esse cognoscimus, hunc locum de Mes- sia esse intelligendum, adiuuante nos æditione Chaldaica, quæ solet esse tanquam asy- lum Hebræis, quo confugiant, vbi aliquid obscurum & senticosum occurrit. Quæ si quid in di- uinis libris propter prophetiam, aut sermonem Hebraicum, minus clarum diuinum fuerit, apertissime explicat. Ea itaque hoc loco habet, Donec veniat Messias. Mutauitque Scilo in Messiam. Rabbi quoque Salomon exponens, Donec veniat Scilo, sic ait. *שש השם בן שש*, hoc est, Donec veniat ille Messias, quia regnum eius est. Omnes quidem reges Israël, Messia vocabantur, sed vnus *משיח*, Messias nihilo addito vocatur. Credo igitur, etiam ipsum Chaldaum interpretem legisse in contextu Hebraico, saliac, id est missum, non Scilo, sicut & Hieronymum. Eamque vocem mutauit in alteram eiusdem formæ, sci- licet Massias. Vnū igitur hoc poterat conuincere pertinacissimos Iudæos, qui & suos erro- res tueantur, non cessant quotidie ad sua mala placita diuinas litteras torquere. Is ergo lo- cus tam secundum Hieronymum, quam Chaldaicam ædicionem debet intelligi. Et quod dixi de permutatione litterarum, he, in chet, adeo mihi sit probabile, vt penitus in ea sim opinione. Inuenio etiam in libris Hebræorum, Messiam appellari Shaliac, id est missum vel missionem. Missus enim est à patre, vt nos à funesta morte liberaret, quam per peccat- um Adæ omne genus humanum contraxerat. Quod autem Septuaginta hunc locum ver- terunt *εως ελθῆν ὁ Σαβιευται*, sic enim legendum est, non vt habet impressio, non satis affe- quor, vnde prouenerit, cum præsertim nihil eorum habeatur in contextu Hebraico. Nisi forte diuissim legerint nomen Scilo, sci, id est quod, & lo, id est ei, vt totum sit hoc modo

Chal. adi- tio asyllum Hebræorum.

Messias He- bræis Sha- liac, id est, missus dicitur.

Alegendum. Donec veniat, quod ei, aut cuius est: quod illi verterunt ὁ Σαβιευται. Cui repo- situm est. Eritque sensus, Donec veniat cui regnum illud perenne repositum, paratumque est, scilicet Massias: atque ita exponunt Græci & Hebræorum nonnulli. Cætera quæ de hac re dicenda fuerant, videantur apud Nicolaum, non malum autorem.

Expectatio gentium.] Variè quoque & hoc exponitur. Est enim Hebraice *תקוה*, quod nonnulli, collectionem significare autumant: vt Hebraice hoc modo legamus *תקוה*. Et ei aggregatio populorum: aut, Ad illum aggregabuntur populi. Alij à תקוה deducunt, id est, obediuit: exponuntque, Et ei osculatio populorum: omnes enim Messia obtempera- turi erant. Alij aliter exponunt. Quæ omnia, ferè eodem tendunt. Hieronymus Septua- ginta sequitur, *καὶ αὐτὸς προσδοκῶν ἔθνη*. Et ipse expectatio gentium. Chaldaica vero æditio habet, Et ei auscultabunt populi.

Asinus fortis.] *אשור*. Asinus osseus, ac propterea fortis, sicut & ipse Hieronymus in libro Hebraicarum quaestionum exponit, Sed quis non miretur varietatem apud Septua- ginta, qui asinum fortem verterunt, *τὸ καλὸν ἐπιθύμισσε*, pulcherrimam desiderauit. Hoc profecto adeo est mirū, vt mens stupeat. Neque ignoramus vnde tanta deuiatio acciderit. Nam vt sæpe testati sumus, r, &, d, apud Hebræos eandem penè habent formam, nec facile dis- tinguntur. Itaque alteram pro altera littera legerunt vt non *אשור*, id est, asinum, sed subie- cto, d, loco, r, haberent *אשור*, id est concubiuit. In secunda quoque dictione, huiusmodi quæ- dam etiam ratio est.

Tributis seruient.] Non dissentit ab Hebraico *תבואת עבדים* Tributo seruient. Verum tributum pro labore sumperunt Septuaginta: verteruntque *καὶ ἐργασίῃ ἀγρογεωργός*, Factus est vir agri- cola: quanquam permultum deiciunt: nec forte adeo admittendum est.

Salutare tuum expectabo domine.] *אשור*. In salute tua speravi domine. At Sep- tuaginta, hanc sententiam, non ad Iacob, sed ipsum equitem referunt, vertentes *καὶ πε- σῖται ὁ ἵππευς, τὴν σωτηρίαν ἐπεθύμησεν*, id est, Et cadet eques, salutem expectans domini. Quod certe meo iudicio, non sine maximo errore factum est.

Et ipse accingetur retrosum.] *אשור*, id est, Et ipse expedietur, aut oppugnabit calca- neum. Hoc autem, quod de accingendo & expediendo dicitur, Septuaginta ad tentatio- nem referunt *καὶ περιεγεύσθη περιεγεύσθη, αὐτὸς, αὐτὸς δὲ περιεγεύσθη καὶ πῶδας*. Gad inquit, ten- tatione tentabit ipsum, ipse autem tentabit pedes. Hieronymus autem in quaestionibus Hebraicis ad latrocinium. Omnis autem ea diuersitas accidit ex multiplici significatione huius verbi gad, quod & latrocinari, & expediri ad pugnam significat, quod forte etiam Se- ptuaginta innuunt, si per verbum *περιεγεύσθη*, de piratis intelligant. Hieronymus loco citato videtur legisse *περιεγεύσθη* quod exponit latrocinium.

Neptali cornus emissus.] Nihil dissentit ab Hebraica veritate. Septuaginta vehementer discrepant, vt penè incredibile sit *νεφθαλὶ σεληγὸς ἀνεμύθου, ἑπιδιδῶς ἐν τῷ γαλήματι καὶ κλῶος*. Ne- phthal, stipes remissus, augens in germine pulchritudinem. Quæ dissonantia accidit ex eo quod sapius testati sumus: nam non erant sacra litteræ punctis distinctæ. Itaque vox am- bigua poterat ad varia significata torqueri, in multis præterea, deprenduntur illi, sermonis Hebraici minus quam deceat periti.

Et decorus aspectu.] *אשור*. Filius accrescens super fontem, aut super oculum. Est autem hic vocabulum anceps. *אשור* quod & oculum, & fontem sonat. Atque ideo alterum pro altero reddidit Hieronymus. Putauitque hanc sententiam, filius accrescens super ocu- lum, sic enim diceremus Hebraice, significare decorum aspectu. At Hebræi dicunt hic *אשור* significare fontem, vt dicat Iacob, eum crescere ac profluere, plusquam fontem. Eodem tamen sententia tendit, licet variis vocibus explicata. Septuaginta quoque sequitur Hie- ronymus *ἰωσήφ ζηλωτὸς υἱός*. Ioseph amabilis filius. Quod autem addunt *μὴ νεώτατος*, filius meus nouissimus: redundat, additumque est à librariis. Est enim etiam falsum, cum non is, sed Beniamim nouissimus fuerit.

Super murum.] Ecce & alia maxima Septuaginta ab Hebraica veritate deuiatio. Nā hoc reddiderunt *καρὸς με ἀνίστησον*, ad me conuertere: quo quid potest esse dissonantius? Est autē eadē huius varietatis ratio, quā sæpe attulimus. Nā *אשור* si sine punctis scribitur, potest signifi- care, aut super, absolute, aut super me. Altera quoque vox *אשור* & murū declarat, & est impe- rativa vox à verbo *אשור* hoc est vidit. Cum quæ tam multa eiusmodi reperiantur, admirari iam desinemus. Legendū autē esse vt nūc habet Hebraica veritas, & vt vertit Hieronymus, ratio quoque admonet: præcedit enim filie discurrebant, cui inepte subderetur ad me conuertere.

Sedit in forti. Et sedit in fortitudine, scilicet arcus. Quod Septuaginta, nescio D cur tā diuerse interpretati sint...

Et dissoluta sunt vincula. id est, Et roborata sunt brachia manuum eius. Quare contraria est sententia, secutus est enim Septuaginta in re ambigua...

Inde pastor lapis Israël. Eodem modo & Hebraice Inde pastor lapis Israël. At Septuaginta, sensum non verba interpretantur...

Abyssi iacentis deorsum. Abyssi iacentis deorsum. Quod Septuaginta in aliud quid vertunt, nihil verbi vim exprimentes...

Patrum eius. Genitorum meorum. Quod & Septuaginta remotius Benedictiones patris ac matris tuæ. Videntur etiam legisse Septuaginta non...

Collium eternorum. Potest etiam dici, collium mundi. Nam holam æternitatem significat, & mundum. Quomodo autem sit hoc intelligendum interpretes consulendi sunt...

In vertice Nazaræi. Et in vertice Nazaræi fratrum suorum, id est, Sanctificati ac diuini hominis, vel seiuncti à multitudinem. Septuaginta loco Nazaræi aliud penitus diuersum posuerunt...

Vespere diuidet spolia. Eodem modo & Hebraicum Diuidet spolia. Quæ duo, penitus immutarunt Septuaginta, ut quod est Hebraice, diuidet, ipsi reddiderint...

Ibi Lia condita iacet. Et ibi sepeliui Leam, ut id de seipso dicat Iacob, non ab aliis factum fuisse asserat...

CAPVT L

Seruis suis medicis. Nihil dissentit ab Hebraico Seruis suis medicis. At Septuaginta longe diuersius...

Seruo Dei patris tui. Seruis dei patris tui: de seipsis ergo loquuntur, non Iacob, seruosque Dei sese appellant, qui etiam Deus Iacob sit...

Num Dei possumus resistere voluntati? Num pro Deo ego sum, vel vice Dei, aut loco Dei. Num Deus inquit ego sum, ut possim vobis detrimētum, aut emolumentum afferre?

Deus visitabit vos, asportate ossa mea. Septuaginta expresse ponunt, quando ea ossa essent efferenda...

In loculo. In arca. Septuaginta In sepulchro: quod fortasse non recte red-ditum est. In arca enim est conditus, quod esset aliquando à fratribus efferendus...

Ioseph ab Aegyptiis Deus habitus.

PRÆFA-




AVGVSTINI EVGVBINI STEVCHI RECOGNITIONVM IN EXODVM

PRÆFATIO

RAM hunc librum, cum præcedente sine ulla præfatione profecturus: sed quia permulta à me in eo expectari animaduertebam, ut late scilicet de sacris vestibus, de toto arca opificio, de ceteris, quæ maxima sunt, differerem, id quod mihi faciendum esse aliquando suspicabar...

B iij





ANIMAE *Quae egressae sunt de femore Iacob septuaginta.* Quod supra de hoc loco diximus idem & hic est dicendum. Eadem enim corruptela in numero hic apud Septuaginta reperitur, quae & superius. Nam hi, huic numero addit quinque. Non quod ipsi huius errati autores fuerint, sed quod librariis potius sit adscribendum. Nam in numeris mendosissima reperitur Septuaginta additio, quanquam is error, etiam tempore apostolorum in Graecis codicibus videatur fuisse. Verum de hoc iam dictum est. Graece igitur sic legitur, *ἦσαν δὲ πάσαι αἱ ψυχαὶ ἕξ ἑκατὸν ἑβδομήκοντα*. id est, Erant autē omnes animae quae ex Iacob natae sunt, septuaginta quinque. Septuaginta vero animae sunt, computato Iacob, ut notat etiam Auen Esra. Nam superius annumerauerat Iacob his, qui Aegyptum essent ingressi, quos & hic repetit eodem numero.

Implauerunt terram. *מלאו את הארץ* Repleta est terra, ab ipsis. Verbum autem *מלאו* sine punctis potuit legi in actiua significatione ac passiua. Verum hoc tempore notulae subiectae indicant passiuè esse legendum. Itaque Septuaginta actiue interpretati sunt *ἐπαύθησαν δὲ ἡ γῆ αὐτοῖς*. Hoc est, Multiplicauit eos terra: quod certe, ut hypallage est, ita est obscurissimū, & quasi subabsurdum. Addunt vero Septuaginta, *καὶ χυδαῖοι ἐγένοντο*, id est, & copiosi facti sunt. Visumque est quibusdam *χυδαῖοι* in malam partem dictum esse ab ipsis interpretibus, quasi innuerent, Hebraeos factos esse promiscuos, vulgares, ac viles, ita enim verbum significare potest, hoc ergo refellit Theodorus his verbis. *ὅτι ὡς πᾶσι νεοήκων ἰσχυρίως αὐτὸ πειθήνησαν, ἀλλὰ τὸ πλῆθος δεδιωμένον. ἔτι γὰρ φασὶν ἠδὲ παλαιῶν, ὡς καὶ πάσις Σαίμωνος ἐκχρησθέντος τῆς γῆς, ἔτι καὶ οἱ παῖδες τὸν ἀνὴρα ἠρμήνευσαν*. Hoc est, Non ut quidam existimant, in iniuriam interpretes transtulerunt *χυδαῖοι ἐγένοντο*, sed eorū copiam significarunt: adeo enim iniquiū aucti sunt, ut per omnem terram illam effusi sint: atque eo modo etiam Aquila interpretatus est, haec ille. Fuit autem Aquila teste Hieronymo, in explicanda verborum proprietate diligentior.

Vrbes Tabernaculorum. *ערים סוכות* Vrbes tabernaculorum. Quanquam vero Hebraica vox tabernaculum significet, accipitur tamen hoc ab Hebraeis, non pro tabernaculis, sed arcibus, ac praesidiis. Quod potissimum intellexerunt Septuaginta vertentes *πόλεις ἀχυραῖς*. Vrbes munitas: quam sententiam secutus est & alibi Hieronymus. Nam praeter alia loca, Paralipomenon cap. viii. quod hic vertit vrbes tabernaculorum, ibi ciuitates munitissimas interpretatus est, ubi est *ערים סוכות*. Studiosissimi autem cuiusque est, veritatem ipsam, accurate perquirere, & non ilico autores optimos reprehendere, quod plerique faciunt. Itaque Hebraei ad labores & onera coacti, arces munitissimas, tutissimaeque praesidia aedificauerunt Pharaoni. Quem morem etiam hodie seruant principes, rusticos ad construenda mœnia, ac propugnacula cogentes. Quod autem narrat Nicolaus Hebraicè haberi, vrbes thesaurorum, clarum est, esse falsum, est enim textus Hebraicus ut vertit Hieronymus, sed tabernacula, ab Hebraeis, etiam praesidia atque arces vocantur: confirmatur à Philone hoc modo, οἷδ' ἦσαν ἄπο τεταγμένων παρὰ οἰκιστῶν καὶ ποιῶν καὶ πόλεων κατεσκευάσθησαν. id est, Iudaei autem ad vrbes, domos, mœniaque aedificanda, à rege delegati sunt.

Oderunt filios Israël Aegyptij. *ויראו בני ישראל* Et stomachabatur in filios Israël. Atque haec quidem est sententia, quae in contrarium à Septuaginta versa est, ut non Aegyptij Hebraeos, sed Hebraei Aegyptios abhominarentur. *ἐβδελύσαντο οἱ ἀγύπτιοι τὸν Ἰσραὴλ*. id est, Vilipendebantur Aegyptij à filiis Israël, Nisi forte aliquid aliud innuunt, hoc est, Abhominacionem patiebantur à filiis Israël: causa vero est quia Hebraica simpliciter sequuntur, nulla facta immutatione, quod tamen periculose fit.

Educaueruntque vrbes Pithon & Ramesses. *והוציאו את בני ישראל* His duabus vrbebibus alteram addunt Septuaginta: quod certe non puto ab eis esse factum, sed ab eadem causa, quae saepius à me allata est. Nam ex vno loco facile in alterum, sententiae transponuntur, ubi aliqua arriserit similitudo.

A tudo. Itaque quod erat superius positum Genesi cap. xli. de vrbe Heliopoleos, superflue huc transpositum est in Graecorum codicibus. *ἀποδομήσαντες τὴν πόλιν, καὶ ῥαμεσσί, καὶ ὄν, ἢ ὅτι ἡλίος πόλις*, id est, Aedificauerunt & Pitho, & Ramessa, & On, quae est ciuitas folis. Quod certe non potest esse verum, cum Heliopolis ante aduentum Hebraeorum in Aegyptum, esset condita. Eradendum itaque hoc mendum in Graecis codicibus. Neque etiam Septuaginta interpretibus est adscribendum. Nam & saepe alibi admonemur, eiusmodi additiones, non ab ipsis accidisse, sed aliis causis. Est autem maxime mirum quod Origenes vir grauissimus, & qui sermonem Hebraicum non ignoraret, hunc errorem non modo non viderit, sed etiam secutus sit: quippe qui has tres vrbes mystice interpretatur, quae apud eum copiosius videnda sunt, nos non commentarios teximus: haec certe mihi maxime mira videri solent. Debuerat cum admonere habitam esse huius vrbis mentionem multis annis ante, quam Hebraei ab Aegyptiis ad aedificia eo tempore compellerentur: neque tum aedificata esse Heliopolim, cuius sacerdos iam supra trecentis annis elapsis, socer Ioseph fuerit.

In terre operibus. Verisimilior additio Septuaginta & ad Hebraicam veritatem propensior, quae habet *והוציאו בני ישראל* id est, Et opprimebant eos omni seruitute in agris, seu ruribus. *illū καὶ τοῖς ἄγροις, τοῖς δὲ τοῖς πεδίοις*. Omnibus inquit operibus, quae in agris fiunt. Clarum vero est, quid innuatur. Afferre enim ex agris cogebantur paleas & lapides, & cementum, atque aquam, & ad ipsa aedificia comportare. Non itaque placet, quod ait Iosephus, eos cogi solitos efferre stercorem extra urbem, ac foeces, & eiusmodi materias, quod tametsi verum esse potuerit, non tamen colligitur ex ipso cōtextu. At Philon & ipse Iudaeus, in vita Moysi, *ἐφράζοντο δὲ οἱ μὲν πηλὸν, εἰς πλῆθος χρηματίζοντες, οἱ δὲ πανταχόθεν ἀχρεα συγκομίζοντες, πλῆθος γὰρ ἀχρεα δομοῖ*. Hoc est, Alij quidem lateres ex humo formabant, alij vndique paleas afferbant, eo quod ex aptae ad solidandos lateres sunt.

Ipsae habent obstetricandi scientiam. Hebraice aliquanto secus, tametsi sententia eodem recurrat. Neque enim ad scientiam ac peritiam refertur, sed robur, ac vires quibus essent praeditae mulieres Hebraeae, & obstetricum auxilio minime indigeret, hoc modo. *והיו חיות ב*. Non sunt iniqui Hebraeae sicut Aegyptiae. Nam illae sunt viuaces ac fortes, atque in hunc modum etiam exponit Auen Esra. *בהיותן בן ישראל הן הן ישיב*, id est, Quia tenet robur viuax in corde. Praeueniunt inquit nos, eo quod mulieres robustissimae sunt, neque nostra ope indigeant. At neutrum commemorant Septuaginta, neque obstetricandi peritiam, neque robur ac fortitudinem.

Et quia timuerunt obstetricas Deum, aedificauit illis domos. Quia eodem modo habent & Hebraica, non sunt aliter producenda. At vero additio Septuaginta, tam male hunc locum deprauatum habet, ut nihil dici possit deprauatius. Non itaque verterunt, Deum eis domos aedificasse, sed eas sibi. Ut que intelligas eodem modo etiam olim se habuisse codices Graecos, proferam expositionem Theodori. Cum enim Septuaginta vertissent *ἐπειδὴ ἐφοβήθησαν αὐτὰς μὴ μείωσιν τὸν θεόν, ἐποίησαν δὲ ἑαυτῶν οἰκίας*, Hoc est, Quoniam timuerunt obstetricas Deum, aedificauerunt sibi domos, ille sic ea verba exponit. *τὸ φοβῆσθαι καλεῖται τὸ ἀφθεῖρεν τὰ ἀρρενα, καὶ σαίναι δὲ εὐλάθειαν, ἡσυχάζει τὴν τῆς παιδαγωγίας ὁσα ἰσχυρόντο νόμοι. ἡ δὲ χάρις, αὐτὰς ὁ θεὸς ἀμείλιχος ἀφθονίαν αὐτῶν ἀγαθῶν ἐδωρήσατο*. Hoc est, Cum iussisset Pharaos interfici mares, illae ob religionem, noluerunt infanticium exequi. Quam ob rem remunerauit eas Deus, bonorum vbertate concessa. Innuit enim, eas sibi domos construxisse, hoc est omnium rerū, quae ad familiam gubernandam exiguntur, copia habuisse. Confirmatur autem hoc ipsum autoritate Theodori, qui cum additione Aquilae ac Symmachi ac Theodotionis, emendauit codices Septuaginta: apud eum sic legimus, ἢ τῆς ἐβδμηκόντα. ἐρμήνευα, τὴν ταχέως δόκει σημαίνει τῆς ἐβραίων γυναικῶν τὴν καὶ τὸ πικτεν φθάνει τὴν παρῖσιαν τῆς μείων, & paulo infra, φανερώτερον ἐρμηνεύει ἀλλοὶ ἐρμήνευσι. ἡ γὰρ αὐτῶν ἐποίησαν ἑαυτῶν οἰκίας, ὅσα ἄντις οἰθήει καὶ τὸς ἐβδμηκόντα. ἀλλ' ὁ θεὸς ἐποίησεν αὐτῶν οἰκίας ἡ χειροτέλειαις. ἀλλ' οἶκος φησὶν. ὁ Δαβὶδ οἶκος ἱεροῦ εὐλογησατε τὸν κύριον, hoc est, Septuaginta interpretatio, celeritatem videtur innuere Hebraearum mulierum, & earum praesentium in paciēdo, deinde. Clarius inquit, interpretati sunt alij interpretes. Non enim obstetricas fecerunt sibi domos, sed Deus fecit eis domos, non quidem manu factas, sed quales ait Dauid, Domus Israël benedicite dominum. Arbitror itaque ipse, non fuisse hunc lapsum ipsorum Septuaginta, sed potius quiduis aliud eū intulisse. Nulla enim erat in contextu Hebraico obscuritas, ut illi tam in aperta & luculenta relaberentur. Quod autem exponunt Graeci de domibus non manufactis, conuenit cum sententia Hebraeorum, neque enim aliud hi sentiūt, quam eas fortem inter filios Israël

accepisse, quod fusius explicatur à Nicolao.

In flumen proiicite. In flumen proiicite. Exponite eum, abiicite eum: de flumine nulla mentio. Ex eo autem quod contigit Mosi addidit flumen Hieronymus. Septuaginta tamen etiam ipsi flumen addiderunt, eis τὸν ποταμὸν ῥήσατε. In flumen proiicite.

CAPVT II.

Verum elegantem. Formosum: quod non tam proprie Septuaginta reddiderunt ἀστειον, id est, urbanum. Vna tamen omnium sententia est. Philon autem Iudæus in vita Moyfi, Septuaginta secutus de ipso Mose sic scribit ex hoc loco accipiens, γαμηθεὶς αὐτῷ ὁ παῖς, εὐδὲς ὄψιν ἀνέφεραμεν ἀστειότερον, ἢ κατ' ἰδιώτην. ὡς ἐν τῷ τυραννικῷ κρηγματικῷ ἐφ' ὅσον οἶόν τε λέω, τὸς γονεὶς ἀλογησαί, hoc est, Natus itaque infans, mox urbaniorum præ se ferat vultum, quam quis de priuato homine suspicari posset: adeo ut parentes quantum possent tyranni edicta facile paruipenderent.

Fiscellam scirpeam. Arculam scirpeam, siue papyream, ut verterunt Septuaginta, ἡλίω παπύρου. Arcam ex papyro. Et forte verisimilius, eo quod papyrus propria illius fluminis sit, at scirpus siue iuncus etiam reliquorum. Vñ sunt hoc loco Septuaginta vocabulo Hebraico, arcam exprimere volentes, neq; ipsam vocem immutarunt. arca enim Hebraice thebat dicitur. At illi inusitato apud Græcos nomine, eodem modo appellarunt ἡλίω. Quæ vox nusquam apud alios autores reperitur: atque hinc factum suspicor, quod Philon Iudæus Hebraicæ linguæ imperitus, ut ex multis sit manifestum, totam hanc rem de fiscella scirpea omisit. Apud quem sic legitur, φοβηθέντες μὴ σοτηρίαν εἶναι μιν ἀνάγκη, πλείους ὄντες αὐτοὶ σὺν σκηνῶν τῶν ἑσπέρων, δεδακρυμένοι τὸν πόδα σιτυθίασι τῶν ἑσπέρων τῶν ποταμῶν καὶ φέροντες ἀπὸ τῆς ἀρκαί, hoc est, Verum cum timerent ne dum vni salutem molirentur, plures cum illo interirent, illachrymantes, puerum ad ipsam fluminis ripam exposuerunt, mentesq; recefferunt. Ecce de arcula nulla sit apud hunc mentio: credo quod ignoraret quid esset tibi. Sequebatur enim Græcos codices: linguamque Hebræam cum ignorasse, multis ex locis colligitur. Quod autem asserit Origenes, thibin esse tegimen è papyro contextum, patet non esse verum, nam theba significat omnem arcam, siue papyream, siue ligneam. Arca enim Noë theba vocatur, quæ tamen non erat scyrpea.

In Papyriome. Quod tum papyrus significat, tum caretum, id est locum carycæ plenum: quod hic papyriomem vocauit interpres, sepem scilicet & quasi sylum papyrorum. Septuaginta aliquanto dissimilius vertunt ἔλος hoc est, paludem: quanquam sententia eadem omnium sit. Auen Esra מן המים בארץ מצרים hoc est, Nomen fruticis est, qui circa fluminum ripas nascitur. Cognitus est autem Moses à filia Pharaonis, quod esset ex pueris Hebræorum, non tam quod sciret à patre decretum esse, ut filij Hebræorum exponerentur, quam quia vidit puerum circumcisum: atque hoc etiam indicant scriptores Græci, maxime Theodoritus, qui de hac re sic scribit, ἡ περιτομὴ τῆτο δὲ ἀλλοθεν. ἐντεθεν δὲ ἦλθεν, ὡς κατ' ἐπίνοιαν γένον ἀγγέλῳ, ἡ περιτομὴν ἔσχε, ὑπερον δὲ τῶν ἑσπέρων ζήλῳ αὐτῶν ἀσπάρσαντο νόμον, hoc est, Circuncisio hoc fecit manifestum. Atque hinc clarum est, ea tempestate non vsos circuncisione Ægyptios, postea Hebræos emulantes, cum ritum amplexi sunt.

Vocauit nomen eius Moysem. Cum hoc nomen, à verbo Hebraico originē ducat masha, id est extraxit, atque inde fiat Mose, Patet corrupte proferri tam à Græcis, quam Latinis Moyfes, cum Moses dicendum esset, quandoquidem & etymologia ita pronunciandum demonstrat, & non alio modo proferatur Hebraice. Eademque in hoc nomine corruptela, quæ & in cæteris nominibus. Obseruandum quoque quod Philon, aliam etymologiam ei nomini accommodat, sic enim de hoc scribit, ὄνομα θεοῦ μωσὴν ἐτοίμασε, ἀπὸ τῆς ὕδατος αὐτῶν ἀνελήσθη, τὸ γὰρ ὕδωρ μωσὶ ὀνομαζέσθην ἀγγέλῳ, id est, Nomenque ei indidit Mose, eo quod ex aqua extraxisset eum: nam Ægyptij mos aquam appellant. Esse quidem id potest, videtur tamen duci ab Hebraica etymologia. Auen Esra vocauit eum Mose, משה משה משה hoc est, Translatum est à lingua Ægyptiaca in linguam sanctam. Nomen autem eius Ægyptiace est Monios. Atque ita videtur conuenire cum Philone, à voce Ægyptia, non Hebraica inditum ei nomen. Sed in Hebræam & nomen verum est, & accommodatum ad suum etymon.

Ad Iethro patrem suum. Quanta corruptela est in hoc nomine apud Latinos? Nō enim Iethro scribitur hoc loco sed Reuel, quanquam idem vir, inferius etiam Iethro vocatus sit, patetque

patetque hunc fuisse binominem. Non peccant idem Septuaginta, σαμουήλ. Erat autem is sacerdos Madian, qua regio versus Arabiam spectat, ut scribit Iosephus. Quadragenarius erat Moses, cum ad sacerdotem profugit. Elapsis autem aliis annis quadraginta, Deus illi apparuit, ut ad tam præclarum munus tunc assumere, cum per ætatem foret sapientior, & extincti in eo essent omnes mali affectus.

Iurauit Moyfes. Iurauit aut voluit. At diuersus Septuaginta, καὶ καταλάσθη. Et habitauit Moyfes, vel collocatus est. Sic eadem sententia à diuersis per diuersa verba exprimitur. Sed non ita propè tam à nostro interprete, quam ab illis. Nam de iuramento nulla mentio.

Et cognouit eos. Sic quoque Hebraice, וַיִּכְנֹעַ אֶת דֵּי וַיִּכְנֹעַ אֶת דֵּי. Et cognouit Deus. At Septuaginta si fas est ita loqui, per ignorantiam Hebraicæ grammaticæ, passim protulerunt, καὶ ἐγγάσθη αὐτοῖς. Et cognitus est eis. Quod tamen longe aliud est. Nam illi, non satis tunc Deum agnoscebant, quando ne sub Moyse quidem agnouerunt, sed Deus, eos respexit & ut suam plebem recognouit. Et de hoc quidem nulla controuersia esse potest.

CAPVT III.

Retro cognati sui. Quo nomine tametsi omnis affinitas significetur, dicendum tamen fuerat socii sui, sicut & Septuaginta fecerunt, τὸν πατέρα τοῦ ἰσθῶρ τὸν πατέρα αὐτοῦ. Hoc est, Oues Iothor, socii sui, licet nomen corrupte proferatur.

Ad interiora deserti. Post desertum, vel retro in desertum, Septuaginta & ipsi ab Hieronymo non videntur discrepare, ὑποὶ τῷ ἔρημῳ. Sub desertum, hoc est interius, ut arbitror, & ut ait Philon in locum nemorosum atque herbis copiosum, apud quem sic legitur, ἐξ ἄγρων πλὴν ποίμεν εἰς τόπον εὐχρόνον τε καὶ εὐχρότον, ἐθαύσαν νύκταν καὶ πάλιν πῶν παρθεναύσιμον ἀναδιδόσθαι. γονόμοσος οὐκ ἔστιν ἵνα νύκταν, ἡεμα πλεμπιότατον ὄρε. Hoc est, Cumque eduxisset gregem, in locum aquis irriguum, & floridum, ubi multa pecudibus herbarum exhibebatur copia, & in conuallem iam deuenisset, videt hic prodigiosum spectaculum. Et quæ apud eum sequuntur. In penitissimas ergo deserti partes sese contulisse scribit Moses, diuinitus fortasse promotum, ut in tanto secessu, rem mortalibus abstrusam videret. Vel ipse locum describit.

Apparuit ei dominus. Angelus. Miror quod Hieronymus & ab Hebraico dissentiat, & ipsi Septuaginta, qui & ipsi ἀφθὴ δὲ αὐτῷ ἀγγελος, id est, Apparuit ei angelus. Philon quoque Iudæus ei angelum apparuisse confirmat dicens, ὡς ἀντὶς ὑπετόπισεν εἰματα τῆς ἄντρος ἑνῆς, καλεῖσθαι δὲ ἀγγελος ὅτι χεῖρον τὰ μέλλοντα γνήσεισθαι διήγησθε. Quantum, inquit, quis suspicari posset, erat ea visio, atque presentia eius qui est, vocetur autem angelus, eo quod quæ ventura essent, denunciabat. Atque ita & ipse videtur sentire, Deum sub figura angeli, Mosi se ostendisse, quod & omnes prope Græci patres cōfirmant. Siquidem Basilij pluribus nominibus, Dei filium in sacris litteris appellari scribit, è quibus & nomen angeli esse. Quippe qui patris consilia hominibus reuelauit. Qui & apud Esaiam magni consilij angelus vocatur, de qua re magnus Dionysius, de caelesti Hierarchia sic scribit, αὐτὸς ἐστὶ Ἰησοῦς, ὅτι καὶ πλὴν ἡμῶν σωστὴν ἀγαθὴν εἶναι, εἰς ἑκαστὸν ἐπιπέσει ἐπιλήθως τὰς ἐν, ἀγγελος μεγάλῃς βελῆς ἀντιγράφεται, καὶ γὰρ ὡς αὐτὸς ἀγγελος ἀρετῆς φησὶν, ὅσα ἡκούσε τῶν πατρῶν ἀνήγειρεν ἡμῖν. Hoc est. Ipse insuper I E S V S, quia propter salutare nobis beneficium, in ordinem denunciantium descendit, angelus magni consilij est vocatus, etenim ut ipse angelice dixit, quæcūque audisset à patre, annūciauit nobis. Est q; peculiaris apud theologos quæstio, num Deus an angelus cum Mose tum loqueretur, & cum montem Sinai postea conscendit. Nam is cū Mose loquebatur, & qui aliis patribus apparuit, modo angelus, modo Deus vocatur. Sed quoniam hoc fusius à theologis tractatur, prætermittendum nobis est. Etenim potuit fieri ut sub presentia angeli Deus sese ostenderet, & tamen per ea quæ fierent, esse Deus cognosceretur, ut habetur hoc lib. cap. xxiii. Vbi Deus alloquitur populum. Ecce ego mitto angelum meum, observa eum, quia in medio eius sum. Deum enim, uti est, nemo vidit iniquā. Qui ne nominari quidem potest, nedum videri. Videmus autem hic, eundem appellari angelum & Deum, idque nomine illo tetragrammaton, quod in solum Deum potest competere. Nam ubi dicitur, cernens autem dominus, quod pergeret ad videndum, Hebraice est nomen tetragrammaton. Alia quoque super hac re disceri possent, quæ vltro dimittemus.

Christus angelus dicitur.

Deus ne an angelus sit locutus sit in vltro.

tur. Itaque Hieronymus quod vertit, Apparuit ei Deus, non angelus, hoc idem sentit, Deum, cum angelum fuisse, vt etiam ex toto capite colligitur. Sequiturque non verbum, sed ipsam sententiam. Nam & Hebraei asserunt, hunc angelum, Deum esse. Erat tamen vertendum sicut & Septuaginta verterant, vt quilibet posset pro sua facultate super ea re meditari, Siquidem & angelum dicit beatus Stephanus Mosi apparuisse, Actuum capite nono.

Videbat quod rubus arderet. Quanquam nulla dissonantia in ipsis autoribus sit, vt tamen clarius hoc fiat, proferam quæ de rubo in vita Mosi, scribit Philon, qui ampliavit istum locum. Is enim refert βάτος λέω, ἀκρωθώδες φυτὸν, καὶ ἀδενέστατον, ἔτος, ἕδενός πῦρ πρὸς σπέρματός, ἐξάφνης ἀναχέεται. καὶ ἀπερχόμενος ὄλος ἐν ῥίζῃς, εἰς ἀκρέματα, πολλῆ φλογὶ κατέκαυτο τὸ πρὸς πηγῆς εὐοσμύρας, διέλυε σάος, ἔκαταιγόμενος, οὐκ οὐκ ἀπαθῆς ὕστα, καὶ ἕχ ἕλη πυρὸς αὐτὸς ὢν, ἀλλὰ τρῶφῃ χροῦνός τῶ πρὸς, καὶ δὲ μέσση πλὴν φλόγα μορφῇ ἀεικαλεσάτη τῆς ὄρα τῆς ἐμφερῆς ἕδενι, θεοειδέστατον ἀγαλμα. Erat ibi, inquit, rubus, plantula videlicet spinosa ac debilissima, atque ea, à nemine, admoto igne, repente tota accendi visa est. Quam cum ignis radicitus occupasset, & ingenti flamma omnes ramos ac cacumen teneret, ea tamen perinde manebat illesa, ac si superne fons delaberetur, incendiūque reprimeret, & quasi materia incorruptibilis esset, non ea esset igni pabulum, sed contra ea nutrebat ab igne. In media vero flamma, forma præstantissima visa est, quæ nulli harum rerum quæ videntur, esset similis, Diuinissimum simulachrum. Huc vsque Philon. Quapropter patet, quo modo hoc intelligendum sit, quod de accensa rubo hoc loco scribitur. Quæ quia vehementer placent, non sunt alia proferenda. Ardere rubus visa est, quia natura diuinitatis, igni solet in sacris litteris comparari, tum propter eius inter cetera elementa excellentiam, tum quia illa natura lucidissima est, & procul ab omni caligine sequestrata, tum quia eius operatio, igni est simillima, celeriter, scilicet omnia conficiens, & alia quidem purgans, alia penitus absumens. Sub hac specie, Deus Moyfi visus est. Graeci quoque aliam asserunt rationem, cur sub rubi ardentis specie videri Deus voluerit. Nulla scilicet Deo figura est, nullisque lineamentis exprimi potest, ergo si se sub ardente rubo ostendisset, non erat futurum, vt Hebraei occasionem inde eius figuræ depingendæ fumerent, & in errores pessimos corruerent. Nam rubus ardens nullam exhibebat figuram, quam quisquam Deo conuenire posse putaret: quanquam Philon scribit in media illa flamma, Deum esse conspectum. Verum de hoc nulla in contextu sit mentio, sed vocem tantummodo vocantis auditam esse. Nam cum dicitur apparuit ei, magis ad vocem pertinet. Sed verisimile est, aliquam præsentiam eum in igne vidisse. Neque tamen hoc impedit, quin expositio Græcorum optima sit. Nam nulla illius qui Mosi apparuerit traditur figura.

[Non comburetur.] Hebraice ἐμφρατικώτερον. וְעָשָׂה לָהֶם אֱלֹהִים. Hoc est, Non deuorabatur, non exedebatur, à verbo וְעָשָׂה id est, comedit, deuorauit. Græce quoque venustissime per antonomasian, idem significatur ἢ βάτος ἐχέμετο, καὶ ἔκαταιγέμετο. Quod fortasse Latine posset verti, vrebatur, sed non exurebatur.

[Imolabis Deo super montem illum.] וְעָשָׂה לָהֶם אֱלֹהִים. id est, Seruietis, adorabitis, ad plures ergo spectat: & ad omne adorationis genus: sicut verterunt etiam Septuaginta καὶ λατρεύετε τῷ θεῷ, ἐν τῷ ὄρει τούτῳ, & adorabitis Deum in monte isto. Nam habad Hebraice, omnem diuinum cultum significat, nō tantum immolationem. Prædicit ergo Deus fore, vt omnis Hebræorum multitudo Ægypto egressa, cum ad montem illum adoratura sit.

[Ego sum qui sum.] וְעָשָׂה לָהֶם אֱלֹהִים. id est, Ero qui ero. Per futurum pronuntiatur Hebraice. Futura tamē pro præteritis ac præsentibus solent vsurpari in hac lingua, sicut & lingua Italica, & aliis quamplurimis. Neq; certe aliud est, quam quod vertit Hieronymus & Septuaginta, qui etiam per præsens locuti sunt ἐγὼ εἰμὶ ὁ θεός. Notatur autem non solum à Christianis, sed etiā gentilibus maxime Platonici, Dei nomen esse, qui est, eo quod is sit, omnis essentia, omnisque vitæ plenitudo, & ab eo omnia viuunt ab eo profecta, vt & quod essent post ortum, & quod orientur ille fuerit causa. De quo apud Ægyptios, in templis erat scriptum ἐγὼ εἰμὶ πᾶν τὸ γεννῶν, καὶ ὃν καὶ ἐσόμενον, τὸν ἐμὸν πύργον ἕδεις πῶ θητός ἀπεκάλυψε. id est, Ego sum quod fuit, quod est, quodque futurum est, velum meum nemo vnquam reuelauit: Credōque ex hoc Exodi loco, eos accepisse, præsertim cum Mercurius eius sententiæ vt existimo autor, non modo tempestate Mosi proximus fuerit, sed etiam simillima in multis & sacris litteris consentanea scripserit. De hac eadem re Gregorius eximius theologus

rubus.

Qui est, cur Dei nomē.

Ἄθεός λέω μὲν αἰεὶ καὶ ὅτι καὶ ἔσται, μᾶλλον δὲ ὅτι αἰεὶ. τὸ γὰρ λέω καὶ ἔσται, τὸ καὶ ἡμᾶς, θεός τμηματικῶς, καὶ τῆς μετῆς φύσεως. ὁ δὲ, ὢν αἰεὶ. καὶ τὸ αὐτὸ; ἑαυτὸν ὀνομάζει τῷ μωϋσῆν λεηματικῶς ὅτι τὸ ἴδιον. ὅλον γὰρ ἐν ἑαυτῷ συλλαβῶν ἔχει τὸ αἰεὶ εἶναι, μήτε ἀρξάμενον μήτε παυόμενον. οἷόν τε πάλαιος ὕστατος ἀπείρητος, καὶ ἀόριστος, πᾶσι τῶν ἀφροσύνητων ἔνοιον καὶ χροῖας καὶ φύσεως. Hoc est, Deus, inquit, fuit quidem semper, estque & erit. Imo vero semper est. Nam fuit, aut erit, diuisiones sunt fluxæ naturæ, & temporis cui subiicimur nos. At Deus semper est. Quo nomine ipse seipsum appellauit, cum Moysen alloqueretur in monte. Totum enim in se ipsum esse complectitur, quod neque cœpit vnquam, neque desinet, quasi quoddam essentia pelagus infinitum, & immensum, omnem & naturæ & temporis rationem transcendens. Dionysius quoque ille magnus, & vere diuina & apostolica sapientia plenus, de hoc ipso, inquit, ἔσπεσον ὅτι ὢν, ἀλλ' ἀπαλῶς καὶ ἀπελευθέρως ὄλον ἐν ἑαυτῷ συλλαβῶν τὸ εἶναι, καὶ ἀπελευθέρως. Appellauit, inquit, seipsum, qui est, non enim secundum aliquam quantitatem ac dimensionem est, sed simpliciter, & interminabiliter, totum esse in se comprehendens. Thales quoque Milesius, interrogatus quid esset diuinitas, respondisse fertur τὸ μήτε ἀρχὴν ἔφη, ἔχον, μήτε τέλος. id est, Quod neque principium habet, neque finem. Plato quoque vir eminentissimi ingenij, mortales quasi reprædicit, quod futurum aut præteritum tempus, diuinæ naturæ accommodarent, eadem propè quæ & Dionysius & Gregorius, in Timæo scribens. τὸ λέω καὶ ἔσται, θεός καὶ λατρεύετε εἶδη, ἃ δὴ καὶ λαμβάνοντες ὅτι τὴν εἰδὸν ὕστατον φέρουσι σὺν ὁρθῶς, τῆς δὲ, τὸ ἔστι μόνον καὶ τὸν ἐλπίθι λόγον προσοίσει, τὸ δὲ λέω καὶ ἔσται καὶ ἐν τῷ ἐν χροῖας γένεσιν. id est, Fuit aut erit; temporis species sunt, quas temporis partes, nos per inscitiam, sempiternæ naturæ attribuimus. Non satis recte ac rationabiliter. Et siquidem tantum competit, & secundum veram rationem, tempus præsens, illa vero diuisiones, naturæ, quæ temporis subiecta est. Hæc ille. Appellat ergo se id quod est, propterea quod ante omnia ac supra omnia est, quod ab omnibus gentibus ac religionibus est cognitum. Proclus enim & ipse gentilis, Christianos fortasse secutus de ea natura ait: πάντων τῶν ὀπτασιῶν τῶ ἀγαθῶ μετεχόντων ἡγήταιν τὸ παρόντος ἀγαθόν, καὶ ὁ μὲν δὲ ἄλλο ἢ ἀγαθόν. id est, Omnibus quæ quoquo modo bonum participant, excellit ac præstat, quod primo bonum est, & quod non est aliud, quam ipsum bonum. Cui etiam Iamblichus consone de eadem natura sic loquitur, ἐστὶ δὴ οὐκ ἀγαθόν, τότε ἐπ' ἐκείνου τῆς ὕστατος, καὶ τὸ κατ' ὕστατον ὑπάρχον, ἐκείνου λέγω τὴν ὕστατον τὴν ἀφροσύνητων, καὶ τμηματικῶς, καὶ κατ' αὐτὴν ὄσον. Est igitur, inquit, bonum, id quod supra essentiam est, & quod secundum essentiam, Illam dico essentiam, quæ primaua est, & præclarissima, & per se existit. Non fuit ergo absurdum, hæc ex gentilibus theologis proferre, vt sit peripicuum, quàm proprie, quàm vere, Deus appellarit se, qui est, & quàm sapienter Septuaginta & Hieronymus per præsens extulerunt, quod secundum idioma Hebraicum pronuntiabatū per futurum. Omittimus hoc loco multa quæ ab Hebræis & Latinis super nomen tetragrammaton differunt. Consilium enim nobis fuit, omittere quæ minus necessaria viderentur. Cum præsertim de eo nomine satis nobis disertum sit in libro contra calualiticis superstitiones. Scire vero omnes volumus Burgensem, virum alioqui in litteris Hebraicis doctissimum, virumque optimum, mea quidem sententia hoc loco non attigisse, cuius expositio postea citabitur. Duōque in eo mihi carpenda visa sunt, primum quod cum esset Hebraici sermonis peritus, non animaduertit eius linguæ proprietatem: deinde quod Auen Esra, atque aliorum multorum Hebræorum sequatur expositionem, quæ certe minime vera est. Primum quod diximus, sermonis Hebraici proprium esse, futura pro præsentibus vsurpare, adeo clarum est, vt nihil ferè notius sit, exempla tamen proferamus. Iob capite primo vbi in nostra additione habetur. Vnde venis? Hebraice est וְעָשָׂה quæ si Latine reddenda sunt, dicendum esset vnde venies, quo nihil esset absurdius, etiam apud Hebræos. Genesis quoque capite trigesimo septimo, vbi Latine dicitur de Ioseph, inuenisse eum errantem, quendam virum, qui cum hoc modo interrogauit, וְעָשָׂה quod si Latine reddas, dices, quid quares, quid vestigabis. patet tamen de præsentis interrogationem fieri, innumerabiliaque alia dimittuntur exempla, ne in re manifesta tempus conteramus. Potuit ergo hoc non vidisse Burgensis? deinde non animaduertit etiam Septuaginta interpretes, viros sapientissimos vtriusque linguæ intelligentes proprietatem veritatis, qui est, & non qui erit, vel qui ero: quorum interpretationem approbavit etiam Philon Iudæus, vir & ipse Græce doctissimus, qui hunc locum in vita Moyfi exponens scribit. Ἐάν οὐκ ἔφασκε πάλαιονταί τι τὸ ὄνομα τῶν πέμψαντι, μὴδ' αὐτὸς ἔειπεν ἔρχομαι. ἀρ' οὐκ ὀφείλω ἀξιοματῶν, ὁ δὲ τὸ μὲν ἀφροσύνητων λέγει φησὶν αὐτοῖς

ὅτι ἐγὼ εἰμὶ ὁ θεός. ἵνα μεθόνηταις ἀφ' ἑαυτοῦ ὄντος τε καὶ μὴ ὄντος, ἀποθανάτιδα φάσιν, ὡς ἐδὲν ὄνομα τοῦ θεοῦ ἐξέστη ἐπὶ ἐμοὶ καὶ ἐλογίζεταί, ὡς μόνου ἀποθεῖται τὸ εἶναι. Hoc est, Dixit Moyses, at si, inquit, percunētati ex me fuerint, quod nomen ei sit, qui me miserit, eis que dixero, ne me quidem posse hoc explicare, nōne eos circunuenire ac fallere videbor? Tum Deus, responde, inquit, quod ego sum ille qui est, ut intelligant quantum inter eum qui est, & qui non est, inter sit: doceantur insuper nullum mihi proprie nomen conuenire, qui solus habeo, ipsum esse, atque hæc Philon. Sciendum etiam illud est quod nomen tetragrammaton, quod proprium Dei nomen esse existimatur, & quod apud Hebræos quasi proferri non potest, non est alia vox, non aliud nomē, quā id de quo dicitur hic: id est, qui est. Quod Græce melius ὁ θεός. Est enim vox futuri temporis verbi substantiui. Nam prima vox eius verbi est: יהוה hoc est, fuit: cui in futuro tertiæ personæ additur iod, fit ἰη, יהוה id est, erit: atque ipsum est nomen tetragrammaton, duntaxat protacta iod, ut fiat vau. Putōque olim loco eius quod nunc est vau, fuisse iod: facilisque est à iōd, ad vau transitus, propter maximam affinitatem. Atque ex hoc Exodi loco, natum puto nomen tetragrammaton. Nomen scilicet, quo se ipsam diuinitas appellauit, ab essendo: quanquam eo in libro Geneseos vsus sit Moyses: ut ἰη hoc clarius percipias, vbi in nostra æditiōne habetur, Dixitque iterum Dominus ad Moysen, Dominus deus patrum vestrorū, Deus Abraham, Deus Isaac &c. Hebraice in ipso exordio ponitur יהוה hoc est, nomen tetragrammaton, id est, qui est, Deus patrum nostrorum: deinde subdit, hoc nomen mihi est in æternum. Neque de alio nomine intelligit, quā eo, quod exposuerat Mosi scilicet, qui est. Nomen ergo tetragrammaton tempus futurum est E verbi substantiui, sub ea forma quam exposuimus. Atque idem est, vbi dixit ero qui ero, & ipsum nomen quadrilitterum. Nam si ipsum interpretari voluerimus, dicemus, qui est, vel erit, sine relatiuo: quod fit secundum idioma Hebraicum, in quo relatiua sæpe dimittuntur: hæc dico nō ignorans Hieronymū tanquam duo diuersa nomina ponere nomen tetragrammaton, & qui est, sed si quis prudentissime considerarit, inueniet hæc vera esse, consentiente etiam Theodorito apud Græcos, qui Syriacæ & Hebraicæ erat peritissimus. Si hæc ergo vera sunt, ut certe sunt, nō erat cur damnaret nostram æditiōnem Burgenfis hoc loco. Damna enim nostra æditiōne, damnatur æditio Septuaginta, qui sapientissime hūc locum reddiderunt per præfens: quamobrem clarissimum est, quā laudabiliter, quā recte exposuerint hunc locum, sanctissimi nostri interpretes tam Græci quā Latini. Ex his quoque cognoscitur, quā commentitia sit expositio quorundam Hebræorum, quos sequitur Burgenfis, qui exponunt, Ero qui ero, ero cum eis, qui ero illorum Deus, quæ liquet quā absurda sint & Hebraicis commentis similia: neque enim sunt omnia admittenda, quæ finguntur ab ea gente, quo vitio foedissime plerique reserpsi sunt, ut quicquid apud Hebræos inueniant, sit eis oraculum, præsertim hi, qui cabalisticis deliramentis sunt addicti.

Tetragrammaton.

Mitte quem mihi nō proferre Christo tribuit.

Vocauit nos.] יהוה קראנו Occurrit nobis. Sunt enim simillima apud Hebræos vocandi verbum, & id quod signat occurrit: ideo etiam Septuaginta sicut & Hieronymus ἀποκαταλάτω ἡμᾶς. Aduocauit nos. Auen Esra עברא id est, occurrit. Chaldaica quoque æditio: dominus, inquit, אלהים עמנו apparuit nobis.

Nisi in manu valida.] יהוה ביד חזקה Et non in manu forti. Sic & Chaldaica, יהוה ביד חזקה, id est. Et non prius, quā robur meum comprehendat eum vel tangat. Sic exponunt reliqui Hebraei. Rabi Salomon יהוה ביד חזקה ליהוה אלהים אבותינו hoc est, quousque meam manum robustam notam ei non fecero, non permittet vos ire. Ut ipse Deus paulo post infert. In manu ergo valida, id est, robore, potentia, ut non dimissurus sit Hebræos, nisi maximis prodigiis cōspectis, nisi cognita diuina potentia: nisi ambiente Hebræos exercitu cælesti, ut eos ab Ægyptiis tueatur: nisi maximis sint Ægyptij calamitatibus oppressi.

CAPVT IIII.

Mitte quem missurus es.] יהוה ביד חזקה Mitte obsecro per manum cuius mittes. Consentiant que omnes sentire eum de Aaron, qui posset, & sciret loqui. Sicut & Septuaginta sentire videntur. Ἰδομεν κλέμε ἀποφραξέμεσαι ἄλλον δυνάμενον, ὃν ἀποφραξέμεσαι hoc est, Obsecro domine adhibe alium qui possit, quem mittas. Æditiō quoque Chaldaica & ipse ferè in eandem sententiam יהוה ביד חזקה אלהים אבותינו hoc est, Obsecro domine mitte nunc per manum eius, quem decet mitti. Atq; itaq; interpre-

A interpretantur omnes Hebraei. Rabi Salomon יהוה ביד חזקה יהוה ביד חזקה hoc est, Per manum eius, quem parasti mittere, siue per manum alterius, quem tu volueris. Notat autē hic Auen Esra, ut in libro Ezechiel scribitur, Deum ante Mosē alios etiam misisse prophetas, qui populum Israël erudirent, atque ex his quempiam voluisse hic intelligere Mosē, siue Aaron, siue alium. Quod autem hoc tribuitur redemptori, dicam certe quod sentio, nō fieri pie, sed magis superstitiose, hoc enim est extorquere diuinas litteras. Medium iter tenendum est, & Messia tribuenda sunt, quæ eius sunt, & quæ aliorum aliis. Quæ res si confundatur, fieri sine maximo flagitio non poterit. Qui enim quod de Messia scribitur, ad alias torquet personas, is certe & impius est, & malignos Iudæos imitatur: qui vero quæ de aliis dicuntur, ei tribuit, is in eorum numerum referendus est, qui supersticiosi sunt, & imperite has litteras interpretantur. Hæc tamen dico, ut semper recipiamus & approbemus, quidquid diuini scriptores prodiderunt, ne quorundam stultam & barbaram audaciam imitemur.

Eris ei in his que ad Deum pertinent.] Modestiae causa tam Hieron. quā Septuaginta noluerunt penitus hoc loco sequi textum Hebraicum in quo est יהוה יהוה יהוה Et eris ei in Deum. Septuaginta verò, ὅς δὲ ἀντὶ ἐσὶ τὰς ἐπισημασίας τῶν ἁγίων. Tu autem eris ei, quæ ad Deum pertinent. Quod etiam fecit æditio Chaldaica, יהוה יהוה יהוה id est, Et tu eris ei in magistrū, siue principem. Atque hoc patet qua causa factū sit. Quod tamen in sequentibus nec Hieronymus nec Septuaginta curasse videntur.

B *Occurrit ei dominus.*] Etiam istud Septuaginta sapienter alio modo verterunt Καὶ ἐπισημασίαν ἀντὶ ἀγγέλους κωλύει. Occurrit ei angelus domini: licet contextus habeat ut vertit Hieronymus. Nam promittit loquuntur sacræ litteræ, eodem nomine tum Deum, tum angelos appellantes. Atque hoc longe est honestius, ut vertunt Septuaginta, quod & Chaldaica fecit æditio, quæ & ipsa habet אלהים אלהים hoc est, Et occurrit ei angelus domini. Tolerari enim potest, ut angelus sumpta viri forma minaretur Mosi: at de Deo, non posset sine perturbatione id cogitari. Hoc modo exponunt omnes propè Hebraei: ceteri interpretes alij Deum, alij angelum verterunt. De qua re etiam Theodoritus scribit: οὐχ ὅρασθε ἀγγελὸς ἀπελεῖν ἢ βέβητο τὸν μουσῆα, ἢ κατὰ τὰς ἄλλους ἐπισημασίαις οὐκ ἐπέμεινε εἰ μὴ τις ὁμοίως ἐλάτῃ, εἶπαι ὅτι ὁ μὲν μουσῆς ἐπέμεινε τὸν θεὸν ἰσχυρῶς εἰς αὐτὸ ἐπειδὴ τὸν λαὸν ἐμεγάλυνε τὰς ἐπισημασίας ἀναγγεῖν, καὶ γενέσθαι καὶ τὸν αἰσθητὸν εἰς ἀγγελοῦ διὰ δὴ καὶ ἀπεπεμφθῆναι αὐτῷ φιλιππῶνα τὰς ἐπισημασίας τῶν περὶ Ἰσραὴλ. hoc est, Non video quamobrem angelus voluerit occidere Mosē: aut secundum alios interpretes Deus. Fortasse dicendum est, quod Mosēs putarit Deū sibi esse iratum, quod cum esset populum ad illum ducturus, uxorem & filios secum afferret in Ægyptum, ideo transiit statim carissima pignora ad locerum, hæc quidem ille. Nō defuerunt igitur ex his, qui Deum etiam interpretati essent.

Contigit pedes eius.] Eodem etiam modo Hebraice. Quod Rabi Salomon interpretatur, proiecit eam coram Mosē, præputiū. Nam istud aperte refertur ad Sephoram, quæ proiecit ante Mosē præputium, dixitque: Sponsus sanguinum tu mihi es. Septuaginta innuit nescio quid aliud ἀποφραξέμεσαι τὰς πόδας αὐτοῦ, cecidit ad pedes eius: & dixit quod nescio an verum sit, eam contigisse pedes Mosi, & quasi supplicasse, & veneratam fuisse.

Sponsus sanguinum.] Mira varietas apud Septuaginta. Qui pro eo quod est sponsus. Verterunt ἐστίν, hoc est, stetit: sic enim tota sententia habet, ἐστίν τὸ αἷμα τῆς ἀπειρομῆς τῆς ποδῶν μου. id est, Stetit sanguis circumcisionis pueri mei. Quod suspicari non possum unde sumptum sit: quando ne ex aequiuocatione & amphibologia quidem contigit. Vnicum enim est eius vocis significatum: propterea & reliquum huius periodi absurde apud eos sese habet. Et sententia quidem satis manifesta est, ut exponit Nicolaus. Vnum illud est annotandum dici sanguinum de more linguæ Hebraicæ, quæ sanguines ponit pro sanguine, ut illud, Vox sanguinum fratris tui, cum sanguinis apud nos dicendum sit.

Et recessit ab eo.] Mira hoc loco hallucinatio Nicolai, qui cum sciret Hebraice, non viderit, hoc non referri ad Sephoram ut ille existimat, quæ indignata, à Mosē recesserit: nam verbum Hebraicum masculina vox est, non fæminina. Rabi quoque Salomon, quem ille sequebatur, exponit recessit, inquit, נמשך אלהים id est, Angelus ab eo. Recessit ergo à Mosē angelus, non Sephora à Mosē: dimittitur autem hoc totum à Septuaginta.

Et audierunt.] שמעו Et audierunt. Septuaginta legisse videntur שמעו id est, Et latati sunt, eo quod loco audierunt, verterit ἐλάλησεν ὁ λαός, id est, Et latatus est populus. Est ἰη inter

utrumque verbum, non mediocris similitudo. Nam חסד quod lætari significat, simillimum est huic עמו id est, audiuit, atque alterum pro altero Septuaginta legisse videntur.

C A P V T V.

Vare sollicitatis populum ab operibus eorum.] חסד עמך וכו' hoc est, Vacare facitis. Idem quidem innuit Hieronymus, sed obscurius. Septuaginta vero per aliud verbum, idem significant. Αφειρηθετε τον λαον, απο της εργων. Auertitis populum ab operibus. Hebraice igitur hæc sententia innuitur. Quare populū subleuatis & falsis persuasionibus imbutis? intermitte opera intermittuntur, pendente machinæ interruptæ, conaminique eum ab hoc seruitio auocare?

Quanto magis si ei requiem dederimus.] חסד עמך וכו' hoc est, Populus, inquit, tam multus est, & eis ocij copiam datis: aut, Cùm multus sit populus, reuocabitis ne eos à laboribus eorum? At alio modo hoc efferunt Septuaginta μη ουω καταπαυσωμεν αυτους απο της εργων. Ne igitur quiescere permittamus eos ab operibus. Atque ita diuersè omnes protulerunt, cum Hebraica veritas habeat ut nos citauimus.

C A P V T VI.

In Deo omnipotenti.] יהוה אחד In Deo omnipotenti. Quod non ita proprie Septuaginta θεος αν αυτων, cùm essem Deus ipsorum. Exponitur autem hoc ab Hebræis sicut late scribit Nicolaus, & ut clarum per se est. Rabi Salomon יהוה אחד Et dixit eis me esse Deum illum omnipotentem.

Nomen meum adonai non indicaui.] יהוה אחד Et nomen meum tetragrammaton. Non adonai. Hieronymus Hebræorum morem secutus est, qui nomen illud diuinum, ut sæpius diximus, non sua voce, pronunciant, sed aliena, scilicet Adonai: dicunt enim id, vel non posse, vel non conuenire proferri: ideo etiam Septuaginta, per aliud nomen ipsum exposuerunt, scilicet κύριος, cùm ne hoc etiam quadret.

Non indicaui eis.] Hoc satis apertum est, quo pacto sit intelligendum, nullaque est inter omnes tum Hebræos tum Græcos tum Latinos interpretes dissonantia. Quæ autem de nomine tetragrammaton, ab Hebræis traduntur ne Græci etiam patres ignorauerunt, doctissimusque Theodoritus copiose de hac re scribit. Neque ab re est, totam eius expositionem huc afferre, quia optima est διδάσκει εφη, ποσος ημων και εδμενειας ηξιασεν. ο γαρ τοις πατριάρχαις οδν εδωκασεν ονομα, τδτο αυτω δηλον εποίησεν. εφη γαρ παρ αυτους. εγω εμιι ο αν. τδτο δε παρ εβραίοις αφειρητον ονομαζεσθαι. απείρηται γαρ αυτοις τδτο Αφ της γλωττης αποφευγειν. ηαφειται δε Αφ της τεσσαρων στοιχείων, διδ και τετραγράμμιον αυτω λέγουσι, τδτο και τω πετάλω επεξεργαστη τω χρυσω, ο τω μετασω τδ αρχιερας επετιθετο, τη ταυρια της κεφαλής παρδ δεσμός μδνον. κελεισι δε αυτω σαμαρείται μδνιαι με. ισδαορι δε αβ. εβι δε τεσσαρα γεσμματα τδ ονόματος θεοτα. ιαδ, αλλα εαλε. το δε αιδις ζης και αιδιον εωα τον θεον. σημαντικον το ονομα. τδτο τοινυ φησι το ονομα ε δε τοις παρι τον αβρααμ απειραλυφα. αλλα σοι πάντως ποδ. επειδη μη λυ χειρος επειν τοις πατριάρχαις το ονομα, ο εχου εινον τον θεον της εδωλων. επειδη γαρ και οι δαίμονες θεοι και κηλειοι ονομαζομεσθαι απο της ημερα πευοντων αυτους. το τετραγράμμιον ονομα εδωκεν ο θεος. το ποτε ανέφερεσθαι τοις πιστοις. id est, Docet quanto honore quantaque beneficentia dignus esse meruerit. Quod enim patriarchis nomen non explicuit, clarum ei fecit. Dixerat enim ad eum, Ego sum qui est. Est autem hoc apud Hebræos innominabile. Prohibitum enim eis est, ne ore suo ipsum proferrent. Scribitur autem quatuor litteris, ideo & quadrilitterum appellant. Idem & aureæ laminæ solebat inscribi, quæ vitta capitis, frontis summi pontificis alligabatur. Vocatur à Samaritis Meniame, ab Hebræis aia. Quatuor litteræ quibus scribitur hæ sunt, iod, he, vai, he. Cùmque per id significetur esse Deum sempiternum, ipsum dicit, se ne Abraham quidem reuelasse. Non enim commodum tunc erat aperire patriarchis nomen, quod separabat Deum ab idolis. Siquidem cùm etiam dæmones, dij, & domini à suis cultoribus vocarentur, dedit Deus nomen, quadrilitterum quod fidelibus tunc erat innominabile.

De nomine tetragrammaton.

Incircumcisus labiis.] Quamuis eo etiam modo habeant Hebraica, hoc tamen intelligendum est, secundum Septuaginta, qui vertunt, Ego sum, inquit, αλορος. Careo sermone, defunt mihi verba, quasi balbus sum, & labia mea sunt pingua, non est caro execta, quæ orationem impedit.

Anni

Annū vitæ Chaat cxxxij.] Sicut & Hebraice, חמשה ושלש At huic numero apud Septuaginta defunt tres: sic enim habent, τος ετη της ζωης καδ ημετων πεντακοτα ετη, id est, Anni vitæ Chaat, centum triginta. Eademque fuit in hoc labendi ratio, quæ & in cæteris aliorum annis, ut magis ascribatur scriptoribus & vetustati, quæ omnia solet immutare, quam interpretibus. Facileque est hoc intellectu, vel hebetissimis.

Patrualem suam.] Hoc est, Filiam patru. At Hebræi פתחה. Dicunt significare ipsius patru sororem. Puto vero Hieron. per patrualem intellexisse patru sororem, hoc est materam. Iocabet igitur ut habetur Numeri 26. soror erat Cahat patris Hamram. Non videtur igitur verum, quod dicit Burgenis, hanc fuisse auiam ipsi Hamram. Locus enim is refragat. Septuaginta non dissentunt à nostra additione, ελαβεν αμβρααν την ιαχραδον συγατρου της αδελφης πατρος. Sed ea ut dixi non filia, sed soror patru.

C A P V T VII.

Reana quedam.] חסדוה Quod variis modis interpretari solet, Septuaginta in vniuersum omnem incantationem & prestigium intellexerunt. Φαρμακείας αυτων, Quæ vox sonat prestigium & veneficium. Chaldaice autem aliud innuitur, per susurrationes scilicet & verba, prestigiatos illos operatos esse. Sic legitur Chaldaice, ון ושי חסדוה ארמא ארמא ארמא ארמא hoc est, Fecerunt etiam

incantatores, suis susurrationibus. Atque ita etiam interpretatus est Rabi Salomon. Neque quicquam aliud super hac re memoriæ proditum apud scriptores comperimus. Et quoniâ vox Hebraica hoc loco sonat etiam fulgorem gladij, ac nitorem, & per hanc dicuntur perfecisse suas prestigiâs illi, non erit forte absurdum, si de eo genere incantationis quod fit per fulgorem armorum intelligamus. Extat enim & apud Ezechielem, huius vaticinij & incantationis mentio, quæ fit per fulgorem armorum. Quoniam vero obliterata hæc sunt, ideo non satis intelligi solent, Philon iudæus, latius hunc locum explicat, eius verba producimus, πάντων ουω της δυνατης συρρήντων εις τα βασίλευα, λαβών την βακτηλειαν ο μέστος αδελφος, και κατασεισας μάλα επειδευτικως, εις τδδουλος ρίπτει, και η μδν, δρακον αυτηα γινεται οι δ ειν κωλεα καταθεάντο και αμα θαυμαστικως εχοντες. απο της εξω χαρδοντες, απεφευγον. σοφισται δε εσοι και μαγοι παρετυγχωνοντες, η καταπληθησε ειπον, ε δ ημεις της ποιητων αμελετητης εχουμδν, αλλα γεωμεθα τεχη δημιουργω της ομοιον. εβ εκαστα, την βακτηλειαν την εχη ριψαντος, δρακοντων πληθος λυ, και παρ εια τον τρωδον ελθεντο. οδ εμ πολλη τα φελόντος αβρααμ παρδ εβραοις, τα μδν σφραει ευρει, το δε σφραει διοξας, ολιγοδ πνεύματος ρύμη βιαμοτότη καθάσθ βολιεν ηρθων πάντας εν κωλεα και σαλμεισας επιπαταται, και καταπιών, εις την αρχηαι φυσον της βακτηλειας μεταβαλεν. Hoc est, Cùmque omnes præpotentes ad regiam confluisissent, tum frater Moysis sumptam virgam maxima cum expressione in terram proiecit. Atque ea quidem mox in draconem versa est. Qui autem circumstant, rem omnem non sine maxima admiratione intuebantur, & præ formidine fugam quoque arripuerunt. Sapientes autem & magi qui tum forte aderant, Cur stupetis inquietant? Nam neque nos non possumus hæc facere. Artem denique eam profitemur, quæ hæc faciendi vim habeat. Ac dicto citius, cùm singuli suas virgas proiecissent, facta est draconum multitudo, omnes tamen circa illum primum vertebantur. Qui paululum immoratus, mox pectus ac totum corpus, arduus crexit. Patefactoque ore, & spiritu violentissimo attracto, omnes tanquam pisces in sanguinam ad se attraxit. Quibus deuoratis, in pristinam naturam quæ virga erat reuersus est, hæc ille.

C A P V T VIII.

In immensas aggeres.] Hoc modo sapientissime mutauit locutionem Hebraicam Hieronymus. Nam cùm Hebræis superlatiua non sint, id loquendi genus supplet per eandem vocem repetitam, ut est de quo hic loquimur, Hebraice siquidem, חסדוה חסדוה id est, accuos aceros: quod intelligitur, sicut vertit ipse Hieronymus. Septuaginta penitus Hebraicum loquendi morem secuti sunt, και (ωνησθον αυτους, ημεινας ημεινας. Congregauerunt eas, accuos aceros. Quod pauci admodum apud Græcos intelligerent.

Erunt cimiphes.] חסדוה Quod Iosephus & Rabi Salomon, pediculos interpretantur. Vide-

Ciniphes unde dicitur.

turque ex Hebraico sumptum, additis quibusdam litteris. Ideo & Septuaginta & Hieronymus vocem Hebraicam intactam dimiserunt. Videmus certe ciniphes venisse à cinam vel cinas, additis, vt dixi, aliquot litteris. Neque puto apud alios tum Græcos tum Latinos scriptores, eam vocem reperiri. Credo igitur Septuaginta vocis proprietatem exprimere non valentes (quanquam non erat difficile) ipsum Hebraicum nomen reliquisse. Philon autem non pediculos intelligit, sed muscarum genus infestissimum, apud quem sic legitur, τόδε ζῷον εἰς τὴν βροχίαν, ἀλλ' ὁμοίως ἀργαλιώτατον, ἔργον μόνον λυμίζονται πλὴν ὀπιφάγειαν, κησίδες ἐμποῖσιν ἀνδρείς, καὶ βλαβερώτατοι, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ ἐν τοῖς βιάζονται ἀφ' ἑκαστοῦ καὶ ὄψων. ἀνεταί δὲ καὶ κρέως ὀφθαλμῶν εἰς πετόμενον, ἐμὴ φυλάσσεται τίς. hoc est, Ea bestiola tametsi exigua admodum sit, infestissima tamen solet esse, non solum enim summam cutem lædit, pruriturum infensum immittens, ac noxium, sed etiam interius penetrat per nares atque aures. Lædit etiam oculos, nisi quis cautus fuerit.

omnem muscam.] Quod alij muscam in vniuersum interpretantur. Alij vero muscam caninam, vt etiam Septuaginta, qui & ipsi κωνομύαν, hoc est, muscam caninam. A quibus nec Philon dissentit. At Rabi Salomon, de hac ipsa voce ait, כל מיני חיות ונחשים ועקרבין, hoc est, omne genus bestiarum noxiarum, serpentes quoque ac scorpiones. Aduertendus vero error in Græcorum codicibus. Siquidem vt scribit etiam Hieronymus, Septuaginta interpretati sunt non muscam caninam, sed κωνομύαν, id est generalem muscā. Et quoniam maxima est similitudo inter κωνομύαν, id est, cōmunem muscā, & κωνομύαν, hoc est, muscam caninam. Ex eo factum est, vt à scriptoribus alterum in alterum deprauatum sit: optime igitur reddiderant Septuaginta, sed corruptus locus est ab imperitis.

CAPVT IX.

Hic misit Phara ad videndum.] Hoc omittitur à Septuaginta, non eorum vitio factum, sed temporū. Quod vel ex eo fit manifestum. Nam subditur in Græcis codicibus, ἰδὼν δὲ φαραὼ ὅτι οὐκ ἐτελεύτησεν ὁ πῶτος τῶν κτηνῶν τῶν ἰσραήλ. Videns, inquit, Phara, quod nullum iumentum filiorum Israël interficiisset. Atque ex hoc capite, nihil aliud visum est dignum quod annotaremus. Quare desinant Hebræi vituperare nostram additionem, qua certe nulla melior & elegantior potest inueniri. Illi autem vt sibi maledicendo gloriolam compararent, & religionem nostram vt cunq̄ue oblatrarent & perturbarent, ex qualibet re ansam arripiunt, modo tutò & sine suspitione fieri posset. Nostri autem Christiani, cum viderint me hunc laborem suscepisse, & diligentissime veritatem nostrorum codicum examinasse, fidem mihi habebunt, inculpatam esse nostram additionem, fallaces autem & semper maledicos Iudæos constanter retundent.

CAPVT X.

Non vis subiici mihi.] Humiliari coram me. Eodemque modo exponit Auen Esra. Rabi quoque Salomon dicit hunc locum intelligendum esse secundum additionē Chaldaicam, quæ habet sicut & nostra additio, רעננתי לך Recufas humiliari. Quamobrem, non plane intelligo, quid innuant Septuaginta, εὐδὲς τίνας ἢ βέλαι ἐν τῷ πῶτι μὲ. Vtique non vis conuerti me, deest fortasse τῶν, aut non μὲ, sed μοι, est legendum, vt dicas quousque non vis conuerti ad me: vertendum tamen secundum Hieronymum.

Quo modo dimittam vos & paruulos vestros.] id est, paruulos vestros. Hanc tamen vocem, semper alio modo interpretati sunt Septuaginta, scilicet πλὴν σπουδαίων ὑμῶν, hoc est, supellectilem vestram. Verum omnes loci attestantur id nomen paruulos, non supellectilem significare. Quoniamque id apertissimum est, nulla proferam testimonia. Idēque vel ex hoc loco cognoscitur. Mox enim aliquid mali suspicatus est Phara, vt dixerunt, se suos paruulos secum ducturos, quod si aliam rem se asportaturos dixissent, non vsque adeo dubitasset. Præterea repetit Phara, quæ ante dicta sunt: at de supellectile nulla mentio, exceptis pecoribus.

Quod pessime cogitatis.] Non alio modo intelligenda est veritas Hebraica, quæ habet וידעתם נא כי נאמר בך וידעתם כי נאמר בך. Videte quia malum est coram nobis. Quod clarius verterunt Lxx. ἴδτε ὅτι πῶς

Abi potestatem deditur vobis. Videte, quia scelus vobis propositum est. Rabi autem Salomon alio modo interpretatur, aliud scilicet innuisse Pharaonem. Cauete, inquit, nam vobis perniciæ maxima ex astris in deserto futura porteditur. Video vobis imminere malum astrum. Quod quàm commentitium sit, & ex superstitione Iudaica profectum, satis ipsa res indicat. Huiusmodi vanitatibus & delyramētis omnia apud eos referta sunt: dicitque hoc esse midras, id est, quandam opinionem & quasi traditionem ac secretum.

Ventum ventem.] id est, calidum. Non dubium est esse austrum. Quippe qui sit ventus calidissimus, & à zona torrida profectus, ac propterea imperfectis animalibus generandis aptissimus. Itaque Septuaginta expresse austrum verterunt, καὶ κέλιος ἐπιγαμῶν ἀνεμιον νότον. Et dominus adduxit ventum noton, qui & aufter. Appellaturque notus ab humiditate, quæ in rebus omnibus, eo flante, solet contingere. Miror autem Nicolaum, qui cum sciret Hebraice non intellexerit hunc ventum esse austrum: eo quod asserit hic de vento calido & sicco scribi. Nullus autem ferè est ventus calidus, qui siccus sit: cum in ventis, ex caliditate efficiatur humiditas. Atque hoc est, quod locustæ, flante borea, omnes extinctæ sunt, & in mare rubrum coniectæ.

Flare fecit ventum ab occidente.] Ventum maris. Est enim Ægypto, mare, in quod Nilus septem hostiis sese infert, ab occasu, ac versus septentrionem. Atque ideo flantibus ætelsis, qui venti aquilonares sunt, commoda nauigatio in Alexandriam est. Quæ causa etiam facit, vt intumescat Nilus flantibus ætelsis, & per totam Ægyptum sese effundat, B ventis illum ex aduersa parte retundentibus, vt scribit & Philon, & Lucretius his versibus:

Nilus in aestate crescit, campisq; redundat.
Vnicus in terris Ægypti totius, annis.
Is rigat Ægyptum, medium per sepe calorem.
Aut quia sunt aestate, aquilonēs ostia contra.
Anni tempore eo, qui ætelsis esse seruntur.
Et contra fluium flantes remorantur & undas.
Cogentes sursum replent cognique manere.

Quod idem asserit & Plinius. Ab occidente ergo vertit Hieronymus: ipsam sententiam secutus à mari autem Septuaginta ad verbum, Hebraica exprimentes, hoc modo καὶ μετέβαλεν κέλιος ἀπὸ θαλάσσης ἀνεμιον σφοδρόν. Et mutauit dominus à mari ventum vehementem.

Tenebræ horribiles.] Non dissentit ab Hebraico. Septuaginta paulo secus, σκοτος, γρόφος, tenebræ, caligo: deinde additur θύελλα, Tempestas aut procella: quod quia omnino redundat, delendum est. Ex alio enim loco, huic simili, sumptum est, vt infinita penè eiusmodi apud eos inueniuntur.

De loco in quo erat.] Desubter se. Non alio modo quàm vt vertit Hieronymus. At Septuaginta paulo diuersius, ἐκ τῆς κοίτης αὐτοῦ, Nemo surrexit de lecto suo. Nam de lecto hic nulla mentio. Auen Esra מן ביתו מן חדרו מן חדרו מן חדרו, id est, De domo sua ad faciedum opus & cundum foras. Quare desubter se, non est intelligendum vt existimarunt Septuaginta.

Quæ offeramus.] Eleganter vertit quod erat ושבב faciamus: quanquam etiam latine facere pro facere, sacrificare significet, sicut & Hebraice: vt illud, Cum faciam vitulam. Septuaginta vero non mutarunt verbum ἀποιήσωμεν κέλιον τῶ θεῷ ἡμῶν. Quæ faciamus domino Deo nostro: neque satis mihi compertum est, an Græce recte dici eo modo possit.

CAPVT XI.

Hic exire compellet.] Quasi mittat perfecte, Hoc est, penitus, sine vllis conditionibus, & vt exponit Rabi Salomon ושלח מלכיהוה מלכיהוה. Hoc est, In vniuersum & penitus dimittet omnes vos. Quod optime significarunt Septuaginta οὐδὲ πῶς ἐκβαλεῖ, cum omni eiectione, & expulsionione.

Dices omni plebi.] Eleganter vertit phrasin Hebraicam ונאמתי. In auribus populi loqueris. Neque significat aliud, quàm quod vertit ipse Hieronymus. Non enim loqui in auribus, significat latenter & in auriculam loqui, vt innuunt Septuaginta λέλαστον οὐδὲ κρυφῶ. Loquere igitur clam: sed mos illius gentis is est. Ociose quoque addunt postea Septuaginta εἰς τὰ ὦτα, in aures.



Ollat vnusquisque agnum.] id est, Pecudem: quod tam de agno potest intelligi, quam pecude adulta, sed quia mox additur agnus anniculus, Patet de agno esse intelligendum. Septuaginta quoque ouem verterunt *αβρατον*. Vox autem Hebraica tam ad hœdum quam ad agnum pertinet.

Iuxta quem ritum.] *חוקי חוקי וכו' חוקי חוקי*. Hoc est, Ex pecudibus, & ex capris tolletis, sicut & Septuaginta *αβρατον* *αβρατον* *αβρατον*. Ex agnis & hœdis sumetis. Neque tamen aliud est. Quare non distinguitur hic quicquam.

Seruabitur eum.] Hebraice hoc tam de hœdo, quam de agno dicitur *חוקי חוקי חוקי חוקי*. Et erit vobis in referuatione. Neque distinguit quem intelligat. Ac sicut superius promiscue locutus est, vt agnus & hœdus tolleretur, ita & nunc. Hocidem innuunt etiam Septuaginta *αβρατον* *αβρατον* *αβρατον*. Et erit vobis referuatum. Vtrunque scilicet. Nam quod de vtroque præceptum sit, vt tolleretur & seruarietur vsque in quartamdecimam diem, indicat & Theodoritus *καλειει αυτους, λαβειν ε μινον εν τω περιελατον αρνας εμανοσας, αλλα και εν τω αρων ελεφας, οδ κίνα και ταυτον, τωτον χακεινον θυσαων, ελλα ινα ο μιν περιελατον ελεφας, τωτον θυσο οδ ε αβρατον τω περιελατον ελεφας*. Hoc est, Præcipit itaque eis, vt fumant non solum ex pecudibus agnos anniculos, verum etiam ex capris hœdos: non vt eadem ratione tam illi quam isti sacrificarentur, sed vt qui agni copiam haberent, agnum sacrificarent, qui autem eo carerent, hœdum. Ex quibus patet, quo modo sit hic locus intelligendus, quem quasi dubium fecit Hieronymus dicendo, iuxta quem ritum. Nullum enim hic traditur sacrificium distinctum agni & hœdi, & optime, & breuiter explicuit hoc Theodoritus. Tractatur & copiosius à Nicolao. Gregorius vero Nazanzenus in eandem sententiam hæc scribit, *επιλεγειται δε οδ κίνα αβρατον αρων μινον, αλλα και τα χειρονος ειδους, και της αριστερας χειρος τω περιελατον, οτι μη περιελατον μινον, αλλα και τω αρμαρωτων σφαιραλεται*. Hoc est, Eligitur inquit non solum ex agnis, verum etiã pciore specie, & ex sinistra, quæ hœdis tribuitur in Euangelio, quia non solum pro iustis, sed etiam peccatoribus sacrificatur. Falluntur ergo, qui duo distincta sacrificia hœdi, & agni præcipi hic opinantur, in quem errorem ex aditione prolapsi sunt.

Cum lactucis agrestibus.] *רמרי*. Cum amaris. Quamobrem volunt hoc esse de omnibus herbis quæ acres sint, & aspero succo intelligendum. Rabbi autem Salomon, lactucas agrestes etiam ipse intelligit, secutus (vt reor) nostrum Hieronymum, à quo multa etiã didicerunt Hebræi, vt ipse sæpius animaduerti. Septuaginta quoque non vertunt lactucas, quæ Græce appellatur *βελουλα*, siue *βελουλα*, sed quemadmodum habent Hebraica *רמרי* *רמרי*. Hoc est, cum amarulentis, siue subacerbis herbis. Præceptum enim est Hebraeis vt herbas amaras degustarent, quo se eo argumento ab acerba & amarulenta seruitute redēptos cognoscerent. Id enim Deus dabat operam, vt sua illis beneficia semper ingereret, quibus ad se diligendum prouocarentur. Eadem fuit ratio, quod panis azymus comedebatur, quia is non tam suauis est, vt fermentatus. Ex quibus fiebat, vt præteritã suam amaritudinẽ recoleant, & Deum, qui ab hac eos redemisset, laudarent: si tamen hoc fecerunt, & non aliud potius. Auen Esra quoniam absurde hunc locum interpretatur, eius testimonium non cito.

Non comedetis ex eo crudum.] *רמרי*. Quam vocem Rabbi Salomon sic exponit *רמרי* *רמרי*. Hoc est, Appellat Moses hoc nomine, id quod non est, quantum necesse sit, coctum, voce Hebraica vsus. Non ergo crudum sed semicoctum erat dicendum, propterea additur mox semicoctum in aqua.

Est enim phasa.] Cum Hebraice Pefec dicatur, variis modis id nomen tam apud nos quam apud Græcos corruptum est. Græci enim in aliam vocem eius similem eam immutarunt scilicet pascha. Quod nomen quamplurimos decepit, qui putarunt à verbo Græco *πάσχα*, duci, ex quibus est Lactantius, & multi apud Græcos. reprehendit tamen hos Augustinus, qui ab eo verbo scilicet patior eam vocem duci putarent. Lique enim non esse vocem Græcam, sed Hebræam corruptam. De qua re scribit fusius Gregorius Nazanzenus in sermone de pascha hoc modo, *το πάσχα τωτον το μίγα τε και σεβασμιον, φέσια τοις εβραοις περιελατον. και τωτ ελεφας φωνη, διλοϊ δε η φωνη τωτ αβρατον, ισεραως μιν αβρατον ες αρων περιελατον. τωτ γαλαναίου φωνη, και μετανάστασι, πνευματικως δε αβρατον εν τω περιελατον, και τωτ γινωσκοντες επαγγελίας περιελατον και αβρατον, οδ κίνα δε πολλας της γραφης σιμβολον εφομεν, απο τωτ αβρατον μετα ποιθητα τωτ ονοματων εντι περ σαφές εστι, η τωτ αρωνοιστων, η τωτ ελεφας. τωτον και ταυτα περ αβρατον. τωτ γαρ σωτηρίας πατεις ονομα τωτον ειναι τινες νομιζουτες. ειναι ελεφας τωτ και φωνη, πάσχα τωτ ημεραν περιελατον, και λαβειν δε η σωτηρία τωτ φωνη ιεροτελεστων εποιησε περιελατον*

Phase.
Pefec.
Pascha.

Απεροσεχεχθους τωτ πολλων αλωης ως εσεσεστω τωτ ρηματι. Hoc est, Hoc venerabile, ac diuinum pascha, ab Hebraeis pascha secundum eorum linguam vocatur, quæ vox significat transitum: historice quidem, eum quo ex Ægypto in terram Chanæorum commigrarunt Hebræi: secundum spiritum vero, eum transitum, quo nos ab his caliginosis locis deuolamus ad superiores. Et quod solet sæpe in diuinis litteris vsu venire, accidisse etiam hoc loco comperimus, scilicet transferri aliqua nomina, quæ aut obscura sunt, aut horrida, in alia nomina, quæ & illustriora sint & venustiora. Nam hoc nomine putarunt quidam vocari ipsam salutarem seruatoris passionem, ad Græcãque linguam vocem accommodantes, fecerunt ex phascha, pascha. Quod cum vsus recepisset, iam vehementer inoleuit, assentientibus ipsi auribus, vt pote sanctiori nomini. hæc ille. Quæ talia sunt, vt verius dici non possit: nam & significationem declarauit, & causam erroris in prolatione ostendit: siue magis rationem, vt Hebraicam vocem insuauem & horridam, in elegantiore commutarent. Neque tam est errore, quam studio factum. Huius quoque nominis variæ interpretationes apud alios inueniuntur. Philon Iudæus vult eo nomine significari *αβρατον*, hoc est, non ipsum transitum, sed ea sacrificia, quæ libamus transitori: quod certe non est verum. Iosephus autem interpretatur *αβρατον* transgressus, vel progressiones: Symmachus autem vertit *αβρατον*, hoc est, transensum. Theodotus vero ipsam Hebræam vocem non interpretatam reliquit *φασεχ*. Est tamen clarissimum quid ea vox sonet, neque opus est tot ambagibus. Est enim nomen verbale à pascha transitum, à quo fit pefec, transitus: atque ubiq; nos habemus & transibo vos, Hebraice vpassathi: à quo factum pefac. Non est autem silentio prætereundum, hunc diem adeo sacrum ac venerabilem visum esse Hebræis, vt in eo multis ante annis, præclarissima multa, accidisse commemorent: de quibus etiam apud nos sit commemoratio. Sed quod est præcipuum, & omnem eorum facile potest conuincere pertinaciam, sentiunt nobiscum eadem die redimendum esse populum Israël à Messia, quem venturum expectant. Ponamque ipsa Hebraica verba vt facilius intelligantur. In libris enim Cabala sic scribitur *בשם חמשה עשר יום יצא ישראל ממצרים*. Hoc est, in eadem die videlicet quinta-decima die mensis Nisan scilicet Martij, redimendus est Israël in diebus Messia, quemadmodum redēpti sunt, eo die, de quo scribitur, in diebus egressionis tuæ ex Ægypto ostendam mirabilia. Ecce refragari gens pertinacissima non potest, quin ille sit verus Messias quem colimus ipsi, qui ea die vniuersum redemit orbem. Condemnabuntur igitur ipsi contra se testimonium ferentibus.

Exceptis his qui ad uescendum pertinent.] *אשר יאכר לכה*, Hoc est, Excepto eo, quod comedetur ab omni anima. Hanc certe sententiam aut aliam fecerunt, aut obscure verterunt Septuaginta. *αβρατον οσα ποιθησεται πασχα και τωτ μινον ποιθησεται υμιν*, id est, Veruntamen ea quæ sicut omni anima, hoc solum fiet vobis. Nemoque esset, qui non aliud intelligeret, quam quod esset intelligendum. Videturque decepti verbi similitudine *אשר* quod cū comedere significet, aliud illi esse putarūt, propter verbum simile, vt est *אשר*, id est, opus. Clara vero est apud nos sententia, apud Græcos obscurissima, propter aditionis improprietatem.

Qui est in limine.] Hoc quo modo potest esse verum. Iam enim sanguis in limine non erat. Præterea quo modo is sanguis de limine sumptus est? Manifeste igitur is locus est corruptus, temporum iniuria, non auctoris vitio, itaque Hebraice sic legitur *אשר*, id est, Intingite in sanguine qui est in pelui, vel catino: quanquam id erratum inuenitur etiam apud Septuaginta. *αβρατον οσα ποιθησεται πασχα και τωτ μινον ποιθησεται υμιν*. Tollite de sanguine, qui est iuxta fores. Atq; hos fortasse secutus Hieronymus est. Cauti vero varietatis fuit, eius vocis multiplex significatio, quæ sæpe etiam libimen significat. Verum hoc loco pro pelui accipiendã esse, testes sunt omnes Hebræi. Primum interpretes vocum apud eos, hoc modo de eo nomine scribit. *אשר*, Hoc est, Eius vocis significatio triplex est. Primũ declarat peluim seu catinum, vt est Exodi cap. 12. In sanguine intingentis, qui est in pelui. Rabbi quoque Salomon, exponit *אשר* בלי, Hoc est, sanguine qui est in pelui. Lique etiam quàm sit verum, non limen hic, sed peluim, qua sanguis reciperetur, significari. Sed Hieronymus vt dixi partim Septuaginta secutus est, partim vocis ambiguitas eum in eam interpretationem induxit.

Exceptis paruulis, & mulieribus.] Septuaginta semper existimarūt, *αβρατον*, supellestem. Quare factum est, vt omnia locum, ubi eius vocis vsus incidisset, male interpretati fuerint. Cùmque hic censetur numerus virorum, & excipiantur paruuli, & ma-

nifestum cuilibet esse possit, quorum fieret exceptio, perfliterunt tamen illi vertendo...

Armi quibus manserunt in Aegypto.] Falsò atque ociose additur in codicibus Græcis, quibus manserunt in Aegypto & in Canaham.

Omnis cœtus Israël faciet illud.] Id est sacrificabit, vt diximus & vt Hebraicæ linguæ est proprium.

CAPVT XIII.

Septem diebus azyma comedetis.] Solita corruptela in Græcis codicibus...

Quod si non redemeris interficies.] De hoc quantum ad nostros attinet codices, nulla controversia est...

Et quasi appensuram quid.] Quæ voce significatur Hebræis id quod fronti præligant, in huius rei gestæ recordatione.

Armati ascenderunt.] In hac voce mira est dissonantia Septuaginta & Hieronymi, Et veritas quidem Hebraica est...

CAPVT XIII.

Regione Phiaroth.] Omnia hæc, locorum esse nomina asserunt Hebræi, licet appellatiua videantur.

Trecentos currus.] Id est, Sexcentos currus, Deest ergo dimidium. Septuaginta quoque eodem modo habent...

A Sumpfit sexcentos currus. Quis autem non videt hunc errorem non esse ipsius interpretis sed librariorum & temporum?

Et quicquid fuit curruum.] Omnis currus Aegypti. Quod Septuaginta ad equitatum referunt...

Et duces totius exercitus.] Supposita est hæc sententia quæ minime in contextu Hebraico habetur...

Et erat nubes tenebrosa.] Et tenebræ & tenebræ. Non erat ergo nubes tenebrosa, sed nubes & tenebræ.

Interfecit exercitum eorum.] Et conturbavit, & infremuit super exercitum, terrorem immisit.

Subuertit rotas curruum.] Et impediuit rotas. Septuaginta quoque aliquid simile.

Ferebantur in profundum.] Et deduxit eas, scilicet rotas, cum pondere. Sic etiam Septuaginta, & clarius...

CAPVT XV.

Tunc cecinit.] Tunc cantabat: ubi est futurum pro præterito imperfecto: licet quidam diuinius considerantes...

Cantemus.] Cantabo, & forte de seipso ait Moyses. Verum quia dictum est, & Moyses & filios Israël...

Omnipotens nomen eius.] Nomen tetragrammaton, quod aliud quàm omnipotentiam significat, essentiam videlicet, & quod est Græcis δ'ον...

Quasi vir pugnator.] Vir belli. Dominus inquit est vir bellicosus. Quod mirror quamobrem verterint Septuaginta...

Mare rubrum.] Et si id erat superius annotandum, nunc tamen, quod videretur commodius, obseruandum duximus.

Mare rubri Hebr. dicitur no Rubri, sed caricosum, seu papyrosum.

Cur Graecis rubrum dicatur.

nomine significante rubrum, ... quod caricem seu papyrum sonat. Appellari ergo dicunt Hebraei, mare caricosum, vel papyrosum, eo quod ad eius littora, copiosissima sint carecta, & papyrones. Multa super hoc scribit Auen Esra, primumque dicit foph esse nomen loci. Melius autem est eius verba proferre, vt eum loquentem audiamus, ... Hoc est, Dicunt nonnulli vocari mare eo nomine, quod per eius circuitum nascantur papyri. Alij autem existimarunt, ideo vocari mare foph, quia foph etiam finem sonat. Dicuntque hoc mare terminum esse mundi, hoc est ipsum oceanum, haec ille. Refellitque hanc vltimam opinionem: Non enim sinus Arabicus, est mare oceanus, vt satis compertum est. Rabi quoque Salomon, hoc ipsum idem sentit, ... Soph inquit, hoc loco significat iuncum, quo nomine mare illud appellatur, quod calamorum ac papyrorum copia in eo nascatur. Non ergo ex eadem causa a nobis & Hebraeis, ei mari inditum est nomen. Nam rubrum a Graecis appellatum est, Plinio teste, quod arena eius rubra sit, & aqua quasi rubere videantur, sicut omnes propè afferunt. Alij autem cum quibus est Quintus Curtius, Erythreum mare vocatum contendunt, ab Erythro rege, cuius sepulchrum in littore ab incholis ostendatur, quae non videntur admodum verisimilia.

Deposisti.] id est, Excusisti, concusisti, affixisti: cui etiam Septuaginta simile nescio quid attulerunt, ... confregisti.

Congregatae sunt aquae.] id est, Coaceratae sunt. Quod Septuaginta non male ipsam sententiam, sed verbi proprietatem exprimentes reddiderunt, ... Diuisa est aqua. E. Clarum vero est, hoc intelligendum esse iuxta additionem Hieronymi.

Stetit vnda fluens.] id est, Steterunt tanquam aceruus, vnda fluxa. Septuaginta hoc idem per alia verba ... Congelatae sunt aquae tanquam murus.

Flauit spiritus tuus.] id est, Flasti tu spiritu tuo. Septuaginta paulo secus, ... Misisti spiritum tuum.

Quis similis tui in fortibus.] id est, Quod tum fortem, tum Deum significat. Ergo dicendum, quis similis tui in diis fortibus domine? Septuaginta non ferè secus, ... Quis similis inter deos tibi domine.

In sanctitate.] Eodem modo Hebraice, In sanctitate. At Septuaginta ad personam retulerunt, ... inter sanctos. Verum illud prius verius.

Laudabilis.] id est, Laudum, Deus laudum, Deus omnibus laudibus dignus.

Dux fuisti populo.] Imitatus est Septuaginta qui & ipsi, ... hoc est, deduxisti in iustitia. Hebraice non aliud, ... castra duxisti, castrametatus es.

Et portasti.] Ita & Hebraice, Portasti, At Septuaginta diuersus, ... Admonuisti, Hortatus es.

Iraui sunt.] id est, conturbati sunt, contremuerunt, expauerunt. Sed Hieronymus Septuaginta secutus est, ... irati sunt.

Tunc conturbati sunt principes.] Sicut est etiam Hebraice, ... At quamobrem Septuaginta, ... Tunc festinauerunt principes Edom, nisi & ipsi quandam commotionem innuere voluerunt.

Obriuerunt.] id est, Destuxerunt, resoluti sunt, pauore extabuerunt: sicut & Septuaginta, ... liquefacti sunt.

Fiant immobiles.] id est, Silcant, obmutescant, quod ferè maius est: omnem enim immobilitatem hoc complectitur. Hieronymus non dissentit à Septuaginta qui & ipsi, ... Lapidescant, lapidei fiant.

Firmissimo habitaculo.] id est, Stabilitate habitaculi tui: atque ita non dissentit ab Hebraico. Septuaginta paulo secus, ... Ad paratum habitaculum tuum. Hebraice tamen significat, ... firmare, stabilire, vt saepe dicturi sumus: aliquando etiam parare.

Equus Pharaeo.] id est, Equus Pharaonis, potest etiam dici vt vertit Hieronymus. Vtrunque enim sonat Hebraeis equus, tam ipsum animal, quam animal vna cum ascensore. Septuaginta quoque, ... Equus Pharaonis.

Dominus regnabit in aeternum.] Eodem modo & Hebraice, ... Deus regnabit in aeternum. Septuaginta non proprie, ... dominus regnans aeternitatem, & in aeternum, & insuper. Quod annotatur ab Origene, quod

A Quod annotatur ab Origene, quod additum sit, insuper, adhuc vel vltra, dicitur eo significari omnem aeternitatem. Vana autem est annotatio Nicolai, nam seculum apud Hebraeos non eodem modo sumitur, sicut apud Latinos: sed ipsam aeternitatem significat & aliquando mundum, non annos quinquaginta, vt ille existimat.

Maria.] Dicendum esset Miriam, sic enim est Hebraice, sed fortè propter vocis asperitatem, Mariam verterunt Septuaginta. Vbi & illud obseruandum, esse de nominis essentia, ideo non posse Graecè ac Latine declinari, nisi ea ratione, qua inflectimus Adam, Abram. Hanc Hebraei, ideo Mariam vocatam asserunt, quia per receptionem quae cabala vocatur, ea nata amarum imperium Aegyptiorum super Hebraeos acceptionem coepisse. Nam marar, Hebraice amarum sonat, verba ipsa Hebraica subiiciam, ... hoc est, Maria vixit vsque ad libertatem, vocatumque nomen eius est sic, propter imperij amaritudinem, quo tunc oppressi Hebraei sunt. Nam prius tamen scriuerunt, non tamen vsque adeo premebantur.

Prophetes.] Verisimile est, non ita scripsisse Hieronymum, nam prophetae masculini est. Sed Septuaginta secutum & Graecam formam potius vertisse prophetis, cuius genitius est prophetidos, vel more Latino vertisse prophetissam, sicut multi habent codices.

Quibus praecinebat.] id est, Et respondebat eis Maria. Inchoando scilicet rursus canticum. Est tamen eadem sententia. Illa enim inchoabat ac praecinebat, illa prosequebatur. Septuaginta etiam secundum Hieronymum, ... Inchoabat eis Mariam:

quanquam id magis significet imperabat, aut praefecta erat eis Mariam.

Tulit Moses Israel.] id est, Et discedere fecit, eleuare fecit, Septuaginta cum Hieronymo consentiunt, ... Eleuauit autem Moyses filios Israel, castra moueri fecit.

Congruum nomen imposuit.] id est, Vocatum est nomen eius: nam impersonalia & passiva, saepe voce actiua apud illos efferuntur. Sicut & illud: Et Adae non inueniebatur adiutorium: vbi legitur, ... inueniebat: passiuum tamen est vel impersonale. Septuaginta quoque hoc idem intellexerunt, ... id est, Cognominatus est locus. Quare passiuè aut impersonaliter est legendum.

Cunctum languorem quem posui in Aegypto.] Patet male legi in impressis codicibus Graecis, ... Omnem agritudinem, quam intulisti Aegyptiis: cum legendum sit, ... Nam & Hebraice est, ... posui.

CAPVT XVI.

Manc quoque iacuit ros.] Hoc quidem non alio modo intelligitur etià Hebraice, sed apud Septuaginta aliud diuersum verterunt. Hi enim videntur innuere, mane quoque apparuisse coturnicem, cum ros iam super herbas appareret.

De mane autem aut rore nulla mentio: sic enim vertunt, ... Mane autem fuit, quiescente rore per circuitum castrorum. Quaeo quid ex his innuitur? Nisi forte aliquid desit, quod certe admodum probabile est.

Quasi pilo contusum.] id est, Minutum, collectum, aggregatum, sicut exponit Rabbi Salomon, qui ait, ... id est, aggregatum, inuolutum: cui non dicit inueniri simile in sacra scriptura. Onchelos quoque Chaldaeus similiter, ... id est, sicut lapillus. Septuaginta quoque optime eius rei naturam expresserunt, ... id est, Exiguum tanquam coriadrum candidum, sicut glacies super terram. Neque alia recitat Onchelos de eius rei natura. Auen Esra eadem propè quae & hi, ... Et quod consentaneum est, quadratum erat. Numerorum quoque cap. vndecimo scribitur, eius figuram fuisse quae & bdelij id est, vnionis, aut margariti.

Manna.] Erat vox Hebraica ponenda, vt inde cognosceretur ductum nomen manna, quod non est obseruatum à Septuaginta, qui Graeca tantum puserunt, ... Dixerunt alter ad alterum quid est hoc. Ab hoc itaque ductum est nomen manna, nec Graecum nec Latinum, quanquam eo sint vsi Graeci vt suo, & latini eos imitati: atque hoc nomen eleganter etiam explicat Theodoritus hoc modo, ... Cur inquit, manna vocatum est: respondet, ... hoc est, Quod cum mox conspexissent, se mutuo interrogabant quid esset. Itaque hanc ei appellationem indiderunt, sic enim manna interpretatur. Nesciebant enim quid

Seculum hebr. quid.

Maria vnde dicitur.

Manna vnde.

Manna etia
hodie re-
periri.

esset. Itaq; factū est, vt interrogatio vicem nominis habuerit. Inuenitur autem etiam hac tēpēstatē multis in locis manna, etiā in Italia: coalescit in foliis virgultorū: specie est, qua & pruina: mane colligitur, antequā sole liquefiat. Eius vsus est in medicina ad multas egritudines. De māna, quod filiis Israhel cælitus missum est, hæc scribit Philon, τῆ ὑπερφία τοῦ πλῆθους, ἀρόδος βαθέια καὶ πολλὰ ἀεὶ σέμναι ἦν, ἐν κίβητι τὸ σπρόσπεδον, ἢ ἐπέμφθη ἰσοχρῆ ἀέθι ὑπὸν καὶ παρρηλαγ- μίδος, ἐ ὑδωρ ἐ γλῶσσα, ἐ κρύσταλλον. ταῦτα γὰρ αἱ τ' νεφῶν ἀπορροαζόντων μεταβολαὶ ταῖς χειμερῶναις τρεπταῖς, ἀλλὰ κέχρηται βραχέστατον καὶ λεπτότατον ἢ ἀφ' οὗ πλὴν ἐπέλληλον φερόν, σφιδὸν ἀροκίχεται τῆ σφαιρῶν ἀπιδόσ θύλας, quæ sic Latine possunt reddi, Postera die, inquit, ros condensus ac creber circa vniuersa castra visus est. Qui sensim è cælo cadebat, non quod pluuia esset, aut aqua, aut grando, siue nix, vel glacies, nam hæc hyeme nubibus variū habitum induentibus solent effici, sed quasi milium tenuissimum ac breuissimum. Is autem ros, propter crebrum descēsum, quasi acervos circa tentoria effecerat. Res plane incredibilis, hæc ille.

Gomer.] Tres choenices Atticæ, teste Hieronymo. Iosephus quoque de hac mensura, inquit, τρεῖς ἡμισκοκτύλους ἔχει. Tres continet semicoctulas: quanquam res habeat in infinitum. Nam & hoc esset declaradū. Nam cotylam Priscianus heminam esse dicit, hoc versu,

At cotylas, quas si placeat dixisse licebit.

Heminas, recipit geminas sextarius vnus.

Quodcumque operandum est facite.] וְכָל עֲשֵׂהוּ כִּי יִצְוֶה אֱלֹהִים אֶתְכֶם. id est, Quod conuendū est coquite: quod vero mox sequitur ad lixandum pertinet: sic & Septuaginta, ὅσα ἐν πέσνηται, πέσνηται. quodcumque coquendum est, coquite. Sic enim hoc loco πέσνη significare arbitror.

Summa vas unum.] סוּמָמָה hoc est, vas, seu phialam. Quod Septuaginta venuste verterunt σόμνον χρυσοῦ. vas aureum, aut vnam auream. Quod autem aureum addiderunt, id ex opinione est, licet non exprimat in codice Hebraico.

Ephi
Modius.

Decima pars ephi.] Hoc late exponit diuus Hieronymus, dicuntq; Hebraei esse id quod à nobis appelletur modius. Quamobrem, dubie verterunt hunc locum Septuaginta, ipsum ephi, hoc modo exponentes τὸ δέκατον τῆς τριῶν μέτρων ἦν. hoc est, Gomor est decima pars trium mensurarum. Videnturque intellexisse modium esse tres mensuras, nam loco trium mensurarum ponitur ephi, Hebraice, quod nescio an recte existimatum sit, vel saltem clare expositum.

CAPVT XVII.

Ominis exaltatio mea.] Quoniam verbum anceps est apud Hebræos, modo exaltationem, modo refugium significans, ideo Septuaginta interpretati sunt κλεῖον μου καὶ καταφυγή. Dominus refugium meum.

Manus pro
iuramento.

Quia manus solius Domini.] Hoc loco verba perobscura, inueniuntur in contextu Hebraico, quæ sic habent וְיָדוּ בְּיָדוֹ הוֹרָא hoc est, Et dixit, quia manus super thronum Domini, bellum Domino, contra Amalech. Quæ Hebræis, hoc ferè modo exponuntur. Inui per hæc iuramentum, iurasse scilicet Dominum per thronum suum sempiternum. Manus enim significat iuramentum, vt illud, Leuo manum in cælo: & illud, Eleuauit dexteram suam, ac sinistram suam in cælum. Cuius iuramenti rationē esse dicunt, quod quemadmodum stant cæli, sic firma erit res, quam iuramus. Sic iurauit hoc loco Deus, per thronū suum, nimirum rem sempiternam, & immutabilem. Hoc idem innuit & Chaldaica æditio, & Rabbi Salomon cam vehementer approbat. Sic & Auen Esra. Quare alio modo verterunt hoc septuaginta, & nihil conueniunt cum Hebræis, sic ὅτι ἐν χειρὶ φορέα πολέμει κλέως. Quod in manu excelsa pugnabit Dominus. Minus etiam hūc sensum attigit Hieronymus. Aut textus deprauatus est, vt desit, super, dicēdūque sit. Quia manus super folium Domini, vel aliquid eiusmodi.

CAPVT XVIII.

Et quod liberauerat eos Dominus.] וְיָצִיא Liberauerat eos. Nihilque aliud exprimitur, innuitque eos de labore viæ eripuisse. At Septuaginta addiderūt ὅτι ἐξέλιετο τὸν λαὸν ἀπὸ τῆς χειρὸς ἀρχιπληκῶν, καὶ ἐκ χειρὸς φαραώ. Quod eripuisse populū suum de manu Aegyptiorum, & de manu Pharaonis. hoc inquam ociose additū est: deinde non hoc innuebatur.

Latusque est Iethro.] Hoc idem & Hebraice וְיָדוּ Et latus est. Attamen non ita interpretati sunt Septuaginta, ἐξέστη δὲ ἰθθαίρ. Obstupuit Iethro: & recte mea quidem sententia. Nam tot prodigijs auditis obstupuit.

Eo quod superbe egerint contra vos.] וְיָדוּ Superbe egerunt in eos: vel, quia superbi fuerunt in se, intumescerunt in animis suis. Aut, eos, refertur ad ipsum Israhel. Septuaginta hanc senten-

A sententiā penitus immutarunt, & aliud ab Hebraico omnino dissonum innuunt ὅτι ἐπέθεντο αὐτοῖς. Quoniam imposuerunt eis: referuntque id forsitan ad calumnias, & onera, quibus Aegyptij affligebant Hebræos

Stulto labore.] Ita & Hebraice וְיָדוּ Rem stultam facis, quod Septuaginta dissimilime interpretati sunt, φθορὰ φθορήσῃ. Corruptela corrupperis: aut interitu interibis, Patetq; quam non rectum sit. At infinitum laborem indicant, & qui perniciem afferat.

Tribunos.] וְיָדוּ Principes militum: sicut optime septuaginta χιλίαρχους. Patet ergo, qui per tribunos intelligendi sint.

Et qui oderint auaritiā.] Praclare quidem, nam וְיָדוּ Non aliud Hebræis sonat: sed quā non recte, si fas est ita loqui, hoc Septuaginta interpretati sunt ὑπερηφανίαν superbiam: cum nusquam id significare inueniatur.

Implebis imperium Domini.] וְיָדוּ Et imperabit tibi Dominus, hoc est tum tibi Deus præcipiet quæ populo relaturus sis. Quod multo secus Septuaginta καταχύσει σε ὁ θεός. Tenebit te Deus aut auxiliabitur tibi: quod minime intelligendum hic est.

Decanos.] Redundet in Græcorum codicibus, γραμματοφόροισι, quod significat eos forte, qui litteras perferunt, vel scribas.

CAPVT XIX.

Eritis mihi in peculium.] וְיָדוּ id est, Eritis mihi appropriatio, peculiaritas, selectio: quod idem & Lxx. videntur innuere. ἔσθε μοι ὁ λαὸς περιούσιος ἀπὸ πάντων. Eritis mihi populus ex omnibus selectus: superstes mihi ex omnibus.

Regnum sacerdotale.] וְיָדוּ id est, Regnum sacerdotale, aut regnum sacerdotū. At Septuaginta in contrarium vt dicerent regale sacerdotium βασιλείον ἱερέτευμα, videturque non idē esse. Regnum enim illud ex sacerdotibus, & rebus sacris ac diuinis esse constandū innuit, vt differat ab iis regnis, quæ opibus & armis constabāt: at hoc, factū ac diuinū erat futurū. Quod si hæc sententiā est, non hoc, sed aliud interpretati sunt Septuaginta, vt innuerēt hoc sacerdotiū futurū præclarissimū, & penè regale: quod certe hoc loco non intelligitur.

In caligine nubis.] וְיָדוּ In nube nubis: quasi in densa caligine. Septuaginta non proprie ἀσχηνομένης σε ἐν σέλω νεφέλης. Accedo ad te in columna nubis: columna enim hic nulla mentio. Immo ea caligo longe maior ac densior, quàm per columnam possit significari. Non descendisse quoque Dominum in columna, & illud indicio. Nam ea caligo, totum cooperuit montem: quare columna delendum est, quod aliunde est sumptum.

Sanctificentur ne percutiat eos.] וְיָדוּ Ne forte destruat, cōficiat: quod Septuaginta longe secus reddiderunt μήποτε ἀπαλλάξῃ ἀπ' αὐτῶν κλέως. Ne forte recedat ab eis Deus. Hebraica tamen vox inuenitur semper ruinam, desolationēque significare, aut diuisionem ac dirruptionem. Hoc idem paulo inferius in extremo huius capituli alio modo sunt interpretati, non satis aperte, μήποτε ἀπολύσῃ ἀπ' αὐτῶν κλέως. Ne forte perdat ab eis Dominus: vel clarius, ne forte perdat ex eis.

CAPVT XX.

Eos alienos coram me.] Ita habent & Hebraica וְיָדוּ Super me, aut prope me, vel superiores mihi. Quod Septuaginta aliquanto secus, οὐκ ἔσονται σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. Non erunt tibi dij alij præter me. Est tamen eadem sententia. De hoc primo præcepto hæc scribit Theodoritus οἱ μίαν ἑσάν τῆς τριάδος ὁμολογουῦτες, φυλάττουσι τὸν νόμον τῆς θείας φωνῆς, ἀλλο γὰρ τι καὶ πλὴν θείας φύσιν θεοποιεῖν, οὐκ ἀπέχονται, οἱ δὲ πλὴν ἀρέτῃ, καὶ εὐνομίᾳ καὶ ἀειμνῶν λαῶν, τὸν θεῖον νόμον ἀντικρῖν, καὶ βλαψῶσι. θεὸν μὲν τὸν ἕν ὁμολογουῦτες, κηρὸν δὲ ἀποκαλύπτοντες καὶ τῆς θείας ἑσῆας ἀπαλλάττουσι. τὸ γὰρ θεὸν λέγοντες, οὐκ ἔσονται σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ, ἕτοι ἕτερον θεὸν ἐπεισάγουσιν. Hoc est, Qui vnam in trinitate factū substantiā, huic diuinæ vocis præcepto obtēperarūt, neque enim vlla ratione induci possunt, vt præter diuinā naturam, alij tribuant diuinitatē. At qui Arii & Eunomij peste contaminati sunt, apertissime hanc legē infringunt, qui filiū, Deum quidē confitentur, at eum conditū asseuerant & à diuina abiungunt substantiā. Nam cum Deus dicat: Non habebis deos alienos præter me, hi contra alterū Deum inuexerunt.

Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinē, &c.] Idem quoq; Hebraice וְיָדוּ Idolum & omnem similitudinem: sicut etiam Septuaginta. καὶ ποιήσεις σεαυτῷ εἰδωλον, καὶ δεπαντος ὁμοιωμα. Nō facies tibi idolū, neq; cuiusuis similitudinē. Quaritur autē ab interpretibus Græcis, quid idolū & similitudo differat: solutiq; Theodoritus, τὸ εἰδωλον ἐδεμίαν ὑπόστασιν ἔχει. τὸ δὲ ὁμοιωμα, τινὸς ἕτερου ἰδωλαμα καὶ ἀπέχασμα. ἐπεὶ δὲ τοῖνυ ἕλληνες ἀναπλάττουσι τὰς οὐκ ὑπερβάτως μορφῶς, σφρηγίας καὶ τριπίδας καὶ κεντάβρας, εἰδωλα καὶ εἰδωλα. τὰ δὲ τῶν ὑπερβάτων εἰχίσματα, αἶν ἡλίε, σελήνης,

Idolū & Similitudo quid differant.

Idolū & Similitudo quid differant. Idolum, inquit, nullam habet substantiam: at similitudo rei existentis expressio est. Quoniam igitur gentiles, ea quæ nusquam forent effingebant, vt sphinges, tritones, & centauros: Aegyptij vero, homines sub effigie canina, & bouina, ea sacra litterarū idola solent appellare. Similitudines autē, & expressiones vocant eorum, quæ sunt: vt solis, lunæ, astorum, hominū, bestiarum, reptilium, & id genus. Hæc inquam prohibet adorari: neque id tantum, sed cum accessione. Sunt enim qui cum propter pauorem, adorare coacti fuerint, intus tamen in animo id non faciunt. Ostendit igitur vtrunque esse impium.

Deus tuus foris zelotes. Deus emulatur: qui ardentissima charitate eos diligo, qui ad me adhaeserunt, neque possum perpeti vt à me diuellantur, & alium amatorem habeant. Theodoritus quoque quid sit ego deus zelotes, explicat his verbis. οὐδὲν ἄλλο ἐπιτέλλω ἀνδρός, ὃ δὲ λαὸς γενναίως, ἢ τὸ τοῦ ἡμῶν ἐδίδαξεν ὃ δεσπότης θεός, ἀλλ' ἂν ἡσυχίαν ἐλάττω, ποῖον βιβλίον τὸ δεσποσύνας μητρὸς ὑμῶν. Δὲ δὲ ἱερεῖα. κριθὸς ἀθετεῖ γυνὴ εἰς τὸν συνόντα αὐτῇ, ἕτος ἠθέτησεν εἰς ἐμὲ οἶκος ἰσραὴλ, καὶ οἶκος ἰούδα. Lex, inquit, rationem viri solet habere, populus autem Dei, mulieris: quod etiam ipse Dominus docuit nos per Esaiam dicens, quis liber is, apostasia matris vestra: per Hieremiā vero, sicut spernit mulier coniugem suam, sic aspernata est me domus Israël, & domus Iuda: atque alia producit exempla, quæ non sunt necessaria, ne verba prodigamus. Hoc enim damus operam vt breuiores simus, quantum fieri possit, eo quod opus est maximum futurum est.

Pacifica vestra. Hebraice, pax, significat etiam sanitatem, incolumitatem ac valetudinem: quæ autem sacrificia in horum gratiam offeruntur, pacifica vocantur: indicio est & aditio Septuaginta, quæ pro pacifica vestra, habet σωτήρια ὑμῶν. id est, salutaria vestra: quæ videlicet pro salute & pace offeruntur: soliti etiam sunt Septuaginta quod pacem sonat, vertere ὑγίαν salubritatem, incolumitatem.

CAPVT XXI.

Vm quali veste intravit. Hoc est, Si cum suo corpore venit, cum suo corpore exibat. Non ergo de veste loquitur, sed de ipso corpore: vt innuat, si solus ipse sine vxore aut filiis accessit, solus quoque exibat: quod autem hæc sit sententia clarū est. Nam quomodo cum eadem veste exibat seruus à Domino post sex annos, an non attrita ac dilacerata vestis tunc erit? Nisi intelligit eius similem. Præterea ad distinguendū hoc quod dixerat, mox addit, si habens vxorem, & vxor egreditur simul. Septuaginta quoque sermonis Hebraici proprietatem intelligentes verterunt, ἐὰν δὲ αὐτὸς μόνος εἰσελθῃ, καὶ μόνος ἐξελεύσεται. Hoc est, si autē ipse solus ingressus fuerit, etiam solus egreditur. Quibus consentit etiam Onchelos Chaldaeus, qui & ipse eisdem verbis hunc locū reddidit. Rabbi quoque Salomon, hoc exponens, inquit, הוּא נָשׂוּי וְהוּא לֹא נָשׂוּי, hoc est, si ipse est non vxori adiunctus. Ionatæ quoque Chaldaei aditio & ipsa habet sicut & Hebraicū: quare de vestimento nulla hoc loco mentio: quare miror Nicolaum qui hunc loquendi modum & hanc sententiā non intellexerit, cuius expositio omnino falsa est, significare scilicet hoc loco pannum, cum corpus semper significet. ἡδὲ αὐτὸς ἐξελθὲν ἐκ τῆς οἴκου καὶ οὐκ ἔσται ὡς ἡμεῖς.

Efferat enim Dominus diis. Diis. Qua voce diximus significari etiā iudices, ac summos viros, seu etiam sacerdotes. Hoc ergo innuit hic sacer contextus, quod Septuaginta studio quodam rexisse videntur, aut certe non hoc intellexisse, sed aliud, quippe qui sic loquuntur. προσάξει αὐτὸν ὁ κύριος αὐτῶν, καὶ τὸ κριτήριον τῶν θεῶν hoc est, Adducet eum Dominus eius ad iudicium Dei. Quod idem & in sequentibus semper fecerunt, vt de iudicibus & sacerdotibus nunquam scelerint, sed Deo semper: excepto ibi, Diis non detrahes: vbi Theodoritus τὸς κριτὰς ἀνομάζει θεοὺς ὡς καὶ τὰ μύμησιν τῶν θεῶν ἄλλων θεῶν κρήνην πεπετυμμένης. Hoc est, Iudices vocat deos: vt pote quibus iudicium cōmissum est, quod summi Dei propriū est. Quid autem prohibet, vt de Deo hic sentiamus, non de iudicibus, vt præcipiat eum præsentari coram Domino in templo, atque ibi eum ritū peragi: sed obstat & Chaldaica aditio, quæ vertit הוּא נָשׂוּי וְהוּא לֹא נָשׂוּי, hoc est corā iudicibus, eum scilicet sistet: & interpretes Hebraei. Rabbi Salomon הוּא נָשׂוּי וְהוּא לֹא נָשׂוּי, sistet inquit, eum in forum iudicis: vocari autem deos, & summos angelos, & viros optimos, etiam Dionysius Areopagita protestatur, sic ea de re scribens. εὐρήσασθε δὲ ὅτι καὶ θεῶς ἡ θεολογία καλεῖται, τὰς τε ἐρασίαις, καὶ ὑπερ ἡμῶν, ἑσίας, καὶ τῶν παρ' ἡμῶν φιλοθεωπέτων καὶ μακαρίων.

Iudices dij dicuntur.

Angelos autem, hoc est, Inuenies autem, quod theologia deos etiam vocat, caelestes & quæ supra nos sunt, substantias, & amicissimos deo, ac beatissimos viros.

Prouidebit puella nuptias & vestimenta. Nescio quid aliud verba Hebraica præ se ferunt. Quæ habent ἡν ἄνθρωπος καὶ ἡν ἄνθρωπος hoc est, Alimentum suum & vestimentum, & tempus nubendi non auferet. Vtque ita etiam exponit Rabbi Salomon. Paulum igitur diffonant verba, sententia tamen eadem esse cognoscitur: quomobré Nicolaus non satis hoc animaduertisse videtur, qui dicit, plurimum nostrā additionem ab Hebraica littera dissentire. Patet certe eandem quidem sententiam esse, licet aliis verbis & elegatius expressam, quod illum sæpe præterit, propter summam Latinæ linguæ imperitiam. Idem enim & de Septuaginta esset dicendum, qui bene hoc interpretati sunt, licet aliis verbis, ἐὰν δὲ ἄλλω λάβῃ ἐαυτῶν, τὸ δέοντα καὶ τὸν ἰματισμὸν καὶ τὸ ὄμιλῳ αὐτῆς ἐκ ἀποσπέρσει. Si autem aliam sibi acceperit, necessariis, & vestimento, & coniugio eam non priuabit.

Sed ipsa uixerit. Et non fuerit mors. Quod male mea quidem sententia reddiderunt Septuaginta, qui huius vocis significatum ignorasse videtur: nam quod mortem sonat, scilicet ἴνα, illi ad abortiuum retulerunt: vertentes, vt si puer qui ex percussa matre egredietur, non fuerit perfectus & effigatus, non sit is qui percussit: culpa obnoxius, hoc modo καὶ ἐξελθὲν τὸ παιδίον αὐτῆς μὴ ἐξέμῳσι μὲν. id est, Et egressus infans eius fuerit, nō effigatus: quod certe minime hic significatur, multūque ab ipso vero discrepat: de morte enim matris dicitur.

Et arbitri indicauerint. Secundum ipsorum iudicium sententiam: sicut interpretatus est Hieronymus, & vt exponit Rabbi Salomō, qui de hoc ipso ait ἡν ἄνθρωπος ἡν ἄνθρωπος. Secundum sententiā iudicum. Hoc ergo non videtur intellexisse Septuaginta, quoniam interpretati sunt has duas dictiones Hebraicas καὶ δώσει μετὰ ἀξιόματος & dabit cū estimatione.

CAPVT XXII.

Nuenerit spinas. hoc est, spinas: nam de spicis paulo inferius loquetur. Sentit enim agrum ea etiam ratione ladi posse, si sæpes exurantur. Septuaginta quoque verterunt spinas, ἐξελθὼν πῦρ εἰς ἀχάθας. Egressus ignis inuenerit spinas. Id quod etiam Hieronymum vertisse arbitror, sed à librariis locus corruptus est, vt pro spinis, spicas substituerint.

Suscipietque Dominus iuramentum. Non deum intelligit, sed ipsum patronum, aut rei possessorem: est enim וְהוּא קָרָהוּ & accipiet possessor eius iuramentum: sic etiam habent & Septuaginta ὁ κύριος αὐτῶν.

Deferat ad eum, quod occisum est. Afferret id quod occisum est, in testimonium: quod nescio quamobré verterint Septuaginta ἀξεί αὐτὸν ὅτι τὸ κτεῖνε. ducet ipsum ad prædā: nisi forte mendosus codex sit, vt potius sit legendum ἀξεί αὐτῶν, τὸ κτεῖνε. Hoc est, Ducet, aut apportabit ad eum, prædā.

Pro mercede operis sui. Videlicet, erit loco mercedis quod mortuum vel fractum fuerit: sic & Septuaginta ἔσται αὐτῶν ἀπὸ τῆς μίσεθ' αὐτῶν. Erit ei pro mercede sua.

Qui coierit cum iumento. Non dubium est, quin male hoc se habeat in Græcis codicibus. πῶν κοιμώμενον μετὰ βετῆος. Omne quod dormit cum iumento: primum erratum est, quia de hominibus percipitur, non de cæteris rebus: deinde non erat dicendum qui dormit, licet Hebraicus is modus sit loquendi, sed qui coierit, vt vertit Hieronymus.

Decimas tuas non tardabis offerre. Plenitudinem tuam & liquorem tuum nō differes: quorum primum ad fruges spectat, secundum ad liquamina, vinum scilicet & oleum. Septuaginta & ipsi aliquid eiusmodi innuunt, elegantius tamen, ἀπαρχὴς ἄλωνος, καὶ ληνῶν σου. Primitias area tuæ, & torcularis tui: quod tamen arctius est, nec tot completitur, quot Hebraicum, vt patet.

CAPVT XXIII.

Occum mendacij. Auditionem vanam: quod ad mendacium & ad omnē turpem orationem spectare potest. Septuaginta quoque non dissentiant ab Hebraico. ἀκούην ματαιῶν. Auditionem vanam ἡν ἄνθρωπος inquit mendacium plerumque significat.

Vt pro impio dicas falsum testimonium. Non puto sic scripsisse Hieronymum, sed potius, vt cum impio dicas falsum testimonium: quod esset Hebraicæ veritati consonum, quæ habet וְהוּא נָשׂוּי וְהוּא לֹא נָשׂוּי. Hoc est, Ne ponas manum tuam cum impio vt sis testis iniquus: patetque aliam esse sententiam hanc, & res quidem clara est. Eodem quoque modo habent etiam Septuaginta. οὐ συγκατεθήσῃ μετὰ τῶ ἀπίου γενέσθαι μάρτυρος ἀπίου: non cōsentias

Cum impio, vt sis testis iniquus.

Non declinabis in iudicium pauperis.] Hoc quoniam obscurū est, Hebraica ponamus, quo fiat illustrius... Non peruerter iudicium pauperis tui, in causa sua: sic etiam interpretati sunt Septuaginta...

Quia aduersor impium.] Ea quidem est sententia, sed Septuaginta eam non attigerunt, quamuis longius hi recesserunt: nam sic habet Hebraicum... Quia non iustificabo impiū. Si quis, inquit, pessime egerit, vt pessimus est, ita iudicabitur, neque eam sententiam accipiet, quam solent iusti accipere.

Per nomen deorum externorum non iurabis.] Non ad iuramentū tantum pertinet, sed omnem commemorationem, hoc modo... Et est, Et nomen deorum externorum non memorabitur: sic quoque Septuaginta...

Mensis nouorum.] Hoc est, Mensis nouarum frugum: cum scilicet incipit aperiri tellus, & parere. Septuaginta quoque verterunt mensem nouorum...

Sanguinem victima meae.] Victimā meam. Sic & Septuaginta... Sanguinem victimā meam.

Redundat hoc loco rota haec sententia in Graecorum codicibus.] Vbi enim dictum, Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram me, mox inferunt... id est, Cū enim eiecero gentes à facie tua, & propagauero fines tuos, nemo desiderabit terram tuam.

Benedicam panibus tuis.] Redundat quoque apud Graecos... Et benedicam vinū tuū: nulla enim huius in Hebraico mentio: quanquā ad declarationē positum ab illis arbitretur.

Et à deserto usque ad flumen.] Septuaginta expriment hūc fluuium... Usque ad flumen Euphratē. Sic alibi pollicitus est, esse terminos eius terrae fluuiū Euphratē.

CAPVT XXI III.

Titulos duodecim.] Redundat duodecim, Tantum enim est vitulos: quod neque à Septuaginta est positum, qui veritati Hebraicę consentientes, sic interpretati sunt... Et sacrificauerunt inquit, sacrificiū salutis, Domino Deo vitulos. Nam & plures quā duodecim esse potuerunt, vt sacrificium Salomonis atque aliorū, quibus innumerabiles penē hostiæ adhibebātur.

Et viderunt Deum Israël.] Sicut etiam legitur Hebraice... Et viderunt Deum Israël. Quod Septuaginta nescio quam obrem non ita verterunt, non eos scilicet vidisse Deum, sed locum in quo sterisset... id est, Et viderūt locum, vbi sterisset Deus. Veruntamen veritas Hebraica aliud docet.

Lapis saphyrim.] Nomen est Hebraicum, Nam illi appellant sappir: patetque Graecos ab eis accepisse, & vt in ea lingua solitum aliquando est, vltimum p, in p, crassum commutarunt Graeci, scilicet φ.

Et quasi caelum cum serenum est.] Et quasi ipsum met caelum in puritate ac claritate: sic & Septuaginta... non quidd aliud sit, quam quod vertit Hieronymus, vt exponunt omnes Hebraei, praesertim Rabbi Salomon.

Necnon super eos qui procul recesserant.] Hoc est, Et ad principes Israël non extendit manum suam. Et quoniam tota haec sententia male, vt videtur, reddita est, adhibeamus expositiones Hebraeorum. Siquidem innuitur, non fuisse cognitā diuinam potentiam principibus Israël, qui intelliguntur Nadab & Abiud, quamuis visionem eam viderint. Quod etiam innuit Chaldaica additio, quae in hunc modum habet... Et principibus filiorum Israël non fuit clarus. Quare constat non eam esse sententiam, quam vertit Hieronymus.

A

CAPVT XXV.

Tollant mihi primitias.] Hoc est, oblationem, & anathema: earum videlicet rerum quae suspenduntur. Proprie enim haec vox sonat eleuationem, suspensionem. Primitias autem vertere non est tam propriū, quamuis in hoc Hieronymus Septuaginta secutus sit, qui etiam ipsi... Sumite mihi primitias. Non enim haec erat primitiæ, de quibus ante dictum est, sed aliud oblationis genus, quod erit toto capite, manifestum. Onchelos quoque vertit segregationem.

Hyacinthum.] Reliqua notissima sunt, de hoc autem, quod Hebraice vocatur... dicit Rabbi Salomon... Lana, inquit, est tincta in sanguine purpuræ, tincturæque viridis est. Lx x. quoque verterunt Hyacinthum... Ex quatuor autem coloribus omnia isthæc confecta sunt, qui referunt elementorum proprietates, quod ab antiquis scriptoribus proditum quoque est, apud quos sic legitur... id est, Ex aqua quidem purpura, byssus è terra nascitur. Hyacinthus autem, qui subobscurus est, assimilatur aëri, coccus autem igni. Quod etiam scribit Hieronymus. Tabernaculum enim totum representat mundum, vtque è quatuor elementis is mundus, sic tabernaculum è quatuor coloribus, qui elementa quatuor expriment. Hyacinthus igitur acrius est, vt ipsi quoque vidimus. Allatus est nuper Venetias è Constantinopoli à Francisco Masfaro, viro harum rerum scientissimo. Est penitus caruleus, odore laudatissimo.

Et byssum.] Additur à Septuaginta... byssumque retortum. Quod nescio quo tendat: per byssum enim etiam Hebraei intelligunt linum tenuissimum: cuius tella, in opus diuinum adhibita est. Et forte eò tendunt Septuaginta, vt innuant linū tortum, & iam telam effectū. Quod sapissime ponetur inferius.

Rubricatus.] hoc est, Rufus, rubentes, vt est corium rubicundum, & in sanguineum colorem tendens, sicut est huius vocabuli passim vsus. Septuaginta... hoc est, pelles arietum rubefactas.

Pelles hyacinthinus.] Certum est locum esse corruptum, restituendumque hianthinas: estque vox Graeca, ducta ab... id est, viola, &... flore: quasi dixeris florū similes, quasi floribus distinctas ac varias: quamuis etiam Septuaginta habeant vt nostri habet codices, Nam quod hic vertitur hyacinthus à Septuaginta & Hieronymo, Hebraice... pelles tefascim. Quos alij taxos interpretantur, alij vt Rabbi Salomon, aliam esse feram dicunt, de qua ipse... Bestia est, quae solum ea tempestate inueniebatur, quae plurimas habebat maculas. Quod etiam confirmat auctoritate additionis Chaldaicę, quae etiam eo modo habet. Sed vt verum fatear minus haec videntur habere cognita Hebraei, quam omnes alia gentes: siquid abstrusius retegendum est, inueniuntur quam omnes, perplexiores. Nullam enim tenent historiarum peritiam, non norant naturas animalium, non herbarum nomina, non earum colores, non proprietates.

Audi igitur quid de hoc animali dicat Auen Esra... hoc est, Et pelles thefascim, pelles sunt bestiar, quae praepinguis est, quia calceamentum non fit nisi ex corio pingui, vt est corium bouis. Ac mea quidem sententia est, hanc beluam esse bouem. Quid igitur ex his tam variis tam ambiguis Hebraeorum sententiis colligi veri potest? Verum de hoc etiam inferius dicemus. In talmud haec pelles mira varietate distinctae esse narrantur.

Ligna sethim.] Vox Hebraica est, quam Septuaginta verterunt... Ligna in corrupta. Mittimus hic quoque discordias Hebraeorum super hoc ligno, quae tot sunt vt pudeat me eorum inscitia. Sunt autem qui putent esse cedrum, alij piccam, alij buxum, placet stare sententiæ ipsorum Septuaginta: Hoc lignum cum non inueniretur in deserto, dicunt Hebraei, secum filios Israël, ex Dei praeecepto, ex Aegypto asportasse. Quod nescio an verum sit, an fictum ab ipsis, vt multa eiusmodi apud illos reperiuntur, opinati sunt haec, quia in deserto non erant arbores.

In unguentum.] In oleum unctionis. Nec putandum est esse aliud, quam quod vertit Hieronymus: clarissime etiam Septuaginta... In compositionem thymiamatis. Interiectum est in Graecorum codicibus hoc quod in contextu Hebraico non habetur hic, scilicet... id est, lapides fardios: est enim inferius.

Ephod di-
flex.
Super hu-
meralis.
Talaris.
Poderes.

Ephod & rationale.] Duo sunt ornamenta siue amictus, Ephod, posterioris partis, atque humeros tegit, ideoque à Septuaginta vocatur ἐπιμύς, hoc est, superhumeralis: alter huic oppositus, quem vocant חֹשֶׁן, chosscen, qui pectus tegit. Hoc itaque vltimum clarius reddiderunt Lxx. ταλαίην, talarium: non quòd ad talos applicetur, sed quòd à pectore descendens, vsque in talos sese porrigat. Quo habitu vtuntur etiam apud nos sacerdotes: appellaturque tam à Latinis quàm Græcis poderes, quod Latine verti potest talaris.

Panis pro-
positiois,
panes facie-
rum.

Panes propositiois.] פַּנֵּי פָּנִים, Panis facierum. Quare fit vt variis modis hoc omnes interpretentur. Dicunt nonnulli Hebræorum panem facierum appellatum, quod quatuor angulis esset expressus, quos illi facies vocant: hocque genus panis sacrum erat, & tantum sacerdotibus licebat cõtingere. Alij aliter exponunt. Nam cum Hebraice panim faciem significet, non solum inquam ipsam humanam faciem, sed & omnem præsentiam & assistentiam, & anteriorem partem, propterea appellari panes facierum existimant, hoc est panes assistentiæ, panes propositos, qui semper coram Deo reperirentur, quod certe videtur esse verissimum: mox enim vbi dixisset panes faciei, intulit פַּנֵּי, faciei meæ, præsentia meæ. Atque inde videtur appellati, quòd sepe coram Domino, starent positi: hoc idem sentiunt & Septuaginta, qui hos panes appellarunt ἐπιμύς, quasi dixeris præsentia, siue expositos.

CAPVT XXVI.

Nfulas.] פְּנֵי חַוִּילִים, Fenestellas, vt exponunt Hebræi, quâquam idem sit. Nam quibus cortinæ cortina adiungebatur, anfulas recte appellauit Hieron. Non minus quoque recte Lxx. qui eas sunt interpretati ἀγκύλας, hoc est, vncinos, ac super hoc prolixius argutari, vitium fuerit.

Saga cilicina.] Quod supra verterat cortinas siue tentoria, hic interpretatus est saga. Facile igitur intelligitur is locus eo modo expositus, quem dubium habebat nostra editio, non enim tam proprie, illud superindumentum sagum appellatur. Excogitata autem sunt hæc cilicina cortinæ, vt tegerent tabernaculum. Vertunt has Septuaginta δερμαίς, id est, pelles: inuenientes, non fuisse velum ex pilis caprarum contextum, quo circumtegetur tabernaculum, sed ipsas pelles: verum Hebraice est עוֹר עֵיזִים, hoc est, Aulæa vel cortinæ ex caprinis pilis, quanquam etiam possit verti, ex pellibus caprinis.

Pulchra varietate contextum.] פְּנֵי חַוִּילִים אֲדָמָה וְעֵזִים, id est, Et faciet ipsum opus Cherubin: putòque præceptum esse, vt opus esset variatum Cherubinis intextis, aut quòd Cherubini essent pulchra varietate contexti. Sept. quoque non trauerunt Cherubin, ἔργον ὑφαιτὸν ποιήσεις αὐτὸ χερουβίμ, hoc est, Opus contextum facies ipsum Cherubin.

CAPVT XXVII.

On solidum sed inane.] נֹכַח לְחֹרֶה, Vacuum ex tabularis: aut, vacuum tabularum, vt in- tus nulla materia sit. Quemadmodum præclare & Septuaginta, κοίλον συνιδάσκον, concauum ex asseribus. Atque ita in hoc capite nihil visum est aliud annotatione dignum, tam in nostris quàm Græcorum codicibus, his duntaxat exceptis, quæ sunt leuissima, & quæ nullam habent dissonantiam, vt mihi mirum videatur, tam præclaras esse nostram & Septuaginta additionem in hoc libro, qui est omnium difficillimus, & obscurissimus, propter rerum & vocum varietatem.

CAPVT XXVIII.

Acies & vncinos.] פְּנֵי חַוִּילִים, Coardaturas, texturas: & vt vertit Hieronymus. Septuaginta vehementer ab Hebraico dissentiunt, ac nescio quomodo tolerari possint, χερουβίμ ποιήσεις ἀσπίδας, facies & clypeos. Horum enim hoc loco nullus est vsus, & ad sacerdotalia vestimenta non erant idonei. Hos alibi vncinos vertit Hieronymus.

Quatuor ordines lapidum.] Cum in his lapidibus interpretandis Hieronymus semper Septuaginta sequatur, & eorum in ea re approbarit additionem, non mihi visum est asserere in medium, quæ de his lapidibus ab Hebræis dicuntur: cum & ipsi vehementer à Septuaginta & Hieronymo discrepent, & leuior apud eos de hisce rebus inueniatur cognitio, quàm omnes alias gentes. In tanta igitur rerum ambiguitate, tantæque discrepantia, magis erat Septuaginta adhibenda fides, quàm omnibus Hebræis, & Chaldæis interpretibus: cum istos etiam & mendacij & inconstantia arguere possimus. Hæc quidem necessaria & vera excusatio. Exempli causa: lapis is qui Hebraice appellatur יָסָפֶד, quem Septuaginta & Hieronymus, topazium interpretatur: ab aliis creditur esse smaragdus, ab aliis prasinus vocatur, hoc est porraceus. Aliter Theodotion, aliter Aquila cum interpretatus est. Quare Septuaginta & Hieronymo standum. De hac etiã varietate visum est in Genesi

A Genesi: neque video magnopere referre, si exacte hæc cognoscantur.

Doctrinam & veritatem.] תְּהִלָּתוֹ וְאֵרֵךְ יוֹמָיו, id est, Illuminationem rectitudinem siue integritatem. Nomen scilicet diuinum. Septuaginta, propter verbi multiplicem significationem אור quæ lucem declarat, & potest duci ab אור docuit, primò secuti verterunt ἀλλοσιον ἀλάθησαν, declarationem & veritatem. His itaque duobus nominibus nomen tetragrammaton intelligendum esse asserit Rabbi Salomon: dictumque eo modo existimat, quòd sacerdotem illuminaret, doceretque viam rectam persequi, & vt sciret, quid ei foret dicendum. De duobus itaq; sic scribit מֵאֵרֵךְ יוֹמָיו מֵאֵרֵךְ יוֹמָיו הַחֹשֶׁן כְּפִלֵי הַחֹשֶׁן בְּחֹךְ כְּפִלֵי הַחֹשֶׁן בְּחֹךְ כְּפִלֵי הַחֹשֶׁן אֵרֵךְ יוֹמָיו בְּחֹךְ כְּפִלֵי הַחֹשֶׁן, Hoc est, Doctrina & veritas, erat scriptura nominis tetragrammaton, quæ erat posita, vbi coniungebatur superhumerali, per quod nomen sacerdos lumen verbis suis adhibebat, & diuinitus loqui videbatur. Mitto igitur quæ de hoc scribat Hieronymus.

CAPVT XXIX.

Quod sit aries consecrationis.] אֵרֵךְ יוֹמָיו. Aries repletionis. Neque aliter est intelligendum, quàm vt vertit Hieronymus. Implere enim hoc toto capite pro consecrare sumitur, sicut & pauloante est positum, vbi dicitur, Et implebis manum eorum. Aries ergo repletionis dicitur, id est, quo repletur & consecratur sacerdos, sicut exponit etiam Rabbi Salomon: quare Septuaginta nescio an hoc senserint, qui verterint, vt vox sonabat ἄρῃς ἀρῃς ἀρῃς, id est, Est enim consummatio hæc. Atque ex his verbis videtur mihi aliud esse intelligendum quàm quod veritas exigat. Quod hic annotatum est, toto hoc capite annotatum esse volumus.

Implebis
pro conse-
crare.

Et cederet in partem suam.] וְהָיָה לְךָ לְאֵם, Et erit tibi in patrem: sic & Septuaginta. ἄρῃς ἀρῃς ἀρῃς, id est, Per singulos dies iugiter.]

Per singulos dies iugiter.] יוֹמִים יוֹמִים, Per singulos dies iugiter. Septuaginta per alia etiam verba idem clarissime expresserunt δύο τῶν ἡμέρων, ἐν δὲ ἀλεχῶς ἀλεχῶμα ἐν δὲ ἀλεχῶμα. Duos inquit agnos fumes per singulos dies iugiter, oblationem continuationis. Nam Græce iuge illud, ac nunquam intermissum sacrificium ἐν δὲ ἀλεχῶμα vocatur. Vnde dicitur ἐν δὲ ἀλεχῶμα, non illa Aristotelis.

Iuge sacri-
ficium.

Quartam partem hain.] Septuaginta quoque vocem Hebraicam reliquerunt non verisim. Mensura est de qua saepe scribit Hieronymus, & nos pauloante diximus.

CAPVT XXX.

Am craticulam eius.] אֵרֵךְ יוֹמָיו, hoc est, Testum eius, superficiem eius. Craticulam autem vertit, imitatus fortasse Septuaginta, qui eodem modo interpretatur τὴν ἀλαχῆδα αὐτῶν, focum eius. Locum scilicet superiorem, vbi adoletur incensum, vbi focus est, cui super imponitur thymiama. Neque existimo hoc altare habuisse craticulam, vt habebat Caltare supra memoratum. Illud enim erat holocausti, & caeterorum animalium altare, hoc vero incensi. Et illi quidem craticula necessaria, huic autem minime. Quare amouenda craticula est, & testum eius loco ponendum.

Ipsos quoque vesces.] Quod supra verterant Septuaginta πασάλας, Miror quòd verterant hic πασάλας, quasi dixeris ferulas, quod & aliud significat, vt apud Lacedæmonios.

Suaue fragrans.] אֵרֵךְ יוֹמָיו, id est, Aromatizans, & suaue: quod non tam proprie Septuaginta, λεπτόν, id est, Tenuè quiddam, quod penitus aliud est. Dicunt tamen Hebræi eo nomine, puluerem tenuissimum odoris fragrantissimi, significari.

Sume aromata.] אֵרֵךְ יוֹמָיו, recte Septuaginta ἡδυσματά, id est, Fragrantias, suauitates.

Myrrhe prima: & electæ.] אֵרֵךְ יוֹמָיו, id est, Liquidissima, purissima. Sequitur autem Septuaginta: qui & ipsi σμύρνης ἐκλεκτής, Myrrhæ electæ.

Calami similiter.] Quod apertissime Septuaginta καλαμὸς ὠδύου, Calami odoriferi. Et dederit ex eo, alieno.] אֵרֵךְ יוֹמָיו, Et posuerit ex eo super rem alienam. Quamobrem non refertur ad personas, sed alias res. Sequitur est autem Septuaginta, qui etiam ipsi ὁς ὠδὺ ἀπ' αὐτῶν ἀλλογενῆ, id est, Et qui dederit ex eo alienigenæ. Sed Hebraice prohibetur vt non solum ad vsum hominum siue indigenarum, siue alienigenarum, adhibeatur ea vntio, sed ne ad alias quidem res.

Stacten & onycha.] Stactes quid sit, satis notum: sic interpretati sunt etiam Septuaginta,

bant. *Septuaginta* quod est *Septuaginta* ... *Septuaginta* ... *Septuaginta* ...

CAPVT XXXV.

Quod *Septuaginta* ... *Septuaginta* ... *Septuaginta* ...

Sed et omnes mulieres doctae. Quamuis in contextu Hebraico non habeatur, subintelligitur tamen quod addiderunt Septuaginta ...

Opera abierarj polymitarj. Per quae nomina, omne opificij genus intelligitur, quod recte Septuaginta ...

CAPVT XXXVI.

Totum hoc caput & sequens, nihil habet, quod annotari possit, quia tantum sit repetitio eorum quae ante dicta sunt, ut nec voces variae sint, neque res aliae.

CAPVT XXXVIII.

De speculis mulierum, quae excubabant ... *De speculis earum, quae se excubant, seu militarent ad hostium tabernaculi.* Sic enim habet & Chaldaica editio, quae expresse ponit earum mulierum opificium. Septuaginta ferè & ipsi, in eundem modum, ...

Additur ociose in codicibus Graecorum, statim post supra citatam sententiam hoc totum ... *In qua die erexit ipsum tabernaculum: nam neque in Hebraico contextu, neque nostro habetur.*

Fecit atrium. Dimittitur totum hoc, quod de atrio scribitur, in codicibus Graecis, & eius loco ponitur descriptio labij, hoc est eius vasis quod aqua recipitur, quod Graece vocatur ... *Cumque in eius descriptione diutius immorarentur Septuaginta interim integrum ferè caput ex contextu omiserunt, ab eo loco ubi incipit, Fecit & atrium, usque ad, Omne aurum. Quae quanquam non sint magni momenti, non erant tamen omittenda, cum in contextu Hebraico haberentur, ideo & nostra additione ea habere videmus.*

Labium. λειψή.

Septingentorum triginta siclorum. Confectus error apud Septuaginta in numeris. Veritas enim habet ut vertit Hieronymus: at huic numero apud illos defunt decem hoc modo ... *Septingenti & viginti sicli.*

Oblatum est autem. Deest hoc loco in nostris codicibus, tota haec periodus, ... *Hoc est, Et argentum censuum synagoga, centum talenta, & mille septingenti septuaginta quinque sicli. Quod certe mirum est, quia non deest is census in additione Septuaginta: hoc modo, ...*

Deest quoque alia clausula quae maxime erat necessaria, ubi enim dicitur oblatum est, primum hoc ponitur, ... *Hoc est dimidium sicli per unumquodque caput oblatum est: deinde ponitur aetas. Septuaginta quoque non dimiserunt hoc, ...*

Talenta

A Talenta septuaginta, duo millia. Hoc modo distinguenda oratio est, dicendumque, talenta septuaginta, & duo millia quadringenti sicli, aliter maximus esset error, sic habet veritas Hebraica & Septuaginta, ... *Et aetas oblationis septuaginta talenta, & bis mille quadringenti sicli.*

CAPVT XXXIX.

N hoc etiam capite omnia vocabula & res repetuntur, quae antea commemorata sunt, ut quasi superflua repetita videantur. Atque hanc causam fuisse puto, quod totum penè hoc caput omiserunt Septuaginta: contenti illud scripsisse, quod Moyses fecerit omnia, quae Deus illi praecepisset. Itaque à principio capitis usque ad, Feceruntque filij Israél cuncta quae praeceperat dominus Moyse, omnia sunt ab illis: & fortasse non ab re. Nam sermo Hebraicus in eo plerumque peccat, quod inculcat eadem sine vlla necessitate, quod alibi annotauimus.

CAPVT XL.

T unctio eorum in sacerdotium sempiternum proficiat. Quamquam sapientioribus, sententia aperta sit, propter imperitiores adhibenda sunt Hebraica, totum enim hoc vno verbo significatur Hebraice ... *Hoc est, Et erit ut sit eis unctio eorum in sacerdotium sempiternum. Sic etiam Septuaginta, ...*

Etiam in hoc capite, aliqua dimittuntur à Septuaginta quae superfluae in Hebraico textu toties repetuntur.

Si quando nubes tabernaculum deferebat. Quamquam notum sit quid innuatur, Hebraica tamen clariora sunt, ... *Hoc est, Et dum eleuaretur nubes deferebat tabernaculum super ipsum & praebat: sic etiam vertunt Septuaginta, ...*

Et ignis in nocte. Hoc quoque Hebraice aliter intelligitur. Nubes enim per diem ostendebat, at de nocte dicit, ... *Hoc est, Et ignis erat nocte in ipsa: ut ex nube appareret ignis, sic quoque Septuaginta, ...*

LEVITICVS.

CAPVT I.



B VOC AVIT dominus. Ab Hebraico non dissentit, ... *Hoc est, Et vocavit, quam proprietatem etiam Septuaginta sequuntur, ...*

Ad placandum dominum. Hoc est, Secundum voluntatem suam, coram domino offeret. Hieronymus retulit ad ipsum Deum, sed tamen de eo dicitur, qui offert.

E

quanquam etiam Septuaginta cum Hieronymo consentiunt, *καὶ προσέθετο αὐτὸ δὲ τοῦ ἐπιπέτου* D *καὶ προσέθετο αὐτὸ δὲ τοῦ ἐπιπέτου*. Et offert ipsum acceptabile coram domino.

Adolebit ea sacerdos.] Hoc omittitur à Septuaginta, & de adolendo nihil meminerunt, *καὶ ἑπιπέτου ὁ ἱερεὺς τὸ πᾶν τὸ ἐπιπέτου θυσιαστήριον*. Hoc est, Et imponet sacerdos vniuersa super altare: deinde inferunt *καὶ προσέθετο ἑπιπέτου ὁσπύριον εὐωδίας*, id est, Holocaustum est, sacrificiū odor suauitatis. Adolere autem hoc loco, idem est quod incendere, & admoto igni, vaporem excitare, quod sacrificata hostia fiebat.

Agnum anniculum, & absque macula.] Primum redundat, tantumque in Hebræo legitur *וְהָיָה יָקִיּוֹם*, Hoc est, Maculum immaculatum offeret ipsum: poteratque is & anniculus esse, & id tempus excedens, sicut patet fieri solitum in sacrificiis. Etiam Septuaginta ab Hebraica veritate non dissentiunt, *ἀρσεν ἄμωμον προσέξει αὐτό*. Maculum immaculatum offeret ipsum. Nisi forte Hieronymus ex aliis locis id suspicatus sit, vbi de agno scribatur. Semperque anniculū esse oportere dicatur. Quilibet pro suo captu de eo iudicet.

Si autem de anibus holocausti oblatio.] Tota hæc periodus omittitur in impressis codicibus Græcis, quæ certe maxime erat necessaria, ibi enim inchoant sententiam, *καὶ προσέθετο* *καὶ προσέθετο*. Et offeret ex turturibus.

Super crepidinem altaris.] *עַל קֶרַח הַמִּזְבֵּחַ*, Super cornu vel murum altaris, quod male à Septuaginta ad basin refertur, sic *καὶ ἐπιπέτου τὸ αἷμα πρὸς τὴν βάσιν τοῦ θυσιαστήριου*. Hoc est, Et effundet sanguinem ad basin altaris. Neque enim erat ratio sacrificij, vt ad basin sanguis funderetur.

Vesiculam gutturis.] De vesicula hac nulla fit in contextu Hebraico mentio: sed hoc modo is locus legitur *וְהָיָה אֵת מִרְיָתוֹ אֶת הַחֶסֶד*, Hoc est, Et auferet quod apparet cum pennis eius. Et per quod apparet intelligitur rostrum, utpote quod extat atque eminent, sic transfulerunt etiam Septuaginta, *καὶ ἐπιπέτου τὸ πᾶν τὸ ἐπιπέτου πτερύγῃς*, id est, proiciet rostrum cum pennis. Sic exponunt etiam peritiores Hebræi: patet igitur, quid hoc loco præcipiatur, vt ostendit etiam editio Septuaginta.

Confringetque ascillas eius.] *וְשִׁסַּע אֹתוֹ בַּכַּנְפֵי*, Hoc est, Et diuidet eam in alas suis, siue findet alas eius: non ipsam totam. Sed Hieronymus non dissentit à Septuaginta *καὶ ἐπιπέτου αὐτὸ ἐπιπέτου πτερύγῃς*, Hoc est, Et franget ipsum ab alis, siue in alis.

CAPVT II.

S*I oblatio fuerit de sartagine.*] Etiam Septuaginta verterunt sartagine, *ἐάν δὲ θυσία* *ἐπιπέτου*. Hebræi quoque maxime Rabbi, Salomon, de sartagine intelligit, exponit enim esse instrumentum, non profundum, quo in sanctuario vterentur, in quo coquebantur quæ ex farina essent.

De spicis virentibus.] *גֵרֵשׁ כִּרְמִיל*, Quibus nominibus significatur omne maturum, pertinetque ad omne frugum genus, non ad frumentum solum. Nam spica, solum de tritico intelliguntur: idcircoque ea omnia appellantur à Septuaginta, *προγενήματα χυμῶν*. Hoc est, primogenita legumina. Illud quoque obseruandum, quod minime recte habetur in nostris *ἄδιον*, & confringes in morem farris: nam hoc non habent Hebræorum codices, præterea nusquam id præcipitur. Tacetur etiam à Septuaginta. Quare redundat. Nam fruges simplices offerri præcipiuntur, non contracta.

Partem farris fracti.] Hoc quoque male positum, & ex superiore pendens errato, hæc enim oblatio, ad omnes refertur fruges. Nam far fractum quorsum tendit? omittitur etiā ab Septuaginta.

CAPVT III.

Chorban.

S*uper caput vitimæ.*] Quæ Hebraice appellatur *חֹרְבָן* chorban, quod Septuaginta non tam proprie *δῶρον*, id est, munus verterunt. Dicitur autem apud Hebræos à *חָרַב*, hoc est, accedo, appropinquo, vnde chorban appropinquatio, & oblatio: quia nos Deo appropinquamus, aut quod nos Deo appropinquare facimus.

Per altaris circuitum.] Quod etiam habetur in textu Hebraico *עַל הַמִּזְבֵּחַ*, sed omittitur hoc à Septuaginta, *καὶ προσέθετο τὸ αἷμα, ἑπιπέτου τὸ θυσιαστήριον*, hoc est, Et effundent sanguinem super altare: quanquam non magni momenti sit.

Qui operit vitalia.] *וְהָיָה אֵת מִרְיָתוֹ אֶת הַחֶסֶד*, Qui operit intestina. Septuaginta vero paulo & ipsi diuersius, *καὶ ἐπιπέτου τὸ πᾶν τὸ ἐπιπέτου πτερύγῃς*. Adipem qui operit aluum, Itaque vitalia pro totis visceribus ac præcordiis videtur sumpsisse Hieronymus.

Duos

A *Duos renes cum adipe quo ligantur ilia.*] Obscurum faceret locum, vocabulorum diuersitas, cum sit hoc modo dicendū, *שְׁנֵי הַכִּלְיִים וְאֵת הַחֹלֶב אֲשֶׁר עֲלֵיהֶן*, hoc est, Duos renes & adipem, qui est super ipsis: quanquam postea additur *עַל הַכִּלְיִים*, id est, quod est super interiores lumborum partes, quod Septuaginta non male, *ἑπιπέτου μῆλων*, id est, super femora, scilicet interiorius: dicendum igitur fuerat, duos renes cum adipe, quo ipsi integuntur.

Et reticulum iecoris.] *וְאֵת הַחֶסֶד עַל הַיְוֹדֵת*, hoc est, Et residuum quod est super iecur. Septuaginta diuersissime, *καὶ τὸ λείπον, ἑπιπέτου τὸ ἕπατος*. Et fibras, siue frustum, quod est super iecur. Locus autem manifestus est, quid innuat.

In holocaustum.] *עַל הַמִּזְבֵּחַ*, Super holocaustum adolebunt, inquit, quod est super ligna, quasi vna cum ipso holocausto. Sic & Septuaginta, *ἑπιπέτου τὸ θυσιαστήριον*. Super holocausta.

Caudam totam.] Clarum est ita sumendum esse hoc loco *καὶ τὸν ἄρσεν*, Quod alias significat immaculatum, sed hic integrum, perfectum: ideo non recte Septuaginta, *ἀρσεν ἄμωμον*, id est, caudam immaculatam, & sine vlla nota. Amphibologia eos fefellit. Sic & cum legem immaculatam appellat, cum perfecta esset dicendum, vt ibi dicitur.

Pabulum ignis.] *וְהָיָה אֵת מִרְיָתוֹ אֶת הַחֶסֶד*, hoc est, Panis sacrificij domino. Quod omittitur à Septuaginta, eiusque loco ponunt *ὁσπύριον εὐωδίας*, id est, Odorem suauitatis. Panis igitur is, Dei *καὶ* ignis esse perhibetur.

CAPVT IIII.

B*Er imperitiam.*] Longe clarius, quam quod Septuaginta, *καὶ λαβὴν ῥήμα ἀπὸ ὀφθαλμῶν* *συναγωγῆς*, id est, Et latuerit verbum ab oculis synagogæ: vbi verbum pro re ponitur.

Quod si peccauerit anima per ignorantiā.] Primo obseruandum est, quod ommissa est ab Hieronymo tota hæc periodus, quæ sequitur post illud, & dimittitur ei. Sequitur enim in contextu Hebraico, *וְהָיָה אֵת מִרְיָתוֹ אֶת הַחֶסֶד*, hoc est, Et extrahet vitulum, extra castra, & concremabit eum, sicut concremavit vitulum primum, pro peccato multitudinis est. Dimittitur id ab Hieronymo, quia sapius est repetitum, licet non taceant Septuaginta.

Quod si peccauerit anima per ignorantiā.] Totum hoc peccatum, non de qualibet anima dicitur, sed de principibus, quia sic habetur *אֲשֶׁר נָשִׂיא יְהוָה*. Princeps qui peccauerit, ideo apud Septuaginta legitur, *ἐάν δὲ ὁ ἄρχων ἁμαρτήσῃ*, id est, Si autem princeps peccauerit. Peccatum autem hoc principum, dimittitur in nostris codicibus: verum peccatum cuiusvis animæ positum est paulo post. Quare locus emendandus est.

Capram immaculatam.] *עֵז עֵיט*. Hædum capratum, sic & Septuaginta, *χμῶρον ἐξ ἀγῶν*. Hædum ex capris, hoc sacrificium cuiuslibet animæ sit capra: sed omisit Hieronymus vt dixi peccatum principis, pro quo offertur hædus.

CAPVT V.

A*Ut per se mortuum.*] De hoc, quod per se mortuum est, nulla in contextu Hebraico fit mentio, quod etiam omisum est à Septuaginta. Et quoniam pulcherrime explicatur à Septuaginta hoc quod de bestiis dicitur, adhibeamus eorum æditionem, *ἢ ψυχὴ ἐπέστη ἢ τις ἐάν ἀψύχῃ πάντος ἀνάγκης, ἢ θησιμῶν ἢ τετραπόδων*, hoc est, anima quæ tetigerit omnem immundam rem, siue morticinium, aut à fera captum. Eo enim modo habent & Hebraica.

Intellexerit delictum suum.] Sic habet & Hebraicum *וְהָיָה יָדַע*, id est, Et ipse cognouit: quare Septuaginta non recte, *καὶ ἐξαγορεύσει τὸν ἁμαρτίαν*. Et publicabit peccatum aut confitebitur.

Qui emi potest duobus siclis.] Hic quoque dualis numerus est apud Hebræos. Cum scilicet ponitur numerus plurius, siue numerorum nominibus, duo aut tres. Atque hinc factum, quod Septuaginta hunc numerum non intelligentes verterunt *τιμῆς ἀργυρίων σακάρων*. Precio argenti siclorum. Erat certe aliquis numerus adhibendus, nam absurda esset aliter locutio apud nos & Græcos, apud Hebræos vero duo significaret, de qua re nos sæpe sapius.

CAPVT VI.

E*t contempto domino.*] *וְהָיָה אֵת מִרְיָתוֹ אֶת הַחֶסֶד* hoc est, Præuaricationem præuaricata est in dominum. Secutus est Septuaginta, *καὶ παρὲν παρὲν τὰς ἐντολάς*. Et paruipendens paruipenderit præcepta Dei.

Et dabit eum sacerdoti.] In sacrificium scilicet Dei, vt indicat totus contextus.

E ij

Cremanbitur tota nocte.] Optime ea sententia reddita est, nam & Hebraica sic habent...

10. Capmō.

Ignis ex eodem altari erit.] Obscura interpretatio, & forte codices mendosi, vt pro ex, legendum sit, in. Ignis, inquit, in altari erit: nam & sic leguntur Hebraica...

Et foeminalibus lineis.] Ita quidem vox Hebraica significat פניני. Quod Septuaginta non admodum recte transtulerunt. פניני. Nam periscelides, diuersae sunt à foeminalibus, & potius crura ornant: quàm pudendorum tegumentum sint. Scribit Iosephus, hæc vt dura & ad rumpendum minime idonea essent, fieri solita ex bysso in multas partes comminuta, atque iterum confuta, vt nullo pacto scindi posset.

Cineres.] Recte Septuaginta χερσαίονα, quasi dixeris, absolutum sacrificium. In loco sanctuarij tabernaculi.] hoc est, In atrio tabernaculi: sicut & Septuaginta εν αυλή της σκηνής.

Quia pars eius in domini offertur incensum.] Immo non refertur ad Deum, sed Aaron eiusque filios: hoc modo, חלקי נתתי אתם פנים hoc est, Partem eorum dedi eam, ex sacrificiis meis. E Dedi inquam ex omnibus quæ mihi offeruntur hanc esse eorum partem: hoc modo, etiam Septuaginta, μερίδα αὐτοῖς αὐτῶν δέδωκα. ἅπασαν χερσαίωναν ἡν ἔδωκα. Hoc est, Particulam ipsi, eam dedi ex sacrificiis domini.

Oleo conspersa.] Dimittitur hoc quoque מריכה id est, Inuolutam, sicut & Septuaginta ἐλαιώ, id est, volucra, inuoluta.

CAPVT VII.

Sicut pro peccato offertur hostia, ita & pro delicto.] Apud nos forte nihil differt peccatum & delictum, atque ideo non recte fortasse versum est: distinguuntur autem apud Hebræos, non tam nomine, quàm etiam significatione. Nam חטאת quodlibet delictum indicat, at פשע delictum quod per imprudentiam admittitur. Nam quanquam hæc distinctio, non semper vera est: hic certe clarissime intelligimus, eo modo hic sumendum esse. Siquidem & de vtraque hostia vtriusque delicti commemoratio habita est: cæterum & ipsi Septuaginta hoc distinxerunt ὁμοίως τὸ πᾶν τῆς ἀμαρτίας, ἕτοιχον τῆς πλημμελείας. Sicut sacrificium quod pro peccato, ita & quod pro delicto. De hac re etiam Isychius.

Collyridas.] Alia panis species. Apud gentes quoque varia placentarum genera inueniebantur, quæ diis suis offerre solebant. Ab his forte litteris edocti, vt multa alia hinc ab illis ablata cognoscuntur. Apud Aristophanem multa sunt eiusmodi dico placentarum genera. Sicut μελιτρίαι, ἐλάει, πόπανα. Quæ scribit Porphirius prima mortaliu sacrificia extitisse, ceptum esse autem postea ex mala consuetudine animalia offerri. Plinius quoque scribit, omnibus sacrificiis adhiberi solitam libam falam. Quod & Ouidius in Fastis declarat his versibus:

Ante, deis, homines quod conciliare valeret, Far erat & puri lucida mica salis.

Ecce & istud, hinc fuerat desumptum, vt in sacrificiis semper sale vterentur.

Ex quibus vnus pro primitiis offertur domino.] Diuersus Hebraice. Nam de primitiis nulla fit mentio. חריב מכל קרבן חרובה ליהוה hoc est, Et offeret ex eo, ex omni sacrificio vnū oblationem domino: sicut habent etiam Septuaginta ἕνα προσέξω αὐτῶν ἐν ἅπασαν τῶν δόρων αὐτῶν ἀφοστρέμει καὶ. id est, Et offeret ex ipso, vnū ex omnibus muneribus eius, oblationem domino. Vnum autem non tam ad panes, quàm omnes oblationum partes potest referri. Vt vnā pars ex omnibus rebus debeat Deo.

Qui fuerit immundus comedet ea.] Quo modo hoc potest esse verum, cum omnis immunda caro præcipiatur igni exuri: quare non recte versa est: sententia sic habet, והבשר כל שהוא יאכל, hoc est, Et carne omnis mundus comedet carnem: aut sic, Et omnis caro munda comedetur: nam יאכל, quanquam vox actiua sit, potest tamen esse tanquam impersonalis, quæ similis actiua est apud Hebræos. Septuaginta quoque cum Hebraica veritate cōsentiant, & ab Hieronymo discrepāt. πᾶς κερσαίος φάγεται κρέα. id est, Omnis mundus comedet carnes. Inhibetur

Inhibetur ergo immundarum carniū esus vbique. Mundus autem & immundus possunt comedere licita & sacrificata, vt habetur Deutero. capite 15.

Pectusculum erit Aaron.] Sic certe est dicendum, contra quàm verterint Septuaginta τὸ σέαρ τὸ ἐπὶ τῆς στήθους, adeps qui est super pectusculum.

CAPVT VIII.

Estiuit subucula limea.] Quam alibi appellauit tunicam. In epistola ad Fabiolam dicit esse, quæ vulgò dicitur camisia. Septuaginta non dissentiant à seipsis, vertentes χιτῶνα, quod & aliam vestem, quàm interiorem illam potest significare. Nam quod Homerus vocat armatos χερσαίονα, id est, vestitos ferro, patet χιτῶνα eo loco, non pro illa interiore veste accipi.

CAPVT IX.

Hodie dominus apparebit vobis.] Hæc est veritas Hebraica non vt verterunt Septuaginta. ὅτι κείνος σήμερον ἐν ὑμῶν ὀφθησέτω, id est, Quia dominus hodie apparebit in vobis. Quod mihi longe aliud esse videtur.

Laudauerunt dominum.] Sic significat verbum Hebraicum נא, Ideo non recte transtulerunt Septuaginta χερσαίος πᾶς ὁ λαός, χερσαίονα ἐπὶ ἑσπον. Et vidit omnis populus, & animo consternatus est, & conciderunt. Nam in psalmis frequenter videmus ranam significare laudem, exaltationem: stuporem vero, vel admirationem nunquam.

CAPVT X.

Acuit Aaron.] Sic habet etiam Hebraicum, quod forte non recte Septuaginta, χερσαίονα ἀείρων. Compunctus est Aaron, siue percussus est. Nam idem verbum, nihil præter silentium significat.

Et omne quod inebriare potest.] Septuaginta ipsam Hebraicam vocem posuerunt sicera, licet corrupta sit, pro eo quod Hebraice dicitur shecar. Sicera igitur vox est Hebraica, quæ Latine sonat ebrietatem, aut inebriamentum, id scilicet, quod inebriare facit. Vnde & shacher, apud Hebræos, ebrius dicitur. Quare non significat Sicera, succum quandam, qui maxime apud Germanos conficitur, quod vini copia apud eos non sit, sed omne, quod ebrietatem inducit, siue ille succus sit, siue etiam alius. A Septuaginta vero profectum est, vt vox Hebraica vsui fuerit & Græcis & Latinis, vt ex isto loco colligitur.

Quod datum est tibi.] Hoc est, Legitimum tuum, legitimūque filiorum tuorum, sicut & Septuaginta, νόμι μόνου σου. καὶ νόμι μόνου τῶν υἱῶν σου.

Comedere debueratis.] Immo imperat vt deinceps facerent, quod prætermiserunt, והאכלו comedendo comedetis.

CAPVT XI.

Et stodite omnia quæ dixi vobis.] Hæc sententia redundat, neque in Hebraicis codicibus habetur, minus etiam habetur apud Septuaginta.

Quod ruminat.] ררר id est, Quod reuocat ruminationem, quod eam ascendere aut recipi facit. Quod probe etiam exprimitur à Septuaginta, καὶ ἀνάγων μωσασημιόν. id est, Et reducens ruminationem. Nota vero sunt omnia.

Quidquid habet vngulam, sed non diuidit eam.] Paulo secus Hebraica והכלי חספסו והכלי חספסו Hoc est, Veruntamen hoc non comedetis, ex his quæ ruminant quidem, sed vngulam bifidam non habent. Apud Septuaginta maior corruptela, πλὴν τῶν τῶν φάλαγγες τῶν τῶν μὴ ἀναγόντων μωσασημιόν, καὶ τῶν τῶν μὴ διχάλλοντων τὰς ὀπίλας. Hoc est, Veruntamen hoc non comedetis, his inquam quæ neque ruminant, neque ex his quæ findunt vngulas. Est autem obseruandum, quod vbique hoc loco additur superflue, à Septuaginta negatio, sicut ibi τὸν καμήλον ὅτι οὐκ ἀνάγει μωσασημιόν. id est, Camelum quia non ruminat: immo contextus declarat camelum ruminare, sed non habere vngulam bifidam, sic & de chærogyrillo.

Chærogyrillus.] Sic enim scribendum est, non vt corrupte apud nos legitur. Est autem quem Latini appellant herinacium siue ericium. Quod maxime patet ex psalmo 103, vbi quem noster interpres vertit, petra refugium erinacis, præsentī vocabulo significatur scilicet τῶν quanquam non possimum non mirari Septuaginta, qui quod hic verterunt chærogyrillum, ibi interpretati sunt λαγών, hoc est leporem, aut cuniculum, quod & aliis locis fecerunt. Chærogyrillus ergo vox Græca est, sumpta ex ipsis Septuaginta, ducitur autem à χείρος porcus, & γρόλλος, quæ vox etiam ipsa porcum significat. Ex quo manifestum sit esse hunc quem vulgo porcum spinotium appellant. Esse autem hunc erinacium

ex eo posse comprobati videtur, quia in psalmo superius citato, eius habitatio exprimitur, D ibi dicitur, חַיִּים לְמַעַן הַיַּם hoc est, Petrae tecta sunt erinacii, hocque animal inuenimus sub petris dilitescere. Glosa ordinaria testatur hunc esse herinaceo quidem similem, sed maiorem. Veruntamen ex eo quod mox sequitur, vbi habetur mentio de lepore, videtur omnino non esse is chærogryllus, sed cuniculus potius. Nam & lepus & cuniculus simillimi inter se sunt, ideoque simul ponuntur. Atque hoc etiam testantur Hebræi: cur autem de ericio, hic loquatur sacra scriptura cum id genus animantis prohibeatur inferius? Refugium vero petra est, non herinacii, sed cuniculis, subter qua delitescunt, vnde & cuniculi foueæ subterraneæ vocantur. ~~Quomodo autem testatur Septuaginta, quod non sit inter cuniculos Petrae de cuniculis? In hoc loco...~~

Lepus quoque. De hoc nulla controuersia est: tantummodo est annotandum, quod fortasse male Septuaginta hunc vertunt δασύπους. Nam dasypus apud Græcos, non lepus, sed cuniculus est. Licet in eum errorem, multi iam dudum inciderint: sed Græci etiam ipsi, dicunt δασύπους esse, quem Romani appellant cuniculum. Et quia res clara est, & iam à multis exagitata, non opus est probationibus. Chærogryllus quoque non recte repetitur, in impressis codicibus Septuaginta, quod non interpretum sed librorum vitio contigit. Additur quoque hic aliquid in Græcorum codicibus, vbi de aquatilibus commemoratio habetur: scilicet ὅτι πᾶσι τῶν ὄντων ἐρευνέται τα ὕδατα. Ex omnibus à quibus eructatur aqua. Non enim hic locus est.

Et Gryphum. Quis non riserit hoc loco Nicolaū, qui fabulamenta Alberti & Huguetionis secutus, dicit Gryphum, esse animal quadrupes, volatile & pedestre. Caput & alas aquilæ habere, reliquo corpore esse simile leoni. Quis enim nescit, hæc esse meras nugas? cum gryphus, quem Græci etiam grypa vocant, fabulosissimus sit. Neque certe verisimile est scripturam, inter aues hanc commemorasse, quibus vesci prohibeat, si certe talis est, quasi possit aliquando comedi. Prohibuit enim quæ facile edi potuissent: at gryphis, si huiusmodi sunt, nunquam vesci contigit, aut continget. Quamobrem si per eiusmodi nomē, eas aues intellexisse Septuaginta credimus, proculdubio tam ipsi errarunt, quàm Hieronymus, qui eos in hoc secutus est. Sed per gryphas, aliud auis genus intellexerunt, nam & Hebraicum nomen גרף, genus accipitris denotat, vt paulo ante diximus. Siquidem tria simul auium genera inter se similia ponuntur, Aquila, Halictus, & genus aliud rapax. Pro grypho igitur, accipiter aut aquilæ genus ponatur. De porphyrione multa scribit Aelianus præsertim quod sit ἀρμότατος καὶ φεραννύτατος τῆς ζωῆς, id est pulcherrimum & formosissimum omnium animalium, quasi totus purpureus, vnde & nomen accepit. Sed eius luxuria est insignis, ideo inter immunda computatur.

Onocrotalum. Quem Septuaginta Pelicanum verterunt: quos Latini appellant plateas. Est autem difficilis harum auium cognitio, & Hebræi facile & ipsi suam in his imperitiam confitentur. Fallitur autem Nicolaus, qui Septuaginta dicit loco porphyriionis, posuisse pelicanum, nam & porphyrio apud eos ponitur, & pelicani nomen seorsum. Sed pro pelicano, in Latino habetur onocrotalus. De qua aue neque apud Aristotelem, neque Aelianum, scriptum quicquam reperi. Plinius oloris similem esse dicit. Quare non videtur onocrotalum fuisse ponendum in Latino, sed vel pelicanum, aut plateam. Nam onocrotalum à pellicano distingui facile arbitror.

Sed habet longiora retro crura. Cuius nō sunt crura supra pedes eius. I. xx. quoque, secundū hanc sententiā ἀρχὴ σκέλης ἀνώτερον τῆς ποδῶν αὐτοῦ. id est, quæ habent crura supra pedes suos. Non aliud, quàm quod interpretatus est Hieronymus, clarioribus verbis.

Attacus. Scarabeus vt Hebræi putant, vel genus eorum quoddam. Septuaginta & ipsi ἀττάκου. Credo potius eos vertisse ἀττάλακον, attalabum, quem nostri bruchum interpretantur.

Locusta quoque. Hæc per bruchū intelligitur, quia Hebraice לוחש id est, locusta: quanquā Septuaginta ponunt & ipsi bruchum. Facile autem hæc cōfunduntur, tam hic quàm alibi.

Ophiomachus. Nescio quamobrem Septuaginta, nam ab illis accepit Hieronymus verterint eo modo vocem Hebraicam אפיומא, quod testibus Hebræis, etiam ipsum est genus locustæ. At ophiomachus, vt nomen indicat, animal est, quod cum serpentibus pugnam committit, de quo neque Aristoteles, neque alij boni scriptores quicquam memoria prodiderunt. Putoque nihil omnino esse. Quod etiam si extaret, non fit tamen hoc loco de eo mentio, sed vt dixi genus locustæ est.

Gryphus fabulosus.

Porphyrio.

Onocrotalus. Pelicanus.

Ophiomachus.

Crocodilus.

A Crocodilus. Quomodo ponitur inter mustellam & murem crocodilus, dissimillimus? Non erat ergo vertendum crocodilus, nam neque esculentus est, sed potius bufo, id est, rana campestris. Sic enim existimant aliqui Hebræi, & ordo eo modo exigit. Rabbi quoque Salomon exponit sic חריתו שווי שווי hoc est, Bufo, is scilicet, qui ranæ similis est. Hieronymus, Septuaginta secutus est, qui etiam verterunt κροκόδειλος. Frustra quoque additur apud illos χροκόδος, id est, terrestris. Quasi duo genera crocodilorum reperiantur, vnū terrestre, alterum aquaticum, cum idem animal sit ἀμφίβιον.

Mygale. De hoc quoque alio modo sentiunt Hebræi, Rabbi enim Salomon vult esse ericium. Neque satis mihi constat, quod animantis genus intelligant hic per mygalen Septuaginta, & Hieronymus, qui eos secutus est, quandoquidem etiam Aristoteles, de eo nihil scribit. Nomen indicat esse id quod ex mure & mustella constat.

Chameleons. Etiam in hoc maxima dissonantia, etiam apud Hebræos, alij limacam, alij pantheram, alij chamæleonta, alij stellionem esse arbitrantur: adeo sunt & ipsi ignari.

Stellio. Lacertam putat Rabbi Salomon, alij limacam. Septuaginta & ipsi stellionem verterunt φαλάγγιον, id est, phalangium.

Lacertam. Hanc limacam vult esse Rabbi Salomon, alij testudinem. Septuaginta τῶν γαλι, id est lacertam reddiderunt.

Talpa. Consentit & Rabbi Salomon, hunc esse talpam.

Quid comedere et respuere debeat. In fine huius capituli additur apud Septuaginta tota hæc periodus, καὶ συμπιλάζων τὰς ψυχὰς ἰσραὴλ ἀνάμασον τῆς ζωογονίας τὰ μὴ ἐσθίουμένα. hoc est, Et doceatis filios Israël, inter medium prolificantium quæ comeduntur, & inter medium prolificantium, quæ non comeduntur, quæ ex alio loco huc transposita sunt.

CAPVT XIII.

Psam speciem lepræ humiliorem. Cute profundiorē: vt scilicet plaga introrsum descendat, relicta superne integra cute. Septuaginta eodem modo, sicut & Hieronymus καὶ ταπεινὴ ἢ ἡ ὄψις αὐτοῦ ἐπὶ τὸ δέρματος, id est, Et humilis fuerit aspectus eius, præ pelle, aut cute.

Et ad arbitrium eius separabitur. Et polluti loco eum habebit: sic & Septuaginta καὶ μὴ αὐτῶν, pollutum eum habebit: quanquam hoc potius significet polluet eum.

Mundabit eum. Et mundum eum habebit, non pollutum reputabit: sic & Septuaginta καὶ καθαρίει αὐτῶν, id est, Et mundum eum ducet.

Habebit vestimenta dissuta. Scissa, dilacerata: licet Septuaginta etiam ipsi τὸ δὲ λελυθῆνα, id est, dissoluta.

CAPVT XIII.

Vos passerēs. Duas auiculas, Ponitur enim nomen generale omnium auicularum, vt non tam passerēs, quàm aliæ sint aues intelligendæ. Septuaginta tamen, etiam ipsi dissentiant ab Hieronymo, immo Hieronymus dissentit ab illis, δύο ὄρνιθες, duas auiculas: quod certe miror, cur Hieronymus secutus non sit.

Quos vesci licitum est. Additum ab ipso interprete, quod si fuerit plaga, non comedatur, sed si non fuerit, comedatur. Omititur etiam apud Septuaginta.

Si fuerit plaga lepræ. Et dedero plagam lepræ. Ostendit igitur à se plagam lepræ futuram. Ideo & sacrificia adhiberi voluit & preces, non tam quod res immunda esset, quàm quod secundum scelera incutiebatur. Septuaginta & ipsi videntur reddidisse καὶ δώσω ἀφ' ἐσθίου, id est, Et dedero plagam lepræ: licet loco δώσω sit nunc δώσω in impressis codicibus.

Ne immunda fiant. Et non polluetur quicquam: sicut & Septuaginta.

Vermiculum. Coccum scilicet, sicut & Septuaginta κακλωσμένον κόκκινον, id est, coccinum retortum.

CAPVT XV.

Luxum seminis. Quanquam non ponitur distincte vllus fluxus in contextu Hebraico, sed in generali loquatur, sicut etiam habetur apud Septuaginta ἀνδρὶ ὃ ἐν γένεσιν, id est, viro, cui sit fluxus corporis: licet idem addant postea, ῥέον γόνον, id est, fluens semen: inferius tamen exprimitur, de quo fluxu intelligendum sit.

Si salinam huiusmodi. Nihil intelligitur aliud quàm ipsum semen, quod forte non proprie salina nuncupatum est.

Sagina super quod.] Sagina præter pinguedinem significare aliud nescio, ideo emenda-

Qui faciet unum pro peccato.] Etiam hoc loco facere pro sacrificare ponitur in lingua He-

Semen coitus.] Quàm improprie redditur hoc à Septuaginta κοίτη σπέρματος, id est, cu-

C A P V T X V I.

Aprum emissarium.] Longe aptius & significantius apud Septuaginta αποπτε-

In medio fortium habitationis eorum.] Sordium aut pollutionis eorum: sicut &

C A P V T X V I I.

Omo quilibet de domo Israël.] Additur huic ociose apud Septuaginta η τῆς οικογεν-

Et nequaquam ultra imolabunt hostias suas damo.] Quod dæmonem proprie signi-

Molochidolum.] Varia de hoc idolo sentiunt Hebræi. Quidam astrum esse aiunt. Alij diabolium. Alij omne idolorum genus, eo modo vocari asserunt. De

C A P V T X V I I I.

T consecratur idolo moloch.] Etiam hoc loco facere pro sacrificare ponitur in lingua He-

Esai. 13.

Molochidolum.

A ἄρχισι μὴ δίδουαι τὰς παύδας, ὡς τε εἶναι, αὐτῶν οἰκέτας ἢ δορυφόρους ἵνα μὴ τῆς αὐτῶν μεταλάξουσιν αἰσείας. hoc est, Hebraicum habet moloch, quod & reliqui interpretes posuerunt. Erat autem idolum. Ideo per prophetam loquitur Deus, Nōne hostias & sacrificia obtulistis mihi in deserto annos quadraginta, filij Israël? & assumpsistis tentorium moloch, & astrum Dei vestri Raphan. Imagines quas fecistis ut eas adoraretis. Prohibet ne filios suos, huius idoli sacerdotes facerent. Alij autem dicunt prohiberi, ne exteris regibus filios traderent; ut eorum essent ferui, ac satellites, ne impietatis eorum fierent participes, hæc ille. Sed ne ipse quidem omnino verum attigit. Moses enim Deuterono, cap. xij. declarauit, quæ esset idololatria moloch. Semen quoque hoc loco, sumitur pro ipsis filiis, more linguæ Hebraicæ. Qua de re alibi dictum est. Non satis itaque recte ab interpretibus factum est, ut non mutarint Phrasin Hebraicam, nam in alium sensum fortasse acciperetur. Falsa quoque est & commenticia prima expositio Nicolai, posse videlicet semen hoc loco pro ipso semine accipi. Est enim sermonis Hebraici proprietates, ut filij ac ipsa proles, semen appelletur, ut semen iacob, semen Abraham, & alia infinita, sic & hoc loco.

Semen pro filiis.

Et euomat habitatores suos.] Ita habet & Hebraicum, καὶ ἔσφαλλον ἢ γῆν, τοῖς ἐργασθημένοις, id est, Et stomachata est terra contra habitatores, aut indignata est, vel odio habuit. Quanquam pulcherrime & veridice exponitur hoc à sanctissimis patribus Græcis. Theodoritus enim hoc modo de ea re scribit, μη βδελύξητε φησὶν ἡμᾶς, ὡς ἐβδελύξατο τὸς χεανανῶν, ἀπὸ τῶ ὡσαύτ' ἐπένης ἀπὸ τῶν πολλὰς αὐτῶν παρονομίαις παλαιαῖς καὶ ἐσθλῶν, ὡς ἔτις ὑμᾶς τὰ ἴμοια δράσσοντες, τιμωροῦμεν, hoc est, Ne excretur terra, inquit vos, sicut excreta est Chanaanæ: pro eo quod est, sicut illis, ob eorum scelera intermitioni penitus datis, terram vobis tradidi, sic vos similia facientes vlciscar.

C A P V T X I X.

Impietatis reus.] Non erit acceptabilis, non placebit, sicut & Septuaginta, ἢ δεχθήσεται. Non acceptabitur.

Ciuium tuorum.] Quod ad varia incantationum & auguriorum genera refertur. Septuaginta enim ad auspicia, & δὲ ἰρημισκοπήσετε, id est, Neque aures aspexeritis, siue neque augurabimini. Doctores Hebræorum asserunt hoc referri ad prædictiones dierum & temporum felicium vel infelcium, quod proprium est Astrologorum. Propterea citatur hoc à laudatissimo & excellentissimo principe Ioanne Pico Mirandulano aduersus astrologos. Hiero. alibi interpretatus est sciscitari hariolos. Male quoque vertitur apud Septuaginta, μὴ ἐσθίετε ἐπὶ τῶν ὄρεων. Ne comedatis super montes: pro eo quod dicendum fuerat ut vertit Hieronymus, ne comedatis super sanguinem, neque certe assequi possum, quomodo, sanguinem, montes interpretentur. Credo locum esse corruptum, ut pro ἐπὶ ὄρεων positum sit ἐπὶ ὄρεων.

Argentum tuum.] Non recte fortasse vinca, pro agro ponitur à Septuaginta, καὶ τὸν ἀμπελάδα σου, ἢ καὶ ἄλλοις ἀμπελάδα σου. Vincam tuam non seres ex diuersis.

Que sit ancilla nobilis.] Imò aliter, ψῆλα καὶ καὶ ἄλλοις, hoc est. Et sit ancilla desponsata viro. Septuaginta nescio quid simile & ipsi videntur innuere, καὶ αὐτῆ οἰκέτας ἀποπεφύλαγμένον ἀφ' ἑσέως. Et ipsa, famula est reseruata viro. De ancilla itaque nobili nihil scribitur.

Vapulabunt ambo.] De hoc quidē, nulla hoc loco mentio, sed aliud præcipitur, ὅτι ἐπισπῆσαι αὐτῆ. Prouidebitur ei, pro ea ratio habebitur: quanquā Rabbi Salomon alio modo hunc locum exponit, sed nihil ad rem.

Comgregantes poma que proferunt.] Vt augeant vobis prouentum suum, sicut etiā Septuaginta, ὡς ἐμαὶ ὑμῶν τὰ γενήματα αὐτῶν, hoc est, Accessio erit vobis fructus eius.

Nec obseruabitis somnia.] Quod ad varia incantationum & auguriorum genera refertur. Septuaginta enim ad auspicia, & δὲ ἰρημισκοπήσετε, id est, Neque aures aspexeritis, siue neque augurabimini. Doctores Hebræorum asserunt hoc referri ad prædictiones dierum & temporum felicium vel infelcium, quod proprium est Astrologorum. Propterea citatur hoc à laudatissimo & excellentissimo principe Ioanne Pico Mirandulano aduersus astrologos. Hiero. alibi interpretatus est sciscitari hariolos. Male quoque vertitur apud Septuaginta, μὴ ἐσθίετε ἐπὶ τῶν ὄρεων. Ne comedatis super montes: pro eo quod dicendum fuerat ut vertit Hieronymus, ne comedatis super sanguinem, neque certe assequi possum, quomodo, sanguinem, montes interpretentur. Credo locum esse corruptum, ut pro ἐπὶ ὄρεων positum sit ἐπὶ ὄρεων.

Non attondebitis cornam.] Non circungirabitis, siue, non calami strabitis angulos capitis vestri, siue extremitates. Refertur ergo ab Hebræis ad cincinnos. Septuaginta vero sic interpretati sunt, ἢ ποιήσετε σισίω ἐν τῆς κάμης τῆς κεφαλῆς ὑμῶν, id est, Non facietis si sion ex coma capitis vestri. Quid autem per si sion sit hic intelligendum explicatur à scriptoribus Græcis, qui hunc locum variis modis exposuerunt. Sic enim legimus apud Theodoritum, τινὲς τὸ σισίω τὸ ἐξ ἐπιτηδεύσεως ἕλας γνωμῆας τριγῶνας ἠμυλευσας, ἐργῶ

δὲ ἄλλο οἶμα, τοὶ νόμοι ἀπαγορεύειν. εἰώθασιν ἄλλοι μὴ διαποιεῖν τῶν ποσειδῶν τὰς κορυφὰς; ἀλλὰ μαλ-

Neque radetis barbam.] Non hoc præcipitur, sed, וְרָרַת פְּתָרִים וְרָרַת תְּחִיבִים וְרָרַת חֲרָרִים Hoc est, Et non cor-

Et super mortuo non incidetis carnes.] Præcipitur ne vlllo pacto, sicut gentes, ferirent carnes E

Non declinabitis ad magos, & hariolos.] Vtrunque diuinationis genus est, primum Septua-

Ventri-

Pythia.

Sternoman-

Phyton.

πάτων πολλοὺς τῶν ἀνοήτων, ὡς δίδειν ἀπαγορεύοντες, ὅς ἐστιν ἀνοήτως τῶν δαίμονος φθέρῃσθαι. Hoc est, Quidam à nonnullis dæmonibus repleti, plerisque;

A cunctatur. Defunctus de his quæ proxime impendent, eos certiores reddit. Sicut inquit

Hariolos.] Ferunt Hebræi hos appellari iddehonim, ab aue quæ vocetur iaduha, quam

Non exprobratus ei.] וְלֹא תִשְׁפֹּט אִתּוֹ Hoc est, Ne affligatis eum, ne lædatis: sicut & Septuaginta

CAPVT XX.

I quis dormierit cum nuru.] Omnibus his locis, dormire, pro eo quod est coire poni-

CAPVT XXI.

I paruo vel grandi, vel obtorto naso.] Hæc omnia genera ab ipso interprete sunt,

Vel herniosus.] וְרֹחַ אֶרֶץ Quod interpretantur Hebræi, cuius testiculi contusi sunt, quæ-

CAPVT XXII.

Vi tetigerit immundum super mortuum.] וְשָׂרָף בְּנֵי אֲדָמָה id est, Qui tetigerit omne im-

Cuilibet ex populo.] Imo sic, וְשָׂרָף בְּנֵי אֲדָמָה Hoc est, Cùm fuerit nupta aduenæ: sicut etiã

Si cicatricem habens.] וְרֹחַץ id est, Elisum, siue mutilum: diuersus etiam Septuaginta, qui

Omne animal quod vel contritus, vel scæctis testiculis.] Animaduertito, quod de contritis & scæ-

Itero die sabbati. Hoc est, In crastinum sabbati: aut, die sequenti post sabbatum: sicut & Septuaginta...

Liba quoque vini. Patet locum mendosum esse, cum sic habeat contextus. Hoc est, Et temperatio, commissio vini: quid enim hoc loco liba significat...

Affligetis animas vestras. Pertinet hoc verbum Hebraicum ad omnem humiliationem, mentisque superbæ depressionem: ut nitidæ vestes deponantur...

Est enim coctus. Hoc est, Collectio, coctus: quod forte etiam recte Septuaginta...

Et salices. Addunt Septuaginta et agni casti ramos ex torrente: quod certe superfluit. In contextu enim Hebraico non habetur.

Vni que blasphemasset nomen domini. Prudenter addidit Hieronymus domini, nam hoc loco domini non additur in Hebraico, propter summam reuerentiam...

Qui percusserit hominem punietur. Credo olim bene se habuisse codices, dicendum enim est non punietur, sed morietur, sicut habet contextus Hebraicus...

Vas primitiarum tuarum. Vas separationis tuæ: siue sanctificationis tuæ: quemadmodum etiam Septuaginta interpretantur...

Terra non vendetur in perpetuum. Hoc est, Et terra non vendetur ad internitionem, ac desolationem, vel in perpetuum: quamquam non sit alius sensus...

Si redemptio non fuerint. Imò aliter, Et qui redemerit ab Leuitis, reuertetur domus & vrbs possessionis suæ in tempore Iobilei...

Iubileus, remissio.

Time dominum tuum, ut viuere possit. Et viuat frater tuus apud te.

Et frugum superabundantiam non exiges. Hoc est, Et cum fecnore ac augmentatione non dabis ei cibum tuum. Quod etiam Septuaginta clarissime reddiderunt...

Prehendet messium tritura. Vbi que ponitur verbum, Subsequetur succedet, nihil spatij interponetur, quin post messem succedat tritura, post trituram, satio. Aut post trituram vindemia, post vindemiam satio...

Non ab-

Non abiciet vos anima mea. Quam præclare Septuaginta id est, Et non execrabitur vos anima mea. Hæc enim detrimenta afferunt nobis nostra scelera...

Visitabo vos velociter in egestate. Faciam inquit insurgere pauorem super vos, ac perturbationem: quam Septuaginta vertunt, potest et referri tam ad animi perturbationem, inopiãque consilij...

Et ardore. Tumore, & corporis plaga, quod etiam Septuaginta interpretantur, Hoc est, Impetiginem, scabiem, & id genus. Quod autem sequitur in contextu Hebraico, id significat ardorem...

Donec erubescat in circumcisum. Hoc est, Et humiliabitur cor eorum incircuncisum. Aliquid simile etiam Septuaginta...

Vir qui votum fecerit, & sponderit. Vir cui separauerit votum, cum existimatione sua animarum domino. Quæ tametsi obscura sint, is tamen eorum est sensus, cum enim inquit, quisquam Deo aliquid vouerit, ea deuotio secundum existimationem cuiusque esse debet...

Anima pro homine Hebr.

Ad mensuram sanctuarij. Secundum sicutum sanctuarij: de quo sicut supra, memoria habita est in Exodo. Secundum enim consuetudinem sanctuarij seu templi sicuti accipiendum significat: quamquam sicutus, etiam pondus significet...

Sicutus.

Nec melius malo, nec peius. Non commutabit bonam in malam, nec malam in bonam hostiam, aut animal quod offertur. Est ergo hoc modo sententia apertior, prohibet enim in hostiis vllam fieri commutationem, aut pecunia redimi...

Si triginta modijs. Satio vnus cori, si vnus cori fuerit. Scribit alibi Hieronymus, corum capere triginta modios, de qua re super Ezechiel loquemur, quamquam igitur, triginta modij in contextu Hebraico non habeantur...

Corum.

eius & cori tritici, quinquaginta ficli.

Si autem post aliquantulum temporis. Credo propter equiuocationem errasse Septuaginta, nam post, significat. Aliquando ab eo nomina deducta extremitatem, ac supremum denotant. Igitur Septuaginta, penitus in contrarium, hanc sententiam sunt interpretati. Quod enim noster interpret reddidit aliquantulum, ipsi εξατοι, id est extremum, supremum, tandem, εδν δε εξατοι μετα τω αφειση αγαση αργον αυτη. Hoc est, Si supremum post remissionem sanctificabit agrum suum, cum de toto tempore post Iobileum intelligendum fit, non supremo.

Iuxta annorum numerum qui reliqui. Frustra quoque ponitur is numerus definitus apud Septuaginta, cum in vniuersum possit intelligi, tam de septem, quam octo aut decem annis: coarctarunt autem illi in septem annos hoc modo περιολογιεται αυτη ο ιερεις το αργεον ετη ετη το εβριλοια εως εις τον ενιαυτον της αφεισης, Hoc est, Computabit ei sacerdos pecuniam septem reliquos annos, vsque ad tempus remissionis. Et forte tota sententia male reddita est.

obolus. sicles.

Siclus viginti obolos habet. id est, Viginti minutissimi nummi erit ficlus, pro minima itaque pecunia ponitur hoc loco, obolus, tam a Septuaginta quam Hieronymo. Et siclus viginti minimos denarios habet. Eritque siclus apud Hebraeos, quasi sextertius latinus aut solidus. Quanquam harum rerum exacta cognitio difficilis sit, cum etiam Hebraei imperitissimi in hisce inueniantur, pecuniisque non nominibus sacris appellant, sed secundum usum cuiusque prouinciae.

N V M E R I.

C A P V T I.

Caput, principii, census, summa.



TOLLITE summam. Hoc est, Tollite caput, hinc aliud intelligitur, quam quod vertit Hieronymus, ut ostendit scilicet ciuium capita censerentur: propterea caput, cum aliis significet principium, interim vero, censum atque summam. Non satis hanc differentiam obseruasse Septuaginta hoc loco videtur, quippe qui principium verterint, quod pro capite erat sumendum, hoc modo, λαβετε αρχην πασης συναγωγης ισραηλ. Hoc est, Sumite principium vniuersi coetus Israel. Quis existimari hoc loco principium pro summa aut censu sumendum esse? Atque ideo effectum est, ut nonnulli ea aditione lapsi apud Graecos sint: quam reliqui interpretes non eo modo transfulerunt. Aquila sci-

licet, Theodotiones, ac plures alij qui ab Hebraica fide non recesserunt.

Omnium virorum fortium. id est, Omnis qui egreditur ad pugnam, omnis qui militare possit, aut omnis qui conficere possit exercitum. Fortem pro belligerante & milite accepit Hieronymus. Septuaginta secus, partim cum Hebraico consentientes, partim discrepantes. πᾶς συμπορευόμενος ἐν δυνάμει. Omnis qui egreditur in virtute. Licet δυναμις hoc loci, etiam exercitum designet, & bellicas copias. Sed alia est ibi phrasus Hebraica, quae obscuram reddat orationem, scilicet in praepositione ἐν. quae apud Hebraeos sumitur pro cum. Quod forte non ita vsitate fieret in sermone Graeco aut Latino. Igitur ἐν δυνάμει idem est quod (ὡς δυναμις. cum exercitu.

Hi mobilissimi. Isti vocati, isti appellati a Mose & Aaron, tanquam domuum suarum principes: qui quidem tamen nobiles essent, non tamen id locus is innuit. Septuaginta quoque ab Hebraico non dissentiant εἰ τοι εβριλοιατοι της συναγωγης. Hi vocati synagogae Israel. Non dissentio tamen, quin & nobilem & insignem notet. Hoc est, Nominatum, vocatum: sicut & Graece εβριλοιατος. Auen Esra exponit quare hi vocati aut nominati synagogae Israel appellarentur, hoc modo. ושעם שחעורה לאעשו דבר עד שיקראום. Hoc est, Nominati synagogae dicebantur, quia nihil factura esset, nisi eos prius vocassent, atque hi tanquam omnium duces familiarum habebantur.

Capita exercitus Israel. id est, Capita millium Israel: nec dubium est, quin millia

millia hoc loco, pro omni ea copiosissima multitudine sit sumendum, non pro numero millium determinato: atque ideo Septuaginta non tam proprie fortasse verterunt χιλιαρχοι ισραηλ. Ipsi Millenarij Israel sunt, aut millium principes: frequens autem is scripturarum mos est, ut numero millenario, pro qualibet maxima multitudine vtantur.

OBSERVA quod in recensenda hac multitudine dimittitur census tertius, scilicet tribus Gad apud Septuaginta, poniturque in ultimo fere loco, Qui error minime in nostra aditione irrepsit. Neque existimo a Septuaginta eum esse profectum, sed ex aliis causis quas saepius diximus, transcribentium scilicet varietate, & quod fere omnibus non tam libris, quam praclarissimis rebus vsu venit detrimentum attulisse ipsam vetustatem. Multa enim in ea aditione comperimus, quae clarissime ostenderent, non omnia ab illis interpretibus errata accidisse. Multa quoque studiose fecisse illi deprenduntur, & vltro ab Hebraicis codicibus dissentire voluisse, quod quamobrem fecerint declaratum est saepe ab Hieronymo. Ostenditur etiam in Talmud apud Hebraeos, licet pleraque falsa super hac re, in libris illis tradantur, ut est eius nationis ad mentendum procliuitas. Demonstratur quoque saepius apud Graecos eiusmodi varietatis causa. Et quia res omnibus notissima est, non video nostram in ea explicationem desiderari. Mentiri autem in Talmud Hebraeos, in his quae de hac aditione scribunt, illud argumento est, quod afferunt solum pentateuchum a Septuaginta esse translatum, quod falsum esse, tota aditio proclamat. Affirmant etiam quatuor tantum locis, eos a codicibus Hebraicis dissentire. Quod etiam falsum esse, omnis

haec nostra opera retro coarguit, quod clarius etiam fiet in sequentibus. Licet & Iosephus affirmet eos tantummodo pentateuchum translulisse. Cui opponimus alterum eruditissimum Hebraeum, nempe Philonem, qui honorificam habuit de his interpretibus mentionem, & eos totius legis ac prophetarum contextum, in Graecam linguam vertisse commemorat. Totus etiam antiquitatis consensus refragatur, & omnes qui eruditissime scribere ex nostris apud Graecos, quique & Hebraicam & Syram linguam, quae Hebraica simillima est, calluere. Nec multas in hanc comprobationem rationes assero, quia res certissima est, ut negari non possit, temerarium certe est, tam apertam & omnibus cognitam rem velle infringere.

Ac per gyrum tabernaculi metabuntur. Hoc est, Ac circum tabernaculum versabuntur, siue constituuntur. Passim videtur accepisse Hieronymus metari. Septuaginta optime Hebraicam veritatem exprimunt χη περιεβαλθον της οικουλης παρεμβαλθον. id est, & circum tabernaculum stationem habebunt: & ut acies solet, omnes erunt ita digesti, ut quasi exercitus esse videatur. Tantus enim praecipitur esse circa tabernaculum ordo, ut omnes ex tribu Leui, circa ipsum essent dispositi, quique suis fungentes officiis, maximeque dum tabernaculum portaretur. Atque ita in te debant omnes Leuitae, id est, hi qui ex tribu Leui essent. Neque Leuita nomen est officij, ut postea ab ecclesiasticis est vsurpatum, sed illius tribus: utque a Iuda, Iudaei dicti sunt, ab excellentissimo scilicet in ea gente, ita a Leui, Leuitae. Ex quo cognoscitur error & mendacium Plutarchi, viri quidem grauissimi ac eruditissimi, sed qui in rebus externis diiudicandis saepe lapsus sit, & quae quidem in historia Romana peccatit dimitto, quod autem ad praesentem locum pertinet, non est silentio praetereundum. Is in suis symposijs, nomini huic Leuitarum, quod audierat frequenter apud Hebraeos commemorari, conatur atymon Graecum accommodare: gentem enim Hebraeam Bacchum in primis venerari solitam, & in eius honorem a carne porcina abstinere, & Leuitas, eorum esse sacerdotes, dictos, οὗτοι τον λυσιον, η̄τε μαλλον οὗτοι τον ευιον της εβριλοιασης γενομενης, id est, a Lyfio, seu magis ab Euio, qui Bacchi nomina sunt. Quis autem non riserit Porphyrium, qui Hebraeos a carne porcina abstinere dicit, quod id animal, in eorum regione non reperitur: sic enim de abstinentia animalium scribit, φοινητες, χη ισραηλ, τῶν χοιρων απερχοντο, οτι εδδ εδλας εν τοποις εβρινοις εδισπονται. Hoc est, Phoenices & Iudaei, a porcis abstinebant, quod in locis illis minime id genus animal reperitur. Quae ne refelli quidem digna sunt. Fuit autem peculiare omnium prope gentilium scriptorum vitium, ut aut res nostras silerent, aut deprauarent, aut falsis figmentis dehonestarent. Quid enim Cornelius Tacitus de Christianis mentitus est? Suetonius de Iudaeis? Plinius genus magicarum artis esse dicit, quod a Mose profectum sit. Atque alia penes infinita. Sed sagittae paruulorum factae sunt plagae eorum, & in ipsos autores, eorum in se iacula retorserunt, ut eorum mendacia & patefacta sunt, & de ipsis nunc iudicetur ab aliis, qui quondam alios iudicare soliti essent.

Leuita.

Uben ad meridianam plagam.] Non dissentit a veritate Hebraica, וּבֵן אֶרְבָּעָה יָמִים id est, versus meridiem. Quod etiam apud Septuaginta clarissime exprimitur, ὡς εἰς νότον, Versus notum: hoc excepto, quod fortasse non tam videretur idem significare versus notum, & versus meridiem, eo quod notus a latere meridianæ plagæ exoritur, merides autem ea pars sit, quæ polum antarcticum aspicit: verum cum hæc friuola sint, ac nulla prope modum obseruatione digna, non sunt exactius discutienda. Certum enim est, etiam Latinos hæc nomina solere permiscere.

Leuabitur autem tabernaculum.] וְהָיָה כִּי יִשָּׁע הַתְּבָרָה id est, Et recedet, & abibit: quod recte tam à Septuaginta, quàm Hieronymo in aliam vocem mutatū est. Imitatus est autem Septuaginta, καὶ ἀρθήσεται ἢ σιλεῖ τῆ μαρτυρίας, id est, Et eleuabitur tabernaculum testimonij.

Per officium Leuitarum.] Declaratum est ab ipso interprete, quod circa tabernaculum fieri erat necesse, licet aliter habeant Hebraica hoc modo: tabernaculum, inquit, eleuabitur, וְהָיָה כִּי יִשָּׁע הַתְּבָרָה. Hoc est, Cum castris Leuitarum: siue, castra Leuitarum eleuabunt tabernaculum. Septuaginta præclare, καὶ ἡ παρεμβολὴ τῆς λείτων, μέσον τῆς παρεμβολῆς, Et acies Leuitarum, in medio acierum Israël.

Ad occidentalem plagam.] יָם id est, Mare versus: quod in occasum spectat, siue mare Tyberiadis id sit, lacus scilicet Iudææ, siue mare ipsum, quod in Iudæa positus, ad occasum vergit. Sic & Septuaginta, πόντος παρὰ τὴν παρεμβολὴν τῆς λείτων, ἢ τῆς Ἰουδαίας, id est, Acies castrorum Ephraim versus mare, vel ad mare. De qua quidem re sæpius dictum est. Sed magis ad totū mare spectat, quod occasum aspicit Iudæam incolentibus.

Generatio, pro familia. De sunt generationes Aaron & Moysi.] Generationem diximus sumi pro familia, cognatione, affinitate, & quanquam contextus quasi proponit vtriusque cognationis tam Moysi quàm Aaron, vnus tamen Aaron tantummodo familia describitur, eo quod hi potissimum in ministerium assumpti sunt. De filiis autem Moysi nihil eiusmodi traditur, imò quod mirum, omnibus ferè locis silentur. Cognatio igitur & Moysi & Aaron eadem est, & quicquid de Aaron scribitur, de Mose quoque, narratur. Quare non vehementer mihi placent, quæ in excusationem huius rei adducuntur à Rabbi Salomone. Quod scilicet filij Aaron, sint etiam filij Moysi, eo quod docuerit eos diuinam legem, & omnis præceptor, parentis loco habendus sit. Quod quanquam verum sit alibi, non videtur tamen hic, eo modo sumendum. Non enim figurate loquerentur sacræ litteræ, ubi rerum tractatur historia, quæ ita exprimenda est vt semper rem sine vilo colore describamus. Alia vero lex est, ubi loquimur allegorice & figurate, & secundum alios loquendi characteres.

Applica tribum Leui.] וְהָיָה כִּי יִשָּׁע הַתְּבָרָה id est, Ad moue, fac accedere, fac propinquare. Lxx. minus proprie, λάβε τὴν φυλὴν λευί, id est, Sume tribum Leui, Eodè tamè omnes spectat.

Et excubent.] וְהָיָה כִּי יִשָּׁע הַתְּבָרָה id est, Et custodient: quod ad omnem obseruationem pertinet, tam noctis quàm reliquarum horarum, & ad omnem obseruationem & custodiam continuam. Septuaginta penitus Hebraicam phrasin sequuntur, καὶ φυλάξουσιν τὰς φύλακας. Et custodient φυλάκιδας. Nam & eodem modo habent.

Quicquid ad cultum pertinet.] Explicatum ab ipso interprete, quod obscurius fortasse erat Hebraice, וְהָיָה כִּי יִשָּׁע הַתְּבָרָה id est, Et custodias totius multitudinis: neque aliud certe est, quàm quod interpretatus est Hieron. Quod non fecerunt Septuaginta, qui Hebraica nihil immutarunt, καὶ φυλάξουσιν τὰς φύλακας τῆς ἑσθῆς Ἰσραὴλ, id est, Et custodient custodias filiorum Israël. Omnis ergo cultus ad Leuitas omnisque custodia deferebatur circa tabernaculum: hi excubabant, ne qua sordes ipsum contingeret, quique ad suas partes delegati: omnia sacra hi obibant, quicquid hodie in re diuina per clericos & religiosos fieri solet, fiebat olim apud Hebræos per Leuitas: præsertim nequid deprauate ac contra diuinam maiestatem fieret: nequod scelus ab vllis admitteretur: Ne per incitiam grauius aliquid committerent: Ne falsis opinionibus implicarentur: Ne præstigijs incumberent: Ne vanissima quæque sectarentur: Ne sacram ac veram religionem, superstitionibus corrumpere. Postremo rectum omnibus iter ostendebant, & quomodo Deus coleretur præcipiebāt. Quo ritu, quibus ceremoniis esset venerandus, Quæ religione placaretur, Quibus delictis grauius irasceretur, Quia pietas leniretur. Cùmque totum illius religionis corpus, multis esset ex partibus perfectū, Leuitarum erat singula quæque, explicare, religionis interpretari. Hi ergo & pontifices & flamines, hi religionis erant interpretes. Atque hæc sunt custodiæ, quæ ad illos

Leuitarum officium.

Ad illos demandata adeo fuerant. In sacerdotibus tota populi custodia posita est, eo quod omnia bona & mala pendent ab religione: quæ si recta & pia fuerit, innumerabilia parit bona: sin corrupta ac deprauata, omnia teterrima & miserima mala. Ergo quia sacerdotes religionis sunt custodes, iure totius populi conseruatores vocantur: Et his, tanquam ducibus, populus asseruandus traditur. Alienus autem prohibetur ad administrandam religionem accedere, quia pessimi sacerdotes & rerum diuinarum imperiti, erroribus & falsis opinionibus imbuunt populum, & à Deo quasi auertunt. Non permittitur ergo quilibet accedere, ne tam periculosa res, in qua & sua & cæterorum salus posita sit, quisquā nō delectus adeat.

Cognatio cahat habebit populus hamramitus.] וְהָיָה כִּי יִשָּׁע הַתְּבָרָה id est, Hoc est, & ipsi cahat erit cognatio hamraica. Hanc ergo cognationem, scilicet cahat, vult esse cum quatuor aliis cognationibus aut familiis coniunctam, ad eadem munia circa sanctuarium & in re diuina obeunda. Clarumque est Hieronymū, hoc loco populum pro familia ac cognatione sumpsisse: quanquam etiam Septuaginta populū sunt interpretati quod erat familia, sic τῶ καὶ ἀδελφῶν οὗ ἀμεσσοῦ εἰς. Ipsi cahat populus vnus Hamram. Is Hamram pater Moysi, traditur in monumentis Hebræorum maxime longæuus fuisse. Septem enim viris omnem à mundi principio vsque in finem, vitam humanam continuatam asserunt. Primus homo Adam, hunc vidit Matusalem. Vitaque primi hominis vsque in Matusalem se porrexit. Matusalé vidit Scem filium Noë. Scem peruenit vsque ad Iacob. Iacob vsque ad hunc Hamram de quo hic scribitur. Hamram peruenit vsque ad Ahiam Salonitem. Ahias autem vsque ad B Eliam. Elias vero vsque in finem mundi.

Populus Marari sex millium ducenti.] Recte is numerus apud nos censetur, at apud Septuaginta male, ἑξήκοντα εἰσὶν οἱ δῆμοι τῶ μερῶν ἑξακχιλίω πεντηκοντα, id est, Hi sunt populi Merari sex millia quinquaginta. Desunt ergo centū quinquaginta. Quod credo non ipsorum interpretū vitio, sed potius scriptorum accidisse. Multa sæpenumero de hac re verba fecimus.

In pretio autem ducentorum.] Quoniam primogeniti omnium Hebræorum erant cum Leuitis æquandi, & consecrati erant Leuitæ illorum loco, & domino sanctificati: nūc quia summa primogenitorum excedebat summam Leuitarum, præcipitur vt qui superessent ex Hebræis, pretio quasi redimerentur, & pro eorum vnoquoque soluerentur quinque sicli, vt ea merces cederet in rem sacram, loco eorum qui fuerant consecrandi, vel pro quibus consecrati fuerant Leuitæ, ne quisquam à diuina charitate esset disiectus. Pro eo igitur, quod in nostra additione habetur in pretio, Hebraice est, וְהָיָה כִּי יִשָּׁע הַתְּבָרָה id est, Et redemptiones, illorum scilicet, qui superfuissent: quod melius explicatur à Septuaginta in sermone Græco, καὶ τὰ λύτρα τῶν υἱῶν καὶ ἐξοδίων καὶ ἀφροσίων. Hoc est, Et redemptionis pretium ducentorum septuaginta duorum. Siquidem λύτρα proprie eam pecuniam significat, qua captiuos redimimus.

Iuxta verbum domini.] Eadem Hebraica locutio diuersè ab Hieron. & Septuaginta verba, scilicet, וְהָיָה כִּי יִשָּׁע הַתְּבָרָה id est, secundum os Dei. Nescio vero quem proprie sensum reddat quod vertitur à Septuaginta. Dedit Moyses, inquit, omnem eam pecuniam Aaron & filiis eius, ἀφ' ὧν φωνῆς κυρίου. Hoc est, Per vocem Dei. Nam quod ἀφ' significet secundum, aut propter, mihi quidem non constat. Verum hæc leuissima sunt, neque periclitatur res Christiana, si quod verbum paulum à sua proprietate distrahatur.

Trigesimo anno.] Confectus error in codicibus Septuaginta in quibus huic numero desunt quinque, τῶ ἐν τῷ τριηκοντῷ καὶ πέντε ἐτῶν, καὶ ἑπτά. Hoc est, A viginti quinque annis & supra: puto & hunc non interpretum esse lapsum, sed aut transcribentium, aut temporum.

Quod pendet ante fores.] וְהָיָה כִּי יִשָּׁע הַתְּבָרָה id est, Velum quod tegit, quod operit. Ante fores autem non ponitur, sed explicandi gratia ab interprete additum est. Velum enim ante propitiatorium erat positum, quo sancta sanctorum ab alia tabernaculum parte diuidebantur. Septuaginta in totum Hebraica sequuntur. Sic καὶ κειθελῶσι τὸ καταπέτασμα τὸ ἐναντίας. Hoc est, Et deponent velum, quod obumbrat, quod obiectum est, & quod tegit.

Velamine hyacinthinarum pellium.] Diximus super Exodum quæ sint pelles hyacinthinæ: quæ apud Hebræos fortasse non ita sicut apud nos intelliguntur: nos enim, id est, Septuaginta, & Hieronymus, videmur eas à colorum varietate appellasse, at Hebraice vocantur וְהָיָה כִּי יִשָּׁע הַתְּבָרָה id est, pelles thacas: dicuntque eorum aliqui thacas esse bouem, alij taxum: & eius pellis vsum fuisse ad tegendum tabernaculum, quod durissima esset, & hymbribus dicuntur.

posset resistere. Verterunt autem hoc Aquila & Symmachus ianthinum: credo tamen eos potius anthinum vertisse, id est floribus distinctum, ac variatū: verū hæc nisi diuinitus reuelentur, difficile est coniecturis & scientia consequi: de hoc & paulo ante diximus.

De super pallium totum hyacinthinum.] Nemo existimet eandem esse vocem hic & paulo ante, cum diceretur, Et pelles hyacinthinæ: nam illud *שח* thacas vocatur: is autem color *תכלת* thecelet. Atque hoc mihi indicio est, non esse pelles illas hyacinthinas appellandas, quia eodem nomine ea res illic significata fuisset, quo significatur hic, Eademque voce appellata. Neque enim alio nomine vsa sacra scriptura fuisset, quæ nunquam ferè synonymis vitur. Et hic tam paruo spacio, dissimilibus nominibus non erat opus. Quare non videtur credibile thacas significare hyacinthum, sed potius animal, sicut Hebræi sentiunt.

Mensa & panis propositionis.

Mensam propositionis.] *לחם חבת* Hoc est, Mensam facierum, aut præsentiarum: & vt eleganter & veridice vertit Hieronymus, mensam propositionis, id est, quæ proponitur coram Deo: sicut & panes propositionis vocantur, qui coram Deo proponerentur. In eam quoque sententiam verterunt & Septuaginta qui mensam hanc vocant *πίνα προσέλευ* *πίνα προσέλευ*. Hoc est, mensam propositam.

Libum.

Ad liba fundenda.] Clarum est, quomodo accipiat sæpe Hieronymus libū, contra vsū fortasse. Libum ergo hoc loco, effusionem aut temperationem significat. Sic habet textus Hebraicus, *לחם חבת* Hoc est, Et crateras propinationis aut infusionis vini. Ideo Septuaginta Hebraica sequentes verterunt *χρησάριον* *εν οίς απεινδεν*. id est, Et libatoria, in quibus libare solent.

Quod rursum operient indumento hyacinthinarum pellium.] Hoc etiam loco, in Hebræo ponuntur pelles animalis tacas: nequis per errorem labatur, vobum similitudine delusus. Certe vel hinc manifestum est pellem tacas, non esse pellem hyacinthinam, quia hyacinthinum operimentum huic subiiciebatur.

κρεάρας. Fuscina.

Fuscina ac tridentes.] In voce Græca, qua Septuaginta vsi sunt, huius rei significatio maxime intelligitur. Qui pro duabus hisce vnicam ponunt *κρεάρας*. Quæ vox sonat id, quo carnes extrahimus è lebere. Atque is erat fuscinarum vsus in sacrificiis, vt ipsis carnes extraherent, vt cunq̄ue res postularat.

Vncinos.] *שע* Hoc longe aliud esse Hebræi confitentur, siquidem id nomen *שע*, ferunt duci à verbo *שע* hoc est purgauit, mundauit: nomēque ipsum significare scobas, quibus purgaretur altare, cum cineres essent asportandi: ea ex porcinis fetis, aut alio genere pilorum solebat confici. Septuaginta nec cum Hieronymo, nec cum Hebraicis codicibus sentiunt: quippe qui interpretati sunt *φιάλας*. Cur vero phialam interpretati sint, cuius nullus erat hoc loco vsus, id est in administratione altaris, nisi forte ad cineres asportandos eas necessarias crediderint: atque has vertit Hieronymus batilia, nota vox est. Vncini quoque non erat cur repeterentur, qui per fuscinulas ac tridentes intelliguntur. Aduerte quod apud Septuaginta ponitur etiam descriptio *λαττήρος*, quem Hieronymus vertit labium, id est, vas in quo manus ac pedes lauarentur, quod omittitur in textu Hebraico.

In commotionem castrorum.] *בגמגומ* Hoc est, dum castra proficisci parant: aut, Dum eleuantur: nequid sinistrum, per hoc nostrum suspicaremur. Septuaginta quoque ab Hebraico non dissentunt *εν τῷ εξαρεινεν εν τῇ παρεμβολῃ*. id est, dum castra eleuantur.

Non tangant vasa sanctuarij ne moriantur.] Ex hoc fortasse loco sumptum est, quod apud nos, laici prohibentur calices & patenas contingere, vt alia penè infinita ex veteri lege accepta sunt, quia illa erat typus istorum, quamobrem, non videtur esse cōtemnendum. Eoq̄ magis his reuerentia exhibenda est, quo hæc sunt illis longe meliora: quanquam non in hoc pietas posita est.

Compositionis incensum.] *שחם חבת* Hoc est, incensum, aut suffumigationem thymiamatis, ac suauissimorum odorum: quanquam Septuaginta eo etiam modo verterunt, *χρησάριον* *της θυμιάματος*. id est, Et thymiamata compositionis. Compositionem acceperunt vtrique pro eo quod est Hebraice *שחם* quod significat aromata & optimam suauissimamque bene olentium rerum misturam.

Nulla curiositate.] Hoc totum sic habet Hebraice. Alij vero non accedant ad videndū. *ככל הקדש ומתו* Hoc est, Quasi vt inuoluāt aut operiant ipsum sanctuarium, sicut & illi, vt exponit Rabbi Salomon. Vel hoc modo, quasi polluant, ac contaminent sanctuarium. Septuaginta diuersius *χρησάριον* *εν οίς εισέλθωσιν ιδειν εξαρινα* *το βγαλον*. id est, Et ne introeant, vt videant repente.

Arepenre. Quod fortasse à sensu alienius est, & minus veritatem attingens.

Temporiumque quod pender.] *חמה חמה חמה חמה*, Hoc est, Et velum, portæ tabernaculi testimonij, de quo sæpius scriptum est. Ideo Septuaginta, ab Hebraico non dissentientes, in hunc modum verterunt. *χρησάριον* *της θυμιάματος* *της θυμιάματος* *της θυμιάματος*. Hoc est, Et velum portæ tabernaculi fœderis.

A triginta annis.] Sic habent & Hebræorum codices, sed consuetus error apud Septuaginta *από τριτην* *εκοσμητης*. Hoc est, à vigesimo quinto anno. De qua re paulo ante diximus. Error ex eo est, quod inferius cap. 12. Leuitæ à vigesimo quinto anno censetur.

Cum basibus & passillis.] Ociose additur in codicibus Septuaginta post illud *χρησάριον* *βασις* *αυτης*, hoc quod mox sequitur *χρησάριον* *τακαχλυμμα*. Hoc est, Et velum. Nam non ad Gerfonitas spectabat velum portare, sed Mararitas. Erantque omnium distincta officia, nec confundebantur, vt ex Dei præcepto fuerat institutum. Verisimile vero est, esse per errorem hæc transposita, nam & paulo inferius hæc additur clausula *χρησάριον* *τακαχλυμμα* *της θυμιάματος*, id est, Et velum portæ tabernaculi. Patetque sumptū esse ex superioribus, quæ transpositio creberrima est apud illos.

CAPVT V.

Pollutusque super mortuo.] *כבש* *כבש* *כבש* Hoc est, Omnis pollutus anima, aut propter animam: diuersusque à Septuaginta hoc intelligitur, quam vt sentit Hieronymus: videntur enim innuere omnem prohibitam in Leuitico pollutionem significari, non solum mortui, *χρησάριον* *ακαθαρτον* *επι* *ψυχῃ*. id est, Et omnem immundum propter animam.

Nihilque ab Hebraico discrepat. Quamobrè forte dubium esset, an de solo mortuo esset intelligendum, aut de omni pollutione: de qua re etiam supra scripsimus. Theodoritus tamen sentit hoc loco, de eo qui cadauere tacto pollutus sit, hoc modo scribens *πὸν τῷ τεθνηκότος ἀφάμενον*, ἢ ὁσέως νεκρῶν πελά *αυτα* *σελεῖ* *ακαθαρτον* *επι* *ψυχῃ*. Hoc est, Eum qui defuncti tetigit cadauer, quique mortuorum ossa propius accessit, in anima pollutum appellat. Et paulo inferius sexto capite, clarius idem fit, vbi dicitur de Nazaraeo *כבש* *כבש* *כבש*, hoc est, Prope animam mortuam non accedet. Ponitur enim anima, pro eo quod est homo: & anima mortua, idem est quod homo mortuus. Aeditio quoque Chaldaica non dissentit à Theodorito, quæ & ipsa hoc loco, si quis accesserit ad *כבש* *כבש* *כבש* Hoc est, ossa hominis mortui. Et Rabbi Salomon ita exponit.

Cum habitauerint vobiscum.] Hoc non ad illos refertur, sed ipsum Deum, qui habitaret cum filiis Israël, id hunc modum. Ne polluant, inquit, castra *כבש* *כבש* *כבש*, id est, In quorum medio ipse cohabito. Ideo Septuaginta non aliter interpretati sunt, quam vt habent Hebraica. *εν οίς ενωχρησάριον* *εν* *αυτοις*. id est, In quibus ego versor, & forte pro habitauerint, legendum apud nos est, habitauerim.

Confitebuntur peccatum suum.] Diximus vniuersa penè, quæ nunc ecclesia habet instituta, ex sacris veteris testamenti libris esse desumpta: quod certe facile, si quis voluerit, poterit cognoscere. Videmus igitur institutum confitendi non modo recens non esse, vt Calumniantur Lutherus, multique illius sequaces: sed etiam vsque ab illis antiquissimis cepisse temporibus. Et quod his maius est, non esse humanum inuentum, sed diuinum, & ab ipso Deo primo repertum. Quorum vtrunque impudentissimi illi homines inficiari & contraria persuadere non erubuerunt. Quibus nihil asserunt patrocinij eorum sacrarum litterarum extorta interpretationes. Cum enim quidquam in eos ex sacris scripturis depromitur, ad solita hæreticorum præsidia confugiunt, negantes aut non autorum ipsorum eos esse libros, aut dicentes, eos fuisse homines, & potuisse sicut ceteros errare. Cum vero in opinionem suam hi citantur, nihil tale dicitur. Quæ etiam scribit Leo sanctissimus & eloquentissimus antistes, Manichæorum fuisse refugia. Quorum cum ex scripturarum testimoniis redarguerentur errores, negabant Apostolorum aut Euangelistarum esse ipsa volumina. Vetus instrumentum omne tollebant, Euangeliorum vix vnum admittebant. Hæc pestis nostris repullulauit temporibus in Martino, & aliis eiusdem factionis, quibus vnum potissimum fuit studium, vt Ecclesiæ vnitatem tollerent, sacratissima instituta abolerent, & impune peccandi licentiam omnibus præberent. Dicique non potest, quam hi omnes sacras litteras in sua pessima dogmata torserint. Quis enim non riserit eos, qui conati persuadere, ex Romano Pontifice, Ecclesiæ vnitatem minime pendere: sed esse illum ceteris æqualem, ostendunt ea ratione, quod Cyprianus Episcopus Chartaginensis, cum ad Cornelium summum pontificem scribit, fratrem suum appellat, & hi quæ in eo toto volu-

mine habeatur, aduerrere noluerunt: in quo adeo ea res declaratur, vt ex nullis potius scrip-
toribus possit colligi. Sed de hoc iudicabit posteritas. Igitur, Vt ad instituta reuertamur,
eodem haber modo textus Hebraicus & Septuaginta, quo apud nos legitur, וְשָׁמַרְתָּ אֶת-
עֲשֵׂר יְהוָה id est, Et confitebuntur peccatum suum quod fecerunt. Septuaginta, eodem mo-
do. Ἐξαγορεύσας τὴν ἀμαρτίαν τὴν ἐποίησας. Hoc est, Effabitur peccatum quod fecit. Ipsa Hebrai-
ca protulimus vt intelligeretur, ea non secus ac nostra habere. Nec me fugit, dici hic de
confessione furti potius, quàm aliorum facinorum: sed si quis recte considerare voluerit,
inueniet primo omnium peccatorum confessionem esse positam.

Et reddet ipsum caput.] וְשָׁמַרְתָּ אֶת-עֲשֵׂר יְהוָה, Hoc est, Et conuertet peccatum eius, super
caput illius, id est, Reverti faciet rem in suum locum, & ad possessorem suum, & ad eum in
quem peccauerat. Nam peccatum hoc loco accipitur pro ipsa re, quæ restituenda sit: sicut
& Septuaginta. καὶ ἀποδώσας τὴν πλημμέλειαν τὸ κεφάλαιον. Hoc est, Et restituet peccatum
suum ipsam summam.

Aquas amarissimas.] Quemadmodum & Hebraice מַיִם מְרִירִים, hoc est, Amaras, &
maledictas: hoc igitur vltimum dimittitur ab Hieron. primum autem à Septuaginta, &
ponitur secundum τὸ ὕδωρ τὸ ἐλεγεῖς τὸ ὄστις παρὸ μύθου. hoc est, Aquas redarguendi, execra-
tas ac maledictas: ponitur autem paulo inferius à Latino interprete, ibi in quas maledicta
congesti.

Et tumens uterus tuus dirumpatur.] וְכָנַף חֲמֶיךָ, Hoc est, Et uterus tuus dirumpatur intumescens.
Hoc non tam proprie transtulerunt Septuaginta. Det dominus τὴν κοιλίαν σου πε-
πρημένην. id est, Vterum tuum ardentem, exustum, incensum.

Amen amen.] Vox Hebraica est, quæ apud Hebræos cum habet vsum vt per eam con-
firmemus quæ ante dicta sunt. Tres enim voces sunt quibus precantur rebus suis felicitatē
ac successum. Sela, id est, semper. Et shalom hoc est pax. Et Amen, id est, fiat. Atque hæc
frequenter in sacris libris inueniuntur, præsertim in psalmis, in quorum fine aliquando est,
Amen amen: aliquando, Sela, id est semper: quo dicto optatur successus & adimpletio an-
tedictarum rerum. Mirumque est quòd Septuaginta verterint sela, ἀσφάλμα. De qua re
fufius super psalmos disseremus. Igitur amen vox est ducta ab haamin, credidit, firmavit,
asseruit. Qua voce optatur omnium quæ dicuntur successus ac perfectio: præclarèque hoc
verterunt Septuaginta γέγοντο γέγοντο, fiat fiat.

CAPVT VI.

Nazaræus.

T sanctificatur.] וְהָיָה לְנָזִיר, Hoc est, Vt Deo consecratur, vt Nazaræus fiat: neque
Nazaræus hoc loco significat, eum qui est ex oppido Nazareth, nam & Hebraice
vtrunque nomen maxime distinguitur, tam in scriptura, quàm toto ipso nomine. Si-
quidem qui sanctus est, & quasi religiosus ac monachus efficitur, appellatur nazir, per z,
exile ac lene & zita Græcum: at qui ex oppido Nazaret, Hebraice vocatur nozir, per z,
barbarum atque asperum. Quam varietatem ignorantes multi, dixerunt IESVM Naza-
renum dici quasi sanctificatum ac sanctum ac sacrū, quòd à vero abest plurimum: de nazir
ergo hoc loco scribitur, id est, sanctificato seu consecrato, à verbo nazar, hoc est separauit, &
amouit. In qua voce interpretanda dissimiles Septuaginta ἀνὴρ ἢ γυνή, ὃς ἐν μεγάλῳ εὐχρησ-
τῶν ἀφαιγνίσασθαι ἀγγέλου κυρίου. hoc est, Vir siue mulier quæ vehemèter vouerit votum, munda-
dari mundiciem ac puritatem domino, seu castitatem vouere domino: nam ἀγγὸς castum
rūmque significat. Potest autem esse, vt eandem sententiam aliis verbis expresserint: &
ἀγγελία, pro omni sanctificatione & abstinentia eis vsurpata fuerit. Non est vero prætereun-
dum, cur nutrire comam Nazaræis præceptum sit. Aliis enim visum est, mystice id esse in-
stitutum, vt dum coma nutriretur, virtutes quoque augendas esse significaretur, quia vi-
delicet è capite vtrunque: alij dixere vt ritus offerendarum comarum diis, transferretur
ad Deum, atque ita inuenimus tradidisse Cyrillum. ἑλλήνων μὲν οἱ ἀνέσταντο παῖδες, τὰς κομὰς
σφίσι παρεπόμηνον σιμυθείαις, καὶ κτηνῶν ἀλόγων ἀφαιγνίσαντες δύναν, ἀπέσαν κόμην δαμμονίαις, αὐτῶν σηπία-
μνοι τρέφον. καὶ ὁ μὲν τις αὐτῶν, γύμφαις ὀρεάσιν, οἱ δὲ ποταμῶ, κατὰ κούρας ἀπαιείραντο. καὶ λατρίαν
ἦν πρόπος τὸ χεῖμα αὐτοῖς. μωυσῆς γὰρ μὴ ὀσφώτατος, μᾶλλον δὲ ἀφαιγνίσαντος ἁθεός, δυσσέπινιστον
ἔχοντο τοῖς ἔξ. ἰσραὴλ τὴν ἐν ἀγνότητι πλάσιν, τὰ ἦσαν νομοθετῆ, ἀφαιγνίσαντες ἀρχαῖαν ἑθῶν, κατὰ βραχέ
μεικτῆς, εἰς γὰρ τὸ δάμωσι μὲν ὄσα ἐπὶ, θεῶ δὲ τῶ πάντων, ὡς ἀφαιγνίσαντες καὶ σιμῆς ἀνάπτεω τὸ σέβας.
Hoc est, Gentilium dementissima natio, suas consuetudines secuti, & mutarum pecudum
more viuentes, offerebant comam dæmoniis, eam nutrirī permissam. Atque alius quidem
nymphis quas Orcaes appellabant, alius fluuio cum visum esset offererebat. Atq; religionis loco

Comam nu-
trire cur
Nazaræis
præceptū.

A loco res apud eos habebatur. Itaque sapientissimus Moses, imò vero per Mosen Deus, cum
intelligeret, non facile Hebræos, quos in Ægypto errores imbibissent deponere posse, si-
miles ritus instituere decreuit, sensim eos à priscis erroribus distungens. Quibus ritibus,
non dæmones vltra, sed Deum omnipotentem, quasi sub vmbra ac figura colerent, hæc
ille. Ego vero etiam illud dicerem, gentes vt plurima alia, ita hoc, ex sacris libris accepisse,
vt diis suis comas enutrent, quod vel ab hac lege, vel Hebræa gente fieri didicissent. Dia-
bolum quoque dedisse operam, vt quæ veri Dei essent, sua efficerentur. Id quod alia penè
innumera nos edocent. Tota enim sacrificiorum ratio apud eos, ex his ferè libris sumpta
est. Vtrunque certe existimo nos opinari posse. Intelligimus autem omnia ferè, quæ in Le-
uitico ad cultum diuinum exhibendum, præcepta fuissent, maiorum rerum quasi tyrum
esse, & non esse simpliciter, & secundum corticem intelligenda: pleraque etiam instituit
Deus, vt ritus antiquorum transferrentur in cultum diuinum, aut etiam penitus extingue-
rentur: nam abstinere à carne porcina, indicat, à rebus terrestribus cogitationes distun-
gendas, eo quòd porcus animal sit penitus terrestre, & nihil habeat rationis, nihilque diui-
num. Pollutos autem eos esse iussit, qui defunctorum cadauera contigissent, quòd solerent
non tam Ægyptij quàm omnes gentes, per ea corpora exercere necromantiam, & scelera-
tissimos errores sequi ac perniciosissimos. Vt ergo omnis ea tolleretur occasio, iussit haberi
pollutos, qui propius accessissent: quanquam non me prætereat etiam apud Platonicos
huius rei, aliam afferri causam: qui sacerdotes Ægyptiorum sciebant defunctorum cor-
pora tanquam fœdam rem non tangere, quòd corpus sine animo, res sit fœdissima. Cætera
quoque instituta omnia in aliquam eiusmodi causam referenda esse scimus. Quod forte &
hic de Nazaræorum nutrita coma est sentiendum. Sampson qui & ipse erat Nazaræus,
omnem vim suam dixit in capillis consistere, cuius cum coma abrafâ fuisset, omnes ilico in
eo vires extinctæ sunt: quod fortasse ea ratione accidit, non quòd ea vis sit capillorum, sed
quòd dum capillus insectus permaneret, Dei præceptum seruaretur, ac consecratio illa,
qua se Deo obtulerant homines, non esset extincta.

Acetum ex vino.] Acetum ex sententia positum est, non quòd in contextu Hebraico
habeatur, sed tantummodo וַיִּשְׂרַב מִיַּי, Hoc est, à vino, & sycera abstinebit: quanquam ad-
ditur paulopost.

Et armum coctum arietis.] Scilicet sacerdos sumet, non Nazaræus: nam in eadem clau-
sula dicitur. Et tradet in manus Nazaræi: monstratur id quoque in contextu Hebraico &
Græco. καὶ λήψεται ὁ ἱερεὺς τὸν βραχίονα ἐσθῶν. Hoc est, Et sumet sacerdos brachium coctum. Li-
cet fortasse non tam proprium fuerit, brachium pro armo posuisse, quanquam non dissen-
tit ab Hebraico: puto vero in emendationibus nostris codicibus, haberi sacerdotem.

Exceptis his quæ inuenit manus eius.] Vbi que hæc locutio Hebraica significat facultatē,
vires, copiam. Inuenire enim manum aliquid dicitur, hoc est, attingere posse. Nam & man-
us in ea lingua, accipitur pro potentia, facultate, ac virtute. Ergo videtur hoc loco innui,
vt hæc quidem lex sit Nazaræi, quæ nequaquam infringi possit, & nihil ex his oblationibus
Ctoli. Sit quantumlibet pauper: quòd si plus offerre potuerit, non prohibetur is ex lege plura
quoque si voluerit Deo largiri. Vt minus quidem offerri non possit, plus autem, quantum
quisque potuerit ac voluerit, relicto cuique suo iudicio. Hæc locutio, etiam apud Septua-
ginta perobscura est ἡρὸς ὧν ἐν εὐχρησῶν ἢ χεῖρ αὐτῆ. id est, His exceptis quæ deuouerit manus
eius: neque facile harum litterarum imperitis cognitu esset, quid sentiendum foret.

Manū in-
uenire ali-
quid, quid
sit.

Et benedicetis eis.] Transposita est hoc loco apud Septuaginta, clausula, quæ in fine po-
nenda est, scilicet καὶ ἐπιθῆσθε τὸ ὄνομα μὲς, ὅτι τὸς ἰσραὴλ. id est, Et ponent nomen meum
super filios Israël. Patetque superfluo hic esse positam, quia iterum paulo infra inculcatur.
comprenditur autem hac benedictione, primum vt eius bonitas in nos descendat, ostendatque
nobis lucem & veritatem suam, in qua omnis posita est sapientia. Deinde vt nostris
parcat erroribus, & non aspneretur nos, quòd ei simus dissimiles, id est, imbecilles, cæci ac
delinquentes. Postremo vt nos ab omni prauitate custodiat, nequid in eum peccemus. Et
quod ex his omnibus efficitur, vt nobis incolumitatem tranquillitatēque, animique &
corporis salutem largiatur. Atque hæc oratio mihi tam diuina videtur, vt quolibet tempo-
ris momento, iudicem ab optimo quoque esse repetendam: quia paucissimis verbis, omne
salutis genus comprehenditur.

S Ex plaustra recta.] Pro recta in Hebræo ponitur **צ**, quod varie ab ipsis interpretibus accipitur, Nam Septuaginta verterunt **ἑξ ἀμύξαις λαμπηταις**. Hoc est, Sex curus relucens. Aeditio Chaldaica secunda, Sex plaustra biuga. Verum esse hunc locum intelligendum secundum interpretationem Hieronymi Rabbi Salomon facile ostendit: qui præfens vocabulum exponens sic scribit: Significantur hac voce, plaustra recta, ac plaustra Sabin, vocantur plaustra cooperta. Non possum vero assequi, quid velit aeditio Septuaginta hoc loco.

In dedicationem altaris.] **חגגת המזבח** Initiationem altaris, consecrationem altaris. Septuaginta **ἐγκαινισμὸν τῆς θυσιαστηῆς**. Ex quo cognoscitur **ἐγκαινισμὸν**, apud Græcos, proprie consecrare, initiari, & erigere significare: & aliquid noui instituire.

Acetabulum argenteum.] **כַּדְיָן** Quam vocem dicunt Hebræi significare scultellam & liquidarum rerum receptaculum. Septuaginta & ipsi aliquid tale **κελεσίον**, id est, Acetabulum, vel id genus vas.

Phiala argentea.] **כַּדְיָן**, Quod nomen ducitur à **כד**, Hoc est, fudit, eoque significatur peluis aut gutturnium. Quare non ita proprie fortasse phialam interpretantur Hieronymus & Septuaginta.

Conspersa oleo.] Non dissentit ab Hebraico **בשמן כהה**, Hoc est, Oleo immersa, aut inuoluta. Ideo non admodum proprie Septuaginta **σεμιδάλαωσ ἀναπέταται ἐν ἔλαιω**. Similæ refectæ, vel sæpius factæ in oleo.

Mortariolum.] **קַיָּ**, Ferunt Hebræi proprie scyphum aut concauum quid eo nomine significare. Septuaginta diuersimodè interpretantur **θύσια**, id est, Acerram. Interpretati autem eo modo sunt, quod inferius scribitur oblata esse eiusmodi vasa plena thymiamatis. Sed ibi innuitur, vase eiusmodi allatum esse thymiamata, non quòd eo incensum super altari exhiberetur.

Cùmque ingrederetur Moses.] Et tabernaculo viua vox audiebatur aliquando quidem à solo Mose, interdum à tota circumstante multitudine: vt facile hinc redargui eorum possit error, qui scribere ausi sunt, ita Mosen finxisse se cum Deo colloquium habuisse, quem admodum finxerunt. Numas quidem apud Romanos, qui cum Ageria se congrédi dicebat, & apud Græcos Minos, quem refert Plato Iouis, **δαίμων**, id est, collocutorem, nouem annis fuisse. Atque hæc quidem finxerunt illi, quòd suas leges venerabiliores efficerent: & propensiores ad eas obseruandas, quòd diuinitus essent lata; ciues suos redderent. Ita finxisse Mosen scribunt. Hæc inquam eò falsa esse deprenduntur, quia cernente innumerabili populo, & vocem exaudiente, lex diuinitus lata est: & postea cùm oraculum peteretur, sæpe ab eodem populo exaudiebatur, vt nullus præstigijs locus esse potuerit. Ex eodemque mendaciorum genere hæc sunt, cuius & alia, quæ sæpius diximus, vt transitus maris rubri apud Ptolemæum, & apud Plutarchum de Leuitis, quæ non sunt iterum repetenda. Existimo vero diabolus vt pleraque alia deprauauit, & in suam venerationem transtulit, vt quod vero Deo exhiberetur, impenderetur sibi, ita istud immutasse, & eodem modo oracula gentilibus fudisse, quòd à vero deo funderentur. Vt ergo à propitiatorio, id est, sacratione tabernaculi parte vox audiebatur, oraculumque dæbatur, ita hoc ipsum diabolus, qui ad pessima quæque humanum impellit genus, imitatus est. Reddebâtque etiam ipse oracula, nescio qua dædita voce: idque è cortina, quæ velum erat ante adytum, vt ipse quidem existimo. Et vt ab intimis propitiatorij partibus vox excitabatur, sic ab intimis adytis ille suas promebat voces: docuitque mortales, vt eo modo se Deum crederent, & de futuris oracula peterent, quo verus Deus ostendisset Hebræis. Atque his præstigijs cum in omnibus penè vsus fuisse comperimus, & de hac quidem re satis.

CAPVT VIII.

In australi plaga.] Hoc in contextu Hebraico nusquam ponitur, neque vel minima apparet huius vocis expressio. Videturque aliud omnino legisse Hieronymus. Hebraica itaque sic habent. Dum pones, inquit lucernas **מִן הַמִּזְבֵּחַ מִן הַצֵּדָה הַיְמָנִית**, hoc est, Ex aduerso candelabri. Mirorque cur Septuaginta quoque secutus non sit, qui & ipsi iuxta Hebraicam veritatem interpretantur, **ὅταν ἔσθθῃς τῆς λυχνίας ἐν μέρῃς καὶ πρὸς ἄκρην τῆς λυχνίας**, hoc est, Cùm posueris lucernas ex parte, contra faciem candelabri. **ὅταν ἔσθθῃς τῆς λυχνίας ἐν μέρῃς καὶ πρὸς ἄκρην τῆς λυχνίας**: neque satis liquet cur in partè australè voluerit candelabrum seu lucernas spectare. **מִן** quoque apud Hebræos semper, ex aduerso significat. Et quod mirum magis videri

Mosen vere Deum allocutum.

Numam, & Minos fuisse.

Caro, pro corpore.

Galat. 2.

Peccare, pro expiare, & peccatum expiatio. Voces contra plures contraria significatæ apud Hebræos.

A videri solet, additur in nostra æditione, tota hæc periodus, quæ minime habetur apud Hebræos. Hoc igitur præcipe, vt lucernæ contra boream è regione respiciant ad mensam panum propositionis: contra eam partem qua candelabrum respicit, lucere debebunt. Clarumque est, id ex se addidisse Hieronymum, eo quòd neque apud Septuaginta, habetur ea particula. Arbitramur tamen, sententiam magis quàm verba, Hieronymum sequutum, vt interpretaretur quid esset ex aduerso candelabri: quamquam nisi clarius exponatur, non facile hoc poterit percipi. Igitur Rabbi Salomon septem dicit in candelabro fuisse lucernas, tres in ortum spectantes, tres in occasum, media vero vna erat, & de hac dici, contra faciem candelabri, vt per candelabrum media lucerna intelligatur, contra quam cæteræ spectarent. Dicit ergo hic candelabrum intelligi lucernam mediam, quæ non in hastilibus candelabri esset, sed ipsius corpore ac stipite, hæc ille: claraque eo modo sententia est.

Ex auro ductili.] **כֶּסֶף**. Eodem modo exponitur ab Hebræis, ex auro scilicet malleis & incudibus subacto, & quocunque necesse fuisset, protracto: quoniam vero vox Hebraica à **כס** id est, Induruit, solidum euasit, ducitur: putant aliqui non aurum ductile dicendum, sed solidum. Quo nomine ad omnia metalla vtuntur Hebræi, eorum rigorem exprimere volentes. Itaque magis ex auro solido dicendum esse asseuerant, quàm ex auro ductili: ex his sunt etiam Septuaginta interpretes, qui pro auro ductili, verterunt **σέρειον**, id est, solidum: sicut passim hoc loco datur intelligi.

Quam cuncta que ex utroque latere erant.] **מִן הַצֵּדָה הַיְמָנִית**, id est, Vtque ad flores eius, aut lilia eius: **B** hastilia scilicet, quæ liliorum similitudinè imitabantur: atque ideo Septuaginta Hebraica verba sequentes, verterunt, **καὶ τὰ κρίνα αὐτῆς σέρει ὄλα**, hoc est, Et lilia eius solida tota.

Aqua lustrationis.] **מַיִם טְהוֹרִים**; hoc est, Aquæ peccati, aquæ piaculi, aquæ quibus expiatur peccatum. Septuaginta & ipsi optime, **περίεσθῆναι αὐτῶν, ἵδωρ ἁρισμῶν**, hoc est, Asperges eos aqua expiationis, purificationis.

Radant omnes pilos.] Nihil refert quod verba paulo secus habeant, cùm sententia eadè sit **כָּרְתוּ אֵת כָּל הַשָּׂרָף**, id est, Et facièt transire nouaculam super omnem carnem suam, propterea Septuaginta, qui verbis plurimum adhaeserunt, sic habent, **καὶ ἐπελεύσεται τὸ ξῆρον ἐπὶ πᾶν τὸ σῶμα αὐτῶν**, hoc est, Et excurret nouacula super totum eorum corpus. Illud autem vehementer mihi placet, quod carnem in corpus commutarint, cùm illud sit magis ex idiomate Hebraico. Caro igitur in sacris litteris corpus significat, & quicquid in illis de carne dicitur, de corpore est intelligendum. Et quoniam hæc omnia quæ hic & alibi præcipiuntur, rerum maiorum quasi typus erant: clarum est, ideo præceptum, vt caro mundaretur, & pili secarentur, quòd hi quasi ipsa carnis vitia repræsentet. Vt enim à carne pili, ita vitia ab eadem pullulant: ac veluti retro coma aliud præclarior innuebat, sic in contrarium hoc loco pili intelligendi sunt. Theodoritus quoque apud Græcos præclare hoc explicat scribens. Querit enim, **τί δὴ ποτε τῆς λευκῆς ἀγασθῆναι κελεύσας, ἀπαν τὸ σῶμα τῶν ἱερῶν γυμνοθῆναι τὸ σῶμα ἔξει**, id est, Cur cum sanctificari iussisset Leuitas, totum corpus pilis denudari præceperit, respondet, **καὶ τῆς τῆς νεκρόσεως σμβολῶν, νεκρῶν γὰρ αὐτῶν, καὶ ὁδῆς ἀποθνήσκοντες, τὸ σῶμα αὐτῶν πᾶν τὸ σῶμα αὐτῶν κελεύει τῆς τῶ θεῷ λειτουργουμένης, καὶ μὴδὲν ἔχειν νεκρῶν, μηδὲ δυνάμεως, τὸ σῶμα καὶ ὁ θεοσεβείας ἡμῶν διδάσκει πᾶν ὅλος. Χριστῶ φησὶν σιωπευρῶ μὲν, ὅτι δὲ σῶμα ἐπὶ ὄρω, ἢ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστῶ τῶν γὰρ θεῶν φησὶν ἐνεργείας ἐμμαντῶν ἀφιέρωσαι.** hoc est, Pili mortalitatis sunt indicium. Mortui enim sunt, & nullum doloris sensum patiuntur. Iubet igitur eos veram agere vitam, qui Deo ministrent, nihilque habere mortale & foetidum, quod etiam nos docet diuinus Paulus: Cum **CHRISTO**, inquit, crucifixus sum, viuoque non amplius ipse, sed viuit in me Christus, Quasi ita innuens, quòd se sacris officijs, diuinisque actionibus consecrasset. Quamobrem causa nota, cur his ritibus vti voluisset Deus Hebræos. Qui nisi mystice interpretentur, Iudaica deliramenta erit necessum incurrere. Sunt mystice interpretanda quæ mystice dicuntur: ad litteram vero, quæ supra litteram non transcendunt.

Purificatiue sunt.] **מַיִם טְהוֹרִים**, id est, Et peccauerunt. Est obseruandum, etiam apud Hebræos duplicis esse significationis verbum peccandi: sicut apud Latinos piaculum, scelus scilicet ipsum, & id quo scelus expiamus: quapropter peccare idem est quod & expiare. Sicut & retro aries pro peccato, hoc est pro expiatione. Sunt autem & pleraque alia apud Hebræos, quæ contraria significat, sicut **בָּרַךְ**, hoc est, benedixit, significat enim & maledicere, ideo locus ille in libro Iob, Ne forte benedixerint Deum in corde suo: per contrarium est intelligendus, hoc est, ne forte maledixerint: vt ibi dicemus. Et illud quarto Regum, Benedixit Nabot Deum & regem, id est, maledixit, & **קָדְשׁ**, id est, Sancta & me-

retrix. Sicut apud Græcos ἀργός, significat enim celerem & tardum.

CAPVT IX.

[T iustificaciones eius.] Hoc est, Iudicia eius, & id quod vertit Hieronymus, ius, ordinem, modum. Quare Septuaginta multo secus, & σιγγαρισμ, id est, secundum comparationem, aut secundum iudicium.

[Ad vesperam in monte Sinai.] In deserto Sinai. Videóque aliquid diuersum esse in monte, & in deserto aut solitudine. Septuaginta quoque non in monte, sed in solitudine interpretantur, & ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς σιναι, in deserto Sina.

[Immundi super anima hominis.] Etiam hoc secundum locutionem Hebraicam est intelligendum, de qua sæpenumero scripsimus. Animam enim mortui, intelligimus ipsum mortuum. Septuaginta ἀκαθάρτοι ὄντι ψυχῆς ἀθρώπων, hoc est, Impuri propter animam hominis.

[State ut consulam.] State & audiam: sicut & Septuaginta, ἕστη αὐτῆς, ἕστη αὐτῆς, id est, state ibi, & videbo.

[Procul in gente vestra.] Omissum est hoc ab Hieronymo quod in Hebraico sequitur. Nam positum est in gente vestra propter id quod sequitur, & ἡ γέντι, Hoc est, Aut in generationibus vestris: id est, tam hac tēpestate, quam futuris sæculis: quod non est omissum à Septuaginta, & ἐν ὑμῖν, ἢ ἐν ταῖς γενεαῖς ὑμῶν, hoc est, Vel in vobis, aut in generationibus vestris.

[Et tamen non fecit pascha.] Non qui non fecerit, iubet exterminari, sed qui in suo tempore: quod per vocem Hebraicam declaratur, & ἡμεῖς, id est, Et tardauit aut distulit facere pascha: sicut etiam LXX, & ὕστερον ποιῶσαι τὸ πάσχα, hoc est, Et distulit facere pascha.

[A vespere autem super tentorium.] Eandem rem, eodem penè versu, & tentorium & tabernaculū appellat, neque diuersa hæc esse existimanda sunt. Septuaginta vero, idem duobus appellat nominibus, eodem in loco, & ἐν τῷ οἴκῳ τῆς μαρτυρίας, id est, Et texit nubes tabernaculum, & domum testimonij. Ex textu autem Hebraico intelligitur, quam tabernaculi partem nubes amplecteretur, sic enim scribitur, & ἡ σκηνὴ ἡ ἐν τῷ οἴκῳ τῆς μαρτυρίας. Hoc est, Operuit nubes habitaculum, ad tabernaculum testimonij. Habitaculum vero pro eo sumitur, quod vbiq; tabernaculum vocatur: aut intelligi potest, quemadmodum exponit Rabbi Salomon, eandē enim rem dicit appellari hic habitaculū Dei, & tentoriū siue tabernaculum testimonij, & vocari habitaculū Dei, quia Deus vt proprium locū eum delegerit: tētorium autē, vt esset locus vbi tabulæ testimonij reponeretur.

Et habitaculum & tabernaculum & tentorium Dei pro eodem. Nomina ab aliqua proprietate rebus imposita.

[Quasi species ignis.] Sæpe fit, vt non mediocriter ad cognoscendas rerum proprietates adiuuemur, si quo modo in variis linguis eadem res appelletur, nouerimus. Omnia siquidē nomina ab aliqua rerum proprietate ducuntur, sed hæc consideratio impositorū varia fuit. Nam qui Latinis hominē vocauit, considerauit quidem aliquid quod hominis proprium esset, sed eam in homine proprietatem, quam anima ducit is, qui Græcis nomina signabat, non considerauit. Igitur quæ species ignis à nobis & Septuaginta hoc loco vocatur, Hebraice, & ἡ σκηνὴ ἡ ἐν τῷ οἴκῳ τῆς μαρτυρίας, Hoc est, Sicut visio ignis, sicut aspectus ignis. Non secus ac si quis se ignē videre opinaretur. Ardebant quasi flammæ, & longe latèque fulgorē ac lumen fundebant, & in media nocte, flammarum nitor cernebatur. Ideo enim à vespere vsque in mane ignis species tabernaculum occupabat, vt in mediis tenebris tantā gloria cerneretur, euidensq; diuinæ maiestatis testimoniū esset Hebræis. Esse autem ignem Deo similem, opinata: etiā sunt reliquæ gentes, quæ propter hoc, ignem in templis asseruari iubebant, vt diuinæ naturæ quasi symbolum esset, vt scribit Porphyrius: propterea capitale erat, si sacerdotes ignem extingui permitterēt, quasi diuinitas ex eo loco pelleretur, & quasi extingueretur. Sed non propterea credendum non est, eos non vehementer etiam in hoc errasse.

Ignis Deo similis.

[Excubias domini.] Custodiam domini: à qua, scilicet Deus præcepisset, ne eius iniussu abirent: ne nube non surgente surgerent. Græca quoque cum Hebraico conueniunt, & φυλάξαι φυλακὴν τῆς θεῆς, id est, Et custodiēt custodiam Dei, quasi præcepta Dei, vel quod Deus custodiri iussisset, obseruabantque quid nubes faceret.

[Quotquot diebus.] Eleganter ab Hieronymo omissum, hoc est, numero: quia ex more linguæ Hebraicæ positum est. Sic enim habet, & ἡμεῖς, Hoc est, Dies plures numero. Superuacaneæ quidem additur numero, quod non est obseruatum à Septuaginta, & ἡμεῖς, hoc est, Cum obumbraret nubes dies numero. Omisserunt etiam illud, vt non dicerent dies plures, sed dies tantum, non obseruata Hebraici sermonis proprietate: qua fit vt ἡμεῖς pluralis numerus ab ἡμεῖς, id est, die, ponatur pro quolibet indefinito dierum numero: quod forte non fieret in sermone Græco: quapropter ἡμεῖς ἀεθμῶν, id est,

Ad id est, Dies numero, non satis intelligeretur quid esset.

[si biduo vel longiore tempore.] Obseruatione hoc loco dignum est, duas distinctè positas esse voces numeri plurium, à nomine & ἡμεῖς, Hoc est, Die: necessèque est eas non idē significare, non enim frustra repeteretur ἡμεῖς, ἡμεῖς, ἡμεῖς. Hoc est, Aut diebus, aut diebus. Ex quo fit perspicuum, primum significare duos dies, iuxta eum linguæ Hebraicæ morem, quo diximus, solere numerum plurium simpliciter positum, dualem numerum denotare, quod frequentissime in hisce litteris reperitur. Secundum autem, significare non duos sed plures dies, propter vsu, quo solet fieri ἡμεῖς, id est, dies, multos indefinitos dies significet, aut annum vt vult Rabbi Salomon. Hoc ergo prudenter obseruauit Hieronymus quod non ita Septuaginta, quorum huius loci hæc interpretatio est ἡμεῖς, ἡμεῖς, ἡμεῖς, ἡμεῖς, ἡμεῖς, ἡμεῖς, ἡμεῖς, ἡμεῖς, ἡμεῖς, ἡμεῖς, Hoc est, Dies aut mense, die multiplicante, nube incumbente desuper. Ecce dualis numeri nulla mentio fit, quod certe erat quàm maximè necessarium. Tota quoque oratio obscurissima est, vt sit manifestum quoddā sapiens de nostra & Septuaginta ædificatione diximus.

[Per verbum domini.] Recte tam à nostro interprete: quàm ipsis Septuaginta immutata locutio est, vt quod dicitur Hebraice, & ἡμεῖς, Hoc est, Secundum os domini: secundum verbum domini dixerit Hierony. Septuaginta & ἡμεῖς, id est, secundum præceptum Dei: Quibus loquendi modis immutatis, & clarior fiet nostra oratio, & minus absurda videbitur, præsertim in aliis, quæ multo sunt obscuriora. Ineptum quoque est, tantum verba transferre, cum maior orationis vis sit in locutionibus, & loquendi proprietatibus, quàm ipsis vocibus: Ideo interpretem obseruare oportet, vt nō verba tantummodo: sed linguæ vtriusque proprietates intelligat, & pro viribus exprimat.

CAPVT X.

[Ductiles.] Idem est hoc loco dicendum de tubis ductilibus, quod & paulo ante dictum est: volunt enim quas is noster interpres appellat ductiles, magis solidas esse vocandas & rigidas, aut inculdibus, malleisque subactas. Quamuis dissimiles sint sibi hoc loco Septuaginta quippe qui quod solidum paulo ante interpretati sunt, nunc vertant & ἡμεῖς, id est, tubas ductiles, siue quæ facile impelluntur, aut agantur, quam rem quo modo intellexerint non mihi constat, neque quærendum quidem est, nam veritas habet vt diximus: tubas ergo ductiles intelligemus pro eo quod est solidas, rigidas: aurumque ductile id est aurum solidum: sic & de argento dicendum.

Aurum ductile.

[Si autem prolixior, atque concisus sonus.] & ἡμεῖς, Hoc est, Et clangetis sonitum prolixum, sonitum condensum, vt aiunt nonnulli tarantara, quod non satis innuitur à Septuaginta, & ἡμεῖς, Hoc est, Et buccinabitis signum, quanquam ea vox etiam in signum æderetur.

[Qui dimicant contra vos.] & ἡμεῖς, Hoc est, Contra eos qui tribulant vos, & affligunt vos, vt bellum iustis de causis suscipiendum, & non nisi lacestantur, & sui defendendi causa demonstret. Septuaginta neque ipsi hoc exprefferunt, & ἡμεῖς, Hoc est, Contra aduersarios & qui obsistunt vobis.

[Si quando habebitis epulum.] & ἡμεῖς, Hoc est, In die lætitiæ vestræ: quod etiam voluit innuere Hieronymus. Septuaginta, & ἡμεῖς, Hoc est, Et in diebus exultationis vestræ: quando scilicet epula, aut id genus festi, ac læti dies celebrantur.

[Per turmas suas.] & ἡμεῖς, Hoc est, Per stationes suas, aut profectioes suas, siue mansiones suas, Septuaginta quoque & ipsi aliquid eiusmodi, & ἡμεῖς, Hoc est, Quod nomen ab ἀπόδρομα duci videtur, id est, tollo, eleuo: quare potuit melior hoc loco esse nostra æditio.

[Moueruntq; castra primi.] & ἡμεῖς, Hoc est, Primò. Neque refertur ad vllam tribum, sed omnes in vniuersum: innuitq; primā castrorum motionē factā esse ex imperio Dei, licet & LXX. cum Hieronymo cō cordes sint, & ἡμεῖς, Hoc est, Et mouerūt castra primi. Hebraice itaque potius aduerbiū est: primò inquit moti sunt & ἡμεῖς, Hoc est: per os domini: aut, secundū imperiū domini. Nam tum moueri cœperūt, cum diuinitus est illis imperatū, spectatq; ad vniuersam multitudinem: quare hæc sententia multo priori illi dissimilior est.

[Portantes sanctuarium.] & ἡμεῖς, Quæ vox sanctuariū significat, id est, diuinitatis locū, sedē sacram, sanctissimū habitaculū, idem scilicet, quod & tabernaculū. Quare LXX. variare ab hac sententia videntur qui sanctuarium interpretantur & ἡμεῖς, id est, sancta: cū hoc ad omnia sacra & sanctificata pertineat, illud ad habitaculum tantū, quod sanctuariū nuncupabatur.

[Et cris ductor noster.] Variè hoc à nostro interprete & Septuaginta interpretatum est.

Hebraica siquidem in hunc modum habent ... Hoc est, Et eris nobis in oculo. Hoc est, Tu eris oculus noster, quo videbimus, ac quasi ductor noster, tu huius deserti itinera, tu hanc multitudinem optime nosti, poterisque mecum regere hunc populum, ut tuo quasi lumine omnes videant.

Quicquid optimum fuerit ex operibus. ... Hebraica ... sic habet ... Et cum fuerit bonum illud, quo benefactor est nobis Deus, ideo Septuaginta eisdem penè verbis hanc sententiam interpretati sunt.

CAPVT XI.

Vasi dolentium pro labore. Placet magis sententia Septuaginta qui ... dolorum & prauitatem significat, pro eo quod est prauum acceperunt. Inuitur enim pessimum eos murmur contra Deum excitasse, impietq; & iniuste de Deo conquestos fuisse.

Et absorptus est ignis. ... Non quod in terræ viscera sese conderit, sed quod ilico extinctus sit, ut quasi absorptus videretur, & diuus quidem Hieronymus verbum Hebraicum in aliud non mutauit: Septuaginta vero omnino id fecerunt, eadem manente sententia.

Vulgus promiscuum quod ascenderat cum eis. ... Qui in medio eius erat: sicut etiam Septuaginta, ... Et promiscuus populus qui inter illos erat. Rabbi tamen Salomon, exponit iuxta interpretationem Hieronymi.

Coloris bdelij. ... Hoc est, Specie bdelij: ut non magis ad colorem, quam reliquam formam referatur. Ex quo cognoscitur, bdelium esse margaritum, quia ei manna simile fuisse dicitur. Manna vero margaritū & colore & specie refert, quod & suo loco annotatū est: atque ita etiam traditur ab his qui apud Hebræos de lapidibus scribunt.

Et faciens ex eo tortulas. ... Tortulas, aut subcinericios panes, ac placetas, quibus oleum adhibetur. Quod & Septuaginta interpretati sunt ... ut enim è farre, panico, & id genus farina exprimitur, ita è multis eius rei granis in vnum collectis tale quiddam cogebatur, quod panis vsūm propè præstaret.

Quasi panis oleati. ... Hoc est, Humefacti oleo: id est, eius quod oleo perfusum est, sicut placentæ, & id genus panis: nam & eam expositionem sacræ sibi adhibent litteræ, & ipsæ seipias explicant.

Quia

Quia gravis est mihi. ... id est, Quia grauior me est: comparatio fit: licet etiam Septuaginta eodem modo reddiderint ... Hoc est, quia gravis est hæc res mihi, patet autem ex præpositione Hebraica & comparationem fieri.

Et inueniam gratiam in oculis tuis. ... Ex hoc loco cognoscitur, ubicunque ea locutio reperitur, reperitur autem sapientem, accipi gratiam pro misericordia, à verbo Hebraico ... id est, miserus est: itaque & Septuaginta hoc intelligentes, gratiam verterunt ... misericordiam: neque inuenies apud Hebræos gratiam pro venustate ac decore accipi, ut fit apud Græcos ac Latinos: sed beneficio, charitate, misericordiæque, & animi erga alterū propensione, siue illi beneficiendum sit, siue illius delictis sit parcendum: quod certe etiā beneficij præclarissimum genus est.

Senes populi ac magistri. ... hoc est, Ac principes, seu eaduceatores, & comites: quos more suo Septuaginta vocant ... scribas: cum tamen non ita rectè vocentur. Aliud enim sonat scriba. Quamobrem est etiam in Euangelii aduertendum, sumptā esse appellationem hanc ex hoc loco, ut magistratus ac principes populi scribæ appellarentur.

Donec exeat per naves vestras. ... Quamquam narem significet, os tamen ac faciem sæpe denotat, quamobrem & pro ore videtur hoc loco sumendum, id quod videtur verissimum. Donec inquit exeat ex ore vestro, donec euomatis has carnes præ saturitate: quamuis & Septuaginta concordēs cum Hieronymo sint.

Nunquid manus domini inuvalida est. ... Arctata est, breuiata est, decurtata est: sumiturque manus, pro potentia, de more linguæ Hebraicæ. Loquitur enim diuina scriptura iuxta humanæ naturæ morem: quoniamque hominum robor in brachiis ac manibus ferè consistit, ideo id de Deo prædicant, quod de hominibus foret dicendum. Non quod Deo sit adscribendum, quod humanum est: sed quod res diuinas, per res nostras intelligamus. Quare dicit diuinam potentiam non esse diminutam, quæ inexhausta est, & infiniti roboris.

Numquid meus sermo opere complectatur. ... Num pretiosum tibi sit verbum meum: hoc est, num gloria ac potentia mea tibi admirationi futura sit, num eam in pretio habiturus sis, & diuinis laudibus exaltaturus. Quare cum ea sit sententia, vehementer ab hac dissentit Septuaginta ... Hoc est, iam cognosces postquā comprehendere te verbum meum. Quæ quia veritatem non attingunt, non est querendum quis eorum verborum sensus sit, quem ne Sibylla quidem eruere possit.

Electus pluribus. ... Hoc est, Ex iuuenibus eius, ex electis eius. Ne credamus electum de pluribus, id significare, quod inter ceteros Septuaginta esset electus. Et Septuaginta clarius hoc explanant, ... Iesus inquit electus eius: potest ergo Hebraice intelligi ex iuuenibus eius, & electis, sed primum probabilius.

Quis tribuat. ... Hoc aduerbij loco vtuntur Hebræi: pro eo enim quod nos dicimus vtinam, illi quis dabit: atque eo modo exponendum est, ubicunque eius phrasia vsus acciderit.

Et succauerunt eas per gyrum. ... Et extenduntur expanduntque sibi. Tanquam inquit acruos, quilibet suas congrebat coturnices, & ante suum tentorium coaceruabat, tanquam cumulum. Et quoniam magna earum cuiuslibet erat multitudo, eas extendere cogebantur.

quod eas siccaſſe Hebræos ſcripſerit: nūm vt ea ratione coquerentur? quod certe abſur- dum eſt credere. Si enim tanta ſolis fuiſſet vis vt coturnicum carnes exſiccaret, vtique & Hebræorum carnes ſiccave- rit. Septuaginta tamen eodem modo etiam tranſulerunt, *καὶ ἐξήραν ἑαυτοὺς ἰσχυροῦς*, Hoc eſt, Siccauerunt ſibi ſiccationes: atque ita eos imitatus videtur noſter interpres.

CAPVT XII

Roſter uxorem eius Aethiopiſſam & dixit.] De eſt in noſtra æditiōe, alia particula, per quam inferitur cauſa, cur in Moſem iracerentur: ait enim, *אשר כוּשִׁי לִי אִשָּׁה*, Hoc eſt, Eo quod vxorem Aethiopiſſam ſumpſiſſet: quod vxorem Aethiopiſſam haberet: quod tamen non omittitur à Septuaginta. Refert hanc Iosephus, Moſem duxiſſe, eo caſu quod cū in regia Pharaonis educaretur, electus imperator ſit contra Aethiōpas, atque inde mulierem abduxerit captiuam, vxorēque ſibi eam fecerit, filiam regis Aethiōpum: duasque vxores habuerit Moſes, hanc & Sephoram. Quod ego fabuloſiſſimum eſſe exiſtimo. Mentitur etiam Apollinaris duas vxores habuiſſe Moſem, quis enim non videt hæc ab eis eſſe ficta? Clarum enim eſt hanc eſſe Sephoram filiam ſacerdotis Madian: non quod Madian Aethiopia ſit, quæ vltra Aegyptum eſt, ſed ea Aethiopia, quæ Arabiæ iuncta eſt, contra enim Madianitas pugnarunt filij Iſraēl in Palæſtinam venientes. Et Madianitæ ex eis locis deſcendebant in Aegyptum.

Quod cū audiſſet dominus, iratus eſt.] Non ponitur in contextu Hebraico, quod Deus iratus ſit, ſed tantummodo *וַיִּרְאֵהוּ* Hoc eſt, Et audiuit dominus. Septuaginta quoque eam particulam non addiderunt, ſed tantummodo *καὶ ἤκουσε κύριος*, id eſt, Et audiuit dominus: quare abradenda eſt. Sumpta vero eſt ex inferiore loco, vt plerunque ſolet fieri, raro quidem in noſtris codicibus, creberrime vero apud Septuaginta, quod tranſcribentibus eſt attribuendum. Qui locos inter ſe ſimiles in margine notatos, in contextum intulerunt: vt quaſi ex eius corpore viderentur.

In viſione apparebo ei.] *וַיִּרְאֵהוּ*, id eſt, Cognoscar ei, certus ei ſciam: ſicut & Septuaginta, *ἐν ὁράματι, ἀλλ' ὡς γινώσκωμαι*, Hoc eſt, In viſione cognoscar illi: quanquam etiam alibi videtur ſacra ſcriptura verbo apparendi: neque puto aliud eſſe apparere dominum per viſionem, & ſe ipſum reuelare, vt agnoſcatur, quantum mortalibus datum eſt. Quomodo autem fierent viſiones prophetarum, ipſe nouit qui dominus prophetarum eſt. Puto eis angelum apparere, & de futuris eos certiores reddere ſolitur, non quod res futuras per quandam conceptionem præſentirent, ſed quod alloquente eos angelo, rerum futurarum arcana intuerentur. Fiebat etiam alia ratione futurorum præſentio, cū ipſæ rerum imagines præſentes cernerentur, vt incendium, vt captiuitas alicuius vr̄bis. Ipſa enim ſeres eorum menti ratione quadam diuina exhibebat, ſicut & virga Moſis in draconem verſa eſt, vltimæque harum rerum cauſa eſt, quia Deus hoc & alia maiora poteſt. De genere autem prophetiæ quo Moſes adeo dignus effectus eſt, ecce clarum eſt, quid ſit ſentiendum. Non enim per viſiones ac ſomnia quicquam eum proſpecturum dicit, ſed familiariter Deo per angelum eum alloquente, rerum veritatem intellecturum. **Quinque**

Quinque prophetiarum genera.

autem prophetiarum genera ex hoc loco poſſunt colligi. *וַיִּרְאֵהוּ*, id eſt, Per viſionem, cū rem intuemur per viſiones. *וַיִּחְלֵם*, id eſt, In ſomnio, quod per viſionem etiam eſſe poteſt. *וַיִּבְרָא*, id eſt, In ænigmate, cū aliud videtur, aliud innuitur, vt erat cū librum comederet Ezechiel, & Ioannes in Apocalypſi. *וַיִּבְרָא*, id eſt, Per figuras, hoc eſt cum rerum imagines intuemur, cū acies, cū choros, cū pompas, cū præclariffima quædam conſpicimus. Hæc autem ſuperiora genera omnia per reſolutionem corporis ſiunt, ſiue dormiendo, ſiue etiam vigilando, cū ſenſus terrenarum rerum eripitur, vt neque videamus oculis, neque audiamus neque tangamus, totæque mens ad eas corripitur viſiones. Ideo vltimum præſtantiffimumque genus eſt, quod non ſit per reſolutionem, ſed nihil ſtatu corporis immutato, allocutio diuina ſit, quod puto pauciſſimis contigiſſe. Atque hoc genus prophetiæ eſt quo Deus affatur ſanctiſſimos angelos, atque archangelos. Prophetia enim appellatur, omne cum Deo commercium, omnis conſuetudo, omnis conſabulatio. Igitur ſanctiſſimi angeli, ab illa æterna ſapientia rerum futurarum ſcientiam, omnemque agnitionem propter continuam aſſiſtentiam, & diuinam familiaritatem, ſacraſſimamque amicitiam hauriunt: cuius & Moſem participem ſe feciſſe teſtatur, rei nimirum admirabilis, & quæ ſupra omnes theſauros ſit exoptatiſſima, in qua diuinas & inauditas voluptates poſitas eſſe cæſeo: commercium feliciffimum, amicitia fortunatiſſima. Finis omnium deſideriorum

Prophetia quid.

Aderiorum, vita beatiffima. Oportet autem, ſi eò tranſuolare cupimus, ſimiles angelis nos reddere, vt nulla in noſtris animis labes, nullus dolus, nullæ fraudes, nullæ improbitates appareant: quibus qui purior fuerit, propius ad æternas illas admittetur voluptates.

Contra eos abiit.] Non contra eos abiit, ſed ſimpliciter, abiit, ac receſſit ex eo loco, vt poſtea declaratur. Septuaginta vero puto recte quidem vertiſſe, ſed locus mendoſus eſt, *καὶ ἀπῆλθον*, id eſt, receſſerunt, Pro eo quod dicendum eſt, *καὶ ἀπῆλθον*, id eſt, & abiit.

Donec reuocata eſt Maria.] *דְּבַר הַיְהוָה*, id eſt, Donec adiuncta eſt, congregata eſt. Septuaginta dimiſſis verbis, ipſam rem explicant *εὓς ἐναθάρησθη ἡ μαριάμ*, id eſt, donec expiata eſt Mariam. Nam reuocata non fuiſſet, niſi à lepra mundata.

CAPVT XIII

Sec filium Num.] Incredibilis in his duobus nominibus corruptela & apud nos & Græcos. Nam cū Iofue duobus nominibus appellaretur, Ichoſua, & Oſcha, ita hæc corruerunt Græci, vt primum in Ieſum commutarint, alterum in Aufes: quos etiam nos ſecuti ſumus non vſquequaque quidem, nam Hoſca, ſuo nomine appellamus. In altero quoque nomine ſcilicet Nun, ſumma deprauatio, quia hunc, qui Num erat dicendus, Naui vocarunt Græci, quos etiam nos aliquando ſequimur, neque hæc litterarū permutatio rationabiliter facta eſt, ſed eadem fuit cauſa vt hæc deprauarentur, quæ cætera deprauata ſunt. Nā & Iſai, vocatus eſt Ieſſe, & Reuma, Roma: atque ita pleraque alia.

Iofue nominis deprauatio.

Per meridianam plagam.] Perſtant Septuaginta vertentes id quod meridiem apud Hebræos ſignificat, *תְּלַט עֶמְקִים*, id eſt, deſertum. Neque abeſt à veritate vt ita interpretentur: de qua re ſæpe alias ſcripſimus: nam deſertum Arabiæ ac Palæſtinae, in mare rubrum ac meridiem ſpectat.

Erat autem tempus quando præcoque.] *וַיְהִי בַיּוֹם הַהוּא*, hoc eſt, Et dies illi, erant dies primitiæ vuarum. Cū ſcilicet primæ vuæ matureſcunt, & principium autumnus appetit: quamobrem male is locus habetur apud Septuaginta, *καὶ αἱ ἡμέραι, ἡμέραι ἔαρος, τὰς ἐβρομοὶ σαφλῆς*, hoc eſt, Et dies illi, dies verni, qui præcedunt vuas. Videmus autem quantum inter vtrunque tempus interſit. Deinde & illud impoſſibile eſt. Quo modo enim coharet, vt ver eſſet, & prima maturitas vuarum? Puto autem per corruptelam additum eſſe *ἔαρος*, dicendumque tantummodo eſſe, *καὶ αἱ ἡμέραι, ἡμέραι τὰς ἐβρομοὶ σαφλῆς*. Patetque non eſſe ipſorum interpretum errorem, ſed ad alias recurrendum eſſe cauſas.

Filij Henach.] *בְּנֵי הַנַּחַךְ*, hoc eſt, Filij Henach, aut natiui ex Henac, vt non filij Henac mox eſſent, ſed inde genus ducerent. Quemadmodum ſentiunt & Septuaginta, hoc modo hunc locum vertentes, *καὶ ἐκεῖ σέσση, καὶ βελαμει γενεῶν ἐνάμ*, id eſt, Et ibi erant Seſi, & Thelami, progenies Henac: quos pauld poſt ſequitur & ipſe Hieronymus. Obſeruandum vero eſt, quod Henac & viri alicuius proprium nomen eſſe poteſt, & omnium in vniuerſum gigantum, quia is gigas fuerit. Propterea Chaldaica æditio hunc appellat hoc loco *גִּבּוֹרִים*, id eſt, gigantem, & quos Hebraicus contextus vocat filios Henac, ibi *בְּנֵי הַנַּחַךְ*, id eſt, filij gigantis, nuncupantur.

Ante Thanim urbem Aegypti.] Credo Septuaginta didiciſſe eo modo eam urbem vocari apud Aegyptios, cū alioquin Hebraice nuncupetur Zohan. Huic rei facit fidem, quod & Chaldaica æditio eam appellat Thanim, de qua Rabbi Salomō *זוּחַן הַמַּעֲוִלָּה שְׁבַארֵי*, hoc eſt, Zohan præclara vr̄bis Aegypti eſt, vbi regum erat habitatio. Ideo dicitur de plagis Aegypti in campo Taneos, quia ibi primum apparebat plaga & ab ea vr̄be per vniuerſam Aegyptum diffundebatur, vt caput prius tangeretur, dein reliqua membra. Si aqua corrumpebatur, ea prior vr̄bis calamitatem patiebatur. Si ranæ proferrentur, ibi primum oſtentum carnebatur. Quia & ſclerum colluuias ibi potiſſimum videbat: Vbi enim regia ſunt, maiora & crebriora flagitia admittuntur, ſiue propter frequentiam, ſiue quod id genus hominum curias potiſſimum adeat. Hieronymus itaque Septuaginta ſecutus zohan vocauit Tanin.

Campis Tanos.

Portauerunt in veſte.] *בְּמַטְוֵהוּ*, id eſt in haſtili, ſude, veſtes etiam vertunt Septuaginta *καὶ ἤνεον αὐτὸν ἐπ' ἀναφορέσει*, id eſt, Eleuauerunt ipſum ſuper veſtes.

Detraxerunt terræ.] *וַיִּצְאוּ דְבַר*, hoc eſt, Extraxerunt vituperationem terræ: id eſt, Protulerunt, detraxerunt. Quamobrem cū is ſit ſenſus, & verba non aliud ſignificēt, miror Septuaginta quod longe diuerſus addiderint, *καὶ ἐξ ἡσέχασαν ἐν τῆσιν τῆσιν*, id eſt, Et extraxerunt aut emiſerunt, aut protulerunt extaſin terræ. Patet Hebraicarum litterarum vel mediocriter peritis *דְּבַר* ſignificare infamiam, dedecus, extaſin vero nunquam. Illud vero maiorem

affert admirationem, non enim alibi eo modo interpretati sunt, sed vt ipsum significat vo-

Filij Henac

Nephilim.

cabulum, maxime Psal. 31. vbi quod hic interpretantur extasin, φθον verterunt, id est vitu- perationem. Et in Genesi de infamia fratrum Ioseph. Quamobrem existimo alios eorum additionem deprauasse. Non enim a seipsis in re tam manifesta dissentirent.
Monstra quedam filiorum Henac. Explicandae rei gratia positum hoc a Hieronymo est, cum alioquin contextus sic habeat, בני ענק מן הנפלים, hoc est. Ibi vidimus gigantes filios Henac ex genere giganteo, aut ex gigantibus. Silent Septuaginta filios Henac. Hi igitur gigantes illius terrae fuisse memorantur, quorum ingens esset corporis vastitas. Dicitur autem sunt filij Henac quia is saeculis illis nominatissimus erat, & de eius proceritate passim fama increbuerat. Quod neque Graeci silent scriptores, apud eos de Henac sic legimus, ονομαζόμενος ἦν ἕκτος καὶ πολλοὶ ὑπὲρ ἄλλων ὡς εἰκός, ἀλλ' οὐ τὸ σῶμα τοῦ μέγιστος, καὶ τὸ γένος πάντων τῶν ἀπρωτογενῶν εὐνοῦς, id est, Nominatissimus is erat & celeberrimus, vt verisimile est, propter corporis vastitatem, totumque reliquum genus, primum parentem referebat. Ex hoc loco eorum conuincitur error, qui putant per nomen נפלים, non gigantes, sed spiritus immundos significari, qui tempore Noë per orbem terrarum versarentur, appellatosque Nephilim, a Naphal, id est cecidit, quia hi sunt, qui è caelo ceciderint, conuincitur inquam eorum error. Nam si eo nomine daemones è caelo lapsi significarentur, non gigantes, non vtique etiam homines hoc vocabulo vocarentur. Ecce enim hoc loco filij Henac vocantur Nephilim, quos homines fuisse, nemo inficiaretur. Vt autem eo nomine hic gigantes significarentur, sic in Genesi. Quod si verum non est, ostendant rationem diuersitatis.

CAPVT XIII.

I dominus propitius fuit. Si dominus voluerit nos: Si procliu- is in nos fuerit: si voluntas eius erga nos propensa est. Quod & Septuaginta eodē ferè modo, εὐαρετὶς ἡμῶν κύριος, id est, Si dominus eligit, aut excipit nos.

Recessit ab eis omne praesidium. Recessit protector eorum, aut praesidium eorum ab eis. Atque ita etiam exponunt interpretes Hebraei. Rabbi Salomon, Praesidium, inquit, eorum recessit ab eis, & protector eorum, & qui roborabat eos, quia princeps qui erant inter eos mortui sunt, Iob praesertim qui erat eorum defensor. haec Rabbi Salomon. Quamobrem cum is sit sensus & significatio dictionis צר, vt transtulit Hieronymus & vt exponunt Hebraeorum interpretes, miror cur Septuaginta tantopere ab hoc deuenit, hoc modo, ἀφίσταται γὰρ ὁ κύριος ἀπ' αὐτῶν, id est, Recessit enim occasio ab ipsis. Praesidium, occasionem facere, non mediocris differentia est. Neque potest quicquā eos tueri, nisi dicamus occasionem in ducibus & praesidiis & auxiliis esse positam, atque hanc intellexisse Septuaginta: occasionem videlicet qua se tueri possent, quod non omnino esset improbandum.

Super tabernaculum foederis. In tabernaculo foederis. Neque ferè est aliud, quàm quod opinatus est Hieronymus, qui saepenumero ea prudenter adhibet, quae clariorem facere possint additionem. Septuaginta partim cum Hebraico conueniunt, partim dissentiunt, καὶ ἡ δόξα κυρίου ἔφθη ἐν τῇ νεφέλῃ ἔπι τῆς σκηνῆς τῆς μαρτυρίας, hoc est, Et gloria domini visa est in nube, super tabernaculum testimonij. Dissentiunt in eo, quod in nube dicunt apparuisse, cuius rei nulla in contextu fit mentio.

Feriam eos pestilentia. Quod pestilentiam significat: quare Septuaginta dissen- tiunt, πατάξω αὐτοὺς θανάτω, hoc est, Percutiam eos morte.

Te autem faciam principem super gentem magnam. Credo tamen Hieronymum id sensisse, vt Deus promitteret Mosi, illum se facturum in gentem magnam, cuius Moses caput esset, ac totius generis autor, & princeps. Septuaginta vero aliud superfluo addiderunt, te inquit, faciam in gentem magnam, καὶ τὸν οἶκόν σου μέγιστος, hoc est, Et domum patris tui, sumptum ex alio loco.

Μακροθυμίας. ἰσχυρῶς.

Dominus patiens. Tardus in ira & furore, Sero puniens, poenitentiam expectans. Eleganter autem Septuaginta propter Graeci sermonis commoditatē in vnum nomen, totam hanc sententiam contulerunt, Deum vocantes μακροθυμίας, quod multi interpretati sunt longanimitatem, quae certe sententia nominis minime est. Ibi enim θυμίας non animum

A animum significat, sed iram & furorem. Ergo μακροθυμίας dicitur, qui suum furorē com- pescit, & in longum protrahit, sero puniens, cuius furor non ilico efferber, sed maxima in- terponit interualla, vt detur peccantibus resipiscendi locus. Vt si puniendi sunt, sero tan- dem puniantur, nulla eis erepta prius reuocandi sui commoditate. De qua re praclare scri- psit Plutarchus. Aded ne gentibus quidem erat incognitum, Deum esse patientissimum, qui cum offensus grauiter fuerit, siue in illum primo coniecta iniuria sit, siue quia mutuo se laedunt homines, in qua re & ipse grauiter laeditur, expectat tamen, & condonat tanta pa- tientia, vt nemo hominum inueniri possit, qui æquiore animo iniurias toleret: Nec mirum si tanta est per totum orbem terrarum flagitiosorum hominū multitudo, qui non sint ilico post perpetrata facinora perempti: expectat enim clementissimus & humanissimus domi- nus. Neque debet quisquam tam caeco & imprudenti esse iudicio, vt hanc humanitatem, negligentiam siue improvidentiam interpretetur, vt plerique etiam philosophorum fecerunt: sed intelligat diuinæ proprium esse naturā, peccantibus condonare, humaniter par- cere, resipiscentiam expectare: quod etiam mortales principes si facerent, laudatissimi ha- berentur, & Dei similes dicerentur. Nihil vero tam remotum à diuina natura est, quàm cru- delitas, & inhumanitas, quae propria est beluarum, & hominum qui beluis quidem similio- res sunt, dissimiliores autem Deo. Neque quicquam est quo magis delectari diuinam natu- rā intellexerimus, quàm humanitate, charitate, beneuolentia, iure, atque aequitate. Quae qui magis fuerit amplexus, is erit Deo similior, ac propterea sapientior & magis homo.

Plutarchus de Dei sa- pientia.

B Vino ego. Additum est in codicibus Septuaginta, καὶ αἰεὶ ζῶν τὸ ὄνομα μου, hoc est, Et vi- uit semper nomen meum. Appositum fortasse ex aliis locis similibus.

Neque quisquam ex illis qui detraxit. Etiam hoc loco, in codicibus Septuaginta multa re- dundant, quae aliunde sumpta sunt, ἀλλ' ἢ τὰ τέσσαρα εὐαγγέλια ἃ ἐστὶ μετ' ἐμοῦ ὡδε, ὅσοι οὐκ οἶδαν σὺν ἀγαθῶν ἢ κακῶν, πᾶσι νεώτερος ἀπειρος ἑτέροις δόξα τῶν γῶν. hoc est, Sed filij eorum qui mecum hic sunt, qui nesciunt bonum siue malum, omnis iunior, malorum nescius, his inquam da- bo terram. Tota haec periodus superflua est, & non ab ipsis interpretibus addita, sed scri- ptoribus, qui similes locos in similes commiscuerunt. quod vt alias dixi, aliquando & apud nos fit, sed raro, in Graecorum autem codicibus praesertim in Italia impressis creberrime.

Et scietis ultionem meam. Prohibitionem meam, qua prohibebo vos, ne ad terram perueniatis. Veruntamen etiam secundum Hieronymum verterunt Septuaginta, aut Hieronymus secundum illos καὶ γνώσεσθε τὸν θυμὸν τῆς ὀργῆς μου. hoc est, Et cognoscetis furorē irae meae. Quare paulo diuersior est sententia.

At illi contenebrati. Quod alio modo exponitur ab Hebraeis. Dicunt id verbum significare robur, vires. Exponit ergo Rabbi Salomon, Et roborati sunt, & confortati sunt, & se mutuo solati sunt: aut ad arma est referendum, quod probe armati ascenderunt: vide- tur autem nosler Hieronymus legisse, καὶ ἔπι τὸν οἶκόν σου ἔπι τῆς σκηνῆς τῆς μαρτυρίας, hoc est, Et domum patris tui, super tabernaculum testimonij. Dissentiunt in eo, quod in nube dicunt apparuisse, cuius rei nulla in contextu fit mentio.

C Instamus tamen immemores caecique furore. Ita hi Deo inuito, furore & insania correpti, terram attingere volebant. Chaldaica vero aeditio, וראשעו לנסק לרשע שורא, hoc est, Et scelerate ausi sunt cacumen montis conscendere. Septuaginta vero, horum nihil posuerunt, sed quasi non esset in contextu, nullā huius verbi mentionem fecerunt καὶ ἀπέστησαν ἀπὸ τοῦ οἴκου σου, id est, Et transeuntes ascenderunt.

CAPVT XV.

Et de pulmentis. Primum, aut primitiae omnis eius rei ex qua panis fit, id est, ea quae in procinctu sunt, vt ex his fiant panes & coquantur, vt est pasta, & id genus. Haec, inquit, antequam comedantur à vobis, date operam vt prius placentulam inde tollatis, quae Deo offeratur, vt prius os vestrum nō contingat, quàm Deo vestro ex ea aliquid obtuleritis, in memoriam Dei, ne è vestro pectore illius recordatio ex- cidat. Atque hoc etiam modo exponit Rabbi Salomon. Ponitur autē expresse in contextu Hebraico quid offerre ex his debent, quod ommissum est ab Hieronymo: scilicet Offeretis, inquit, ex his omnibus chala, quod Rabbi Salomon exponit Italice tortulam. Quod neque etiam apud Septuaginta ponitur. Is itaque erat census Dei, quem illi offerebāt, quo se eius imperio subiectos esse significarent, & vt ostenderent ea se ab eo accepisse: aded ge- nus humanum non vult sui conditoris obliuiscatur. Praclare vero Septuaginta verterunt φέσμα, quod Hieronymus reddidit pulmentum. Illud enim magis veritatem attingit: quo

significatur, corpus ex aqua & farina iam conflatum, vt ex eo panis fiat, quod non ita exprimitur per pulmentum. Nam aliud forte per hoc intelligeremus.

Anima que per superbiam.] Quod sæpe admonuimus, oportere non tam verborum significationes transferre, verum etiam locutiones & phrasas immutare, ne quod in vna lingua venustissimum est & clarissimum, in altera fiat obscurissimum: id vel ex isto loco licet cognoscere. Tota enim locutio immutata est: sic enim habet, Anima quæ peccauerit, aut fecerit aliquid *יד יד* id est, Cum manu extensa, excelsa, elata. Quam locutionem nisi immutasset Hieronymus, paucissimis cognitum fuisset, quid per eam significaretur: quod non est omnino obseruatum à Septuaginta, siquidem vertunt: Anima quæ fecerit aliquid *ἐν χειρὶ ὑψηλοτάτης*, id est, In manu superbiæ: quod, vt dixi, non adeo multis esset notum, quid sibi vellet. Diximus itaque sæpenumero manum pro audacia, fortitudine, arrogantia sumi. Igitur peccare in manu excelsa, est totis conatibus peccare, & omnibus viribus adhibitis, & cum audacia atque arrogantia, & quasi per contempnum. Nam qui per inficiam peccat, effugit eius mentem cognitio peccati: qui autem in manu elata, hunc quid faceret non latebat. Neque ex imprudentia proficiscebatur peccatum, sed alia deteriore animi affectione, scilicet superbia, atque audacia, & barbaro spiritu. Quare Septuaginta obscuriores sunt quàm deceat.

Manus pro audacia. Peccare manu excelsa.

Quoniam domino rebellis fuit.] *מגדף* hoc est, Blasphematur, siue contemnit, reicit, rebellis animo in Deum existit, quod à sua significatione diuersius verterunt Septuaginta *ἔτος περὶ ἑξήκοντα ἔτη*, Is exasperat dominum, ad furorem concitat.

Et preceptum illius fecit irrium.] *הפך* Hoc est, Exinanuit, euacuauit, irritum fecit, ac dissoluit. Quod præclare etiam Septuaginta *καὶ τὰς ἐπιτολάς αὐτῶν διεσκέδασαν*. Hoc est, Et mandata eius dissipauit, destruxit, discidit.

Vt faciant sibi fimbrias per angulos quatuor.] Per angulos quatuor nõ ponitur, sed tantummodo, *על כנפי בגדיהם* Hoc est, Super oras vestimentorum suorum: sicut alibi vertit etiam Hieronymus quod neque à Septuaginta positum est, sed tantummodo *καὶ ποιήσονται ἐν ἑσπέρῳ τοῖς κέρασιν αὐτῶν ἄνθη ἵματιον*. Hoc est, Et facient sibi fimbrias, super alulas vestimentorum. Vertunt autem alulas, non distinguentes nominis Hebraici amphibologiam, nam *קנה* alam significat, & oram & angulum, sed pro angulo erat hoc loco accipiendum. Dico igitur non tantum de quatuor angulis præcipi, sed de tota ora vestimentorum totaque extremitate, per quam fimbrias ducerent. Quæ puto ab apostolis vocem **I E S V C H R I S T I** in Græcam linguam vertentibus, phylateria esse vocata, à verbo Græco *φυλάττω*, id est, custodio, quia per ea significaretur, diuina mandata memoria esse tenenda, & diligenter custodienda. Igitur per totam vestimenti oram, fimbria hyacinthini coloris, id est, cærulei se porrigebat, quæ vocatur Hebraice zizith. Græce phylaterium. Vitta cærulea erat ipsa fimbria, aut tota hyacinthina, aut partim, vt tamè vestigium apparet. Quamobrem super fimbrias vitta non ponebatur vt nostra & Septuaginta innuit translatio, sed vitta & fimbria erat idem.

Phylateria.

CAPVT XVI.

Cce autem Chore.] Hoc principium alio modo inchoatur Hebraice sic *חור חור* Hoc est, Et tulit Chore: subaudiuntque Hebræi tulit seipsum, id est, diuisus est à toto cœctu Israël: quia seditionem excitare parabat: propterea Chaldaica aditio, quæ in locis obscuris maximo Hebræis adiumento est, sic habet, *חור חור* Hoc est, Et diuisus est Chore. Et Separatus est ab aliis, aut sectam sibi peculiarem facere molitus est. Quapropter & Rabbi Salomon, hanc secutus sententiam, his eam verbis explicat. Tulit inquit Chore *לקח עצמו לצד אחר להיות נחלק ממנו העדה לעורר על הכוזבת וזהו שחר אוקלום ואחפליג*. Quorum verborum is sensus. Tulit, inquit, seipsum Chore ex alia parte, vt ab vniuerso cœctu esset abiunctus, & de sacerdotio contenderet. Atque hoc est, quod interpretatus est Onkelos, Et diuisus est Chore: hæc ille. Quamobrem id erat capitis huius principium, quod certe omissum est à Hieronymo. Septuaginta vero aliud omnino diuersius interpretati sunt *καὶ ἐλάλησεν χορὴ*, id est, Et locutus est Chore. Neque ponunt quid locutus sit, quod profecto mihi videretur mirum: sed quoniam clarum est, quomodo locus sit intelligendus, nihil ad eius explicationem citabimus aliud.

Sufficiat vobis.] *רב לכם* hoc est, Multum vobis est, plurimum est vobis, quod Rabbi Salomon, hoc modo exponit, *גדולתם* hoc est, Plurimum vobis est, & plurquam æquum esset vobis vsurpatis: omnes inquit æquales sumus & Deus apparuit æque omnibus, vos tamè vsurpatis vobis totius populi imperium, quasi vobis solis Deus apparuerit, allo-

rit, allocutusque sit. Quamobrem cum hæc sit sententia, nostra aditio eam nõ expressit: minus etiam Septuaginta qui suo more, cum quid obscurum inciderit, obscurius faciunt interpretando, *ἐλάτω ἐν ὑμῖν*, id est, Habeat in vobis. Quis obsecro ex hisce verbis sensus elici potest, non solum ille verus, sed vel alius? sententia vero clara est.

Quia omnis multitudo sanctorum est.] Hoc etiam obscurum est, & fortasse in aliam sententiam quàm res expofcat, verfum. Textus sic habet, *כלם קדשים* Hoc est, Omnes hi sancti sunt: æqualis, inquit, est omnium sanctitas: omnes æqualiter per consortium diuinum sanctificati sumus: omnibus illud nomen innotuit: cuius commercio omnes æque consecrati sumus. Non est quod vos superiores cæteris faciat.

Mane notum faciet.] Cum hæc vere sit sententia, nequaquam declaratur à Septuaginta, sed aliud nescio quid sensisse videntur *ἐπέσειπται καὶ ἐπέγνω ὁ θεὸς τὸς ὄφθαλμοὺς αὐτῶν*, id est, Animaduertit & cognouit Deus qui sui essent. Ecce omiserunt etiam mane, quod omnino erat necessarium, & tempus immutarunt.

Multum erogimini.] *רב לכם* id est, Multum vobis est, multum vobis tribuitis. Septuaginta longe diuersius *ἰσχυρότερον ὑμῖν*, satis sit vobis: quare non est ea sententia.

An et oculos nostros.] *העין האנושית הרהם חנקר* hoc est: Nunquid oculos illorum crues? *ἀνομιαν ἐπιπέσειπται* de exploratoribus, Vis, inquit, eis oculos adimere ne improbarent, quæ essent improbanda, ne damnarent, quæ forent damnanda: terram, scilicet illam, quam tu iactas lactis & mellis fontibus discurrere. Eorum oculi hoc didicerunt. Tu autem nolles eos vidisse illius deformitatem, quia imperium concupiscis, & damnari nobis conaris. Septuaginta quanquam cum Hebraico conueniunt, aliter tamen discrepant. *τὸς ὀφθαλμοῖς τῶν ἀνθρώπων ἐπέγνω ἀπέκοψας*, hoc est: Oculos hominum illorum erulsi. Ecce primo interrogationem dimittunt, in qua tota significatio consistit, deinde per præteritum pronunciant, quod omnino in futurum spectabat.

Nec asellum quidem.] Septuaginta asellum verterunt *ἄσθλομμον*, id est, Cupiditatem: sicut vltimo Genesis capite, fecerunt. Credo eos similitudinem decepisse, quæ est inter duas dictiones, *חמור* id est, concupiuit, & *חמור* id est, asinus. Aut certe ea tempestate loco resc, erat dalet, inter quas litteras quia maxima est similitudo, facilis est ab vna ad alteram lapsus.

Fortissime Deus spirituum vniuersæ carnis.] *אלהי חילי חור חור* hoc est, Deus deorum spirituum omnis carnis: & vt vertit Hieronymus fortissime Deus: nam *אל* nomen vnum diuinum est, à fortitudine ductum. Hanc autem totam periodon male admodum redditam apud Septuaginta legimus, *ὁ θεὸς τῶν πατέρων καὶ πάντων σαρκῶν*, id est, Deus deus patrum & omnis carnis: pro eo quod dicendum fuerat, Deus deorum, aut Deus deus spirituum, illi Deus patrum: videnturque legisse aliquid aliud puta, *אבות*, id est, patrum. Rara tamen solet esse hæc permutatio, & non est admodum verisimile codices adeo nunc esse ab illis immutatos, vt dictio pro dictione irreperit. Adscribendum igitur potius scriptorum imperitiæ: quia scriptura horum nominum apud Græcos admodum similis est, scilicet *πατέρων* & *πνευμάτων*. Atque ideo alterum in alterum facile commutatum est.

Tabernaculis impiorum.] *המשעים האלרים* id est, Impiorum istorum. Quare male apud Septuaginta *τῶν ἀνθρώπων τῶν σκληρῶν τῶν*, id est, Ab hominibus duris aut proteruis istis: nam *שע* significare impium, ipsi mihi Septuaginta testes sunt, qui primo psalmo, Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum: vbi est præfens vocabulum, verterunt *ἐν βελαῖ ἁσέβει*, hoc est, In consilio impiorum.

Si rem nouam fecerit.] *אם בריחה יבא* id est, Si creaturam creabit: aut si aliquid producet tanquam nouum & insolitum. Quare etiam hoc Septuaginta non consentaneè Hebraico reddiderunt. *εἰ ἐν χρονατὶ δέξου κέρας*, id est, Si in hiatu ostenderit Deus: vt scilicet terram faciat aperire: declarant enim rem in particulari, quæ in vniuersum fuerat posita.

CAPVT XVII.

Bi loquar ad te.] *אשר אומר לכם שמי* hoc est, Vbi testificabor vobis, aut testimonium meci vobis exhibebitur, vbi mei contestatio vobis fiet. Apparet autem testari hoc loco, sumi pro eo quod est loqui Deum cum homine, & testimonia Dei esse eius oracula, eius voces, eius eloquia. Et cum ille precatur, inclina cor meum in testimonia tua: nihil aliud est, quàm voluntatem meam, cogitationes meas, desiderium meum insecute ad ea quæ locutus es, ad tua oracula, præcepta tua, in quibus vita & animi & corporis posita est. Septuaginta vero hunc locum verterunt, *ἐν αἷς γνωθίσσόμενοι σοὶ ἐμεῖ*, id est, Vbi cognoscat tibi: & certe non est ea sententia omnino, Videnturque duo verba quæ simillima inter

Testari, pro loqui Dei cum homine.

se sunt, non distinxisse, scilicet, וְיָדָא & וְיָדָב quorum alterum futurum est à verbo, וְיָדָא id est D cognouit, alterum etiam futurum, à verbo, וְיָדָב hoc est testatus est: sed primum profertur iuahed, id est, testificabor, alterum iuadeha, hoc est, cognoscar. Atque alterum pro altero videntur illi accepisse: potest autem & illud dici, testificari nil esse aliud quam cognosci, cum de re testimonia exhibentur. Sed in eo posita est verior expressio, & euidentius res de qua hic scribitur, per id verbum declaratur: quanquam fortasse hæc non ita ad vnguem refecanda sunt.

Absque virga Aaron.] Omittitur *quod dicitur in Septuaginta, scilicet וְיָדָב וְיָדָא*, hoc est, Et virga Aaron, in medio virgarum eorum erat posita: quod non est omis- sum à Septuaginta *καὶ ἡ ῥάβδος ἀαρὼν ἐν μέσῳ τῶν ῥάβδων αὐτῶν.* hoc est, Et virga Aaron, in medio virgarum illorum: quippe qui à Deo sacerdos electus fuerat, & inter ceteros prin- cipatum obtineret. *Ὁμοιωθήσονται τῷ ἁγίῳ ἐν τῷ ἁγίῳ ὡς ἐστὶν ἡ ἐκκλησία ἐν τῷ κυρίῳ, ὡς ἡ ῥάβδος ἀαρὼν ἐν τῷ ἁγίῳ.* hoc est, Similiter erunt sancti in sancto, sicut ecclesia in christo, sicut virga aaron in sancto. *Ὁμοιωθήσονται τῷ ἁγίῳ ἐν τῷ ἁγίῳ ὡς ἐστὶν ἡ ἐκκλησία ἐν τῷ κυρίῳ, ὡς ἡ ῥάβδος ἀαρὼν ἐν τῷ ἁγίῳ.* hoc est, Similiter erunt sancti in sancto, sicut ecclesia in christo, sicut virga aaron in sancto. *Ὁμοιωθήσονται τῷ ἁγίῳ ἐν τῷ ἁγίῳ ὡς ἐστὶν ἡ ἐκκλησία ἐν τῷ κυρίῳ, ὡς ἡ ῥάβδος ἀαρὼν ἐν τῷ ἁγίῳ.* hoc est, Similiter erunt sancti in sancto, sicut ecclesia in christo, sicut virga aaron in sancto.

In domo Leui.] Quanquam prudentioribus notum sit, imperitis tamé Hebraica essent notiora, quæ sic habent, לֵוִי לֵוִי Domui leui: germinauit, inquit, virga Aaron, domui Leui. Quod magis à sua proprietate alienum à Septuaginta est redditum, εἰς οἶκον λευὶ, in domum E. Leui, quod certe subabsurdum est.

In amigdalas deformati sunt.] Totum hunc locum elegantissime vertit Hieronymus, ob- seruata diligenter & verborum & sententiarum proprietate: & quod maius quoque est, obseruato etiam quo modo apud Latinos essent hæc clariora: nam si verbum è verbo ex Hebraico reddideris, præter maximam absurditatem, etiam illud accedet, quia vix intelli- gentur. Quamobrem Ioannes Phorcensis, vir alioquin eruditissimus, nõ iuste mea quidem sententia nostræ aditioni, Hebraica verba simpliciter versa hoc loco prætulit. Quod igitur vertit Hieronymus, In amigdalas deformati sunt, Hebraice est, וְיָדָב וְיָדָא Hoc est, Et pro- tulit amigdalas. Septuaginta vero magis genus quàm speciem transtulerūt, scilicet καὶ ἕλ- αῖστοι κάρυαι, id est, Et protulit nuces: quod ad alia quàm amigdalas potest quoque pertinere. Hebraicum tamen nomen, amigdala significat. Afferuntque Hebræi interpretes causam, cur magis amigdala quàm alium fructum virga protulerit, quia is fructus, facilius & cele- rius quàm reliqui erumpat, & aliis locis inuenitur id nomen amigdalum significare, quare non genus, sed species erat magis vertenda: quanquam κάρυαι etiam aliud quàm nucem si- gnificet. De qua re non est hic differendi locus.

Nun usque ad interitionem.] Ecce & hoc ipsum abunde testatur, non esse penitus verbū è verbo exprimendum, nequid obscuritatis habeat oratio: nam cum Hebraicū sic habeat, וְיָדָב וְיָדָא hoc est, Nunquid moriemur in consummationem, ad consumptionem quàm elegantissime vertit hoc Hieronymus, nihil sententia immutata, sed clariore reddita. Ideo Septuaginta, verbis & idiomatici Hebraico, plus æquo adherentes, duram & difficilem fece- runt interpretationem, εἰς ἐπιθῆναι μὲν εἰς τέλος, id est, Quousque in finem moriamur: omit- tunt primum interrogationem, reliqua forte non satis clara, ne dicam aliud.

CAPVT XVIII.

Ecum portabitis iniquitatem sanctuarij.] Non dubium est, quin textus deprauatus sit apud Septuaginta, vt pro eo quod fuerat dicendum, tu & domus patris tui *λίθηδε τῶν ἀμαρτίας*, tolletis peccata, nunc legatur *λίθηδε τῶν ἀπαρχῶν*, id est, Tolletis prim- itias. Nam non eorum errorem fuisse, vel id argumento est, quod paulo inferius idem no- men interpretati sunt *ἀμαρτίας*, id est, peccata. Atque hoc etiam indicio est, non omnia er- rata illorum esse, sed esse in alias causas referenda.

Primitiarum mearum.] וְיָדָב hoc est, Oblationum mearum, omnium eorum quæ mihi offeruntur, non tantum primitiarum: quāquam & Septuaginta eodem modo reddiderint *δέδωκα ὑμῖν ἀπαρχῶν τῶν ἀπαρχῶν ἐμῶν*, hoc est, Tradidi vobis custodiam omnium mearū primitiarum. Quod autem vocarunt primitias Septuaginta interpretes, apud Hebræos duc- titur à verbo וָדָב hoc est eleuauit, extulit: quo innuitur ritus, quo eleuabant ea quæ forent oblaturi, Eleuabant autem coram Deo, super altare.

Omne medullam.] Ita ferè quidem habet & Hebraicum, obseruata translatione, & si- militudi-

A militudine, וְיָדָב וְיָדָב Hoc est, Omnem pinguedinem olei, & omnem pingue- dinem multi. At vero Septuaginta metaphoram seruare noluerunt *πᾶσα ἀπαρχὴ ἐλαίου*. Hoc est, Omnis primitia olei: sed res erat suo nomine, aut alio simili exprimenda.

Omne quod ex voto.] וְיָדָב hoc est, Omne anathema, omne quod Deo deuotum con- secratumque est. Vocantur enim eo nomine apud Hebræos, quæ ex aliqua maxima causa Deo deuouentur: vt erat illud, cum Iosue omnia quæ in Hiericho reperisset, sacra Deo esse voluit, neque licebat cuiquam ea contingere. Hodièque apud Hebræos excommunicatio vocatur cherem. Atque huius vocis proprietatem melius Septuaginta quàm noster inter- pres expresserunt *πάν ἀναθεματισμένον*, omne quod Deo deuotum consecratumque est.

Præsum sal, est sempiternum.] Quod sæpe admonuimus Græcorum codicum depraua- tionem non esse ab ipsis interpretibus semper profectam, vel nunc licet cognoscere. Legi- tur enim is locus apud illos hoc modo *ἀλάθην λάος*, id est, Testamentum populus: quis er- go non intelligit à scriptoribus esse locum deprauatum, & pro ἀλάθην, subiectum esse λάος, qui lapsus est facillimus? Legendum itaque est *ἀλάθην ἀλάος*, id est, præceptum salis, aut id quod de sale statutum est. Fuerat autem statutum, vt omnibus sacrificiis & oblationibus sal adhi- beretur. Ex quo cognoscitur, contra quàm Iudæi humi semper reptantes opinentur, maxi- mam harum ceremoniarum partem esse mysticam. Sal enim adhiberi, omnibus quæ sibi offerentur, præcepit: vt ostenderet sapientiam omnibus diuinis rebus presentem esse opor- tere, & inter omnes res sacras eam acceptabilissimam esse, vt siquid Deo offeratur, & ea nõ B adsit, non sit acceptabile futurum.

Nec committant peccatum mortiferum.] וְיָדָב וְיָדָב Hoc est, Ne fumant peccatū & mo- riantur. Sic enim melius intelligetur, & ad alium sensum deuiare non poterimus. Secutus vero est Hieronymus Septuaginta *εἰς τὴν οὐρανὸν τῶν μαρτυρίων λαβεῖν ἀμαρτίαν θανάτηφόρον*, id est, In tabernaculum testimonij non accedent ad sumendum peccatum mortiferum.

Egregia vobis & pingua reseruat.] וְיָדָב וְיָדָב Hoc est, Dum eleuatis, dum tolli- tis pinguedinem ex eo. Eadem quidem est sententia sed clarius in nostro idiomate ab in- terprete expressa. Septuaginta semper hoc loco *לֵחֶם* quod pinguedinem significat, reddi- derunt *ἀπαρχῶν*, id est, primitias, cum fortasse aliud sit. Nam primitia, non id est, quod in vna- quaque re est egregium & præcipuum, sed quod tempore primum est: prima rerum deliba- tio. Primitiæ siquidem frumenti non est præstantissimum atque optimum frumentum, sed id quod primo conspicitur, quod præcox est.

CAPVT XIX.

I quis hoc ritu non fuerit expiatus aqua lustra.] Ex hoc loco admonemur, quod sæpius diximus, omnes propè ritus quibus nunc vitur Ecclesia, ex veteri testamento esse sumptos. Ac propterea maiore debere quemlibet circa eos vti veneratione, quo nõ humana, sed diuina sunt instituta. Ritu igitur expiandi sese per aquas ab his præsertim pec- catis quæ leuiores sunt, etiam nunc vitur Ecclesia: nõ quod in aquis ea posita sit vis, vt pos- sit etiam animi sicut & corporis sordes abluere, sed per diuinæ virtutis inuocationem id ef- ficatur, cuius præsentia vniuersa sanctificantur, quia ipse est sanctissimus & fons sanctitatis. Vt ergo cuncta iuxta leges & iustitiæ vim procederent, nihilq; absq; iure fieret, voluit Deus aliquo iure nostra aboleri peccata. Simul enim & misericors est & iustus, & auarissimus quidem omnibus sceleribus parcendi est, sed id sine iure atque æquitate facere non potest. Omne enim peccatum deprauatio diuinæ legis est. Ideo remissio peccati, fieri non potest, nisi iustitia atque æquitate in suum locum reuocata. Posset quidem si vellet Deus, etiam sine vllis intercedentibus ritibus expiare, sed æquitatis & sanctissimæ naturæ suæ est, vt id sine iure non fiat. Quæ ratio etiam Dei filium in terras deduxit, ne quæ futura erat summi delicti remissio, sine iure atque æquitate fieret. Et potuisset id quidem à Deo fieri, etiam si in terras nostras, carne vestitus humana non accessisset. Sed quia omnis æquitas & ius, & rectum & decorum, eius naturæ concomitantur & ab ea in naturam profecta sunt, non po- terat nisi à seipso dissentire, id efficere. Atque hæc est ratio qua damnantur impij, inno- centes ac pij seruantur, & ad diuinas voluptates perfrueudas admittuntur. Esset quidem il- lius inestimabilis clementiæ, omnes æquè in beatissimum consortium assumere: sed ius hoc non admittit, quod proprium naturæ diuinæ est. Igitur non mirum est, si nostra scelera purgantur ritibus & expiationibus adhibitis. Ipse idem autor docuit quo iure placetur, qua sanctitate & religione foret colendus, quæ nam essent adhibenda, quibus impuritates abolerentur, quæ non docuisset nisi suæ naturæ propriū esse sentiret, sine iure atque æqui-

Primitia quid.

tate peccata se non posse condonare. Tota denique horum rituum disciplina, eam ratione...

Ah nimium faciles, qui tristia crimina cadis, Exigua, tolli posse putatis, aqua.

CAPVT XX.

De dimissa multitudo... Nescis que Moses dimissa multitudo...

Clamauerunt atque dixerunt. Quid clamauerint non ponitur in contextu, sed magis inuitur...

Audite rebelles & increduli. Pertinaces, exacerbatores, rebelles, qui alios semper exasperatis & amaritudine repletis.

Num poterimus eijcere. Non persequor hanc leuissima, quod Hebraicum non habeat, nu poterimus eijcere...

Aqua contradictionis. id est, Aquae contentiois, iurgij: sicut paulo infra explicatur, vbi iurgati sunt filij Israel contra dominum.

AMose, inde nomen ductum מרי, id est contentio.

Et misit angelum suum. Non est hoc loco silentio pretereundum quod sentiunt Hebraei, dicunt enim nomine angeli etiam prophetas vocari.

Angelus est quicunque a Deo mittitur.

Sed gradiemur via publica. Ductum ab Hebraeis est, quod viae publicae siue regiae vocentur, haec quae amplissimae sunt, & frequentes...

Via regia.

Dabimus quod iustum est. Dabo pretium eorum: sicut etiam sunt Septuaginta interpretati, δώσω τιμήν σου, id est Dabo pretium tibi.

Per viam gradiemur. Hoc nescio qua ratione verterint Septuaginta, id est, Iuxta montem gradiemur, nisi forte dicendum sit, per viam regiam...

Nulla in pretio difficultas. Tantum non sit verbum in transitu meo: & ut vertit Hieron. appositis etiam aliis verbis...

Pergrat aharon ad populos suos. Congregetur Aharon, Quae phrasid frequentissima in diuinis libris est. Aggregari enim ad populum suum dicunt...

Congregari ad populum suum, Hebraei.

Eo quod incredulus fuerit. Eo quod exacerbatis, aut rebelles fuistis, aut non obedieritis ori meo. Haec enim vniuersa possunt eo verbo intelligi.

Mosis & Aharon ad aquas peccatum.

Per cunctas familias suas. id est, Omnis domus Israel, omnis eorum multitudo. Quod multo est ab illo diuersius.

CAPVT XXI.

Er exploratorum viam. Clarum est etiam attestantibus Hebraeorum expositioribus hoc loco, significare exploratores, a verbo חר, hoc est, Explorauit: non esse alicuius loci nomen proprium ut existimarunt Septuaginta, qui haec reddiderunt,

ὅτι ἦλθεν ἰσραὴλ, ὁδὸν ἀθαρίμ, quod venisset Israël per viam Atharim. Rabbi enim Salomon ita hunc locum exponit...

Naufcat super cibo isto leuisti.] קצת בלתי חקיקתו, hoc est, Tædet iam animam nostram, ad panem istum leuem, qui famem non eximit...

Pone eum pro signo.] על, id est, Super signum. Aliud enim adhiberi præcepit, super quod poneretur serpens, puta lignum & stipitem ex-celsum...

Vnde dicitur in libro.] Primum obseruandum est Hebraice poni hoc in futuro scilicet יבא id est, dicitur: deinde quod Hieronymus vertit librum, Hebraice est ספר, quod non tam e-

Sicut fecit in mari rubro.] און ומה בסופו ואת הנחלים ארנון, Hoc est. Onus, aut pondus, oppres-sio maris rubri, & torrentis Arnon...

Scopuli torrentium.] אשך הנחלים, Hoc est, Impetus, fluxus, aqua cum impetu currens: aqua inquit torrentium, quæ flectitur ad fines Moab...

Idcirco dicitur in proverbio.] על כן יאמר מרדכי, Hoc est, Ideo dicent qui prouerbis vtuntur, quod pulcherrime significatur à Septuaginta...

Dedit filios eius in fugam.] נתן בניו בלישם, Hoc est, Dedit filios eorum effugientes, & in fugam. Quod male ad salutem retulerunt Septuaginta...

Iugum ipsorum.] יגרום אבהו, Hoc est, Regnum eorum periit, aut iugum eorum, quo aliis imperabant, vt exponit Rabbi Salomon...

Vsq̄ ad intermitionem.] עד כלות השאר לו שריד, Hoc est, Vsq̄ quo non relinquerent ei, qui aufugeret, aut qui superstes esset: quod à Septuaginta non eodem penitus sensu versum est...

CAPVT XXII.

In campstribus Moab.] בערבות מואב, id est, In planicie Moab, vel in solitudinibus Moab. Quod mediusfidius nõ recte Septuaginta interpretati sunt, verborum similitudine...

Et impe-

Et impetum eius ferre non possent.] ויין מואב, id est, Et exercitatus est Moab: aut euigilauit, commotus est: aut, tædium vitæ suæ eum cepit: quæ omnia eo verbo significantur: sicut & Septuaginta...

Balaham hariolum.] בחור, Quod nomen potest quidem duci à verbo בחר, id est, exposuit, interpretatus est, ænigma soluit, vt is Balahâ habitus eo tempore quasi fumiorum interpres sit, & ænigmatum explicator. Ad quem reges vndique darent litteras, & in omnibus obscurissimis rebus eum interrogarent...

Balahâ sū-niorum in-terpres.

Balaham Chaldæus.

prophete gentis idola-trarum.

Habentes diuinationis pretium.] שםם, id est, Diuinationes, aut instrumenta, quibus diuinamus. Rabbi Salomon בלמי מיי, id est, Omne in cantationis genus, quibus scilicet dæ-mones euocarentur. Aut certe quod interpretatus est Hieronymus, pretium potius quam rem ipsam...

Vtinam haberem gladium vt te perciterem.] כי עתה הרגתיך, Quia si gladium inquit haberem, iam nunc te interfecissem: verum Septuaginta sicut & Hieronymus. ἤνδι ἐξέλενθησα σε iam inquit confodissem, conuulnerassem te.

Nonne animal tuum.] אנהו אנהו, id est, Nonne ego asina tua? Sicut & Septuaginta ὄνη ἐγὼ ἢ ὄνος σε, Nonne ego asina tua?

Vt aduersarer tibi.] וישן, id est, Vt aduersarer tibi. Nam Satan aduersari significat, vnde & nomen Satan, quem corrupto nomine appellamus Satanas, sarris. Aduersarius vocatur, quia omnibus sanctissimis rebus sese opponit. Quamobrem non recte versum est hoc à Septuaginta. Egressus sum inquit eis, ἀποβόλιω σε, Hoc est, in tui calumnia, vt calumniarer tibi, quod certe non habet locum hic...

Satã aduer-sarius.

Diabolus.

An quia mercedem aduentui tuo.] חמנום לא אובל כדרך, Hoc est, Nunquid vere non possum honorare te: Sicut & Septuaginta ὅπως ἔδωκ' ἰσομισθίαν σε, Hoc est, Num vere non potero debito te honore prosequi?

Et venerunt in urbem quæ erat.] קריה חצורת, Hoc est, In urbem munitam, aut urbem pla-

earum. Rabbi autem Salomon aliter hunc locum exponit : venerunt inquit in urbem, D cuius platea viris, ac mulieribus, ac pueris erant refertae, vt rex id ostenderet Balaham ac diceret : Obsecro vt miserearis hanc miserorum multitudinem, quibus gladius & caedes iam impendet. Quare longe secus exponunt hanc sententiam Hebraei, quam noster interpres. Sept. quoque diuersi & ipsi sunt. Venerunt inquit eis πόλεις επαύλων, in vrbes stabulorum aut villarum. Quod certe vehementer alienum est.

Ad excelsa Bahal.] Ita quidem significat Hebraicum בָּהָל, id est, Excelsa: locos videlicet eminentes & nemorosos, quos diis suis consecrabant, & ibi latabantur, cum summa corporis ignominia. Hæc itaque cum sit vocis significatio, miror cur secus transfulerint Septuaginta ἀνεβήσαν αὐτῶν ἐπὶ τὴν ἑλὴν τῆ βαάλ, id est, Deduxit eum ad columnam, vel statuam Bahal. Quod à vero abest plurimum, quo modo enim inde multitudinem despicere potuisset?

CAPVT XXIII.

Aram. **D**E Aram.] id est, De Mesopotamia siue Syria : quæ vocatur Hebraice Aram naharim, à primo incola, vt moris est sacris litteris, regiones nominibus eorum vocare, qui eas primi adierint. Igitur Septuaginta nomen Hebraicum Græcum commutauerunt ἐν μεσοποταμίᾳ μεταπέμψατό με, Hoc est, E Mesopotamia accersui me.

Et fiant nouissima mea.] Sicut Hebraicum וְיָשִׁיבוּ אֶת הַיָּשִׁיבִים מֵעַתָּה. Et sint nouissima mea, sicut huius. Quare Septuaginta nescio cur tam diuerse transtulerunt καὶ γένοιτο τὸ σπέρμα μου ὡς τὸ σπέρμα αὐτῶν, id est, Et fiat semen meum, sicut semen eorum: credo eos, quod Hebraice dicitur nouissimum, pro posteritate sumpsisse, cum tamen pro exitu potius accipiendum sit: quia paulo ante dixit, moriatur anima mea sicut anima iustorum.

Super verticem montis phasga.] κορυφῆν δαλαξεδρίας, verterunt Septuaginta, id est, Verticem leuigati aut rasi, scopuli scilicet aut cautis, cum magis proprium nomen sit loci, vt exponunt etiam Hebræorum interpretes. Et quamuis possint pleraque nomina, aliquam etymologiam recipere, hoc certe non potest eo modo explicari. Quanquam hoc perleuc sit: & maximorum virorum labeculæ non sunt animaduertendæ.

Non est Deus quasi homo vt mentiatur, & mutetur.] Ita quidem habent Hebraica Primūque significat, mentiri, secundum pœnitere. Non est inquit Deus sicut homo, וְיִהְיֶה, id est, vt mentiatur: neque sicut filius hominis וְיִהְיֶה, Et pœnitebit eum. Horum itaque verborum cum hæc vera sit significatio, Septuaginta tantopere variant, quâ opere mirari necesse sit ἕχ ὡς ἄνθρωπος ὁ θεὸς ἀπορηθῆναι, ἕδ' ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἠπειληθῆναι, id est, Non est sicut homo Deus vt disponatur, aut suspensus sit, neque sicut filius hominis, vt ei quis minetur. Patet quanta sit dissimilitudo. Puto autem aliter codices habuisse ipsorum interpretum, esseque vtrunque verbum, in vtrunque hoc, quod ei simile est, corruptum.

Ad benedicendum adductus sum.] וְיִתְּן לִּי בְרָכָה id est, Benedicere assumpsi: sed Septuaginta sicut Hieronymus, εὐλογῶν παρὲλθῆναι. i. Benedicere assumptus sum: quanquã agens in patiens vertunt. Veritas habet vt posuimus: non eo tamen inficias, non sumi aliquando actiua pro passiuo, & è conuerso.

Non est idolum.] וְיִתְּן לִּי בְרָכָה id est, Non declinabit vanitas ad Iacob: nec displicet quod hanc vanitatem Hieronymus idololatriam interpretatur. Septuaginta diuersus ὁ μὲν ἔργον ἐν ἰακώβ, id est, Non erit labor in Iacob. Quod certe non tam vero adheret.

Nec videtur simulachrum.] ἔργον, id est, Opus: sumiturque non pro labore, sed ipso opificio, & opere. Quare Septuaginta minus veritatem attigerunt. ἕδ' δὲ ἀφθίσει πῶς ἐν ἰσραὴλ, id est, Neque videbitur labor in Israël.

Et clangor victoriae.] וְיִתְּן לִּי בְרָכָה. i. Et clangor regis in eo: siue quod est melius, & habitatio regis in eo: theruat igitur hoc loco non clangorem significat, sed habitationem, sedem, quemadmodum exponunt Hebraei, & aditio Chaldaica idem comprobatur, quæ hunc locum in hunc modum interpretatur וְיִתְּן לִּי בְרָכָה נִשְׁבַּח לְיְהוָה id est, Et habitatio regum inter ipsos. Indicat igitur fore, vt regia sedes, & sceptrum & imperium inter ipsos futurum sit. Non solum de ipsis Iudæorum principibus id vaticinans, sed etiam de Messia, qui regibus imperat. Septuaginta quoque idem sensisse videtur, καὶ ἐνδοξία ἀρχόντων ἐν αὐτῷ, Hoc est, Et insignia principum, siue gloria principum in eo.

Cuius fortitudo similis rhinocæ.] Quoniam nomen rhinocerotis ῥινοῦ etiam aliud significare videtur, scilicet altitudinem, eo quod ducitur à verbo ῥινοῦ, Hoc est, Extulit, propterea sunt apud Hebræos qui interpretentur, fortitudo excelsa est ei, fortitudo magna, sublimis, pro rhi-

Pro rhinocero magnum ac sublime ponentes. Quæ etiam est interpretatio Onchelos Chaldæi quæ sic habet. חֲבֵרָה וְרִיבֵי חֲבֵרָה Hoc est, Excelsa & eleuata fortitudo eius. Atque ita interpretatur & Rabbi Salomon. Hieronymus secutus est Septuaginta qui etiam transtulerunt ὡς δόξα μονοκέρατος αὐτῷ, id est, Vt gloria vnicornis, gloria eius: quanquam in eo non sunt admittendi, quod fortitudinem, gloriam appellarint, quod vix intelligi posset. Quæ enim gloria eius animantis? peruertitur autem comparatio, quæ non de gloria, sed fortitudine fit, quod & alibi frequenter admonebimus. Frequens enim est ea comparatio rhinocerotis propter fortitudinem, de qua suis dicitur locis

CAPVT XXIIII.

Dixit homo cuius est obturatus oculus.] וְיִתְּן לִּי בְרָכָה, id est, Vir cuius est apertus oculus: vt interpretatur Hebræi, & Chaldaica transfert aditio. Quare in contrarium acceptum est ab Hieronymo. Mirorque cur Septuaginta secutus non sit, qui secundum Hebraicum transtulerunt φησὶν ὁ ἄνθρωπος ὁ ἀλαθῆνός, id est, dixit homo verax. Quo fit, vt suspicer, nõ eo modo reddidisse Hieronymum, sed deesse in nostris codicibus negationem, vt dicendum sit: Dixit homo cuius non est obturatus oculus. Contraria enim sibi diceret Balaham, qui paulo post se sermonum Dei auditorem esse protestatur.

Visionem omnipotentis intuitus est.] Superuacane additur à Septuaginta ἐν ὕπνῳ, id est, in somno, Qui visionem Dei vidit in somno. Nam ea visio, etiam non in somno fieri potuit, vt sæpe prophetis accidebat. Deinde & in eo, non recte dissentiuunt, vt quod est Hebraice בְּלִי אָזְנוֹ שָׁמַע id est, Audiens verba Dei fortis: ipsi verterint, ἀκούων λόγια ἰσχυρῶν, Hoc est, Audiens eloquia fortia. Multum enim interest: & eorum oratio non est adeo clara. Illico enim intelligitur quæ sint eloquia fortissimi Dei, sed eloquia fortia, nõ adeo. Nota quæ differetia est.

Sicut valles nemorosæ.] כְּמַלְאכֵי מַדְבָּר id est, Sicut torrentes in longum tendentes, & circumsepti arboribus: aut sicut valles, vt eleganter vertit Hieronymus Septuaginta secutus qui ὡσεὶ ῥέματα σιδήρεα, id est, Sicut valles opacantes.

Fluet aqua de fistula.] וְיִתְּן לִּי בְרָכָה id est, Exhibunt, erumpent aquæ de fistula eius, aut de puteis eius, vt exponit Rabbi Salomon.

Tolletur propter Agag.] וְיִתְּן לִּי בְרָכָה id est, Et eleuabit ab Agag regem eius. Toller ab Agag regnum eius: aut, Tolletur ab Agag regnum eius: quod de Saule dictum existimatur. Quare videntur in contrarium vertisse Septuaginta καὶ ἰψαθήσεται ἡ γὰρ βασιλεία αὐτῷ, Hoc est, Exaltabitur Agog regnum eius. Ecce veritas nihil exprimitur.

Et perforabunt sagittis.] Imò sic וְיִתְּן לִּי בְרָכָה id est, Et sagittas eius confringet: gens scilicet illa, de qua tot tantaque vaticinatur. Septuaginta vero sententiam non verba reddiderunt καὶ τὰς βολὰς αὐτῷ καὶ τὰ τοξοῦσιν ἐχθρῶν, Hoc est, Et sagittis suis confodiet hostem.

Reuertere ad locum tuum.] Vehementius est Hebraice וְיִתְּן לִּי בְרָכָה id est, Fuge in locum tuum: quasi ei minas intentet, sicut & Sepruaginta καὶ οὐκ φεύγε εἰς τὸν τόπον σου, id est, Nunc effuge in locum tuum.

In extremo tempore.] וְיִתְּן לִּי בְרָכָה id est, In nouissimis diebus, in extremitate dierum: vt intelligeremus quod tempus significaretur. Appellatur autem nouissimi dies in sacris litteris vltima mundi ætas, in qua sanctus Messias apparuit. Omnium enim sæculorum cauda hæc esse denunciatur. Sex enim millibus annorum mundum stare, multis est oraculis cognitum, vt scribitur in Talmud Hebræorum, & vt cecinerunt Sybillæ, Hydaspes & Mercurius Trismegistus. Quorum duo extrema millia, anni Messicæ esse dicebantur, id est, quibus Messias Dei filius esset videndus, & per omnes illos annos foret colendus. Quibus annis paulatim corruptela inualecente, vsque in extremitate adeo propagabitur, vt exoriatur tandem, ille prophanus, & sceleratissimus tyrannus Antichristus. Quæ si vera sunt, à confirmatione mundi hoc nostro tẽpore, id est, M. D. C. C. X. I. eius qui hæc scribebat anno M. C. C. X. habita secundum

Nouissimi dies qui dicantur. Milia sex millibus annorum duraturum.

Antichristi.

Hebraicam veritate computatione, absunt anni septingenti & viginti minus octo. Numerantur enim apud Hebræos nunc à conditione mundi, quinque millia ducenti octoginta & octo. Quæ an vera sint, videbit ipsa posteritas, nos nihil temere affirmamus, ne in errorem Lactantij incidamus, qui à sua ætate, vsque ad exitum rerum, non plus ducentis annis fore existimabat. Secutus & ipse oracula Sybillarum & Mercurij. Sed fecellit eum aditio Septuaginta: quæ cum in his numeris recensendis, corruptissima sit, factum est, vt mille anni plures quã deeat in supputatione additi sint, aut etiam plures. In quo errore fuit vniuersa Græcia, & Italia, quæ Græcos sequebatur. Atque etiam nunc apud nos, qui scribunt historias, in eodem versantur errore, maiorum fidem sequentes. Necessè vero est in hac re ad

Lactantij error in supputatione annorum mundi.

Hebraicam veritatem recurrere, imo ad nostros codices: qui optime se habent: quia Hieronymus Septuaginta sequutus non est, sed Hebraicum contextum.

Videbo eum [sed non modo.] Totum hoc, nihil ab Hebraico dissentit, sed apud Septuaginta obscurius redditur quam deceat, & forte secus quam veritas exposcat. *δύξω αὐτόν, & ἐγγίμιον μακαρίσω, & ὁσὶ ἐγγίμιον*, id est, Ostendā ei, & non nunc, beatum dicam, & non appropinquat: quomodo fieri potest, vt verterint. *וידעו*, id est, videbo eum, in hoc quod est ostendam eum. Factum scilicet ex eo errore est. Putabant enim verbum esse transitivum tertiæ coniugationis. At non animaduertent deesse iod, aut chirich, quæ tertiæ coniugationem designant, vt patet his qui sciunt Hebraice. Deinde in alio error est. Nam futurum, *וידעו* quæ vox futuri temporis est à verbo, *וידעו* id est, vidit, contemplatus est, illi existimantur duci ab *וידעו* id est, Beatificauit. Non animaduertentes, in grāmatica maximā inter vtrunque positā esse differentiam. Quā ego afferre, si huius esse loci existimare. Satis sit varietatis causam ostendisse.

Orietur stella ex Iacob.] Primū obseruandū est, esse præteriti temporis hoc apud Hebræos. Deinde nō poni verbū orietur, sed quod incessit, aut venit significat, hoc modo, *וידעו* id est, Præfecta est stella ex Iacob, vt exponunt Hebræi. Sed Chaldaica æditio, apertissime indicat fore vt stella quædā, id est, rex, ex Iacob nasceretur, hoc modo, *וידעו* Hoc est: Consurget rex ex Iacob, & pullulabit Messias de Israël, & interficiet principes Moab, & dominabitur omnibus filiis hominis. Obseruatione igitur dignū est, quantū is locus Christianorū fidem adiuuet, qui de Messia hæc dici asserimus. Id enim in tota æditione Chaldaica factū esse perspicimus, vt si quis locus in sacris literis ea tēpestate de Messia esse videretur, clarissime sit ab illis Chaldaeorū interpretibus trāslatus, amotis vocabulis ambiguis. Igitur de Messia is locus intelligēdus est, qui principes Moab interficiet, id est, omnes idololatrias, qui per eū populū maxime significatur. aut Antichristū, quē Moabitam futurum esse asserunt. Dominabiturq; super vniuersum orbē terrarū. Non aliter de eo locutus Balahā, quā Daniel, qui filiū Dei, totius mūdi regem futurū vaticinatus est: eo imperij genere, quo nullū sit maius, id est, vt ab imperatoribus & principibus etiam adoretur, & ei colla submittāt, quod imperiū vere diuinū est, & incorruptibile: quod qui destruere conabitur, vt nefandissimus tyrannus ab eodem occidetur. Nunc vel inuitis Iudæis viget, vt prius, sicut ait Chrysostomus, sol extinguendus sit, quā hoc imperium, id est sanctissima religio penitus sit abolenda. Quod maxime sitiunt Hebræi. Cuius quotidie interitum exposcunt ac deprecantur: ex astris, ex leuissima quaq; re augurantur. Quid igitur per filios Seth sit hoc loco intelligendum, Chaldaica demonstrauit æditio, omnes scilicet homines. Quia à Seth omnes propagati sumus, qui in locum Abel interempti successit, proles autem Chain, diluuiū extincta est. Noë à Seth originem ducebat, à Noë omne humanum genus reparatū est. Quare filij Seth, sunt sicut filij Adam, id est, omne genus humanum: quia inde omnes prouenerunt.

Venient in trivremibus de Italia.] *וידעו* id est, Et triremes à potentia Italarum, siue Romanorū. Suppleuit autem Hieronymus, venient: recte quidē factum. Omnes enim prophetiæ compendiose & obscure proferuntur, & explicandæ sunt, his adiectis, quæ videantur necessaria. Quod vero attinet ad nomina, sciendū Chittim, quod Italiam Hieronymus interpretatus est, non abesse ab eadē sententiā etiā Hebræos, qui putant per hoc nomē Romanos significari. Sic enim Rabi Salomon scribit *בדיניות גדולות שהם רומים* Hoc est, Et transibunt Chetæi, qui sunt Romani, cum vastis triremibus contra Assyrios. Hoc ipsū per æditionem Chaldaicā cōprobatur, quæ & ipsa, Chittaros interpretatur, *רומים* id est, Romanos. Lxx. vero vocem ipsam Hebraicā posuerunt. Quamobrē non possumus non mirifice cōmendare Hieronymū, qui veritatē nobis aperuerit: prophetabat ergo Balaham de futuro Romanorum imperio ante urbē conditā plurimis annis. Nec me lateat, per Chittim alias etiā regiones & gentes significari. Vt quod dicitur de Alexandro cgressus est de terra Chettim: quod de Romanis aut Italia non potest intelligi. Sed hoc loco refragari non possumus testibus Hebraicis, & æditione Chaldaica, & ipso Hieronymo de Romanis non esse sentiendum, dicemus autē de aliis, suis locis. Atque hinc factū est, vt Ceteos hic interpretes Græci non Romanos, sed Macedonas intellexerint. Nam Theodoritus hoc loco scribit de Balahā, multa eū esse vaticinatū, sed etiā *αὐτὸν εἶπε καὶ τὴν μακεδονίαν νικῆσαι, & ἐλευθερῆσαι τὴν φωνὴν ἐν χερσὶ χεῖρα. ἀλέξανδρος μὲν γὰρ ἐπέτελεσε τὴν τῆς πρώτης βασιλείαν. ἀντίοχος δὲ ἐπέτελεσε τὴν δεύτερην. ἀντίοχος δὲ ἐπέτελεσε τὴν τρίτην. ἀντίοχος δὲ ἐπέτελεσε τὴν τέταρτην. ἀντίοχος δὲ ἐπέτελεσε τὴν πέμπτην. ἀντίοχος δὲ ἐπέτελεσε τὴν ἕκτην. ἀντίοχος δὲ ἐπέτελεσε τὴν ἑβδόμη. ἀντίοχος δὲ ἐπέτελεσε τὴν ὀγδόη. ἀντίοχος δὲ ἐπέτελεσε τὴν ἑνάτη. ἀντίοχος δὲ ἐπέτελεσε τὴν δέκατην.* id est, Prædixit etiam Macedonū victoriā. Egredietur, inquit, de manu Chetim. Alexander enim Persarū destruxit imperiū: Antio-

De Messia vaticiniū.

Filij Seth.

Chetim, Italia.

De Romano riu imperio vaticiniū.

Antiochus autem, contra Iudæos dimicans, eorum cœpit metropolim & Dei templum deuastauit, hæc ille. Sed hoc refellitur Hebræorum autoritate, & æditione Chaldaica.

CAPVT XXV.

Suspende eos in patibulis.] *וידעו* id est, Suspende, suffige in patibulis: quod in aliā sententiā versū est à Septuaginta, *וידעו* id est, Et produca, siue deforma, dehonesta eos corā Domino. Sed in cōtextu expresse ponitur quo supplicij genere deberēt affici: nam significari eo verbo affixionē, & suspendiū indicat interpretes Hebræorū. Et locus ille Regū 3. vbi de crucifixis filiis Saul scribitur, qui sic habet, *וידעו* id est, Et suspendite eos Domino. Sciendum verō est, secundū Hebræos, non esse dictum de principibus suspende eos, sed de his qui fuissent transgressi. Nam principes vocari iussit, vt possent qui deliquissent agnosci: ipse vero arbitrator vtrunque nos existimare posse.

Intrauit ad scortum.] Quod sæpius admonuimus, *וידעו* id est, Intrauit ad scortum. Quæ apud Hebræos manifestissima est, ex hoc potissimū loco cognoscitur, qui Hebraice sic habet: Ecce, inquit, vnus de filiis Israël venit *וידעו* id est, Et attulit ad fratrem suum scortum Madianitam. Est ergo tertiæ coniugationis, in qua, verba transitiva formantur: non primæ, *וידעו* id est, Intrauit ad scortum. Et hoc potissimū loco cognoscitur, qui Hebraice sic habet: Ecce, inquit, vnus de filiis Israël venit *וידעו* id est, Et attulit ad fratrem suum scortum Madianitam. Est ergo tertiæ coniugationis & sic transitivū patet retro ex cap. vigesimo septimo, vbi ponitur *וידעו* id est, Quod Hieron. recte interpretatus est. Retulitq; Moses causam eorum coram domino. Ecce vertit, retulit, id est, accedere fecit, non autem accessit, quod idem & Septuaginta senserunt, sed in alio variarunt, *וידעו* id est, Et ecce homo ex filiis Israël veniens adduxit fratrem suum ad Madianitida. Sed contra factū est, illam ad eum, non eum ad illam adduxit, quod etiam est versimilius.

Quia zelo meo commotus est.] *וידעו* id est, Dum zelatur ipse zelum meum: quod aliquando inuidiam, interdum furorē, aliquando honestissimū & accensum amorē significat; quo exarsit, Phinees. Septuaginta, *וידעו* id est, Dum zelatur meum zelum in ipsis. Ecce quæ vertit Hieronymus, sunt longe his clariora.

In locis genitalibus.] De vtroque intelligunt Hebræi, in eo loco scilicet esse vtrunque cōfossū, licet contextus tātū de fœmina hoc dicat, percussit inquit, virū ac mulierē *וידעו* id est, ad fœditatem eius. Ideo Septuaginta, qui ad Hebraica propemodum adhærescunt, sic habent, Percussit in quiete hominē, *וידעו* id est, in quiete hominē, id est, per mediā eius vuluā. Sed Rabbi Salomō exponit, *וידעו* id est, In mediis genitalibus zamri, & genitalibus eius mulieris. æditio Chaldaica, *וידעו* hoc est, in ventre eius.

Pacem fœderis mei.] *וידעו* hoc est, Fœdus meū pacis, id est, Do ei fœdus meū pace & quiete sēpiterna, vt nemo scilicet auferre possit, & de tātō gradu eum deturbare: ita vertent etiam Sept. *וידעו* hoc est, Ecce ego do ei testamētum pacis, amicitia videlicet & benevolentia & societatis cū Deo, quæ est Deo cum suis sacerdotibus, si mundi & casti fuerint. Immutauit ergo Hierony. vt diceret pacē fœderis mei, non fœderis mei pacē, & quidē prudēt, eo quod eadē quidē sunt, sed hoc clarius & apertius. Fœdus autem Dei, est eius confortiū, amicitia, & quasi affinitas, quā cū Deo diuini habent homines, per summam æquitatem & innocentiam, & honesti amorem, ei simillimi effecti.

Principis nobilissimi Madianitarum.] *וידעו* id est, Principis populorū, cui plurimi suberāt populi. Quod miror non transulisse Septuaginta, sed potius nomē propriū putasse *וידעו* id est, Principis nobilissimi Madianitarum. Videmus eos vocem Hebraicam vnot, id est, populi, non interpretatam reliquisse, quod recte factum non est.

Hostes vos sentiant.] *וידעו* hoc est, Inimicare, inimicus efficiaris, afflige, vexa, perturba Madianitas. Sicut & Septuaginta, *וידעו* id est, Hostes sitis Madianitis.

CAPVT XXVI.

Factum est grande miraculum.] *וידעו* id est, Et fuerunt in signū ac miraculū illi scilicet. Quare non refertur miraculū ad filios Chore, sed ipsum potius, eiusq; sequaces: sicut & Septuaginta Hebraicū secuti transtulerūt, *וידעו* id est, Et facti sunt in miraculum: mox inferunt, *וידעו* id est, Filij autem Core non sunt mortui. Quare ad illos spectat, licet etiam miraculum fuerit, vt illis percuntibus, eos

vnà cum tabernaculis eorum absorbente terra filij non fuerint absorpti.

Filij Gad.] Primus in censu, sicut ætate prior erat, ponitur Ruben, post quem subsequitur Simeon, tertius locus datur Gad, quod & ubique fit. Quare apud Septuaginta male non suo loco positus est Gad, sed ferè vltimo. Quod certe maxime miror, nam superius eundem errorem accidisse, poteramus æquius ferre, sed quòd hic idem peccetur, non est ferrè tolerabile. Patet autem hæc errata non esse ipsis interpretibus adscribenda, sed deprauatis codicibus: id quod non fuit in lingua Græca difficile, vt quæ maxime ab Hebraica est aliena, facile peregrinæ linguæ corruptelas admitteret.

In censu Isacar.] redundat centum apud Septuaginta interpretes, quandoquidem is numerus est sicut nostra habet æditio: scilicet, ארבעה ושישים אלף ושלש מאות, id est, Sexaginta quatuor millia, & trecenti: in Græco autem τεσσαρες και εξηκοντα χιλιαδες και τετρακισιοι, hoc est, sexaginta quatuor millia, & quadringenti.

Non recte quoque apud Septuaginta census Aser præponitur censui Ioseph, Manasse, & Ephraim, & Benjamin, & Dan. Nam post omnes hos, Hebraica fides cæset Aser, id quod fit in nostra æditione, quæ ferè nunquam ab Hebraica veritate dissentit. Est autem in eodem censu error: numerantur enim ex tribu Aser, sicut nostra continet æditio, quinque millia tria millia quadringenti: at vero Græcorum codices habent τετεις και τεσσαρακοντα χιλιαδες και τετρακισιοι, hoc est, Quadraginta tria millia, & quadringenti. Desunt ergo decem millia, qui lapsus est non minimus.

Iocabet quæ nata est ei in Aegypto.] יוליה אהרן בן לוי, id est, Quam peperit eam ipsi Leui, vt hoc dicatur de vxore Leui, quæ ei peperit Iocabet, aut certe de ipso Leui dicitur, qui genuit eum sibi ipsi Leui: quod esset subabsurdum. Hæc perplexio fecit, vt non recte is locus apud Septuaginta redditus sit, η επηγε τω τω λει, εν αργυπτιω, id est, Quæ peperit hos ipsi Leui, in Aegypto: quod constat non esse verum, non enim eos peperit ipsi Leui, sed viro suo Hamram patri eorum, præterquam igitur quòd sententia deprauata est, & non reddidit quæ sunt in contextu, etiam quod dicit est falsum, Iochabet enim vxor Hamram peperit Mosè & Aharom, ipsi Hamram, non ipsi Leui, quemadmodum dicuntur apud Hebræos, vxores viris suis filios gignere. Quod ergo dicebatur de nascente Iocabet, Septuaginta de ea pariente transtulerunt: lapsus non ferendus. Nam articulus יוליה, id est eam, poterat eos abunde docere, de quorù partu diceretur. Deinde nõnne absurditas nota erat, quia mox infertur, και επηγε τω αμωραμ τω ααρον, και τον μωυσον, id est, Peperit ipsi Hamram Aharon & Mosè: nõnne dixerant prius, eos peperisse ipsi Leui.

CAPVT XXVII.

Ritque hoc sanctum lege perpetua.] Quis non miretur huius nostræ æditionis venustatem, decorè, lucem: ipsius autem interpretis prudentiã, iudiciũ, vtriusq; linguæ, in eo absolutissimã peritiã, explicandi maiestati, ingenij diuinitatè: Quæq; sunt in lingua Hebraica, manca, mutila, compendiosissima, horrida, dura, illorum hominum loquedi more perplexa, fecit apertissima, illustrissima, linguæ nostræ maxime accommodata. Tantòque magis hoc admiramur, quantò res est difficillima, & quam infelicissime plurimi apud nos & Græcos attetarint. Quis enim non stomachetur, si legat Mosè Aegyptium, à quodam sumo viro Latinitati donatũ, in quo nulla sermonis Hebraici exprimitur proprietas: imò quia Hebraica nostræ linguæ accommodare ille aut nesciebat, aut non poterat, tanta obscuritate repleuit æditionè, vt nemo ferè sit, qui eum librum possit legere. Quis aliorum plurimas interpretationes? Quis etiam infinitis in locis ipsos intelligat Septuaginta interpretes, qui Hebraica & verba & phrasin sectantes, fecerunt vt apud Græcos pleraque vix essent intelligibilia? Ego quidè cum pleraq; ex Hebraico apud Latinos & Græcos versa legerim, me nihil vnquã melius, venustius, hac nostræ æditione vidisse fateor. Quò obrem non possum non eorum damnare audaciam, qui alias hac nostra tẽpestate æditiones attentare voluerunt, quasi fidem adhibeant Hebræis, quòd hæc male reddita sit. Res illi genti penè domestica, vt nostra etiã quæ sunt optima, sitibunde lacerent, & vituperent. Sed veniet in lucem eorũ interpretationes, ac tum facile iudicabunt omnes, quã vere simus ipsi locuti, quàm vanum laborem experti fuerint illi. Nam si ad litteram interpretabuntur, erunt omnia obscura, & legentes in summu fastidium adducentia. Sin sensũ sensui reddiderint, nunquam hanc Hieronymi maiestati assequentur. Nunc quod proposuimus explicemus. Is locus sic habet apud Hebræos. Erit, inquit, hoc filiis Israèl משקחתי, id est, in statutum iudicij. Interroga Hebræos quid hoc sit, nihil inuenies esse aliud, quàm quod vertit Hieronymus: &

In eos qui nouas in biblia moluntur interpretationes

Amus: & tamen, si eo modo reddidisset, vt nos interpretati sumus, decem interpretibus fuisset opus, qui fortè & rem extorsissent, & ad alium sensum traxissent. In nostra vero æditione tam clara sunt, vt pueris etiam facillima intellectu sint. Nam quomodo hoc ipsum verterunt Septuaginta? Erit, inquit διαλογισμα κρισιας, hoc est, Iustificatio iudicij, Quod mihi etiam propemodum obscurum esset, nisi ad fontem recurrerem. Atque huic similia sunt ferè cætera omnia, totusque Hebraicæ locutionis contextus.

In montem ipsum Habarim.] Credo Habarim nomen esse ipsius montis, vt Chaldaica etiam indicat æditio, quæ hoc non interpretatur. Septuaginta non propriũ esse putarunt, sed potius nomen à verbo habar deductum, hoc est transit: itaque sic transtulerunt ενωδωμο εις το ορος, το εν τω περαω τω ορος ναβαν, id est, Ascende in montè, quod est trans montem Nabab: in quibus verba pleraque redundat & falsò addita sunt. Primũ in contextu Hebraico, non ponitur nisi vnus mons, deinde is vocatur Habarim, non Nabab, vt illi transferunt. Præterea quod erat Habarim redderunt περαω, id est, trans: putantes duci ab Habar, hoc est transit: unde fit heber, id est, trans. Cuius scriptura Hebraice sic est עבר, primum per zere, vt differat à nomine heber, quod scribitur per duplex segol. Putarunt igitur aduerbium esse, quod erat montis nomen. Siue enim nomen montis proprium, siue transitum significet, vt vocatus sit mons transitus, non recte versum est, in id quod est περαω, hoc est trans.

Ibi tu ad populum tuum.] ואת בני ישראל, Hoc est, Et colligeris ad populos tuos: sicut & Septuaginta εν τω περαω τω λαω σου, id est, Et colligeris ad populum tuum, consueta Hebraicis locutio: qua dicunt posteritatem aggregari priorem gentem. Non quòd discrimen vllum post mortè fore significetur, vt cognatio cum cognatione adiugatur, sed quòd modus loquendi sit, & eo innuatur, viuentes in defunctorum gentes, post mortem annumerari, & ad eos aggregari. Aut certe spectat ad sepulturam quòd eisdem monumentis familia sepeliantur, quo fit vt qui ex posteris moriatur, dicantur adiungi ad populũ suum, & familiam suam, dum eodem in sepulchro conduntur.

In quo est spiritus Dei.] Recte addidit Dei, cum Hebraice tantummodo sit ברוח אלהים id est, In quo spiritus est. Neque enim alium spiritum, quàm diuinum illum intelligimus. Id quod æditio Chaldaica, clarissime hoc modo explicuit גבר דרוח כבודי, Hoc est, Vir in quo est spiritus prophetiæ. Septuaginta vero nihil tale aperuerunt. ος τις εχει πνευμα εν αυτω, id est, Qui habet spiritum in se.

Et partem gloriae tue.] ואת חלקך, id est, De gloria tua: & recte quidem Hieronymus partem gloriæ tuæ, non totam gloriam tuam, vt pulcherrime declarant Hebræi, qui comparationem inter Mosè & Iosue statuunt, vt Mosè sit tanquam Sol, Iosue sicut Luna, quæ à Sole lumen accipit. Hanc autem gloriam Rabbi Mosè dicit esse כבודי עור, id est, Splendorè vultus quo Mosè radiaret: propterea dicunt faciem Mosè vt Solem enituisse: Iosue vero vt Lunam, quanquam & de alia gloria intelligendum sit. Quamobrem melius hæc apud nos sententia exprimitur, quàm apud Græcos, η δόσεις τω δεξαω εν αυτω, id est, Et pones gloriam tuam super ipsum: videntur enim non animaduertisse præpositionem de, aut ex, quæ de toro demit.

Eleazar sacerdos consulat Dominum.] ושמאל לו במשפט חאורי לפני יהוה, hoc est, Et postulabit pro eo iudicium veritatis, aut certitudinis, aut illuminationis, coram Domino: quod exponit Hebræi, cum bellum suscipiendũ est, cum pax ineunda, de his, inquit, consulat Eleazar Dominum. Nam vrim, hoc loco doctrinam, siue illuminationè, siue declarationè significat, sicut retro de inscriptione nominis tetragramaton dicebatur, quod nomen vocauit vrim, quia per illud sacerdos illustrabatur, edocebaturque: duciturq; ab אור, id est, Lux, & in casu plurium vrim. Quo significatur veritas & rerum certissima perceptio, quã à Deo accipiebat sacerdos. Hæc igitur huius vocis sententia est, quæ obscurissime, & minime proprie à Septuaginta reddita est, η εαρωτησασιν αυτω, τιω κρισιν τω δηλων εναντι αυτου, id est, Et sciscitabuntur ex eo, iudicium manifestorum coram Domino: tot errata quot verba. Primũ tota sententia peruersa est, quia ita eam verterunt, vt innuerent, filios Israèl interrogaturos ipsum Eleazarum & petituros ex eo rerũ veritatem: non Eleazarũ Dominum. Deinde quo modo, per plurale transtulerunt, quod erat in cõtextu Hebraico singulare? præterea quòd verterint vrim, τω δελα, forte ferendum est, si tamen sit adeo clarum, quantum necesse sit: præterea quod vocem εαω, id est, iudicium, non inmutarint, non arbitror esse prudenter factum. Quamobrem, cum omnibus hisce verbis non aliud intelligendum sit, quàm quod vertit Hieronymus, non possumus non mirifice eius prudentiã, iudiciũque cõmendare.

Holocaustū
sepicernū.
ἐνδελε-
χισμός.

Holocaustum sempiternum.] Atque hoc illud holocaustum est, quod Græce vocatur ἐνδελεχισμός, quasi dixeris perpetuitas, continuatio, qua perpetuum sacrificium nunquam intermitteretur, ut continuus esset Dei erga genus humanum amor, qui propter sacrificium illud perpetuum ab eis non recedebat, ut esset iustissima Dei ad illos affectio, quod nunquam eius inter homines abesset memoria, quæ sacrificio repræsentabatur.

In calendis.] Sicut etiam præclare Septuaginta ἐν νεμυνίαις, id est, in nouiluniis: siquidem menses ad lunæ exortum obseruabant, atque etiam si mensis non inchoante luna inchoaretur, non propterea sacrificabant, sed nouilunium expectabant, nihil curantes, etiam si iam mensis cœpisset. Ita & omnes dies festos ac celebres agebant, obseruato cursu lunæ. Atque hoc est, quod quintadecima dies mēsis, quo celebrant pascha, raro cum nostris mē-sibus conuenit, atque ille mensis apud illos modo est Martius, modo Aprilis, non quod mutetur festum, sed quia menses ad lunæ exortum non semper apud nos inchoantur, quæ in festis, ab eis obseruatur, propterea dictum est Genesi capite primo, lunam in signum solennitatum, dierumque festorum futuram.

Decimam decimæ.] Non est opus vt repetatur decimæ, sed Hebraicus loquēdi modus est vt dicatur עשר עשר, hoc est, decimam decimam, id est, quolibet decima, cuiuslibet agno. Nam decimam decimæ suspectum fortè esset, & in alium sensum acciperetur. Septuaginta ποιήσεις δέχεται τὸ ἀμὲν τῷ ἐνί. id est, Facies decimam agno vno, præclare quidem subtracta vna dictione.

Præter holocaustum matutinum.] Excepto, inquit, hoc sacrificio, illa offeretis. Non enim intermittendū est illud iuge sacrificium propterea quod sacrificantur etiam alia, sed hoc erit perpetuū. Quod apertissime declarat ex ipso contextu Hebraico. Excepto, inquit, matutino sacrificio מִלְּמָנָהּ עֲשֶׂה, id est, facietis hæc, quæ modo præcepta sunt: quod ponitur etiam ab Septuaginta ποιήσετε ταῦτα, hæc facietis.

ἵψα
ἐλοισύ-
τομα.
Holocaustū

In fomitem ignis.] ἵψα ἵψα, id est, panis sacrificij: nam ψα, icet significet ignē ἵψα tamēn sacrificium intelligimus, Quod Græci vocant ἐλοισύτομα, id est, perfectum, penitus exustum. Nequid igitur erroris afferret tralatio, alterum hoc subiecimus. Fomitem ergo vel panem sacrificij dixit, quia sacrificium tanquam panis Deo exhibetur: vino etiam adiecto, & sacrificium quasi quidam panis est, quo suam erga Deum voluntatem ostendunt homines. Licet igitur sacrificiū igni exureretur, non propterea dicendū fuerat in fomité ignis. Quia fomes ad sacrificiū, non ad ignem spectat, & sacrificiū non fomes, sed panis appellatū est, quasi sacer & diuinus panis, quo quasi ab hominibus oblato vescitur Deus.

Expletis hebdomadibus.] εἰς ἑβδόμεναις hoc est, In hebdomadibus vestris: his scilicet quinque hebdomadibus, quas præceperat ab expletis azymorum diebus numerari. Quo numero euoluto dies primitiarum celebrari iussit, atque hoc optime explicuit Hieronymus. Quod nō ita apud Septuag. καὶ τῆς ἡμέρας τῆς ἑβδόμης, ὅταν ἐπιφύγητε θυσίαν νέαν κλεῖω, τῆς ἑβδομάδου, hoc est, In die nouorum cum offeretis sacrificiū nouum Domino, hebdomadū. Quis enim id facile intelligeret, nisi ad fontem ipsum recurreret: in nostra vero additione nulla difficultas, quia interpres intellexit quibus esset verbis ea declaranda sententia.

CAPVT XXIX.

Prima dies.] Nisi quis sciret apud Hebræos vnum accipi pro eo quod est primum, facile in errorem, additionem Septuaginta secutus laboretur, qui hoc modo reddiderunt, καὶ τῷ μνη τῷ ἑβδομῷ μῖα τῷ μῖνός, id est, Et mēse septimo, vna mēsis. Non enim tam de prima, quam reliquis omnibus diebus id intelligeret: quod prudenter vitauit Hieronymus. Deinde & in eo Hebraicam phrasin sequi non erat necesse, vt diem tacerent, dicentes vna mēsis: quod tamen si omitatur in lingua Hebræa, in nostra tamen aut Græca, mutilum ac mancum videretur.

ἔργον λα-
τρευτῶν.
χρηροποι-
ται.
ὄργια ser-
uile.

Omne opus seruale.] Etiam hoc apud Septuaginta annotandum fuerat: non enim recte vertitur apud eos opus seruale, in id quod est, ἔργον λατρευτῶν, nam cum λατρεύειν, colere significet, non manibus operari, omnis vtique arbitraretur λατρευτῶν id significare quod ad cultum obsequiumque spectat: quod non prohibetur in die festo fieri: nam ἔργον λατρευτῶν dicerem ipse esse ecclesias adire, sacrificare, orationibus insistere, atque id genus alia propria vero & significatissima vox quæ eam rem apud Græcos exprimeret, erat χρηροποιήται, id est quod manibus fit, atque hoc prohibetur Hebræi facere, vt rebus diuinis expediti vacarēt. Omnes autē plurimū interesse cognoscēt inter λατρευτῶν, & χρηροποιήταιν. æqui vocatio

Avocatio vero sefellit Septuaginta: siquidem apud Hebræos נִזְבָּה, vtrunquē seruitium significat, scilicet diuinum & humanum, hoc est opificium fabreficium: & נִזְבָּה, dicitur diuinus cultus: & aliud exercitationis genus: at non ita fortasse apud Græcos significaret λατρεύειν, sed illud diuinum exercitiū tantum, vel si humanum, non tamen id quod corporis & manuum agitatione fit, & quod diximus χρηροποιήταιν: hæc quidem poterant alibi annotari, sed non adeo ad nos pertinere animaduertebamus.

Dies tubæ & clangoris.] Quod eleganter Septuaginta ἡμέρα σημασίας, id est, dies signi, aut nuncij, aut annunciandi: quod per tubæ clangorem fiebat.

Tres decimas.] τριῶν εἰς id est, Duæ decimæ: duo enim erant arietes, cuique vna decima dabatur, τριῶν εἰς ἑκατὸν. Nam & Septuaginta cum Hebraico sentiunt δύο δέχεται τὸ κριὸν τῷ ἐνί. id est, Duæ decimæ, arietī vnō.

Die octauo qui est celeberrimus.] ἡμέρα, id est, In quo fit cœtus, congregatio populi, conuētus. Eo, inquit, die, omnes ad diem festum conuenietis: quod Lxx. paulo obcurius vertunt ἡμέρα τῆς ὀγδοῦ ἑξῆδιον ἑταῖ. Hoc est, Octaua die exitus est, egressio est, & quasi processus.

CAPVT XXX.

Vt constrinxerit se iuramento.] ἵψα ἵψα ἵψα, id est, Vt constringat super animā suam iuramentum: hoc est, vt recipiat super se iuramentum: Animā enim suā, pro seipso ponitur. Qui, inquit, addixit se iuramento, aut se sacramento alligauit. Quare non redditur is locus apud Septuaginta ἢ δέλοισται ὁλοισύτομα ἢ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. id est, Vel diffinierit, aut inclusit inclusione de anima sua: nam super animam suam in contextu non significat, de anima sua, sed seipsum. Puto quòque pro eo quod legitur δέλοισται, legendum potius esse ὀρίλοισται.

Voti rea erit.] id est, Voto soluendo obstringetur, debet votum soluere, parte eius permittente. Sicut interpretantur & Lxx. τήσονται πάσαι ἐνχαὶ αὐτοῦ, id est, Stabunt omnia vota eius, exoluenda erunt.

Nec obnoxia tenebitur sponsioni.] Deest hoc loco hæc particula ἢ ἢ ἢ ἢ, hoc est, Et Dominus miserebitur eius. Remittet, inquit, Deus ei votum quod vouit. Non reputabitur scelus: sicut optime & Lxx. καὶ κλέος καθάξει αὐτοῦ, hoc est, Et Dominus eam expiatam habeat, peccato & sceleri non obnoxiam.

Per ieiunium affligat animam.] Præclare explicuit quod erat fere dubium in contextu. ἵψα ἵψα, id est, Si vouit vt affligeret animam. Affligere enim pro abstinere sumitur: & afflicto, abstinencia, pœnitencia, quæ maxime fit per ieiunium, licet & per alia. Quare animæ, id est, suimet afflicto; accepta Deo est: veluti si à cibis, à voluptatibus, à rebus delicatissimis abstinemus: non tam quod mala ea per se sint, nam bene vtentibus mala esse non possunt, quam vt ab hisce abstinentes, quendam erga Deum amorem ostendamus: quia propter ipsum, ab his quæ nos maxime oblectent, temperamus. Qui enim plus amat, pluribus id ostendit argumentis. Totaque humanæ naturæ dignitas in eo est posita, vt Deum totis viribus diligamus, ex quo veluti fonte reliquæ funduntur virtutes. Quare in hisce votis, id datur opera, vt nostram erga Deum charitatem ostendamus, cui nostras voluptates quasi consecramus, quæ certe diuina est oblatio. Vxorem quidem ducere non malum est, sed si quis ab hac voluptate propter Deum temperet, eique suam deuoueat castitatem, faciet is deorum acceptissimam. Sed hæc omnia, sicut si aliis virtutibus adiuncta sint, odore suauissimo replent omnia: ita si quis ea cæteris virtutibus seiuncta possederit, nihil profunt. Iniqui enim hominis, & maluoli, & obtrectatoris ieiunium non modo Deo acceptum non est, verum etiam est illi iniuissimum & abhominabile. Solemus enim eo plerumque errore decipi, vt si solis ritibus pietatem peragamus, satisfacisse nos credamus. Sed nos sacræ doctæ litteræ, Deum his nudis ac solis non esse contentum, sed eum animum atque affectum adesse oportere, quo illa reperta sint.

Affligere
abstinere.

CAPVT XXXI.

Reliqua vero utensilia.] Non est hoc, ab illo superiore distinguendum, quod videlicet scortum, hanc prædam & scorsū illam tulerint. Sed eundem in locum omnia comportarunt in campestribus Moab, vbi erat Moses cum vniuersa multitudine. Quod etiam apud Septuaginta declaratur. Eodem quoque in loco erant castra & Moses cum Elcazaro, quod videtur distinguere Hieronymus.

Etiā in parvulis.] Quod sępius annotauimus, sęper existimasse. Septuaginta 70, id est, Parvulus, significare supellectilem, etiam hoc loco videre licet: quod enim vertit Hieronymus etiam in parvulis, illi εν παση απαρτια, id est, cum omni celeritate, aut perfectione, aut cum omni dependentia & supellectili. Deinde vbi dicitur puellas & omnes foeminas virgines, & Hebraice בנות הטהרות hoc est, Omne puerile inter foeminas aut omnis puella, illi 70 παση των απαρτια των γυναικων, hoc est, & omnem supellectilem foeminarum. Quam absurditatem etiam ipsa verba ostendunt: non enim supellex interficitur, aut non interficitur, quod illi vocabuli imperitia fateri coacti sunt. Verum in maximis viris, non sunt minima obseruanda, quia & vltro fortasse coniuerunt.

Dextralia.] Quod Rabbi Salomon dicit esse, id est, ornamentum. Sequitur vero noster interpres Septuaginta δεξια, id est, Dextrale, aut quod circa dextram inuoluitur: quod Ambrosius dextro cherium appellasse videtur: alibi in aures vertit Hieronymus.

Periscelides.] vox Gręca, α περιελος, id est, circum, & σκελος, crus. Crurium enim ornamenta sunt, atque ita etiam exponitur ab Hebraeis. Sed Septuaginta diuersius περιελος reddiderunt: hoc est, Brachialia, vt exponit Suidas, qui hoc dicit esse ornamentum brachiorum, Verum hęc, non adeo magni faciendae sunt: Nam in eiusmodi rebus dissentire facile fuit.

In diuersis specibus.] hoc est, omne vas opificij, aut omne vas fabrefactum, omne genus vasorum, crateres, phialę, cyathi, calices, aurea argenteaque vniuersa. Hoc fortasse in nostra additione obscurius, diuersę enim species, non ad opificia, sed aliud aliquid referretur, atque hoc clarissime explicatur apud Septuaginta παν σκελος εργασιμων, id est, omne vas fabrefactum, aut calatum: nam εργασιμων περιελος, in oratione Socratis ad Nicoclem, aurum calatum seu fabrefactum significat.

C A P V T XXXII.

Pecus animalibus alendis terris.] Quod erat inuolutum, & inelegans Hebraice, fecit venustissimũ, sic enim legitur מקנה מקנה מקנה מקנה, Hoc est, Et ecce locus, locus peculij, aut pecoris. Propterea Septuaginta, nihil verbis immutatis, non secus interpretati sunt 70 εν το ποσο, ποπος περιελος, id est, Et erat locus, locus pecoribus: Illud quoque in eis obseruatione dignũ duximus, quia non videntur distinxisse casum qui apud Hebręos datiuus esse potest, & genitiuus. Hoc autem loco proculdubio erat genitiuus. Nam dicendo, Ille locus erat pecoribus, suspicaremur eum à pecoribus possideri. Quare additione Hieronymi nihil potest dici venustius. Explicant autem post Septuaginta, longe apertius κτηνοτροφον, eundem locum nuncupantes.

Habemus iumenta plurima.] Fortasse legendũ esset armenta, cui proprie correspondet 70 αρματα, & κτηνος Gręcum: licet hoc magis pecus significet.

Cur subuertitis mentes.] hoc est, Quare retrahitis, reuocatis cor: quod prudenter vertit in mētes, nam non tam apud omnes constat, an principatus sit cordi tribuendus. Immutatum quoque à Septuaginta est διανοιας, id est, cogitationes, animum, mentem.

Subuertunt cor.] Cum idem sit hoc loco verbum, quod & paulo ante, & Hieronymus eodem Latino ipsum expresserit, Septuaginta tamen non eodem. Primum enim verterunt εναντι 70 εναντι εναντι εναντι, id est, cur subuertitis mentes? Hic vero 70 εναντι εναντι εναντι εναντι, id est, & recedere fecerunt cor, auerterunt. Potest enim eadē sententia, variis modis explicari.

Si videbunt.] Annotauimus sępenumero, pleraque in euangelis & epistolis Apostolorum, aliisque noui testamenti voluminibus, obscura inueniri, propter locutiones Hebraicas, quę aliud apud illos, aliud apud nos sonent. Quis enim exempli causa, eorum qui minus affluenti sunt, intelligeret, si, sumi apud eos pro eo quod est, non: non dico sęper, sed maxime quando iurant. Raróque inuenies apud Septuaginta permutari, si, in non, apud Hieronymum frequentissime. Igitur & locus ille: si introibunt in requiem meam, secundũ morem Hebraicum accipiendus est, pro eo quod est non. Et illud: sęmel iurari, si David mentiar, id est, non mentiar: & alia complura, quę nos suis annotare locis non pigebit. Quare, si, pro non accipitur hoc loco. Quod neque Septuaginta permutauerunt. 70 αμωσσε λεγων, ει εβουρα οι ανθρωποι ετοι την γην, id est, iurauit dicens, si viderint homines hi terram.

Et noluerunt sequi me.] Non impleuerunt post me. Etiam hęc locutio Hebraica est, quã nisi tam Septuaginta quã Hieronymus immutassent, fuisset obscurior sententia. Implere igitur post quem, est apud illos consequi, cuiusque voluntate præcedente quasi subsequi, perficere quę imperantur. Septuaginta vt dixi & ipsi prudenter immutauerunt.

Si pro non apud Heb.

Implere Hebr. quomodo accipitur.

Arunt. & 70 (αυτωσ λαθησαν οπισσω μου, id est, Non enim secuti sunt post me. Hęc tamen exigua sunt, non inutilia tamen esse noscentur ad intelligenda maiora.

Cenezum.] Quod existimo cũ Hieronymo, esse nomen familiae, vt etiam ipsa nominis forma indicat. Quę enim in Iod apud eos desinunt, ferè gentilia sunt. Sicut Israēli, id est, Israēlita, & Romigi Romanus, & Nozri Nazareus. Iauani Gręcus: ita & hoc loco Chenizi nomen gentile est, ac familiae. Quare dissentio à Septuaginta, qui hoc tanquam appellatiuum transtulerunt. 70 χαλεβ υιος ιερθων ο αλεγερωσμενος, id est, Chaleb filius Iephtoni, abiunctus, ac diuisus: quod quorsum tendat, medius fidius non video.

Circumdaxit eum.] hoc est, Et vagari eos fecit, instabiles esse: sicut dicitur de Chain, cuius instabilitas eodem nomine significata est, cũ dicitur, Ερις, 70 id est, In motu sęper & instabilis. Per quadraginta annos stationes mutabat in deserto, donec paulatim pessima illa natio aboleretur, nouumque genus surgeret. Septuaginta hanc instabilitatem, & volubilitatem verbo significantissimo expresserunt, à nomine ρομβος, Rhombus, sine piscis sit, sive figura, eius similitudinem imitans, sive rota, quam circumducentes nent mulierculę, verbum fingentes, hoc modo. 70 70 περιελος αυτους εν τη ερημω πεσαρμονα ετη, id est, Et circumuoluit eos per desertum, annos quadraginta.

Incrementa & alumni &c.] hoc est, Incrementum, multiplicatio, multitudo, quod non tam aperte à Septuaginta vertitur αυτηματα ανθρωπων αμαρτανων, id est, commistio peccantium hominum.

Causa necis eritis.] hoc est, Interficietis, corrupetis, deuasabit, sicut prudentissime interpretatus est Hieronymus. At Septuaginta paulo secus 70 εννομισητε εις ελλω των ζωων, id est, & delinquetis in totam multitudinem hanc. Nam hoc non repręsentat necem illam, ac ruinam & vastitatem, sed potius delictum. Innuiturque ex eo, offensuros eos esse omnem multitudinem, cũ ad interitum & cladem pertineat.

Paruulis nostris vrbes.] Consuetus error apud Septuaginta, pro paruulis supellectilem ponentes, 70 παλαις των αποσκευων ημων, id est, Et vrbes supellectili nostrę.

Nos autem armati & accincti.] hoc est, festinantes, propti: vnde & sensum appellant Hebręi, 70 εν συνεχεια, quod non sit aliud sensus, quã quidam continuus motus, ac viuacitas, quę in motu consistit: hoc vltimum omiserunt Septuaginta.

Ante filios Israēl.] Elegantissime Septua. vno nomine, 70 εν προφωλακι, id est, prima acies, primi custodes. Vno enim verbo exprimere non possumus.

Dixeruntque filij Gad.] Obseruatione dignum hoc loco apud Hebręos existimo, quoniam nomen pluralis numeri, cum voce verbi singulari construitur, quod perraro fit. Et confirmat eam sententiam, qua diximus Elohim, id est Deos, construi cum voce verbi singulari, qua dicitur, dij creauit, eoque significari tres personas, licet vnico verbo includantur. Ostenditque hoc etiam ex consuetudine loquendi Hebręorum posse. Hoc enim loco habetur 70 בני ראובן, id est, Et dixit filij Gad, & filij Ruben: pro eo quod dicendum esset, & dixerunt: atque hoc annotari vehementer velim.

Præcepit ergo Moyses.] Nihil dissentit ab Hebraico, 70 ויאמר משה, id est, & præcepit eis, quod postea reperitur, & dixit ad eos, Atque illud est præceptum. Septuaginta vero hoc in aliam sententiam acceperunt, putantes illud, præcepit, significare potius præfecit, constituit, hoc modo, 70 70 εναντι αυτους μωυσσε ελεαζαρ τον ιερα, & ιησεν υιον νεαυ, & τοις αρχοντες των πατριων, hoc est, Et præfecit eis Moyses Eleazarum sacerdotem, & Iosue filium Naue, & principes familiarum. Verum hęc, vt dixi, non est sententia, & non hoc dicitur. Fefellit eos, quia separatim ponitur, præcepit, & dixit.

Inter vos habitandi accipiant loca.] Huc adiecta est in codicibus Septua. tota hęc periodus. Si, inquit, armati vobiscum transire noluerint, 70 εβουρατε την αποσκευαν αυτων, & τοις γυναικας αυτων, & τα κτηνη αυτων περιελος εις την χανααν, hoc est, Transportate supellectilem eorum, & eorum vxores & pecora ante vos in terram Chanaan. Quę clausula hoc loco non habetur, adiecta fortasse ex alio loco, aut ab ipsis interpretibus studiosè addita, vt explicarent, quę sibi viderentur. Sed an recte factum sit, non affirmo.

Per circuitum.] hoc est, in confiniis, in terminis, in vltimis locis. Vrbes, inquit, quę vltimis in locis regionis erant positę: quanquam additur, 70 70, id est, per circuitum. Septuaginta ferè & ipsi id ipsum significant, sed aliis verbis, 70 εν τοις ορεισιν αυτοις, id est, vna cum ipsis finibus.

Iegbaha.] Hoc Septuaginta non vrbes esse nomen existimarunt, sed verbum potius.

ρομβος Rhombus.

στην Sensus.

Dixit filij Gad, singulari pro plurali.

Nam Gaba exaltare significat, & Ghebah collis dicitur. Itaque verterunt, *גבא גבה* *אזתא*, id est, Et exaltarunt ipsas, loco eius quod vertit noster interpres Iegbaha. Sed ipsa littera eos docere debuerant, littera enim finalis, he, nomen foemininum esse demonstrat. Deinde nescio quo modo non viderint non esse vocem pluralem, neque posse interpretari exaltarunt, sed potius exaltauit mulier: nam vox foeminina est.

Porrò filij Machir. Septuaginta nec de pluribus scribunt filiis Machir, cum Hebraice scriptum sit, *בני מאכיר* id est, filij Machir, & eius quem ponunt, nomen etiam explicant, quod non fit in contextu Hebraico, *אשר יוסף מאכיר*, id est, Et profectus est Vr filius Machir. Sed per errorem positum esse Vr existimo, cum de pluribus sit hoc intelligendum, imò omnibus filiis & natis ex stirpe Machir.

CAPVT XXXIII.

Vista castrorum loca. Hæc omnia posita sunt ad explicationem huius vocis Hebraice *מחנותיהם* hoc est, Egressiones eorum. Descripsit inquit, Moses egressiones, aut eorum mansiones, dum è castris egrederentur, describebat mansionem præteritam: quod non vsque adeo perspicue reddiderunt Septuaginta, *אשר יוסף מאכיר*, id est, descripsit Moses castrorum motiones. Sic enim necesse est interpretari *אשר יוסף מאכיר*, id est, soluo, tollo, solum verito.

Manu excelsa. *יד רמה* id est, in manu excelsa, elata: hoc est, hostium maximo terrore. Magno apparatu, admiratione omnium maxima, quæ omnia sub locutione Hebraica significantur.

Exercuerat vltionem. *שפטי* id est, iudicia: iudicauerat enim de diis Ægyptiorum vt derentur. Ad quorum inuocationem creduntur magi suas perfecisse incantationes: verum Deus de ipsis, iuxta eorum mendacem naturam iudicauit, meritisque addixit supplicii, ac decori, vt ostenderentur non esse dii. Dicunt etiam nonnulli hoc ad cornigerum Hammonem pertinere, quem Ægyptij honore præcipuo venerabantur, ad cuius diuinitatem infringendam, Deum Hebrais agnum comedere iussisse, vt commonstraret eum non esse Deum, quem Hebraei absumerent. Verum hoc nescio an verum sit. Euangelium aperte protestatur, agnum in figuram esse immolatum, vt eo, verus agnus immolandus significaretur, non vt dii Ægyptiorum eo infringentur, ac mystice significarentur. Sed puto ad aliud pertinere cum dicitur, In Deos eorum exercuisse vltionem. Et quoniam nō explicatur in sacris litteris, possumus sapienter inquirere, non temere nostras cogitationes asserentes, sed eas veris comprobationes munientes. Septuaginta & ipsi vltionem interpretantur, *עוון* id est, *עוון* id est, In diis eorum fecit vltionem.

Hammon corniger Ægyptiorum.

Quæ est in extremis finibus. *בקצה המדבר* Hoc est, In fine solitudinis: quod Septuaginta longe secus interpretati sunt, propter vocabuli ambiguitatem: nam *קצה* aliquando extremum, aliquando partem significat, sed eam partem, quæ denotat extremitatem, id est, detractionem, abscissionem. Ergo Septuaginta sic vertunt *בקצה המדבר*, id est, quæ est quædam pars solitudinis. Sed dicendum esse, non partem, sed finem, indicio est omnis locus, vbi eius vocis vsus incidit, vt illud: Finis omnis carnis venit, vbi est præsens vox *קצה*. Et paulo post, *בקצה המדבר* id est, In fine terræ Edom, quod Septuaginta, *אצל המדבר*, verterunt, id est, propè terram Edom, aliaque id genus innumera.

In mara. Septuaginta vocis interpretationem posuerunt, *אצל המרה*, id est, in amaritudine, aut amaritudinibus. Sic enim eum locum Hebraei vocant, ab aquarum amaritudine.

Septuaginta palmae. Nihil refert quod Septuaginta scribant, *אצל המרה*, id est, trunci palmarum, aut stipites, cum Hebraice in contextu non habeatur, ad explicationem enim additum est.

Confringite titulos. *שברו את הטיטות* id est, delubra eorum: vbi diis suis orationes faciebant, vt interpretatur Chaldaica æditio, *בית תפלת* id est, Domum orationis, aut genuflexionis eorum. Vcl titulos, hoc est, acervos lapidum super quos adorabant, vt interpretatur Rabbi Salomon. Sicut varia erat earum gentium superstitio, à demonibus reperta, atque ideo plerumque irrationabilis. Septuaginta quoque recte & secundum æditionem Chaldaicam interpretantur *אצל המרה*, id est, speculas eorum, locos extantes, alij dixerunt spectacula in lapidibus exsculpta.

Statuas comminuite. *אצל המרה* id est, Imagines conflatórias, aut areas, aut fusas ad caminum, & id genus, quæ fiunt multis argenteis, aut aureis rebus in vnũ conflatas, & per ignem liquefactas.

A liquefactis: quod & præclare Septuaginta, *אצל המרה* hoc est, Et eorum simulachra, ad fornacem fusa. Ita enim necesse est *אצל המרה* interpretari.

Et omnia excelsa. *אצל המרה* id est, excelsa. Quod & de collibus, æditisque locis potest intelligi, vbi diis suis lucos consecrabant, in eorumque medio delubra statuebant, ibique eos venerabantur: aut certe refertur ad columnas excelsas, super quas idola ponebant in æditissimo loco, vt inde dii conspicerentur, & ab omnibus adorarentur, venerabilioresque viderentur: hoc postremum senserunt Septuaginta, transferentes, *אצל המרה* id est, *אצל המרה*, id est, Et omnes columnas eorum auferte, quod & eo comprobatur. Dicitur enim hic in contextu, Excelsa eorum confringite, Hebraice *שברו את המרה* Confringere vero de collibus ac lucis non diceretur: quamobrem videtur ad columnas, signa, titulos, vbi Deorum essent erectæ imagines omnino pertinere. Quod vero Deos in cacumine montium colerent, manifestum est Deuteronomij cap. xij. Vbi Deus præcepit Hebraeis, vt cum ad terram promissam peruenissent, omnes locos idololatriæ destruerent, vbi sic ait, Destruite, inquit, omnes locos, vbi gentes adorant, *אצל המרה* hoc est, Deos suos super montes excelsos & colles, & sub omni arbore virenti.

Erunt vobis quasi clauis. *אצל המרה* Quod etiã Hebraei clauos interpretantur. Per aliud enim notius exponens Rabbi Salomon ait, erunt vobis, *אצל המרה* id est, in clauos, aut tanquam clauis. Nec absunt ab hac sententia, & Septuaginta, *אצל המרה* id est, erunt stimuli, cruces, in oculis vestris.

Et lanceæ in lateribus. *אצל המרה* id est, In spinas, vt exponunt Hebraei, Rabbi enim Salomon exponens hoc, scribit, erunt vobis in spinas, vt sepiant, & egrediendi & ingrediendi facultatem vobis adimant. Regio vestra circumuallabitur his hostibus, vt vos egredientes extra vestros limites ilico excipiant. Videtur autem & idem innuere Hieronymus, licet aliis verbis, in qua re etiam Septuaginta secutus est, qui & ipsi *אצל המרה* id est, Et iacula, aut lanceæ erunt vobis ad latera.

Et aduersabuntur vobis. *אצל המרה* id est, Et affligent vos, angent, vexabunt, hostiliter in cunctis se gerent, & inimicabuntur vobis, vt ipse noster interpres reddidit, & Septuaginta quos sequutus est, *אצל המרה* id est, Et inimici vobis erunt, atque ita vere accidisse postea cognitum est: nam quos in acquirenda terra reliquissent, hi & ad idololatriam, & ad pessimos quosque ritus ac mores eos pellexerunt: ex quo & illud consequabatur, vt à Deo derelicti, miserabiliter ab eisdem affligerentur, quos corruptelarum & impietatum magistris habuissent. Ita verbum domini manet in æternum, nec vlla potest ratione inimitari, quia firmissima est rerum, cum suis causis appressio, & expressio, quæ sensim per suos ordines explicatur.

Id est, 40.

CAPVT XXXIIII.

Ars meridiana. *אצל המרה* Hoc est, ora, extremitas, terminus meridionalis, seu à meridie: nam pars meridiana de confinibus ac terminis, nō fortasse intelligeretur, quamquam & Septuaginta in eum modum transtulerint, *אצל המרה* id est, *אצל המרה*, id est, Et erit vobis latus, quod ad meridiem vergit. Potest etiam stare sententia Hieronymi, propter vocis multiplex significatum.

Per ascensum Scorpionis. Similitudo est. Flectentur inquit termini sicut flectuntur in gyrum Scorpiones: nec loci nomen est, vt existimarunt Septuaginta, sed quædam vt dixi comparatio, quibus libenter sacra scriptura vtitur. Itaque Septuaginta arbitrati nomen esse loci, ipsum Scorpionis nomen pro loco posuerunt *אצל המרה* id est, *אצל המרה*, id est, Et circumscribet vos termini ab Aphrico, ad ascensum acrabini. Acrabini vero Scorpiones Hebraice vocantur, miror profecto hunc lapsum.

Acrabini scorpiones.

Ad montem altissimum. *אצל המרה* id est, Hor montem, de quo sepe retrodictum est. Omititur etiam eius montis nomen apud Septuaginta, propter vocis similitudinem, quæ est inter hor & oros. Ideo scriptores putarunt redundare hor, quasi esset vna syllaba nominis oros, eamque extra contextum eiecerunt.

Ad mare cenereth. Mos sacrarum litterarum est, vt omnem aquarum collectionem mate appellent. Itaque existimo hunc esse lacum, quem nos corrupte vocamus stagnum genazaret, cum cinnereth dicendum sit, vt ex isto loco docemur: neque mare erat, sed lacus. Atque hoc etiam hic innuitur: nam mare ipsum, vocatum est mare magnum. Lacus autem & stagnum mare simpliciter. Nihil ergo refragatur, ne non credamus esse hoc, stagnum cenereth.

Omnis aquarum collectio mare Hebr. Lacus cenereth.

Suoque nomine res esset appellanda, vt à rebus tam sacris, non modo rerum, sed etiam verborum absit corruptela.

CAPVT XXXV.

Ille passuum spatio.] Sicut habet & Hebraicum, מילין אלף id est, Mille cubitos, aut mille passus per circuitum. Qui numerus deprauatus apud Septuaginta legitur...

Cognatus occisi.] Hoc est, in refugium à redimente: vt possit inquit esse refugium is locus ab eo qui sanguinem redimit, quem Hieronymus vult esse cognatum & affinem occisi.

Si quis ferro percusserit.] Hoc est, cum instrumento ferreo: qua voce non solum instrumentum significatur, verum etiam vas: quo factum est, vt non tam proprie verterint Septuaginta...

Hec sempiterna erunt legitima.] In statutum iudicij, per cognationes vestras: quod cum sit elegantissime explicatum ab Hieronymo: à Septuaginta tamen, aut obscure, aut in aliam sententiam est versum...

Homicida sub testibus.] Et hoc elegantissime & ad nostram linguam ab Hieronymo, ver bis etiam paucioribus, quam in Hebraico inueniatur, translaturum. Vocauit enim homicidam, quem contextus Hebraicus...

Ad vnus testimonium.] Hoc quoniam paulo diuersius fortasse videretur, Hebraica ponentur. Hoc est, Et testis vnus non respondebit, in animam ad moriendum, id est, vnus testis non poterit contra quenquam se testem exhibere, vt condemnetur.

Excules & profugi.] Etiam hic præcipitur, ne precium suscipiant ab his, qui ad vrbes illas profugissent, vt eo se redimerent, & ad suas sedes reuerterentur. Deinde & illud, ne ab his etiam precium sumerent, qui quenquam interfecissent, & se ad vrbes illas vellent conferre...

Nepolluatis terram.] Et non polluetis terram, non contaminabitis. Nihil ergo ab Hebraico dissentit, sed Septuaginta nescio quo verbo, id reddiderunt...

CAPVT XXXVI.

T cum iubilans.] Iubilans appellari à verbo Hebraico יביל quo sonitus cornu significatur, nemo ferè est, qui nesciat. Quinquagesimus enim annus, Iubilans vocatus est, quod in eo cornua perstreperent, per omnes vrbes Israël, vt tempus adesse significaretur.

Iubilans unde dicitur

A sit ratio, qua Iubilans vocatur, miror Septuaginta, quod alio modo id vocabulum transtulerint, scilicet ἀφεσις, id est, remissionem: non alia de causa, quam quia anno Iubilans, omnes possessiones cuius locatae, ad suos redibant dominos, & quasi auferri videbantur.

Iubilans ἀλαλάζειν

DEVTERONOMIUM.

CAPVT I.

IN SOLITVDINE campestris.] In deserto, in campo, in planicie: in qua voce conuertenda, eodem lapsu ceciderunt Septuaginta, quo & superius: qui putarunt haraba, scilicet planiciem esse herab, id est vesperum.

Ex Asaret.] Chazerot. Quo nomine etiam velle significatur. Sed hic loci proprium videtur esse, nam & multis ante locis habita de eo loco mentio est.

Vbi auri plurimum est.] Et sufficientia auri: aut, auri copia. Appellatum vero eum locum eo nomine Chaldaica docet editio, quod vitulum ibi conflatilem confecerint Hebraei, collecta maxima monilium, torquium, craterarumque aurearum copia.

Et Libani.] Miror cur hoc Septuaginta transferant antilibanum, id est, antilibanum. Solum enim libanum in contextu ponitur. Negocia vestra & pondus.] Hoc est, Laborem, aut defatigationem vestram, qua, scilicet me defatigatis.

Quorum conuersatio sit probata.] Hoc explicandi gratia ab ipso est interprete additum, cum in contextu nihil eiusmodi sit. Verum existimo cum exposuisse aliis verbis, hanc sententiam scilicet, & cognitos per tribus vestras. Hoc autem modo intelligitur, Eligite per tribus vestras, viros sapientes, prudentes, & perspicaces, ac peritos.

ἀνδρας, σοφεις, ἑπιστημονας, (σωτοεις, id est, viros sapientes: cui respondet Hebraicum חכמים
ficientes, cui correspondet חכמים Deinde perspicaces, aut intelligentes, cui respōdet, חכמים
quare actiua vox est.

Nec accipietis cuiusquam personam.] Deest hoc quod & à Septuaginta est omisum. Paulo
enim ante præcepit, ne faciē cuiusquam in precio haberent, ne ex vultu iudicarent, ne per-
sonarum varietatem in iudicio distinguerent. Nunc autem præcipit, שׁוֹמְרֵי פְנֵי אִישׁ. Hoc
est, nolite pauere à faciē cuiusquam: quæ & vna causa est, vt iudicium deprauetur, minas,
scilicet præpotentium formidare. In huius sententiæ locum, hanc posuerunt Septuaginta
& μὴ ὑποστρέψετε πρόσωπον ἀνθρώπου, id est, ne deprimas faciē hominis. Quod certè paulo
ante dictum est, neque fuerat hic repetendum.

CAPVT II.

Non aliter habent Hebraica יָדַע יְיָ id est, Cognouit iter tuū, aut
inaccessum tuum. Verum tamen nescio quam obrem Septuaginta, & tempus, & perso-
nam immutarunt ἀφ' ἑαυτοῦ πῶς διήλθες τὴν ἔρημον τὴν μεγάλην, Hoc est, cognosce,
perpende, quomodo pertransieris solitudinem magnam. Ecce sententiā penitus variata est,
neque mihi constat, cui tanti errati causam debeam adscribere.

Nihil tibi defuit.] Et istud potest abundè testari, quantum nostra æditio cæteris sit præ-
ferenda: nam is locus cum fuerit vertendus, vt noster indicauit interpretes, Septuaginta pro-
pterea quod penitus Hebraicam phrasin non variant, obscurissimam fecerūt æditionem.
Sic enim habet Hebraicum לֹא חָסַרְתָּ דָבָר. Hoc est, Non eguisti verbo: vbi verbum pro re po-
nitur, de qua re sæpius scripsimus. Septuaginta δὲ ἐπεδήθησ ῥήματος, Hoc est, Non indigui-
sti verbo, cum dicendum fuerit, non indiguiisti cuiusquam, vel non defuit tibi quicquam.
Verbum enim hoc loco, nemo apud Græcos pro re sumendum esse arbitraretur.

Quasi gigantes.] Miror Septuaginta quod vocem Hebraicam qua significantur gigan-
tes, nihil omnino immutarunt. רֵפְהַיִם λογισθησονται καὶ ὄφτοι, id est, Rephain reputabuntur
& hi. Rephain vero gigantes Hebraice vocantur, quos Chaldaica æditio vocat & ipsa
גִּבְרִיִּים id est, Gigantas, qui post Noë, iterum suscitati sunt, & in multis terrarum parti-
bus tam prodigiosa gens repullulauit, maximè in his locis, de quibus hîc fit mentio, vbi
etiam tempellate Dauid gigantes inueniebantur. Ab his natæ sunt omnes fabulæ: apud
Græcos, propter famam & nomen gigantum, & propter vetustatem. Non enim fuit diffi-
cile, vt multa mentirentur posteris de gigantibus, propter temporum longinquitatem, quæ
vêtustati & venerationem adhibet, & sub ea facilius mendacia teguntur. Fiuntq; posteris
credibilia, quia remotissima sunt, & diudicari non possunt. Clarum igitur est, hoc toto
capite testimonium de gigantibus, nec aliæ gentiū desideranda sunt historiæ, quæ omnes
inueniuntur his sanctis litteris multo tempore posteriores, sint quantumlibet vetusta quæ
ab illis proferuntur.

Hodie incipiam dare terrorem.] Etiam hanc vocem non videntur satis Septuaginta intel-
lexisse, in qua & tempus & personam immutarunt. Quis enim apud Hebræos vel medio-
criter eruditus inuenitur, qui nesciat הָיָה vocem futuram esse à verbo, הָיָה id est, Cœpit: F
at Septuaginta faciunt hanc vocem imperatiui ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ ἐν ἄρχῃ δοῦναι τὸν τῆς
σοῦ, καὶ τὸν φόβον σοῦ, Hoc est, Hodie incipe dare terrorem & formidinem tuam: quasi eorū
esset hoc posse facere, & non magis ipsius Dei, atque ita tota sententiā peruertitur. Hæc
certe, sine culpa dissimulare non possumus: nec propter summam, quam Septuaginta viris
illis habere debemus reuerentiā, non hæc adducenda sunt.

Viris ac mulieribus & paruulis.] Hoc tandem loco respiscunt Septuaginta, taf, non iam
supellectilem vertentes, sed filios. καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν, Hoc est, Et filios eorum. Quam obrem
miror cur & in cæteris non sit id ab eis animaduersum.

Non reliquimus quicquam.] שְׁרִיר id est, Reliquias, nihil quod superstes foret. Verum
Septuaginta nescio cur sic verterint ἢ κατελίπομεν ζώζον, id est, non reliquimus captiu-
um. Cum vox Hebraica ad omnes reliquias, non tam hominum, quàm rerum reliqua-
rum pertineat.

CAPVT III.

Mnes vrbes quæ sunt in planicie.] כל ערי מישור id est, omnes vrbes Mishor, quo nomine
putauit Hieronymus planiciem intelligi, nam Ias har, rectum planumque significat,
vnde Mishor reſtitutio, æquor, planicies. At Septua. nomen esse loci sunt arbitrati,
& quia proprio locorum, vrbiumq; nomina, non possunt aliter transferri, immutatū manet
hoc

Rephaim,
Gigantes.

A hoc apud eos πᾶσαι πόλεις μισορ, omnes vrbes Mishor. Quid autem sit verisimilius, dicerem
vtrunque nos existimare posse. Aeditio Chaldaica, vt proprium loci nomen interpretatur
משור nihil Hebraica voce immutata.

In Rabath filiorum.] רַבָּתִי. Videturque esse loci proprium nomen, quod non videntur
sensisse Septuaginta. Rabath vero etiam si loci nomen non esset, nequaquam tamen signi-
ficaret, quod putarunt Septuaginta. Eius enim significatio esset, multa, vel copiosa. Hi vero
יְדֵי אִמְמָן עַל תִּי אֶכְרַע תַּוְנֵי אֵלֶּיךָ אֲמָמָן, Hoc est, Ecce ipse lectus in cacumine filiorum Amman.
En Rabath verterunt cacumen, quod Hebraice significat copiam. puto vero potius esse
vrbis nomen.

Vocabatur terra gigantum.] Placet hoc magis, quod Hieronymus verterit per præteri-
tum, quàm vt in futurum spectaret, vt vertunt Septuaginta. Mos enim est linguæ Hebrai-
cæ, quod sæpius admonuimus, vt quoniam præterita imperfecta apud eos non inueniuntur,
substituunt in eorum locum futura: igitur hoc loco יִקְרָא אֶרֶץ גִּבְרִיִּים. Hoc est, Vocabi-
tur terra gigantum: existimandum est esse positum, pro eo quod est, vocabatur: Septua-
gintaque non secundum morem huius linguæ reddidisse, λογισθησεται γη γιγαντων, id est, Terra
gigantum reputabitur. Et quoniam alibi diximus, & dicturi sumus de hac re, non plura
nunc ad comprobationem adducuntur.

Et planiciem solitudinis.] Quam male non sua voce reddiderunt Græci interpretes καὶ ἡ
εὐραβία καὶ ὁ ἰορδάνης, Et haraba & Iordanis: nam haraba planicies, & solitudo Hebraice vo-
B catur, dictumque aliàs de eo est.

Et terminos cænereth.] Quod nomen corruptius, nunc quoque, quàm supra apud Septua-
ginta legitur τὸ μαχενερῶν, Hoc est, à Machenereth: nam in Hebraico, hoc loco Mem ad-
dita, non est de nominis essentia, sed præpositio est, ab, vel de. Quare male nomini adiun-
cta est, quasi eius prima sit syllaba.

Vsq; ad radicem montis Phasga.] Nomen radice nescio qua causa, Septuaginta tanquam
alicuius loci proprium nomen, noluerunt interpretari τὸ ἀσεδὸθ τὴν φασγά, id est, Ab Ase-
doth Phasga: at Asedoth nomen radice est, à sua voce simplici אסעד ced, quod radicem si-
gnificat. Neque vehementer miramur hoc, cum alia quàm plurima eiusmodi errata in
Græcorum inueniantur codicibus.

Oculi tui.] Sicut habet Hebraicum עֵינֶיךָ oculi tui. Quod male in Græcorum codicibus
legitur οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν, id est, oculi vestri, nisi alia ratione hanc varietatem tueamur: nam
cum Iosue illi erat sermo.

Iratusque est dominus.] וַיִּחַר, id est, Iratus est, accensus est. Infinitaque sunt exempla,
quæ ab his etiam afferuntur, qui apud Hebræos dictionaria conficiunt. Quare cum ea sit
verbi significatio, non recte vertitur apud Septuaginta καὶ ὁ κύριος ἔπαυεν ὑμῶν, id
est spreuit me dominus propter vos.

CAPVT IIIII.

Vam ego hodie proponam.] וְאֵת הַיּוֹם id est, Quando coram vobis: vt non respiciat in
futurum, sicut & Septuaginta ἐν ἡμέρᾳ τῇ αὐτῇ ἐνώπιον ὑμῶν σήμερον, Hoc est, Quam ego
do coram vobis hodie. Illud autem est prudenter à nostro interprete factum, quod
dare verterit in id quod est ponere, nam & illud significat dare apud Hebræos, vt est ille
locus. Posuitque ea in firmamento, vbi Hebraicè esset dicendum, dedit.

Ardebat vsque ad celum.] אֵשׁ הָיָה לֵךְ id est, Vsq; ad cor cæli, vsque in cæli meditu-
lium, vsque in penitissimas cæli partes: omisumque fortasse cor est à Septuaginta & Hier-
onymo, propter metaphoræ vehementer alienam similitudinem.

Et nubes & caligo.] Additur huic à Septuaginta φωνὴ μεγάλη, id est, Voce magna, quod
certè est aliunde sumptum. Neque tam magni refert, esse huic adiectum, quod esset alibi
magnopere cauendum.

Et ostendit vobis pactum suum.] וַיִּבְרַח id est, Et annunciauit, vt spectet ad vocē, non aliud.
Sicut & Septuaginta καὶ ἀνήσειλεν ἡμῖν τὸν διαθῆκαυ, Hoc est, Et annúciauit nobis testamentū.

Quæ creauit dominus Deus tuus.] הָיָה id est, Distribuit, diuisit, vt vna quæque stella sua
esset regione posita, terrisque inferiret. Distributaque sunt toto cælo sydera, vt omnibus
gentibus lucem exhibeāt: multaque sunt astra, quæ nostro hemispherio nunquam se osten-
dant. Potest etiam & de Sole ac Luna intelligi, qui omnibus gentibus distributi sunt, per ac-
cessum atque recessum, vt quælibet regio suum ver, hyememque & æstatem habeat, suas
mutante Sole vicissitudines. Dicitur ergo distribuit, siue diuisit, non autem creauit: quem-

admodum habent & Septuaginta & ἀπέπεμε κέλεος ὁ θεός σου, id est, Quæ distribuit domi- nus Deus tuus.

Propter sermones vestros.] על הבריות Mos est Hebræis, vt præpositionem על, quæ, supra, aut propter significat: addant voci ובר. Hoc est, verbo, aut rei, & loco aduerbij totum proferre, neque resolui debet apud nos & Græcos in id quod est, propter verbum tuum, aut sermonem tuum: sed propter te. Quare & hoc loco erat dicendum propter vos, non sermones vestros, ne in errorem laberemur: minus etiam Septuaginta hanc consuetudinem animaduertunt & λέγει ὁ θεός ἐπιμαθή μοι καὶ ἐπὶ λέγει λέγει μὲν ἐπὶ ὑμῶν, Hoc est, Et dominus Deus iratus est mihi, ob ea quæ dicebantur de vobis: sed veritas habet, vt nos diximus.

Humus, Terra.

In hac humo.] בארץ הזאת, id est, In terra ista, ne quid falsi suspicaremur. Humus enim potius ipsam terræ qualitatem repræsentat: at terra, hoc loco & alibi, pro regione sumitur. Septuaginta quoque non humum verterunt, & λέγει ὁ θεός ἐπιμαθή μοι καὶ ἐπὶ λέγει λέγει μὲν ἐπὶ ὑμῶν, Hoc est, Ego enim morior in terra hac.

A summo cali vsque ad summum eius.] והקצה השמים ועד קצה השמים, Hoc est, A fine cæli, vsque ad finem cæli, à loco vbi terminus cælo est, vsque ad alterum terminum. Interroga & perquire inquit ex omnibus gentibus incolentibus à cardine mundi, vsque ad alterum cardinem: Ab vno ad alterum verticem. Erat autem obscurior sententia in nostra æditione, locus vero vt nos diximus verti debet. Imitatus est autem Hieronymus Septuaginta & λέγει ὁ θεός ἐπιμαθή μοι καὶ ἐπὶ λέγει λέγει μὲν ἐπὶ ὑμῶν, Hoc est, Ad summum cæli, vsque summum eius. Ex quibus verbis difficile est vllum sensum elicere. ~~Ex~~ ex eo accidit, quia quod erat finis, terminum verterunt. Nobis autem non omnis terminus est summum. Et potest in aliquo esse finis: vbi non sit summum. Finis enim nostri corporis etiam pedes sunt: quæ pars absurde summum vocaretur. Summum ergo pro extremitate positum est, extremitate dico Ortus, & Occasus: Septentrionis, & Meridiei.

Summum pro extremitate.

Audisti & vidisti.] Veri est simillimum, non vertisse Hieronymum & vidisti: sed, & vixisti. Facilis enim est ab vno ad alterum lapsus, & ipse noster interpret ab Hebraica veritate & Septuaginta minime diffensisset. Est ergo dicendum audisti, & vixisti, vt habent Hebraica שמעת אותי וראית, id est, audisti tu, & vixisti: licet mutetur tempus. Septuaginta quoque, ἀκούσας σου, καὶ ἑώραξας, id est, audisti, & vixisti. Id enim fuit prodigium, vt mortales aures, vocem diuinam exaudirent, & subito pauore non exanimarentur propter vocis magnitudinem, & insolitum clamorem. Simul quod mortali, diuini numinis aduentus, sensum ac vitam sæpenumero eripit. Præsertim si fiat, vt in monte illo accidit: ideo formidabant filij Israël, mortemque si accederent, se incurrere credebant.

Tunc separauit.] Etiam iste locus potest aperte id ostendere, quod sæpius diximus, futura pro præteritis imperfectis in lingua Hebræa vsurpari. Est itaque hoc loco futurum ויבדיל id est, tunc separabit: vice præteriti tamen ponitur, vt ipsa indicat sententia. Hunc loquendi morem omnes obseruare velim, Vchementer enim ad intelligendos Psalmos adiuuabit, in quibus ea sæpe locutio reperitur.

C A P V T V

Non usurpabis nomen Dni tui frustra.] לא ישחית, id est, Inuanum, aut frustra. Hoc est, vt super rebus inanibus, stultis, ac vulgaribus non nominetur, sed in rebus seriis peragendis: serio, non ridicule, non contemptim, non cum ludibrio, & contemptu quodam. Aut certe sic, Non sumes, inquit, in vanum nomen Dei tui, id est non frustra, ac sine fructu, atque in mendaciis: Sed vbi eius nomen fuerit adhibitum, res omnino subsequatur, vt inuocatio diuini nominis sit rerum confirmatio. Frustra vero aut in vanum ab his Dei nomen vsurpatur, qui in negociis transigendis, Deum quidem appellant, sed in mendacio perseverant, nec vllum res accepit momentum per nominis diuini inuocationem. Quo miserrimo & teterrimo flagitio, cum omnes penè contaminati sint, nihil tamè se mali existimant fecisse. Estq; peculiare ipsis Iudæis, in leuissimis quibusque rebus, & ad omne temporis momentum, dicere Badonai, id est, per Deum. Eoque sunt in eo reprehensibiliores, quo singulis penè diebus hoc præceptum, in eorum synagogis frustra, vt alia ad memoriam reuocatur. Septuaginta igitur consone, & ipsi nostræ additioni transferunt, & λέγει, τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου σου ἵνα μὴ ματαιώσῃ, hoc est, non assumes nomen Dei tui, ob rem vanā, aut in vanum. Quare וישחית hoc loco sumitur pro mendacio. Nam & paulo inferius dicitur, Neloquaris contra proximum tuum falsum testimonium, vbi Hebraice, est וישחית hoc est, testis falsus aut vanitatis: & Latinis, vanus mendacem significat.

Vanus, mendax.

Quia

A Quia non erit impunitus.] כי לא ינקם ייחודי, id est, Quia non innoxium habebit Deus, non innocentem, non sine delicto, non sine piaculo. Quod optime & à Septuaginta, & λέγει μὴ κενταλίσῃ κέλεος τὸ λαμβάνοντα, &c. id est, neque enim mundum dominus reputabit, qui summat eius nomen in vanum.

Bos & asinus.] Pro asino Septuaginta posuerunt, & βοῦν, quod ad omnia iumenta ferè pertinet, quorum vtimur ministerio atque labore, ad nostros labores imminuendos. Sed hoc leuissimum est.

Vt requiescat seruus & ancilla sicut tu.] Hoc non solum de his, verum etiam ipsis iumentis dicitur. Sabbatum enim non tam hominibus, quàm iumentis dabat requiem: vt vniuersalis esset requies, eo quod esset id Deo acceptissimum, vt in tanta die, nihil seruitute & labore premeretur. Nihil enim est Deo acceptabilius, quàm vt maxime, quantum fieri possit, ab oppressione aliena temperemus. Hodieque multi apud Maumetenses sunt, qui si nihil aliud, quod bonum videatur, ac pium aliqua die egerint, auiculam saltem extra caueam abire permittant, arbitrati se vel in eo pie facturos: adeo neque illi, quanquam barbari, & stultæ religioni addicti, non intelligunt, quæ summo Deo grata sint. In textu igitur Septuaginta ponitur, vt requiescat seruus & ancilla, καὶ ἡ σκυλίαν σου ἀσπασε κέλεος, id est, Et iumentum tuum, sicut & tu. Quemadmodum habent Hebraica.

Quis det talem eos habere mentem.] Diximus Hebræos hac locutione vti, vice aduerbij vtinam. Vtinam, inquit, talem habeant mentem. Septuaginta & ipsi Phrasin Hebraicam sequuntur, τις δώσει ἕναυ ἕναυ τὸν καρδίας, id est, Quis dabit esse cor eorum?

Et protelentur dies nostri.] Nemo est tam mediocriter eruditus, qui hoc non intelligat, quod & Septuaginta præclare exprefferunt, καὶ μακροήμεροισιτε ἔσθι τῆς γῆς, id est, Et longævifitis super terram. Protelare igitur videtur ex Græco ductum, à pro, hoc est, longe, porrò: & telos, sine. Quasi in longum fines, ac metas temporis proferre.

Protelare, unde dicitur

C A P V T V I

B Ominis Deus tuus.] יהוה אחד, id est, Dominus Deus noster. Quemadmodum & Septuaginta κέλεος ὁ θεός ἡμῶν, κέλεος εἶς, Hoc est, Dominus Deus noster, dominus vnus est. Non est hoc loco silentio prætereundum, quod rabiosus Moses Aegyptius, primus Hebræorum scriptor, carpit Christianos, eosque longa subannatione deridet. Christiani, inquit, colligunt trinitatem ex isto loco. Primum enim tres exprimuntur personæ, cum dicitur dominus Deus, Deus. Ter enim ibi diuinum nomen reperitur, postea innuitur trinitas cum dicitur, vnus est: Productis autem his verbis, multis probris in nos inuehitur. Potuit quidem esse vt aliquis insulsius è nostris, quorum plurimi reperiuntur, id Iudæo illi dixerit: nam multi diuinarum litterarum imperiti, ex his locis trinitatem colligunt, ex quibus colligi non potest. Rursum vbi clarissime ea diuina res exprimitur, nihil eius, in eorum animos penetrat. Primum maxime fit à concionantibus, qui sæpe diuinas extorqueant litteras, dum illud volunt esse figuram illius, & illud alterius. Acciditque vt oculatis in nos Iudæis, ludibrio simus. Tenendam vtique medium esset, vt quæ figuræ præseferunt, figurate interpretentur. Quæ autem in aliud tempus non spectant, non eo extorqueantur. Perquirendumque diligenter, vt vbi de Messia dicitur, attente cognoscamus, vbi autem nihil eiusmodi prædicatur, non violente trahamus. Fit enim ex hac causa, vt scèdissimis fabulis diuinas insciamus litteras. Quam rem maxime vituperat Gregorius Nazanzenus. Erat enim & apud Græcos, genus hominum, quale nostris, & multis ante viguit diebus, qui infinitum quandam figurarum coaceruarunt cumulum, eoque vtuntur ad ostendendum, omnia non tam maxima, quàm minima, fuisse figuris præmonstrata. Ego certe dicerem id non modo esse stultissimum, sed etiam impiissimum. Neque enim hoc dicimus quorundam Germanorum imitati procacitatem, qui sibi, omnibus & diis & hominibus, & humanis, & diuinis rebus maledicendi licentiam vsurparunt, sed vt vituperemus vituperanda. Laudemus autem quæ laude digna sunt. Vt enim Christianus est, qui neque Ariannam diuisionem, neque coniunctionem Sabellinam sequitur: ita vere Christianus, qui neque illorum hominum procacitatem sequitur, neque tamen non reprehendit, quæ reprehensione digna sunt. Potuit igitur esse vt aliquis Christianus, Rabbi Mosi ea dixerit. Verum & illud non est ignotandum, solere plerumque Hebræos, falsa in nos crimina consingere, & res nostras ad vituperandum accommodare. Multaque apud eos reperimus, quæ illi falso asserunt esse nostra. Omninoque ab ea gente est hoc factum, vt nostra dogmata impiissimis contaminarint mendaciis. Eoque sunt ad Christi fidem suscipiendam tardiores.

Rab. Mosi in Christianis nos calumniat.

Habent enim suos scriptores, quibus illi habent fidem: Inveniuntque apud eos nostra summis vituperationibus lacerata, sceleratissimisq; corrupta mendaciis. Dicitur ergo hoc loco, dominus Deus, Eo quod semper in diuinis litteris Deus his duobus nominibus simul coniunctis soleat nuncupari, scilicet E L O H I M, & I H V H, quorum secundum est nome Tetragrammaton, id est, diuinam significans essentiam. Primum vero, id nomen diuinum est, quo eius significatur fortitudo. Puto enim ferè idem esse El, & Eloha. Vbi autem dicitur, Deus vnus est, patet fieri Dei repetitionem, non esse cum duobus illis connumeratū. Possunt autem & alij melius, quàm nos interpretari.

Et mouebuntur inter oculos tuos.] *רעו בן פשוה*. Eruntque in signum inter oculos tuos. Appellant autem Hebræi Totaph, id quod legem in fronte alligant, vt versetur ante illorū oculos: genus hominum dementissimum, qui ritibus tantum, & ceremoniis contenti sint, apud quos sacrilegium, ac flagitium esset, eam ceremoniam non peragere: non obseruare autem, id quod eo ritu innuitur, non esset sacrilegium, imò ne animum quidem ad id aduertunt. Appellarunt autem eiusmodi signa Septuaginta interpretes *אסאלנטא*, hoc est, inconcussa, immota, stabilia, firma. Sic *כי עשוי אסאלנטא קרוב עיניו סע*, hoc est, Et erunt inconcussa ante oculos tuos. Ad præcepta, & instituta id referentes.

Cave ne obliuiscaris.] Interponitur apud Septuaginta hoc quod in contextu minime habetur scilicet, *קפדו על עיניו מן כל אלהות אחרות*, hoc est, Attende tibi, ne dilatetur cor tuum. Est autem ex alio loco sumptum. Dilatari autem cor, apud Hebræos significat, audacia efferri, arrogantem, aut tumidum effici.

CAPVT VII.

Sque ad intermitionem.] Quod LXX. apertissime significant, *אפאנוס אפאנוס*, extinctione extingues. Nunquam vero LXX. illum loquendi morem fugisse videntur, qui creberrimus quidem est apud Hebræos, nobis autem & Græcis penè est absurdus, nisi in alium conuertatur. Apud eos enim eleganter dicitur delctu delebis, moriendo morieris, expectans expectabis. Quod loquendi genus in aliud debet ab interpretibus conuerti, vt fiat expressio, quæ in proprio sit idiomate. Vt hic ab Hieronymo factum est.

Sculptilia comburite.] Quod etiam Septuaginta additis quibusdam clare exprimunt, *קלנו את פסליו ואת פסליו*, id est, sculptilia deorum comburite, addiderunt deorum. Potuit tamen esse, vt alia essent sculptibilia, hominum videlicet, quadrupedum, serpentium, atque reptilium, vt erat apud Aegyptios, qui ibes, ciconias, ichneumonas, crocodilos adorabant, eorūque exprimebant in templis imagines. Verum & hi erant eorum dii.

Peculiaris populus.] *עמם* Quo vocabulo appellatur à philosophantibus Hebræis, quintum prædicabile proprium. Ergo & peculiarem, & proprium populum dicit eum sibi esse, cuius possessio non alium attingat: Eiusque vnus censeatur, vt proprius eius sit: tum quod alterius non est, tum quia ipse non habeat alterum. Vt philosophi de proprio arguantur. Ideo Septuaginta *עמם* esse illi populum excerptum, peculiarem, selectum. Dicitur à *עמם*, id est, supersum, excello, relinquo ex aliis, seligo, seponor.

Vobis iunctus est dominus.] *עמם* Hoc est, Concupiuit dominus vos. Sed & Septuaginta paulo secus, *עמם* id est, præter omnes gentes elegit vos Deus. Neque enim hæc annotamus, vt æditiones emendentur. Sed vt clarius intelligantur, id quod sapius facimus.

Ipsè est Deus fortis.] *עמם*, id est, Deus fortis. Est enim è nominibus diuinis vnum, quo eius fortitudo significatur. Quod non ostenditur à Septuaginta *עמם* hoc est, Et cognosces quod dominus Deus tuus is est Deus. Addendum fuerat fortis, vt in nostra habetur æditione.

Reddens odierantibus se statim.] *עמם*, id est, In faciem eius, qui eum odit. Qui, inquit, odit Deum, in faciem suam, id est, contra ipsum reflectitur eius scelus, atque odium. Deum enim execrantur qui viuunt pessime: in faciem itaque hoc loco, sumitur pro eo quod est, contra ipsum, in ipsum, aduersus eum, qui Deum benedictum, ac gloriosum odit, & aspernatur. Quorum infelix vitæ decursus, & miserrimis casibus est obnoxius, & exitus esse solet atrocissimus, vt tam in hac, quàm in futura vita, merita suorum scelerum expendant supplicia. Septuaginta quoque cum Hebraico consentiunt *עמם* hoc est, Et retribuens his, qui eum odio habent, in faciem, vt eos penitus extinguat.

Fructui

A Fructui ventris tui.] Quam similitudinem Septuaginta non ineleganter immutarunt *עליונות* id est, Benedicet partum ventris tui. Credo enim ab arborum similitudine, fructum ventris dici. Vt enim ab arboribus fructus, ita ab vtero proles. Faciunt id ferè semper Septuaginta.

Fructus ventris.

Non erit apud te sterilis vtriusque sexus.] Ecce hoc nonne elegantissime à nostro interprete mutatum & coartatum est: quod est Hebraice *לך לא יהיה עקרה*, hoc est, Non erit in te, neque infœcundus, neque infœcunda. Quod tamen non mutarunt Septuaginta *לך לא יהיה עקרה*, id est, non erit in vobis infœcundus, neque sterilis, vt autem nostrum interpretem laudamus, ita minime vituperamus istos.

Auferet à te dominus omnem languorem.] Quod non tam proprie Septuaginta *מאליא*, hoc est, Omnem laxitudinem: nam malacia teste etiam Cornelio Cælio, potius laxitudinem quandam corporis significat, quàm grauissimas illas ægritudines, quæ vocabulo Hebraico *מאליא* demonstrantur. De quibus hoc loco scribitur.

מאליא

Deorabis omnes populos.] Sicut habet & Hebraicum *מאליא*, id est, Et comedes, vorabis: neque satis apparet, an præcipiat eis Deus, vt omnes illos populos absumerent, ac delerēt, vt ex his quæ inferuntur apparet. Addit enim non parceret eis oculus tuus: aut ita fore vaticinetur, vt facultates & diuitias eorum populorum adepturi ipsi sint. Si prima stat sententia, non rectè fortè in Græcum is locus versus est, *כי פאגה פאגה* id est, Et comedes spolia gentium. Si secundo sensui adharemus, præclara est Græca additio. Et causa quidem nota est.

Ne sint in ruinam tui.] Sicut habet Hebraicum *מאליא*, id est, Scandalum siue offendiculum, lapsus, fouea, ruina. Septuaginta vero *מאליא* scandalum, offendiculum.

Plagas maximas.] *מאליא*, id est, Tentationes magnas. Sicut & Septuaginta, *מאליא* id est, Tentationes magnas. Ex quo apparet tentationem Hebraice non modo probationem quandam significare, verum etiam afflictionem, vexationem. Quod obseruare operæ precium est.

Tentatio Hebr. quid significet.

Mittet crabrones.] *מאליא*, Quod Hebræi dicunt aliud quoddam esse pestilentis animalis genus. Verum ipsi sunt supra cæteros homines harum rerum imperiti. Septuaginta etiã ipsi crabrones reddiderunt *מאליא* id est, Et crabrones, seu vespas immittere dominus. Quibus magis credendum, quàm omnibus Iudæis.

Non timebis eos.] *מאליא*, id est, Ne paucas, siue ne frangaris à facie illorum. Sicut & Septuaginta *מאליא* id est, Non vulneraberis à facie eorum. Non concides.

Deus magnus & terribilis.] Melius quàm Septuaginta, nam *מאליא* terribilem significat à verbo *מאליא*, id est, timuit. Septuaginta igitur *מאליא* id est, Deus magnus & fortis. Dicendum fuerat *מאליא* eo quod sceleratis apparet formidabilis. Quod & alibi faciunt ipsi Septuaginta. Nam sequenti capite, vbi dicitur in solitudine magna, atque terribili *מאליא* Hebraice, Græce vero *מאליא*.

CAPVT VIII.

At que tentaret.] Sicut habet Hebraicum *מאליא*, id est, Vt tentaret te: sicut & Septuaginta *מאליא* id est, Quod ad declarandam sententiam à nobis positum est.

Afflixit te penuria.] *מאליא*, hoc est, Fame oppressit, aut esurire te fecit. Sicut & Septuaginta *מאליא* id est, Quod verbum ducitur à *מאליא*, hoc est fame, & *מאליא* opprimo, suffoco. Quasi tu dixeris, fame afflixit.

Pes tuus non est subtritus.] Non dubium est, quin impressi Græcorum codices mendosi hoc loco sint, *מאליא* hoc est, pedes tui non sunt redempti: pro eo quod dicendum esset, *מאליא*, hoc est, Confossi, conuulserati sunt.

Et dipsas.] Nomen serpentis, quod à sitiendo, tam apud Græcos quàm Hebræos dicitur. Vt enim apud illos à *מאליא* sic apud istos à *מאליא* hoc est, Sitiuit, sit *מאליא*, id est, sitis. Serpens est, ad cuius morsum totum corpus horribiliter incenditur, aqua desideratur, aqua clamatur. Ad eam accurritur, sit quodcumque vis licet impedimento. Declaratur id apud historicos, præsertim qui de Catonis exercitu in Libya scribunt, vbi sub harenæ cumulis, id genus serpentis delitescit, ibi miles ab ea peste morsus, ad mare infano impetu accurrit, cumque magnam salfarum aquarum vim ebibisset, repente extinctus est. Atque hi erant serpentes, qui morsu adurebant corpus. De quibus hic & alibi scribitur.

Dipsas serpens.

De petra durissima.] *מאליא*, Quam silicem appellant, aut aliud quodcumque durissimæ

petrae genus. Quod non ita explicatur à Septuaginta, *ἐν πέτρῃς ἀκροτάταις*. id est, Petra prærupta, abscissa, in summo excelsa.

Prædico tibi.] *והיה*, id est, Protestatus sum, aut protestor. Neque additur aliud, sicut superius, ubi cælum ac terram testabatur, ex quo loco additum, hic est in codicibus Septuaginta *ὁ μαρτυροῦμαι ἡμῖν σήμερον, ὅτι ἐξ ἐναντίου, καὶ πρὸς γῆν*. hoc est, Obtestor hodie vobis & cælum & terram. Atque id est creberrimum in additione Septuaginta, vt ex vno loco, in alterum pleraque transportentur.

Quas deleuit dominus.] *מאבד* Delet, dissipat, perdit nunc. Neque enim adhuc omnes interfecti fuerant. Septuaginta quoque per præfens loquuntur *ὅσα κλέστος ὁ θεὸς ἔσπαλλεν*. Sicut gentes, quas omnes perdit dominus Deus.

CAPVT IX.

Vibus nullus poterit ex aduerso stare.] Hebraice per interrogationem profertur *מי יבן ענין*, id est, Quis stabit ante filios Henac? Sicut & Septuaginta *ὅτις ἀντιήσεται* *κατὰ τὸ ἐξ ἄνω πρὸς ἡδὺν ἐναντίον*, id est, Quis resistet ex aduerso filiorum Henac? Ponuntur autem interrogationes pro negationibus sæpenumero. Quis alius Deus condidit cælum & terram? nempe nullus. Quis David sanctior? nimirum nullus. Atque ita Hieronymus, præclare interrogationem, in negationem conuertit.

Cumque transissent quadraginta dies.] Ita quoque habet & Hebraicum *ויהי עשרים וארבעה יום* hoc est, Post quadraginta, aut in fine quadraginta dierum. Non recte igitur redditur is locus apud Septuaginta, *καὶ ἐγένετο ἡμέρας τεσσαράκοντα ἡμερῶν*, id est, Et factum est, per quadraginta dies. Nam *ἡμέρας*, hoc est, per, non rei finem, sed inter medium spacium significat.

En constituam te super gentem.] Diximus super Exodum, ubi is annotabatur locus, non videri hanc esse sententiam, vt super aliam gentem promitteret Deus Mosen se præficere: Sed ipse Moses, facturum, vt esset innumerabilium & fortissimarum gentium autor ac pater. Vt semen Abrahæ in homine piissimo suscitaretur, deleta illa infanda, & crudeli natione. Dicit ergo Deus Mofi *והיה רב עמך ויהי חזק מכל העמים* id est, Et faciam te in gentem fortiorem, ac maiorem, quàm hæc sit. Vbi, faciam, non ponitur pro eo quod est constituam, sed vt ipsa sonat vox. Efficiam vt genus tuum, filiique tui innumerabiliter crescant. Atque ita verterunt etiam Septuaginta *καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα καὶ ἰσχυρόν καὶ πολλοὺς μάλλον ἢ τούτο*, hoc est, Et faciam te in gentem magnam & fortem longe magis, quàm hæc sit.

Cerno quod populus is.] Additur hæc periodus in codicibus Septuaginta *καὶ ἐλάλησα πρὸς σε ἅπασι καὶ δις λέγων ἑώρακα τὸν λαόν τούτον*, hoc est, Locutus sum ad te, semel ac bis dicens, video populum istum &c. Hoc inquam additum est à scriptoribus. Neque video vnde sumptum sit.

Et in brachio tuo extento.] *והיה*, id est, Porrecto atque extento, à verbo *והוה* hoc est, Porrexit, extendit. Quare non tam proprie hoc redditur à Septuaginta *ἐν τῷ βραχίονι σὺ τῷ ὑψηλῷ*, hoc est, in brachio tuo excelso, eminenti, sublimi. Nam hæc phrasi Hebraica, vehementissimus ictus significatur, quem brachio exporrecto incutimus. Neque hoc dicimus, vt Septuaginta additionem potius producamus, quàm illustremus sententiam. Potest enim etiam ipsorum Septuaginta interpretum stare sententia, vt in brachio excelso dicamus pro eo quod est, vi diuina, fortitudine admirabili, ac prodigiosa, cælesti, excellæque virtute. Verum in his non multum discriminis est, propterea non sunt scrupulosius, quàm deceat, tractanda ac perquirenda.

CAPVT X.

Vando populus congregatus est.] Quod omittitur à Septuaginta credo ea ratione, quia sit sæpe aliàs dictum. Tantummodo igitur hoc ponitur apud illos *ὅτι ἐλάλησε κύριος πρὸς ἡμᾶς ἐν τῷ ὄρει, ἐν μέσῳ πυρός*. Quæ verba locutus est vobis dominus, in monte de medio ignis.

Et benediceret in nomine illius.] Constructio Hebraica est, apud eos enim vocandi & benedicendi verbum iungitur nomini cum præpositione in. Dicuntque benedicere in facie illius, pro eo quod est, illius faciem benedicere. Et benedicere in nomine eius, hoc est, nomen eius. Quamobrem declarare hoc fuit necesse, ne aliam sententiam innui crederemus. Leuitarum ergo erat nomen diuinum benedicere. Illud sanctissimis ac perpetuis laudibus attollere, vt hodie fit à sacerdotibus, ac his, quos religiosos vocari vsus obtinuit. Verum neque Septuaginta præpositionem subtraxerunt *καὶ ἐπέχρηται καὶ εὐλογεῖν ὅτι τῷ ὀνόματι αὐτοῦ*, id est, Orare ac benedicere in nomine eius. Possumus itaque etiam hoc tueri, vt non sine

Benedicere in nomine eius, id est, benedicere nomē eius, Hebr.

A sine præpositione intelligendum dicamus: sententiæque sit, Leuitas benedicere in nomine domini, id est, alios homines benedicere, inuocato nomine diuino. Neque tantum homines, sed & vniuersa quæ spectant ad genus humanum. Quæ omnia à sacerdotibus per nominis diuini inuocationem benedicebantur, ac sanctificabantur. Plerumque vero locutiones Hebraicæ faciunt, vt alia videatur sententia, quàm sit. Ideo dare operam necesse est, vt quis illius lingue loquedi modus sit, cognoscat. De qua re scribit Rabbi Moses Aegyptius apud Hebræos, in eo libro quem inscripsit Moise Hanibchin. Hoc est, doctor perplexorum, aut instructor dubitantium. Sed partim breuius quàm deceret, partim inscite, & sine absoluta diuinarum litterarum cognitione. Præter enim vocabulorum cognitionem, Hebræi sunt omnium hominum imperitissimi, & suas habent litteras ridiculissimis fabulis contaminatas. Apud nos vero scripsit diuus Augustinus verum vt in multis ingenij sui maiestatem ostendit, ita ad alia, Hebraicarum litterarum cognitione destitutus, attingere non potuit. Vir medijsfidius dignus, cuius ingenium nullas haberet litteras incognitas, propter eius sublimitatem ac maiestatem.

Hebræi omnium nationum imperitissimi.

Præputium cordis vestri.] Sicut habet & Hebraicum *מבשר לב ישר*, Præputium cordis vestri. Quæ cum metaphora sit, & per eam, aliud innuatur, præclare à Septuaginta explicatum est, quid per eam significetur *ὁ περιτομῆς τῆς καρδίας ὑμῶν*, hoc est, Circumcidamini duritiam cordis vestri. Cordis igitur præputium, durities est, ac cæcitas, qua cor impeditur, ne verum perspiciat. Vt enim apud nos, per baptismum demonstratur, ac fit animi

Præputiū cordis.

potius, quàm corporis expiatio: sic Hebræorum circumcisio docebat, rescedendam esse cordis duriciem, ac cæcitatem. Amouendam ex animo pellem ac caliginem, qua mens obsecuratur, ex qua error foedissimus consequitur, diuinitatis ignoratio. Quæ omnes tanquàm genitrix parit impietates, scelera, atque calamitates. Cum enim homo, Deo adiunctus non fuerit, qui omnis decoris ac virtutis, idea & seminarium est, eum necesse est omnis humanitatis, iustitiæ, probitatis expertem esse. Nec magis inter homines, quàm beluas esse connumerandum. Sunt ergo magis intuenda, quæ per ritus ac cerimonias significantur, quàm ipse cerimoniarum signa tantummodo sunt, maiorumque rerum representatio.

Qui personam non accipit.] Recte tam ab Hieronymo quàm Septuaginta Hebraica locutio permutata est, quæ habet *משיח*, hoc est, Qui non suscipiet faciem, aut non eleuabit faciem. Neque enim hoc aliud est, quàm ex facie, ex qualitate, diuinitatis, facultatibus, personas distinguere, easque acceptas habere, iudiciūque ob id percurrere, vt alteri fiat, quod non fit alteri. Possumus etiam dicere, nec Septuaginta, nec Hierony. locutionem Hebraicam mutasse. Nam Hebraice Panim faciem sonat, quod Septuaginta *ὀφθαλμοὺς* interpretati sunt. Vt prosonon non pro persona, sed facie sumatur. Apud nos autem persona sumetur pro cuiuscunque hominis qualitate quæ ex vultu cognoscitur. Hoc ergo dicit Moses Deum non animaduerrere, sed æquale de omnibus ferre iudicium, modo probitas ac iustitia adsit.



Accipere personam.

Dat ei victum ac vestitum.] Elegantissime & hoc mutatum ab Hieron. pro eo quod Hebraice est, *דַּת עִי אֶפְסֹן*. Quod non immutatur à Septuaginta *δίδου αὐτῷ ἄρτον*, id est, Dare illi panem. Quis enim non intelligit, panem hic accipi, pro omni eo, quo vescimur, tam esculento, quàm potulento, vt ipse sermonis Hebraici vsus ostendit? Quare non tam aperte apud Græcos transfertur. Et pro *ἄρτον*, fortasse rectius poneretur *βίον*, id est, victum, licet sit Hebraice *לֶחֶם*, id est, panis. Etiam illud recte permutatur. *Dat ei vestitum*, pro eo quod Hebraice ponitur *לבוש*, id est, vestis. Nam illud, omne quod vestimus significat. At quod reddiderunt Septuaginta non ita, scilicet *ἱμάτιον*. Verum hæc, quia sententiam non peruertunt, ipsi reprehensione digni forte sumus, qui tam leuia annotamus.

Panis omne quo vescimur.

Ipsc laus tua.] *תהלה*, id est, Laus tua, laudatio tua, decantatio tua, hymnus tuus. Eo enim nomine Hebræi, psalmos, laudes, hymnos, præconia significant. Et liber psalmorum vocatur Sepher thehilim. Septuaginta igitur, nescio quid aliud intelligunt *αὐτὸς καυχῆμα ὁ*, id est, Ipse gloriatio tua, in eo gloriaberis, in eo de te sapias, ille sit gloria tua, te omnes præstare populos persuadeas, qui talem Deum habeas. Verum vt dixi prior videtur verissimilior sententia, vt ad præconia oris referatur. Quibus Deum nostrum laudamus, propter eius in nos innumerabilia & excellentissima beneficia.

In Septuaginta animabus.] Etiam hic solitus Græcorum interpretum est error, qui Septuaginta quinque animas ponunt. Primo enim loco corrupto, ubi eius rei primo mentio habita est, facile & reliqui illius similes corrupti sunt.

Et *universa substantia eorum.*] כל היקום id est, Omnis facultas, omnis substantia: à verbo קום, id est, surrexit. Additurque littera futuri Iod. Hoc nescio cur Septuaginta transtulerint *καὶ πάντων αὐτῶν τὴν ἐσσομένην*, id est, Et omnem eorum promissionem. Puto tamen eos intellexisse facultatem, ac id quo nostra vita sustentatur, omnemque superpellectilē, quæ una cum hæreticis illis absorpta est. Quid enim aliud hæretici sunt ac Schismatici, quàm Dathan & Abiron? Vt enim hi sub prætextu pietatis dominandi libidine, ac ambitionis æstu exagitati, ei principatum adimere conabantur, cui fuisset à Deo traditus, Ita hi sanctæ Ecclesiæ corpus disjungere enitentur, dum caput eius à summo Deo constitutum imminuere, lacerare, dedecorare impiis maledictis non cessant. Neque aliud fit ab his, in summum illud caput, quàm ab Dathan, & Abiron in Mosen tentatum est. Genus hominum miserabilissimum, ac perniciosissimum, qui sub prætextu nostrorum corrigendarum improbitatum, infinitam attulere malorum syluam. Pèrque vniuersum terrarum orbem pessimos disseminarunt errores. Adeoque processit audacia, & gigantea immanitas, vt eis nec cælum iam sufficiat, in quod suæ sceleratissimæ linguæ virus euomant, ore impiissimo blasphemēt, dilacerent, dum eius incolas, tantis probris, ac mendaciis dehonestāt. Sed videbit omne humanum genus eorum interitum, & sempiterna obliuione eos sepeliendos infernum hiatu patefacto absorbuisse cognoscet.

Hæretici et Schismatici, Dathan & Abiron cōferuntur.

Aque ducuntur irrigue.] Totam orationis formam interpres eleganter immutauit, quibusdam etiam omisis *והשקות ברגליך*, hoc est, Et irrigabis cum pedibus tuis. Hoc est, ea terra eius naturæ est, eam seminabis, & pedibus superinduces aquas. Dico igitur cōmode omisisse Hieronimū pedes, qui ex idomate Hebraico ponuntur. Significatur autē labore & decursu, per totam Ægyptum deduci solitam aquam è flumine Nilo, vt etiam indicat Rabbi Salomon, qui pedes hoc loco pro labore sumi dicit. Hæc autem produximus vt sciremus causam, quare LXX. sic transtulerint *ὅταν ἀπέρωσι τὸν ἀβρόν, καὶ ποτίζωσι τοὺς ποσῶν*, hoc est, Cum seminauerint sementem, & irrigauerint pedibus. Pedes tacere debuerant, quia & absurdā, & obscuram faciunt orationem Græcam. Aut series mutanda fuerat.

Ne forte decipiatur cor vestrum.] פן יפתח לבבך, hoc est, Ne forte dilatetur cor vestrum. Vt alibi ipse quoque Hieronymus interpretari solet, vt in filio Noë Iaper. Hac autem locutione, Hebraice significatur cordis rumor, superbia, audacia, arrogantia, contumacia, quæ omnia ex nimio rerum felici successu oriri solent. Dum enim cladibus vllis præmimur, humiles iacemus, & abiecto, atque demisso animo sumus. Quo pharmaco vitur sæpenumero Deus ad infringendam cordis nostri audaciam. Habent autem & Hebræi suas similitudines, ac metaphoras, quibus eleganter in sua lingua vtuntur. Septuaginta secundum Hebraicum interpretantur. *מὴ תדאגתוּבְהָא קְרִבְהָא סָבִיב*, id est, ne dilatetur cor tuum.

Quandiu cælum imminet terræ.] כַּמֵּת הַשָּׁמַיִם id est, Sicut dies cæli. Videturque ea esse sententia, quam noster interpres transtulit. Nam apud Hebræos Che, aduerbiū est modo similitudinis, modo commensurationis. Significatque secundum mensuram. Quare quod nos dicimus in psalmo, Sicut dies cæli: intelligendum est, pro eo quod est secundum mēsuram dierum cæli. Secundum eorum interuallum, secundum eorum durationē. Quare prudentissime versum est ab Hieronymo. Et facilius nos Latini hunc locū intelligeremus propter interpretis nostri diuinum ingenium, quàm Græci, apud quos phrasis Hebraica nuda relinquitur, minime ab interpretibus explicata. Quis enim apud eos facile assequeretur, quid hoc sit *ἵνα πληθυνθῶσιν αἱ ἡμέραι ὑμῶν, καὶ αἱ ἡμέραι τῶν ἰσὺν ὑμῶν ὅτι τῆς γῆς, ἧς ὁμοσε κέλεος τοῖς πατέράσιν ὑμῶν, δένοι αὐτοῖς, καὶ θάλασσαν αἱ ἡμέραι θραυῖς ὅτι τῆς γῆς*, hoc est, Vt multiplicentur dies tui, & dies filiorū tuorum super terram, quam iurauit dominus patribus vestris dare eis, quem admodum dies cæli super terram. Ecce nihil hoc loco declaratur de diebus cæli.

Vsq̄ue ad mare occidentale.] וְיָרֶם עַד הַיָּם id est, Vsq̄ue ad mare nouissimum. Quod mare, vt Septuaginta & Hieronymus optime ostenderunt, est id quod in terra Israël positis ad occasum spectat. Quod alio nomine appellatur mare magnum: Mare, scilicet Cypriū, Ægyptium. Quod ab Ægypto, totam Assyriam attingit. Dicitur autem mare nouissimū & magnum, quia eo vsque terræ sanctę fines excurrerēt. Magnum autē, quia omnis aquarū collectio mare vocatur Hebraice. Ideo verum mare magnum appellant, vt differat ab his, quæ minora maria sunt, stagna scilicet & lacus, vt est mare Cineret, quod corrupte Genesaret vocamus. Est enim lacus, quem Iordanis in media ferè Israëlita terra efficit. Septuaginta igitur & ipsi *ἕως τῆς θαλάσσης τῆς ὄτι δὲσμων*, Hoc est, Vsq̄ue ad mare occidentale.

Mare nouissimū, mare magnum Hebræi, quod dicitur.

Iuxta

A *Iuxta vallem tendentem & intrantem procul.*] Potius sententia quàm verba redduntur, quæ sic habent, *לְיַמֵּי מוֹרֵה* id est, iuxta quercus more. De quo loco est sæpenumero dictum. Et quoniam Hieronymus propriis oculis has terras contemplatus est, eum existimo, talem esse situm illius vallis didicisse, illūque hoc loco explicuisse. Hanc vallem alibi appellauit conuallem illustem. Credo propter vocem more, quæ à verbo videndi videtur ducta, vel vt imitaretur Septuaginta, qui hanc vocant *ὕψιλον*, hoc est, excellam. *πλησίον τῆς γῆς ὑψηλῆς*, id est, Iuxta terram excellam, id est perspicuam.

Ut impleatis cerimonias.] כל החוקים id est, omnia instituta, Omnes ordinationes. Diciturque de his potius, quæ spectant ad agendum, & decorum, & probitatem, quàm de ritibus, quibus in gerenda religione vtentur. Nam probitas sine ritibus esse potest, at ritus sine probitate minime. Declaratur id ab Esaia, qui abhominabile Deo esse eorum sacrificium docet, qui impij sint. Qui iustitiam, probitatem non sectentur. Eorum ieiunia execratur, eorum incensum illi putet. Quare hoc magis innuit Moses, in quo nerui totius legis essent positi, vnde ritus fieret acceptabiles. At quoties hodie oculi piorum implentur lachrymis, dum & nos ritibus tantum contenti videmur? Vitiis ac sceleribus contaminati, Ecclesias adimus, missam cateraque diuina audimus, & putamus nos placere Deo: quæ dum videntur, bonis non possunt non displicere. Septuaginta & ipsi genus potius quàm speciē transtulerunt *κατασκευασμένα*, id est, præcepta.

B *Vb̄ omne lignum frondosum.*] Diximus lignum de more lingua Hebraicæ pro arbore accipi, quod nec ipsos latet interpretes, tam Hieronymum quàm Septuaginta, qui varie id nomen transferunt, modo lignum, modo arborem. Septuaginta igitur cum semper lignum reddiderunt, hoc tamen loco *καὶ ἅπαντα δένδρα διαστάς*, id est, Subter arborem opacam, densam, frondosam. Quas gentes suis diis consecrabant, vt omnes penè docent historiae, præsertim Dianæ quam nemoribus delectari opinabantur. Et sæpe in historiis martyrum legitur, eos esse ad aliquam arborem ductos, vt ibi Deos adorarēt. Esseque nonnullas radicitus ad eorum orationem euulsas.

Ut habitet in eo, venietis.] Aliud verbum præcedit ante hoc, scilicet cum locum *והיה*, id est, Inquiretis. Sicut & Septuaginta, *καὶ ἐκζητήσατε καὶ εἰς ἐλεύθερον εἰμί, hoc est, Inquiretis & illuc venietis. Dicunt Hebræi hunc locum esse Scilo.*

Et vota.] Quæ elegantissime vocantur ab Septuaginta *ἐκείσια*, id est, voluntaria, quæ nulla lege præcipiuntur, sed homines sponte sua id efficiunt, & sua eos ducente voluntate. Multa enim sunt sacrificiorum genera, sed quædam, quæ si omitteremus contra legem fecerimus, & impietatis rei haberemur, quædam quæ sponte, sua non iubente lege homines offerunt. Atque hæc vocantur voluntaria.

Ibi epulabimini, coram domino.] וְיָרֶם עַד הַיָּם id est, Et lactabimini coram domino, quomocumque id fiat. Sicut & Septuaginta, *καὶ εὐφρανθήσεσθε ἐναντι κυρίου*, id est, lit exultabis coram domino. Quare non ad epulas tantum refertur.

C *Atque Leuitæ qui in vestris urbibus habitant.*] וְהַלְוִיִּים id est, In portis vestris, vel intra portas vestras, vt vertit sapienter noster interpres. Cum quo & Chaldaica sentit aditio. Quare Septuaginta obscurius non mutata Hebraica phrasi verterunt, *καὶ ὁ λευίτης ὁ ὅτι τῆς πόλεως ὑμῶν*, id est, Et Leuitæ qui in portis aut super portis vestris. Quod profecto pauci intelligerent. Vides igitur quàm nostra aditio sit longe illustrior, syncerior, & quæ minus nos in errorem & falsam sententiam possit inducere.

Hoc est integrum siue immaculatum.] Hoc quidem refert Hieronymus ad ea quæ immolantur à Septuaginta ad ipsos qui immolant, & epulantur. Hebraica enim sic habent *וְהָיָה וְהָיָה*, hoc est, Pollutus & mundus comedit ipsum. ~~Ab hoc loco quædam præcepta sunt, quæ non sunt in Septuaginta, sed in Hebraico originali. Hoc vero potest esse, quia & polluti & mundi comedebant. Septuaginta igitur hoc modo, ὁ ἀκαθάρτος ἐν σοὶ καὶ ὁ καθαρός ὅτι τὸ αὐτὸ φάγεται αὐτὸ, hoc est, Immundus inter te & mundus in idem, aut simul, comedit ipsum. Hoc igitur verisimilius mihi videtur. Sicut & paulo ante eandem sententiam ipse Hieronymus secutus est.~~

Et comedes in oppidis tuis.] Hoc quoque loco ponuntur Hebraice, portæ pro oppidis. Illudque mihi admiratione dignum videtur, cur Septuaginta oppida per portas intelligendas esse hoc loco animaduertent, non animaduertent etiam superius. Ex quo intelligimus, non omnia per errorem apud eos accidisse, sed aliis de causis. Igitur & ipsi,

καὶ φαγῆ ἐν ταῖς πόλεσι σου, hoc est, Et comedes in vrbibus tuis, quod est Hebraice, וְאָכַלְתָּ בְּעָרֶיךָ

Caue ne imitatus.] פְּתוּחָא שְׂרַחֲתָא הוּא id est, Ne forte decipiaris, aut illaquearis post eas, aut offendas. Sicut alibi vertit Hieronymus. Sequutus autem est hoc loco Septuaginta, qui & ipsi, μὴ σὺ ζητήσῃς ἐσοικολογήσασθαι αὐτοῖς, id est, Ne quæras imitari eos.

CAPVT XIII.

Ed statim interficies.] Præmittunt hic Septuaginta, id quod opponitur ei quod dictum est. Ne occultes eum, εὐαγγέλιον εὐαγγελεῖς ἀπὸ αὐτοῦ, hoc est, Annunciando annunciat de ipso, aut ipsum deferes. Quod in contextu quidem non habetur. Additumque est ab ipsis interpretibus. Et fortè non omnino male. Atque hæc sunt, quæ fortè refecabat in Hexaplis Origenes, & obeliscis confossa, esse superflua ostendebat. Collatis etiam aliorum interpretum æditionibus. Quæ nostris Latinis propter interpretis nostri summum ingenium, singularémque eruditionem minime necessaria fuerunt. Is enim cum præclare, tum Græce, tum Hebraice sciret, contulit omnes omniū æditiones, ipsamque veritatem Hebraicam, fecitque æditionem absolutissimam, pulcherrimam, illustrissimam, in qua mirabiliter sermonis Hebraici explicatur proprietas, vsuque nostro loquendi prudentissime accommodatur.

Egredi sunt filij Belihal.] Noster interpret nunquam ferè quid eo nomine significaretur in ædendo explicuisse reperitur. Obseruauimusque hoc apud ipsum, vt ea nomina, quorum multiplex ac dubia esset sententia, ea vt habent Hebraice, non immutarit. Vt est nomen ligni Serhin. Nam si vno modo transfulisset, respuere aliorum in eo sententias visus fuisset, cum multiplices sint, & omnes ferè inter se contrariæ. Ita hoc nomen Belihal, cum alij dicant eo significari hominem inutilem, à Beli, id est, non, & Iahal, hoc est, profuit: alij nomen esse dæmonis contendant, ductum à beli, hoc est, non, & Iahal, hoc est, ascendet, Quia nos ascendere sursum non permittat. Æditio vero Chaldaica id interpretetur malignitatem, quæ propria diaboli est. Ex eo est effectum, vt ipsum Hebraicum nomen posuerit Hieron. vt liceret cuique, quod vellet super eo arbitrari. Interpretatur autem ipse interdum filios Belihal, filios diaboli. In quo omnes ferè Hebræi consentiunt. Homines videlicet, malignos, pessimos, impiissimos, quibus tanquam suorum scelerum ministris vtitur diabolus, eo nomine significari. Hoc idem senserunt Septuaginta qui filios Belihal hoc loco interpretantur ἐξουσίαις, id est, ex leges, peruersos, prauos, sceleratos.

Belihal.

Filij Belihal.

In ore gladij.] Vehementer hoc loco placet, quod Septuaginta hanc similitudinē Hebraicam immutarint. Nam licet sit eo modo Hebraice, Illi tamen eleganter, ἐν ὄνομα χαλκί-ερα, id est, In corde gladij. Habent enim Hebræi, & suas translationes, quæ non adeo elegantes sunt in nostra & Græca lingua. Licet hoc sit leuissimum.

Et sit tumulus sempiternus.] חֵבֶל עֵל, hoc est, Tumulus sempiternus: quod Septuaginta, magis ad sententiam, quàm ad verbum interpretantur, καὶ ἕσται ἀόριστος εἰς τὸν αἰῶνα, hoc est, Et erit inhabitabilis in sempiternam.

Et misereatur tui.] חַסְדֵּךָ אֲנִי יְיָ יְהוָה, id est, Et det tibi misericordias, & miserationes tuas. Ideo Septuaginta, καὶ δώσει σοι ἔλεος ἔλεος, id est, Et det tibi misericordiam misericordiam.

CAPVT XIII.

Non vos incidetis.] וְאַתֶּם לֹא תִּכְרְתוּ, id est, Non vos dilaceretis, dilanietis, discerpatis: quod faciebant illi super defunctos: qui impius mos viget adhuc alicubi gentium. Hoc miror cur Septuaginta verterint ἐπιθήσητε. Quod nos interpretari possumus, non puberascetis, non pubertatem ducetis. Nisi locus mendosus sit. Græci tamen interpretes duci opinantur non à φήση, sed à φοῖσος, hoc est, Phœbo, vt in impressis etiam codicibus habetur. Dicuntque hic prohiberi nec oracula adirent, aut responsa peterent, quæ Pythius Apollo, falsus vates soleret fundere. Theodoritus enim, ἀπὸ τοῦ μὲν ἐφοῖσησθε, τὰς μαντείας ἐξέβαλεν. φοῖσον γὰρ τὸν ψευδομαντῆν Σιάλουι τὸν πύθιον, hoc est, Per id quod dicitur, non φοῖσησθε, oracula exhibilauit. Phœbum enim vocabant gentes, illum mendacem futurorum denunciatorem Pythium. Hæc quidem licet optima sint, arbitror tamen codices deprauatos cum sefellisse. Non enim à Phœbo ducendum est, sed à φήση, id est, pubertate. Eoque verbo vsi Septuaginta sunt, pro eo quod est, pubertatem non incidetis, mentum scilicet & vbi enascitur barba. Atque ita cum Hebraico sentiunt. Nam de vaticiniis hoc loco nulla mentio. Nisi fortè Septuaginta arbitrati sint verbum Hebraicum Gadad, duci à Gad, quod fortunam,

173

A fortunam, aut stellam Iouis significat, ipsiq; existimant hunc esse Phœbum. Quæ certe esse possunt. Hebræi exponunt hunc locum, vt nos diximus. Clarumque ex eo est, non esse hoc aliter intelligendum, quia mox infertur inhibitio de caluitio super mortuo. Sanè non permisisset sermonem de vaticinio, cum sermone de caluitio.

Nec faciatis caluitium.] וְלֹא תַעֲשׂוּ כְּכָרְךָ בְּיַמֵּיךָ, Hoc est, Et ne ponatis caluitium inter oculos vestros. Rectèque ab Hieronymo, inter oculos vestros, subtractum est: quod de more linguæ Hebraicæ fuerat positum. Inter oculos vestros igitur significat, abradere eam partem capitis, quæ frontem efficit, Situmque inter vtunque oculum, licet paulo superius obtinet: Quod solebant facere illæ gentes. Quod & Theodoritus apud Græcos his verbis declarat ἀπὸ δὲ ἐπιθήσειτε φαλάκρῳμα ἐνώπιον τοῦ ὀφθαλμοῦ ὑμῶν, ὅτι νεκρῶν, πλὴν τῶν πόντος ἀπυθρυσεν ἀμετρίαν. τῆς μὲν γὰρ τοῦ ἀλλ' φύλον ἔθρον, τὰς τῆς κεφαλῆς, ἀπέκρεον περίχαι, καὶ ταῦτάς τας σέφερον τοῖς νεκροῖς. τῆς δὲ τας τῆς γυναικῶν, ἀλλοι τὰς τῆς σφύρας. ταῦτα γίνεσθαι ὁ θεὸς ἀπυθρυσεν νόμος, hoc est, Per id autem quod dicitur, Ne faciatis caluitium ante oculos vestros super defuncto: luctum immodicum prohibuit. Nonnullæ enim exterarum gentium, capillos capitis secare solebant, ac defunctis offerre. Alij pilos genarum, alij vero ipsa cilia incidebant, atque offerebant. Hæc diuina lex fieri prohibuit. Clara igitur est sententia, neque vllus remanet scrupulus.

Ne comedatis que immunda sunt.] וְלֹא תֹאכְלוּ מִכֹּל אֲשֶׁר יִמְאָס, hoc est, Ne comedas omne abominabile, aut omnem abominationem. Sicut & Septuaginta, & φάγετε πᾶν βδέλυγμα. Ne comedatis omnem abominationem. Quod ad declarationem nobis positum est.

Bubalum.] בִּבְבָלִים. Quod nonnulli Hebræorum arbitrantur aliud quoddam animal esse, capris paulo maius. Sed Septuaginta in his potius est credendum: qui & ipsi, βέβαλον, id est, Bubalum transfulerunt. In rebus his explicandis, vt aliàs admonuimus, sunt Hebræi, pace illorum dixerim, omnium imperitissimi.

Tragelaphum.] τράγελαιφον. Quod etiam Septuaginta interpretantur τραγέλαφον. Quæ vox id significat, quod ex hirco & ceruo commistum sit, quæ à nonnullis aliis putantur ficticia, & ad animi somnium conficta. Est autem Tragelaphus Græce Latine Hircoceruus, qua voce tanquam rei fictitiæ signo, vtuntur philosophi ac dialectici. Plinius testatur hunc eundem esse cum ceruo, barba tantum & armorum villis distantem. At Hebræi esse hircum syluestrem perhibent.

Bubalus

Tragelaphus

Hircoceruus

Pygæum.] πυγῆ. Quod etiam Septuaginta transfulerunt πύργου. Sed longe aliud videtur de eo sentire Aristoteles. Non enim inter animalia, sed inter volucres ipsum annumerat: dicitque esse aquilæ speciem, quæ ex prohibitis est. Quo modo igitur inter concessa ponitur? Dicunt alij esse vnicornem, sicut Chaldaus interpret sentit, qui vertit פִּינִי. Orygen.] אֵרֶב. Etiam Septuaginta interpretantur orygen ὄρυγα, quem quasi caniculæ sydus venerari solitum scribit Plinius. Eiusque præter reliquos miram esse naturam. Pili enim ei in caput obuerti, non descendere in caudâ, vt cæteris animantibus. Notissimumque animal est apud historicos.

Pygæum

Orygen

Camelopardalim.] קַמֵּלֹפָדִים. Quod & Septuaginta καμηλοπαρδαλιν. Quidam tamen capras syluestres esse autumant.

Cæteras animantes in libro Leuitici exposuimus. Ixon autem, quod Hebraice vocatur יִסְוִי id est, videndo, omittitur apud Septuaginta. Dicunt nonnulli apud Hebræos esse vulturem. Alij incognitum nobis animal. Quæ sicut difficilia intellectu sunt, ita in ipsis sciendis minimum vtilitatis est positum. Quare hinc atque hinc ab eorum contemplatione arcemur, tum quia difficilia sunt, tum quia non vtilia.

Peregrino qui inter portus, &c.] Da vt comedat. Is locus intelligendus quidem est, vt in nostra æditione habetur. Sed apud Septuaginta deprauata sententia est, propter adiectam negationem τὸ παροῦσα, τὸ ἐν ταῖς πόλεσι & δδῆσεται καὶ φάγεται, Hoc est, Aduenæ qui in vrbibus est, non dabitur, & comedet. Pater autem non ab ipsis interpretibus additâ esse negationē.

Caue ne derelinquas eum.] Quod omittitur apud Septuaginta. Dicitur enim lætaberis tu & leuites ὅτι οὐκ ἔστι αὐτῷ μερίς, & δὲ κληρος, Hoc est, Quia non est ei pars, neque fors.

CAPVT XV.

Primo anno.] שְׁנַת שֶׁבַע שָׁנִים, Hoc est, A sine septem annorū, aut post septem annos: & vt noster vertit interpret. Quod apud Septuaginta eodem quo & superius errore traducitur ἀπὸ ἐπιθ. ἔπειδ. ἔ τῆς ποιήσης ἀφεσιν, id est, Per septem annos remissionem facies. Nemo esset apud nos & illos, qui non existimaret præcipi, vt per septem continuos

annos fieret remissio, non septimo anno. Nam *אֶלֶף* spatium inter medium siue temporis, D siue loci significat, & quasi perpetuitatem quandam, non extremum, vt hoc loco ponitur.

A peregrino & aduena exiges.] *אֶלֶף חֵרֶב* Hoc est, Ab alieno: de peregrino, & aduena, credo fit mentio. Septuaginta etiam alienum verterunt *τὸν ἀλλότριον ἀπατήσις*, Hoc est, Alienum repetes.

Et omnino indigens & mendicus, &c.] *אֶלֶף לֵךְ יְהוָה בְּךָ אֲבִיךָ*, Hoc est, Nequaquam erit apud te pauper. Quod non ita clare transfertur à Septuaginta *ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν σοὶ ἐν δέησις*, id est, Quia non est in te indigus. Imò id præcipitur & cauetur: non quid sit enunciatur. Ex hoc loco cognoscitur quanta sit harum litterarum maiestas, quanta diuinitas. Deinde & illud licet cognoscere, quàm beati ac fortunati etiam in hac vita essemus, si nostras aures, harum cælestium legum præceptis accommodaremus. Cur enim latæ hæ leges sunt, nisi vt quot fas est, gaudiis ac bonis in hac vita potiremur? Quid aliud optat Deus ac sitit, quàm felicitatem vtilitatemque nostram? Quid tam execratur, quàm bella, homicidia, furta, adulteria, quæ nostram perturbant felicitatem, rerumque pulcherrimum deturpant decorem? Ecce falsò queruntur illi homines, qui Deum calumniantur, quod non aequè hunc mundum partitus sit, vt alios quidem diuites, alios pauperes fecerit. Non enim Dei est hæc inæqualitas: sed humanæ improbitatis, ac libidinis, qua sibi quæ aliorum essent, vsurparunt, cùm communia omnibus omnia facta sint. Vtinàmque si homines aliena vsurparunt, saltem præceptum diuinum sequerentur, ne apud se pauperes vltos esse permitterent, quem nouimus fuisse primæ ecclesiæ statum. Nemo enim erat egens inter eos. E Hanc legem volebat IESVS Christus nostris inferre pectoribus, vt essemus summa inuicem coniuncti charitate, nec vllas inter nos versari, quo ad virium nostrarum esset, pateremur calamitates. Sed heu fortè infandam, aded ad mores gentilium reuersi sumus, imò peiores illis effecti sumus, vt inutilis eius aduentus, paucissimis exceptis, hominibus fuisse videatur. Quid enim nunc non viget malorum, quæ ante Christum, per orbem terrarum vigebant? Excepta enim cõmuni idololatria, aut aperta idololatria nullum scelus, nulla improbitas non perpetratur. Sunt autè alia flagitia, quæ maiora nunc sunt, quàm fuerint ea tempestate. Duæ sunt præcipuæ, ac diuinissimæ virtutes, quas Dei filius è cælo descendit, vt in orbem terrarum afferret, pietas & charitas: quarum prior ad Dei amorè spectat, altera ad amorè proximi. His igitur, omnes aded nunc orbatu sumus, vt omnia mala, quæ his duabus virtutibus expulsis enascuntur, abunde testari nobis possint, nihil earum vigere inter homines. Atque hæc quidem non modo non coërcentur, ne fiant maiora: vt etiam totius orbis interitum breui futurum vereamur, quia his quotidie fit maior accessus: quo fit vt cùm infelices eos possimus existimare, qui his flagitiosissimis nati sunt sæculis, eos tamen infeliciores, qui paulo post venturi sunt.

Pietas & Charitas.

Non obdurabis cor tuum.] Sicut habet & Hebraicum *אֶלֶף לֵךְ*, Hoc est, Non obdurabis, quod Septuaginta magis sententiam quàm verbum secuti, verterunt *οὐκ ἀποστρέψεις τὸν καρδίαν σου*, Hoc est, Non auertes, non amouebis cor tuum.

Quod eum indigere perspexeris.] Non secus Hebraice est *לֵךְ יְהוָה יְהוָה יְהוָה* id est, quantum sufficit penuriæ eius, qua premitur. Septuaginta paulo obscuriore verbo reddiderunt *καθ' ὅσον ὑπερέτα*, id est, Quantum inferior est, aut quantum indiget.

Et auertas oculos tuos à fratre tuo.] Eadem quidem sententia, & apertius nostro idiomati reddita. Hebraice *לֵךְ יְהוָה יְהוָה יְהוָה*, id est, Et malignet, aut pessime agat, oculus tuus in fratrem tuum. Sicut & Septuaginta *καὶ ποτηρεύσεται ὁ ὀφθαλμὸς σου τῷ ἀδελφῷ σου*, Hoc est, Et malignet oculus tuus fratri tuo. Hoc enim verbo vtamur necesse est.

Nec ages callide.] Idem verbu scilicet *לֵךְ יְהוָה יְהוָה יְהוָה*, id est, Et non malignet cor tuu. Quod LXX. alio verbo expresserunt *καὶ ἐλπίση τὴν καρδίαν σου δίδοντας σε αὐτῷ*, Hoc est, Et ne merore cor tuum afficiatur, dum illi porrigis. Hylarem enim datorem diligit Deus. Sed prior sententia verior. Non enim vult nos esse in dando malignos, id est, parcos, aut inuidos.

Dabis ei viaticum.] *לֵךְ יְהוָה יְהוָה יְהוָה*, Hoc est, Onerabis eum muneribus, suffarcinabis eum, explebis eum. Secutus vero est Hieronymus Septuaginta, qui etiam ipsi *ἐφόδιον ἐφοδίσας αὐτὸν*, Hoc est, Viaticum dabis ei. Sed verbo Hebraico significatur quod diximus. Ducitur autem à nomine *יָצַב*. Hoc est, Torque atque monili. Vnde fit verbum circundare, intexere, implicare. Implicabis inquit eum muneribus.

In ianua domus tue.] Addunt super Septuaginta, post illud *καὶ τὸ πλὴθὺς σου*, hoc ἔστιν ἐν τῷ οὐρανῷ id est, In ipsis scilicet gradibus.

Non

A *Non auertes ab eis oculos.*] Hæc sententia aliter effertur Hebraice, licet eadem sit *לֵךְ יְהוָה יְהוָה יְהוָה* Hoc est, Non videatur tibi durum atque acerbum, quod cum abs te liberum dimiseris. Deinde infert causam, vt habetur in nostra æditione. Sic & Septuaginta. *ὃς σκληρὸν ἔσται ἐναντίον σου ἐξαποστρελλομένην αὐτῷ ἐλευθέρων σου*, Hoc est, Nec durum erit in oculis tuis, dum dimittantur illi liberi abs te. Duæ enim causæ postea inferuntur. Satis enim ille seruiuit. Deinde quicquid à nobis fit aliis, fiet nobis à Deo. Vt tantum nostræ augeantur opes, quantum cæteris largiendo profuimus.

Aut in aliqua parte deforme vel debile.] Explicuit quod erat inuolutum Hebraice, *לֵךְ יְהוָה יְהוָה יְהוָה* id est, Aut vlla pessima macula læsum fuerit. Sicut & Septuaginta *ἢ πᾶς μώμος πομπῶς*, id est, Vel omnis macula praua: quod Hieronymus ad deformitatem, & debilitatem rerulit. Potest autem & ad alia spectare.

CAPVT XVI.

H *T' uerit primum temporis.*] Ad explicationem positum est à nostro interprete, licet non sit in contextu Hebraico, vt neque apud Septuaginta.

Quoniam in pauore egressus es de Aegypto.] *לֵךְ יְהוָה יְהוָה יְהוָה* id est, In festinatione, aut cum festinatione. Credo nostrum interpretem, formidinem innuere voluisse, qua perturbamur cùm quid celeriter agendum est. Sed profecto innuitur ea acceleratio, qua eos urgebant Ægyptij, egredique compellebant. Verum non tacuit hoc alibi Hieronymus. Sed alienius Septuaginta interpretati sunt *ὅτι ἐν πᾶσιν ἐξῆλθῃτε ἐξ ἁγύπτου*, Hoc est, Quoniam in fæderatione, libatione, aut induciis egressi estis de Ægypto. Vides eos vertisse *πᾶσιν*, quod esset Hebraice *לֵךְ יְהוָה יְהוָה יְהוָה* id est, Festinatio, acceleratio. Quod certe satis demirari non possum, nisi locus corruptus sit, legendum quæ sit *πᾶσιν*, id est, Studium, festinatio, acceleratio. Sunt quæ similes inter se voces, ac tunc dicemus, cum studio egressus es de Ægypto.

Non facies opus.] Sicut habet contextus Hebraicus. Sed à Septuaginta additur nescio quid, Post enim hoc *ἐ ποιήσετε ἐν αὐτῇ πᾶν ἔργον*, Hoc est, Non facietis in ipsa omne opus, additur *καὶ ὅσα ποιήσεται ψυχή*, id est, Præterea quæ fiunt animæ, aut animo. Credo eos, hoc addidisse, vt ostenderent, nullum opus vile aut quod manibus exercetur eo die fieri posse, sed opera animi nõ prohiberi, quod quia nemo tam obtuso ingenio esset, qui suspicaretur: prohiberi scilicet animi opera, ideo frustra additur.

Oblationem spontaneam.] Vt habet Hebraicum *לֵךְ יְהוָה יְהוָה יְהוָה* Hoc est, Oblationem voluntatis, aut deuotionis manus tuæ. Septuaginta paulo secus *καθὼς ἡ χεὶρ σου ἰχθύνει*, id est, Quemadmodum valet manus tua. Aliud enim hoc videtur esse, vt prudenti patet.

Et mutant uerba iustorum.] *לֵךְ יְהוָה יְהוָה יְהוָה* id est, Peruertit, deprauant, Septuaginta nõ tam aperte *ἐξαιρέσει λόγους δικαίων*, id est, Extrahunt extorquent uerba iustorum.

CAPVT XVII.

N *tra unam portarum tuarum.*] Admonendi semper sumus portas his locis, pro urbibus esse accipiendas, de more illius linguæ. Ideo Septuaginta non semper portas interpretati sunt, sed vrbes, vt hoc loco *ἐν μιᾷ τῶν πόλεων σου*, id est, In vna urbium tuarum. Hæc annotauimus ne in errorem propter sermonis peregrini inscitiam, laberemur.

Solem & lunam.] *לֵךְ יְהוָה יְהוָה יְהוָה* Nescio cur luna omittatur apud Septuaginta. Imo tota hæc periculus in impressis codicibus ferè male legitur *τὸ ἥλιον, ἢ παντὶ τῷ ἐν τῇ κόσμῳ τῷ ἕρανῷ*, Hoc est, Soli, aut omni eorum quæ ex cælo. Deest enim fortasse *καὶ*, Hebraice vero legitur vt nostra habet æditio.

Ad portas ciuitatis tue.] Etiam portæ hoc loco pro urbibus accipiuntur. Eum præcepit ad vrbes è latebris extrahendum, qui idololatriam fecisse conuictus sit. Quanquam Septuaginta non vrbes, sed portam interpretentur *ἐξάξεις τὸν ἀνθρώπον κλεινὸν ἐπὶ τὴν πόλιν*, id est, Extrahes hominem illum ad portam. Lex enim iubet vt omnibus è locis diligenter perquirantur, siue in montibus, siue in vallibus, seu in speluncis, siue vbicunque terrarum delitescant, qui diuinum cultum reliquerunt, cælique sydera, aut dæmonas, aut id genus alia adorare cœperunt: hique ad vrbes deducantur, vbi ius exerceri, & scelerati plecti solent, vt ibi omni populo collecto, omnium suffragio condemnentur, omniumque manu trucidentur: quippe qui scelus horribile, execrandum, dignum non hac luce, sed quod in penitissimis tenebris sepeliendum sit, perpetrarint: ne tanta rei fœditate humanum genus respergatur. Hæc itaque sententia est. Septuaginta id sensisse videntur, vt si quis idololatra conuictus in vrbe sit, extemplo lapidandus extra portas deducatur, ibique omni multitudine

K iij

colleeta lapidibus obruatur. Sed prior sensus videtur verisimilior, & magis hifce litteris consentaneus.

Et lapidibus obruentur.] Ex hoc loco vel manifestum fit, quantum necesse fit sermonis Hebraici callerē proprietatem. Nam id quod sapius ostendimus, nostram additionem esse omnibus, quotquot fuerint vnquam, illustriorem ac meliorem, que minus phrasas Hebraicas secuta sit, sed eas clarissime explicuerit, & ad nostrum sermonem accommodarit, hinc maxime licet cognoscere. Nam hæc sententia sic effertur Hebraice, וְלִבְיָדֵיכֶם יִלְקָחוּ אֹתָם, id est, Et lapidabitis eos in lapidibus. Quam sententiam mutata loquendi consuetudine, vides quàm eleganter, nos reddiderit interpretes. Audi Septuaginta, qui Hebraica penitus sequerentur, λιβωλισητε αυτους εν λιθοις, id est, Et lapidabitis eos in lapidibus. Quæso quis eorum, qui minus ad hæc soliti sunt, in præpositionem sumendam hoc loco, pro eo quod est, cum existimet? Nónne potius crederet, vt in lapidibus obruantur, id est, vbi fit aceruus lapidum. Nam εν apud Græcos stationem in loco significat. Hæc igitur obscuritas, ex eo accidit, quòd in apud Hebræos sumitur pro cum, quod non ita fit apud Græcos & Latinos.

Inter lepram & non lepram.] וְגַם לְפָתַח הַבַּיִתִּים id est, Plagam & plagam. Quare non arbitror de lepra esse intelligendū, sed omni plaga, de qua à iudicibus exacte diiudicari nõ possit. Omnis enim lepra à sacerdotibus iudicabatur, ad alios non attinebat iudicare. Septuaginta ambigue transtulerunt, & lepræ quidem nihil meminerunt ἀλλὰ μέσον ἀφῆ ἀφῆς, Hoc est, Inter tactum & tactum, aut læsionem & læsionem, siue puncturam ac puncturam. His enim vocibus vti nos necesse est.

Non intumescat superbia.] וְלֹא יִתְבָּהַר הָעָם id est, Hoc est, Non erit pertinax, obstinatus. Quod vitium aliud faciunt Septuaginta πῶς ὁ λαὸς ἀκούσας φεβηθήσεται, id est, Et omnis populus audiens formidabit, & nõ ager impie in posterum. Sed vocis proprietates est, vt nos vertit interpretes, & ipsi paulo ante transtulerunt Septuaginta. Vbi dicitur, καὶ ὁ ἀσθρονομὸς ὁς ἐδὲν ποίησεν ἐν ἡσθησανία, Hoc est, Homo qui fecerit in superbia.

Constituam super me regem.] מִיָּדֵי מֶלֶךְ, id est, Quem non adeo proprie Septuaginta ἀρχοντα, Hoc est, Principem vertunt. Principes enim quilibet magistratus est: at reges, summa monarchia.

Que alliciant animum eius.] De illo, hoc dicitur, non de mulieribus, וְלֹא יִשְׁתַּחֲוֶה לְאִשָּׁה, id est, Non deprauabit, non peruertet cor suum. Sicut & Septuaginta ἡ ἀσθησανία ἐστὶν ἡ γυνὴ, ἡ ἀσθησανία μὴ μεταστῆ αὐτῆς ἢ ἀσθησανία, Hoc est, Non multiplicabit sibi ipsi vxores, ne auertatur, ne immutetur cor eius.

CAPVT XVIII.

Abunt sacerdoti armum ac ventriculum.] Aliud etiam ponitur quod sacerdotibus dandū esset, ommissum ab interprete, scilicet, וְהָיָה חֹמֶתֶם, id est, Mandibulas, maxillas. Quod non omittitur apud Septuaginta τὸν βραχίονα, τὰ σιαγόνα, τὸ ἦμιστρον, Hoc est, Armum, mandibulas, ventriculum.

Primitias vini.] וְיַיִן, id est, Musti tui primitias: quanquam nihil interest, sed multa ad explicationem nobis ponuntur. Septuaginta & ipsi ἀπαρχὰς τῶ ὀίνου σου, id est, Primitias vini tui.

Excepto eo, quod in urbe sua.] Optime quidem & clarissime reddidit sententiam, quæ erat Hebraice obscurissima, וְלֹא יִשְׁתַּחֲוֶה לְאִשָּׁה, id est, Hoc est, Exceptis emptionibus super patres, vel iuxta patres, aut secundum patres. Exponuntque Hebraei hanc sententiam, sicut interpretatus est Hieronymus. Quæ in eadem remansit propemodum obscuritate apud Septuaginta qua fuisset Hebraice πῶς ὁ λαὸς ἀκούσας τῆς ἀσθησανίας, Hoc est, Præter emptionem eam quæ secundum patriam est. At Rabbi Salomon hoc exponens ait וְהָיָה חֹמֶתֶם, id est, Hoc est, Præter id quod emerunt patres, prioribus temporibus: clarum igitur est, quid hæc sibi velint.

Qui lustrat filium suum ducens per ignem.] Imò ea non erat lustratio, aut lustrum: sed filiorum exustio, vt ante visum est. Atque ideo cum ritum execrabatur Deus, quod sine humanis calamitatibus non fieret. Putauit igitur Hieronymus filios suos illas gentes per ignem lustrare solitas: sed vt dixi non lustrabant, sed penitus exurebant: quanquam eius sententiæ videantur Septuaginta priores extitisse, quos Hieronymus sectatus est, ὅτι ἐπὶ τῆς ἀσθησανίας ἐν σοὶ ἀσθησανίαν τὸν υἱὸν αὐτῆς ἐν πυρὶ, Hoc est, Non inueniatur in te, qui lustrat siue expiet filium suum igni. Sed hæc non est sententia. Dubiamq; & falsam eam fecerunt addendo lustrationem, cū Hebraice tantūmodo habeatur, וְהָיָה חֹמֶתֶם, id est, Hoc est, nõ inueniatur in te, qui trāsire faciat filium suū in ignem. Et de hoc quidem pessimo ritu sapius dictū est.

Aut qui

Aut qui hariolos sciscitatur.] Omnia hæc, non ad consulentes ac sciscitantes referenda sunt, sed ipsos qui eam respondendi superstitionem exercerent. Nam Hebraice וְהָיָה חֹמֶתֶם, id est, qua voce vtitur hic, non sciscitandum significat, sed ipsum magum, ac hariolum. Prohibentur igitur esse harioli, magi, vaticinantes, augures, & id genus. Sicut etiam transtulerunt Septuaginta μαυτεύοντος μαυτείας, id est, Vaticinans vaticinium. Prohibetur astrologia omnium superstitionum mater impiissima, Chiromantia, Geomantia, Augurium, Pelecymantia, Capnomantia, Magia, quæ diabolos sciscitatur. Tandem & Necromantia, quæ sciscitatur defunctos, quæ tempestate Mosis inueniebatur, & de ea scripsit etiam Homerus. Vigent adhuc hæc superstitiones non in vniuersum, sed priuatim, apud hebetissimos quosque, & quibus facile istæ præstigiæ imponunt. Dignæ capitali supplicio superstitiones, ob quas Deus perdidit eas gentes, & æterna obliuione deleuit, quæ his erant deditissimæ. Verisimilisque est, nullum spurcitiæ genus, nullam fœditatem, non fuisse inter eas nationes, propter harum superstitionum impietatem, quas earū pater Diabolus, homines docuerat, vt per eas ad homicidia, adulteria, veneficia, furta, ad suas explendas quisque infatigabiles cupiditates perducerentur. E quibus nascerentur inimicitia, odia, fraudes, miseræ, calamitates, quas pessimus diabolus incredibiliter affectat. Vt enim Deus lætatur gaudiis, felicitate, pace, & tranquillitate nostra: Ita pascitur diabolus nostris seditionibus, luctibus, miseris, calamitatibus, tum ridet, tum miris afficitur gaudiis. Ipse igitur harum impietatum fuit inuentor, vt his ad optatum finem attingeret. Nam qui has superstitiones persequitur, neque ipse felix est vnquam, neque aliis præter calamitatem & mala, quicquam attulit. De his autem vaticiniis ante in libro Leuitici dictum est.

Astrologia superstitionis mater.

Ego vltor existam.] וְגַם אֶרְדֵּךְ, id est, Ego requiram, ex eo repetam. Septuaginta tamen & ipsi eodem modo ἐγὼ ἐκδικήσω ἐξ αὐτῆς. Ego vlciscar ex ipso, aut ex ipso pœnam sumam. Vna omnium sententia est.

Quod si tacita cogitatione respondens.] וְהָיָה חֹמֶתֶם, id est, Hoc est, Et cum dixeris in corde tuo. Sicut & Septuaginta ἐὰν δὲ ἐν τῇ καρδίᾳ σου, Hoc est, Si dixeris in corde tuo. Est ergo elegantissime & apposite versum à nostro interprete, nõ seruatis verbis, nec locutione Hebraica, quod sapiissime facit. Ex quo & venustissima & elegantissima nostra additio inter omnes est. Inuitis etiam pessimis & maledicis Iudæis: inuitis & illis qui Iudæis fidem arrogant. Aut illis etiam inuitis, qui duas tenentes vuculas Hebraicas, miseræ & infelices, ilico tantum autorem, erecto & fastuoso supercilio damnare aggrediuntur, & se additiones meliores facere posse iactant. Ridebunt igitur nostri homines Iudæos, & malignos esse dicent, cum eos nostram damnare additionem audierint. Respondebuntque eis: Vos Iudæi maligni & improbissimi estis, qui nostra etiam si pulcherrima atque optima sint infringere, lacerare nitimini. Quod spero confidentius quosque facturos, cum me scierint, diligentissime veritatem Hebraicam, & translationem Septuaginta cum nostra additione contulisse, ac præter leuissimam, nihil aliud dissonum in ea reperisse. In qua re, & si multa à me fortasse prætermissa sunt, viam saltem cæteris qui in eo laborare voluerint, ostendimus.

Non timebis eum.] וְלֹא תִירָא, id est, Non timebis eum. At Septuaginta longe diuersius ὅτι ἀφεξέσθαι ἀπὸ αὐτῆς, Non abstinebitis ab eo. Quare diuersus interpretati sunt, & fortasse non recte.

CAPVT XIX.

Olores simulatus.] וְהָיָה חֹמֶתֶם, id est, Hoc est, Quando ardet, quando æstuat cor eius. Sicut & Septuaginta ὅτι ὁ θυμὸς ἀσθησανίαν τῆς καρδίας αὐτῆς, id est, Quando incaluit in corde suo. Quanquam nostrum interpretem hoc non fugerit: verum vt sapius diximus, ad nostrum loquendi modum, horriditatem Hebraicam accommodat.

Non mescereberis eius.] Et hoc perspicue immutatur, pro eo quod est Hebraice וְלֹא תִירָא, id est, Hoc est, Non parceret oculus tuus super ipsum. Necesse enim est, hæc dicendi genera, atque hæc translationes, in alias quæ nostris auribus minime duræ sunt, cōuertantur. Septuaginta vero nihil immutarunt ὃ φείσεται ὁ ὀφθαλμὸς σου ἐπὶ αὐτῶ, Hoc est, Non parceret oculus tuus super ipsum.

Accusans eum præuicationis.] וְהָיָה חֹמֶתֶם, id est, Hoc est, præuicationis, quo nomine omne peccati genus denotatur. At Septuaginta καὶ ταλέγων αὐτῆς ἀσθησανίας, id est, Accusans eum impietatis. Videnturque impietatem pro omni facinore ac scelere accepisse.

Sicut fratri suo facere cogitauit.] וְהָיָה חֹמֶתֶם, id est, Hoc est, Sicut cogitauit, machinatus est. Et proprie id quod transtulerunt Septuaginta ἐν τῷ σπύγγῳ, ἐπισημαίνοντο ποιήσασθαι, id est, Sicut malignatus est, pessime ma-

chinatus est facere, à quo, וְכִי־חֵטֵא Hoc est, scelus, facinus, improbitas. Pedem pro pede exiges.] Nouissime hoc additur apud Septuaginta καὶ ὅτι ἄντις δὲ μάχων τῶ πλησίον, ἔπειθ ἔδωκετε αὐτῶ, Hoc est, Secundum quod quis labem ac notam proximo suo incusserit, dabitur ei, quæ in contextu Hebraico non habentur, quæ puto esse ad explicacionem ab ipsis interpretibus addita.

CAPVT XX.

Scribe in euangelio qui dicantur.

Duces quoque per singulas turmas.] וְדָוָדָם Hoc est, Duces, principes, magistri militum. Quos Septuaginta interpretantur γεωμηματῆς, id est, Scribas. Ex quo intelligimus, scribas in euangelio proprie eos dici, qui principes ac duces populi essent. Quos improprie ut pleraque alia, scribas appellarunt ipsi Septuaginta interpretes. Euangelium vero additionem Septuaginta, quæ iam in omnium pectoribus radices egerat, sequebantur: & res his nominibus appellabant, quibus & illi appellarent. Vnus enim inoleuerat, ut non viderentur dura quæ illi transulissent, & consuetudo emolliisset. Atque hoc est, quod sapienter testimonio ex additione Septuaginta ab eis proferuntur, licet à veritate Hebraica dissentiant. Quid enim faciebat ad erudiendos homines, codicum varietas, & illos Septuaginta, quorum iam esset recepta fides, ostendere imperitos? Id non modo adificationem fecisset, sed pietatem vehementer laxisset, rebus præsertim tam recentibus. Neque enim vnus vocalæ dissonantia, aut impropria translatio, labefactat pietatem: sed arrogantia, superbia, & discordia, & factus eorum qui docent.

Vnusquisque suos ad bellandum cuneos præparabit.] Aliter hæc sententia ab Septuaginta transfertur, aliter habetur in Hebraico. Illi enim καὶ καποτήσουσιν ἀργύρας τῆς στρατίας, καὶ ἑτοιμασθήσονται τὸ λαῖ, hoc est, Et constituent principes exercitus præcedentes ipsi populo: pro eo quod est Hebraice, וְכָל־בְּרָאָה־בְּרָאָה־בְּרָאָה hoc est, Et recensebunt principes exercitus summam totius populi. Quare nec nostra nec Græca translatio, cum Hebraico consentit. Innuit enim, cum principes locuti fuissent, & formidolosi ad sua recessissent, reliquam multitudinem recensuerunt, quæ remansisset ex his, Quos uti meticulosos dimitti iusserat.

Offeres ei primum pacem.] וְהָיָה לְךָ שָׁלוֹם hoc est, Et vocabis cum ea pacem. Quod est intelligendum, ut interpretatus est Hieronymus. Verum Septuaginta aliquanto diuersius καταλείψεις αὐτὸς μετ' εἰρήνης, hoc est, Euocabis eos, cum pace. Quorum enim tendit, euocabis. Quasi extra ciuitatem euocandos esse demonstrat, quod ne somniatur quidem his litteris.

Omnem prædam exercitui diuides.] כֹּל־הַבְּרִיחַ־הַזֶּה־לְךָ hoc est, Omnem prædam diripies tibi. Quemadmodum & Septuaginta καὶ πῶσαν τὴν ἀπαρτίαν κατανομήσεις σεαυτῶ, hoc est, Et omnem prædam, aut supellectilem diripies tibi.

Nullum omnino permittes viuere.] כֹּל־חַיִּים־לֹא־יִשְׁרֹבֹהוּ hoc est, Omne quod spirat, omne quod aliquo vitæ genere sustinetur: tam de hominibus, quam reliquis animantibus. Sicut & Septuaginta, ἔλατ' ἕσονται ἀπὸ αὐτῶ πᾶν ἐμψύχον, hoc est, Non captiuum facietis quicquam quod spiraret. Spectat igitur ad omnia animantia.

Quando obsideris.] Patet ex errore à librariis negationem additam esse in codicibus Græcis, ἐὰν δὲ μὴ καταλάβῃς, hoc est, Nisi obsideris.

Nec securibus debes vastare.] Pro securi, Septuaginta, σιδῆρον, hoc est, Ferrum posuerunt. Sicut & Chaldaica editio.

Quoniam lignum est, non homo.] Per interrogationem effertur Hebraice הֲיִשָׁרִים־עֵץ־וְאִישׁ־אֵם־אֵם־אֵם id est, Nunquid enim lignum agri, homo est, Ut exeat in bellum contra te. Sic & Septuaginta, μή ἄνθρωπος τὸ ξύλον, τὸ ἐν δρυμῶ, id est, Nunquid homo, lignum est, quod est in syluis. Editio quoque Chaldaica eodem ferè modo, הֲיִשָׁרִים־עֵץ־וְאִישׁ־אֵם־אֵם־אֵם hoc est, Quoniam non est sicut homo ipsa arbor.

Nec potest contra te augere numerum.] Hoc modo effertur: lignum non est sicuti homo, לֹא־יִבְרַח־בְּפָנֶיךָ־בְּמָצוֹר, hoc est, Ut veniat contra te in obsidione, dum scilicet obsides. Quod Septuaginta secus aliquanto, εἰς ἐλθεῖν εἰς τὸν κάλαρα, hoc est, Ut ingrediatur, à facie tua in vallum. Est ut diximus sententia aliquantum immutata.

CAPVT XXI.

Vos elegerit dominus.] Nō de aliquibus Leuitis hoc dicitur, sed de omnibus. Sic enim habet, וְכִי־בָרַךְ־יְיָ־בְכֹהֵנִים־יְיָ id est, Quia eos elegit dominus. Sicut & Septuaginta, ὅτι αὐτὸς ἐξελέξατο κύριος, Quoniam eos elegit dominus.

Homini cadaver occisi.] Id ipsum quidem significatur voce Hebraica הָיָה quæ non tam proprie

A proprie Septuaginta transferunt τραυματιστον, hoc est, Vulneratum. Potest enim quis esse vulneratus, sed minime occisus. Eaq; voce vtuntur historici Græci, non pro his, qui occisi sunt, sed qui sint vulnerati, & adhuc superuiuant.

Quem redemisti.] Quod Septuaginta exprimunt, unde eos videlicet eripuerit, ἐξελύτρωσω εὖ γὰρ ἀνθρώπους, hoc est, Quos redemisti de terra Ægypti.

Tu autem alienus eris.] ἔτι καὶ ἡμεῖς ἄλλοι ἄλλοι hoc est, Et tu expiabis sanguinem innocentem. Sicut & Septuaginta, σὺ δὲ ἐξαρῆς τὸ αἷμα τὸ ἀνοήτων, id est, Tu vero extrahes sanguinem innocentem: quare in nostra additione sensus non tam apertus.

Quæ radet cesariem.] Hæc omnia de ipsa muliere dicuntur, ut ea hæc omnia faciat. Sic enim habet Hebraicum, וְהָרַדָהּ־הָאֵתֶלֶת־הָזֶה hoc est, Et radet caput suum. Quare male à Septuaginta refertur ad ipsum virum, per secundam personam, καὶ ἐξήρῃς τὴν κεφαλὴν αὐτῆς, hoc est, Et rades caput eius. Eodemq; errore additur, καὶ ἀξιοχρῆστὸς αὐτῶ, hoc est, Et vngues eius circumputabis. Et aliud quod sequitur, καὶ ἀφαιρήσεις τὰ ἱμάτια τῆς ἀρχιμαλακίας αὐτῆς, hoc est, Et auferes vestem captiuitatis eius.

Dimittes eam liberam.] Recte & prudenter à Septuaginta locutio mutata est pro eo quod est Hebraice, Dimittes eam, וְהָרַדָהּ hoc est, Animo suo, Voluntati suæ. Septuaginta igitur, ἐξασπληῆς αὐτῶ ἐλευθήσεται, hoc est, Dimittes eam liberam. Quos sequitur Hieronymus.

Quando peccauerit homo.] Hæc paulo obscurius sententia à Septuaginta reddita est, ἐὰν γένηται ἐν τῇ ἀμαρτία κρίμα θανάτου, καὶ ἀποθῆται, hoc est, Si fuerit in aliquo delicto iudicium mortis, & mortuus fuerit. Desunt aliqua.

Non permanebit cadaver eius.] Et hoc non adeo proprie ab Septuaginta redditur, ὅτι μοιμθῆσεται τὸ σῶμα αὐτοῦ ὅτι ξύλον, hoc est, Obdormiet & corpus eius super lignum.

Quia maledictus à Deo.] ὅτι ἔτι καὶ ἡμεῖς ἄλλοι hoc est, Quia maledictio domini est, qui pendet in ligno, aut qui suspensus est, sed denominationibus pro denominatis vtitur Hebræi. Dicentes id esse mendacium, esse veritatem, esse maledictionem, esse benedictionem, pro eo quod est, esse falsum, verum, maledictum, benedictum, Septuaginta, ὅτι κατηρέμενος ὡς τὸ θεῖ πᾶς κρεμάμενος, hoc est, Quia maledictus à Deo est, omnis suspensus. Citatur is locus à diuo Paulo ad Gal. cap. iij. Atque cum maledictum appellat, qui in ligno pendeat, verbo Græco ὅτι κρεμάμενος. Ex quo contemnimus expositionem Hebræorum, qui maledictum hoc loco dicunt accipi pro despecto. Nulla enim ratione id dicitur, & in contrarium est tanti viri, & veterorum interpretum autoritas.

CAPVT XXII.

Non tenebis eam cum filiis.] Est quidem istud præclarum humanitatis exemplum, quod etiam admonemur, quantum Deo grata iustitia humanitasq; sit, quando ne in beluas quidem & irrationabilia, voluit nos esse immites. Non quod ius nobis sit cum illis, sed quod nihil est tam à diuina natura, & moribus humanis alienum, quam inclementia & crudelitas. Docemurque quantum momenti ad propagandam hanc corpoream vitam, & acquirendam futuram habeat, si placidi ac benigni simus. Additur enim causa, Ut fitis, inquit, longæui super terram. Qui enim crudelis & inhumanus est, is quantum de alterius ademit vita, tantumquam detraxit suæ. Dumq; alienæ vitæ insidiamur, iure quodam diuino fit, ut ruinam nobis quandam præparemus. Ideoque homicidæ breuissimis vitæ suæ spatiis peractis, eodem interitu ferè semper occumbunt, quo ipsi peremerunt alios. Docemur ergo, hoc præcepto humanitatem, benignitatem, & clementiam. Id quod etiam scribit hoc loco Theodoritus his verbis, τὸ πρῶτον ἀγαθὸν φιλανθρωπία παιδεύει εἰ γὰρ τις, τὸς τέλειος λάσῃ, καὶ καταλέπει τὸς νεοφύτας, ἀπολείπει πάντας ὅσους ὄντος τῶ πρόγοντος, εἰ δὲ καὶ τέτοις, κακίαις ἡμεῶν, ἀφαιρήσεται δῆλον, ὅτι τῶ ὄντι γὰρ τὸ γένος, εἰ πάντες τὰ ὅμοια δράσομεν, hoc est, Hoc præcepto humanitatem nos docet. Nam si quis auicularum matrem abstulerit, ipsosque pullos reliquerit, omnino morientur ea sublata, quæ eos alebat. Sin vero & hanc & illos cæperit, clarum est, omne auium genus breui periturum, si consimilia ceteri facerent.

Facies murum tecti.] ἡρῶν ἡρῶν hoc est, Facies sepimentum quoddam, aut munimentum circa tectum tuum, cum domum tuam ædificas, nequid inde labatur, & aliquem interficiat, & in domum tuam cædis causa referatur, ac ita quoque polluat. Nani & Rabbi Salomon hoc ipsum attestatur, qui quod nosse interpret vertit murum, ipse exponit, ἡρῶν ἡρῶν hoc est, Sepimentum, per circuitum totius tecti. Vel igitur aliquid desuper fieri præcipit, ut quæ

Ignem plagis.] Is locus abunde testari potest, quam necesse sit sermonis Hebraici scire proprietatem, & quantum momenti in eis sit. Quem enim dignum plagis Septuaginta & Hierony. transtulerunt Hebraice vocatur, בן חור, hoc est, Filius plagarum, aut filius percutiendi. Neque aliud est intelligendum, quam quod senserunt interpretes. Eodem videlicet loquendi genere, quo quempiam filium mortis appellant. Filium veritatis, filium mendacij, filium orientis. Quibus in locis, filius in virum mutandus est, vt dicamus virum mortis, virum veritatis, aut mendacij, qua de re alibi dictum est. Non esset igitur idoneum argumentum, neque Græcam æditionem esse ipsorum Septuaginta, neque nostram esse Hieronymi, si alibi eam locutionem non immutarent, quod faciunt plerique hac tempestate: varie siquidem loquuntur, varièque transferunt ea, quæ possint multis rationibus transferri.

Nomine illius appellabit.] Non tam hoc innuitur, quam vt qui primus ex ea nascitur, nomine illius censeatur, vt dicatur esse filius illius, atq; illius, nõ ipsius fratris qui eum genuit. Atque hoc videntur significare verba Hebraica, quem primum inquit genueris, בן עי קי, hoc est, Surget, aut stabit nomine fratris sui defuncti. Sic etiam transtulerunt Septuaginta καταστραφήσεται εν τῷ ὀνόματι τῷ τελευτητήτος, Hoc est, Stabit aut constituetur ex nomine fratris sui defuncti. Quare non videtur præcipi, vt qui primus nasceretur, nomine defuncti vocaretur.

Pergit mulier ad portam ciuitatis.] Etiam hoc loco porta, pro vrbe sumitur; licet & Lxx. E portam posuerint καὶ ἀναβήσεται γυνὴ ἐπὶ τῷ πύλῳ, hoc est, Ascendet mulier ad portam.

Et extremos agrum tuum.] Eleganter & secundum scriptorum Græcorum morem hos vocant Septuaginta τὴν ἕσπραν, ab ἕσπος, hoc est, Cauda, & ἄγω duco ἕσπραν igitur est extremitas ac cauda exercitus. Hebraice vero sic, occurrit tibi in via Amalech, בן חור בך בן חור, hoc est, Et decaudauit in te omnes defessos, ac laxos: hoc est, interfecit.

Delebis nomen eius.] Extinguet, delebis memoriam Hamalech: licet & Septuaginta memoriam in nomen commutarint ἐξάλειψεν τὸ ὄνομα ἀμαλήκ, hoc est, Delebis nomen Hamalech. Verum hæc leuissima sunt, neque vehementer sententiam immutant. Vitiumq; magis mihi videtur ea annotare.

CAPVT XXVI.

N cartallo.] Sumpta vox est à Græcis, nam & Septuaginta hoc loco, καὶ ἐμβαλεῖς εἰς κάλαστρον, hoc est, Et pones in cartallo: pro eo quod est Hebraice, בן חור id est, In canistro & corbe.

Profiteor.] Recte quidem pro eo quod est Hebraice, הודית hoc est annunciaui. Quemadmodum & Septuaginta ἀναγγέλλω σήμερον κυρία τῷ θεῷ σου, hoc est, Nuncio hodie domino Deo tuo.

Syrus persequebatur.] Syrus perdebat patrem meum, proprie quod vertit Hieron. Septuaginta vero longe aliter ædiderunt σὺ μὲν ἀπέβαλεν ὁ πατήρ μου, hoc est, Syriam amisit pater meus. Sed profecto sententia est, vt nostra habet æditio.

Ac infinita multitudinis.] Hyperbole quæ non est in Hebraico, pro eo quod positum ibi est, רב id est, Et plurimæ. Sicut & Septuaginta πολλὸς πολὺ καὶ μέγα, hoc est, Multitudinem multam ac magnam.

In ingenti pauore.] In horribilitate magna: vt sic loquar, quod à Septuaginta non popitur.

Epulaberis in omnibus bonis.] Etiam hoc loco est verbum exultandi. Quemadmodum & apud Septuaginta καὶ εὐφρανθήσῃ ἐπὶ παντὶ τοῖς ἀγαθοῖς, hoc est, Et exultabis in omnibus bonis.

Attuli quod sanctificatum est.] Extuli, protuli: quod dissimilius vertunt Septuaginta ἐξ ἐξάδα εἶ τα ἅγια ἐκ τῆς οἰκίας μου, hoc est, Expiavi sancta de domo mea. Error ex eo accidit, quia tametsi alibi verbum בער expiare significet, hic tamen aliud denotat. Voces autem ancipites debent locis & significationibus accommodari. Quis enim intelligeret hoc loco, expurgavi sancta mea, de domo mea? Expiatio enim rerum pollutarum est, vertit autem Hieronymus hoc ipsum verbum, paulo inferius separauit.

Nec separari ea in qualibet immundicia.] Hoc quia clarum est Hebraice, & obscurum in nostra æditione ipsa Hebraica ponamus, בשרו במנו במנו בשרו למי hoc est, Et non tulit ex eo, cum pollutione. Nihil, inquit, attuli ex eo, quod pollutum esset. Aut quod attuli, quod domino oblatum sim, non immunde & pollute attuli: quanquam obscura & apud Septuaginta hæc senten-

A sententia sit ὅτι ἐκάρπασα ἀπὸ αὐτῶν εἰς ἀκαθάρτων, hoc est, Non decerpsi ex eis ad immundiciam. Res igitur clara est. Accidit autem ex eo obscuritas, quia non sibi in eadem voce transferenda constant. Nam quod verterat paulo ante ἐξ ἐξάδα εἶ, hic ἐκάρπασα inter quæ plurimum inest discriminis: declaratur autem quæ sit ea immundicia, primum dum dicitur, Non comedi ex ea in luctu meo. Deinde, nec expendi quicquam in re funebri: quæ omnia, oblationes maxime polluebant, vt retro in Leuitico visum est.

Neque expendi ex his quicquam in re funebri.] Recte quidem, quod erat paulo obscurius Hebraice, למי במנו למי במנו hoc est, Neque dedi ex eo, mortuo, pro re, scilicet funebri. Vt exponit etiam Rabbi Salomon, quasi à nostra æditione accipiens מן משה hoc est, Ad faciendam ei arcam, & alia quæ ad funus spectant. Quare Septuaginta, quamuis veritatem Hebraicam interpretentur, obscure tamen id fecerunt ὅτι ἐδάξα ἀπὸ αὐτῶν τῷ τεθνήκῳ, hoc est, Non dedi ex eis, mortuo.

Respice de sanctuario tuo.] Ex habitaculo sanctitatis tuæ. Sicut & Septuaginta ἐκ τῆς οἴκου τῆς ἁγίας σου, hoc est, E domo sancta tua. Nam sanctitas, pro eo quod sanctus vel sancta ponitur. Sicut Hebraica lingua vocatur, שׂוֹרֵךְ שׂוֹרֵךְ hoc est, Lingua sanctitatis: quod nos diceremus, lingua sancta. Vtuntur enim denominationibus pro denominationis, vt sæpius diximus. Quare deſerunt qui hoc non intelligunt, & dicunt, aut tabernaculū sanctitatis, aut linguam sanctitatis, & huiusmodi.

Et de excelso celorum habitaculo.] Hoc immutatum est, non quod sententia alia facta sit, sed verba transposita. Tantummodo enim est, בן חור בן חור hoc est, E celo. Sic & Septuaginta ἐκ τῆς ἕσπρῃς ἐ καelo.

Dominum elegisti.] Elegisti, siue vehementer amplexus es, præoptasti, hunc esse dominum Deum tuum. Verum & Septuaginta posuerunt εἰλα σήμερον εἶναυ σου θεῷ, hoc est, Elegisti hodie vt esset Deus tuus.

Quis creauit.] Qui fecit te, scilicet in laudem, gloriam &c. Quare non ea sententia est, quam nostra ostendit æditio. Non enim eas gentes creauit in eorum laudem, sed propter eorum scelera deletæ sunt, vt retro in hoc libro dicitur. Septuaginta quoque in hanc sententiam transtulerunt δεσ ἐποίησε σε ὀνομασθῶν, καὶ κατέχρημασθῶν δεξασθῶν, hoc est, Qui creauit te celebrem, gloriosum, nobilem. Ad gentes ergo non refertur creatio, sed ipsum Dei populum.

CAPVT XXVII.

E saxis informibus & impolitis.] E lapidibus perfectis, integris, scilicet ac vndique insectis, non ferro exsectis, non detruncatis: sed ita in ædificium insectis, vt è suo loco sumpti fuerant. Idem quidem innuit, & Hieronymus, sed aliis verbis. Septuaginta cum Hebraico sentiunt λίθους ὁ λοκλήρους οἰκοδομησῶν τὸ θεοσασίον, hoc est, Lapidibus integros ædificabis altare.

Comedisti que ibi.] Addiderunt Septuaginta καὶ ἐμπαλασθήσῃ ἐμεί, hoc est, Et impleberis illic.

Attende & audi.] Attende & audi. Quod male Septuaginta σίπονα καὶ ἀκουε, hoc est, tace & audi. Ex errore autem factum est, vt alterum pro altero acceperint. Sunt enim inter se similia, ἴσῃ id est, siluit & ἴσῃ id est, attendit, auscultauit. Aut igitur hæc eos similitudo fefellit, aut aliud legerunt illi, quam nunc in Hebræorum codicibus habeatur, scilicet verbum tacendi. Sed primum est vero vicinior.

Respondit omnis populus amen.] Sicut Hebraice אמן quod eleganter Septuaginta ἁποστόματι fiat, esto, ita sit. Sicut alibi annotauimus.

Qui non honorat patrem.] Qui vilipendit, qui despicit, ac contemnit: licet & Septuaginta eodem modo ὁ ἀτιμάζων, id est, qui despicit, contemnit.

Iudicium pupilli.] Septuaginta ὀρφανῶν, id est, orphani: qua voce, tam Latine, quam vulgari sermone vtitur Italice.

Qui dormit cum omni iumento.] Miror Hieronymum, quod vocis significationem non distinxerit, cum בשר Hebraice & dormire & coire significet. Verum etiam ὁ κοιμώμενος μετὰ παντὸς κτηνῶν, hoc est, Maledictus qui dormit cum omni iumento. Dictum de eo alibi est.

Qui clam percussit proximum suum.] Sicut & Hebraice בשרו hoc est, in abscondito. At Septuaginta aliud ἐπιχειρήσῃς τὸς πλησίον σου, id est, Maledictus, qui verberat proximum dolo. sed illud verius. Qualiscunq; enim percussio, maledicta est, siue cū dolo, aut

sine dolo. In abscondito autē, quia ex eo cognoscitur esse facinus. Potest tamen & Septuaginta sententia stare. Nam & dolum, vox Hebraica quandoque significat.

Maledictus qui dormit cum uxore proximi. Omittitur hęc maledictio hoc loco in cōtextu Hebraico, licet de eo sepe antea pręceptū sit. Omittitur etiam à Septuaginta. Additū vero ab Hieronymo arbitror, quod inter alia pręcepta etiam hoc includatur. Si enim maledicti sunt, qui alia leuiora perpetrarunt, multo magis, qui uxorem proximi sui corruerunt.

CAPVT XXVIII.

Lio modo inchoatur hoc caput à Septuaginta. Addita enim est particula ex superiori capite, scilicet *καὶ ἔσται, ὡς ἐν ἁγίῳ* ἔσται τὸν ἰορδάνου εἰς τὴν γῆν, ἢ κέλευσ ὁ θεὸς ὑμῶν δίδωαι ὑμῖν, hoc est, Et erit, vt transieritis Iordanem in terram, quam dominus Deus vester dat vobis. Diximus frequenter in additione Septuaginta, locos esse trāspōsitos. Quod existimo minime ab eis esse factum.

Et benedictę reliquię tuę. *וְיִשְׂרָאֵל* hoc est, Victus tuus, annona tua, alimentum tuum. Verum Septuaginta quoque verterunt reliquias *καὶ τὰ ἐν καταλείμματι σου*, hoc est, Et reliquię tuę, aut repositiones tuę. Atque ita accederent propius. Nomen ductum à verbo relinquendi.

Corruentes in conspectu tuo. *נִגְפֵי לִפְנֵי* Hoc est, Percussos, vulneratos. Septuaginta & ipsi aliquid simile *ὡς τετραμυδρῶς*, id est, contractos, contritos, deletos, obliteratos.

Famem & esuriem. *וְהָאֵרָצָה אֵת הַחֲסוּרִים* Quorum primum Rabbi Salomon nostrę additioni consone interpretatur, *חסרון* hoc est, inopiam, defectum. Ita quidem verterunt & Septuaginta *τὴν ἐνδεια*, id est, inediam, egestatem. Potest forte & animi defectum, insaniam, consiliūque inopiam referre, vt sequens declarat vocabulum. Secundum vero non esuriem interpretantur, sed stuporem, perturbationē, consilij inopiam Hieronymus in eo Septuaginta sequitur *τὴν ἀλαμῖαν*, id est, Famem, esuriem.

Et increpationem. *וְהַבְּוֹרֵר* id est, Sonitum, strepitū. Quod Chaldaica editio vertit, *בְּוֹרֵר* id est, pauorem, strepitum, perturbationem. Increpatio igitur hoc loco, non reprehensionem significat, sed pauoris iniectionem, sonitum, tumultum. Septuaginta dissimiliter *τὴν ἐνδλωσιν*, hoc est, absorptionem.

Pestilentiam. *וְהַמָּוֶת* id est, pestilentia. Quod hic & alibi Septuaginta *θανάτου*, id est, mortem, interpretantur: fortasse non recte.

Percutiat te dominus egestate. *וְהַחֲסִי* Quod Hebręi dicunt tumorem corporis significare, horribilem, scilicet inflationem, vt exponit Rabbi Salomon. Verum Hieronymus Septuaginta secutus est *πατάξου σε κέλευσ*, id est, percutiat te dominus egestate, inopia.

Febre. *וְהַחֲרִי* Quod & febrim, & sacrum ignem, & carbunculum significare asserunt, quę omnia imprecatur Hebręis. Septuaginta & ipsi *πυρετῶν*, id est, febre.

Et frigore. *וְהַקָּר* Etiam hac voce ardor significatur. Frigus autem postea ponitur.

Aëre corrupto. *וְהַיָּבֵשׁ* hoc est, Ariditate qua tellus inarescit. Septuaginta vero aëre corrupto primi reddiderunt *ἀεμοφθορία*. Hoc est, ventorum corruptione.

Ac rubigine. *וְהַקָּר* hoc est, aurugine, vredine. Vitio, scilicet ac morbo segetum. Septuaginta vertunt *ἀχλὺς*, id est, pallore. Quod nescio ad quę referendum sit: quāquam hęc vox à *κ* ducatur, id est, pallore.

Amentia. *וְהַבְּוֹרֵר* hoc est, furore, insaniam. Septuaginta verterunt *ἄγνοια*, hoc est, stupore, siue alienatione. Cætera quadrant.

Et eris perditus. *וְהָיָה לְךָ* hoc est, In perditionem, in desolationem. Deinde dicitur in proverbium ac fabulam. Miror ergo Septuaginta transtulisse *καὶ ἔσται ὡς ἐν ἀνίγμῳ*, hoc est, Et eris ibi ænigma. Nulla enim huius rei in contextu commemoratio. Arbitrari vero id sunt, propter ea quę subsequuntur.

Imponet iugum ferreum. *וְהָיָה* hoc est, iugum. Septuaginta *καλόν*, hoc est, torquem ferreū, aut catenam, siue compedem, sententiam non verba sequentes.

Gentem procacissimam. *וְהָיָה* id est, crudelem, immitem. Septuaginta & ipsi *ἀπειθεῖς*, id est, impudentem, procacem.

Inuidebit fratri suo & uxori. *וְהָיָה* hoc est, Inuidebit & reliquis filiis suis, quos reliquit. Sic & Septuaginta *καὶ καταλείμματα τέκνα αὐτοῦ καταλείψῃ*, hoc est, Et reliquos filios, quos reliquit.

Et illuminarum secundarum. *וְהָיָה* Quod Rabbi Salomō interpretatur *בְּנוֹת* hoc est, filios minores. Sicut & Lxx. *καὶ τὰ κέλευσ αὐτῶν τὰ ἐξελθόντα ἐξ αὐτῶν*, hoc est, Et infantulū suum,

A suū, qui egressus est de fœmore eius. ~~καὶ ἐξήγαγεν αὐτὸν ἐκ τοῦ μήτερος~~. Deuorabunt, inquit, vigente fame, matres, filiolos, quos vlnis amplectuntur, quos & in delitiis habuissent, sed necessitas impeller ad crudelitatem.

Augebit dominus plagas. *וְהִפְרִיחַ* hoc est, mirificabit, mirabiles faciet, stupendas, horribiles. Quemadmodum & Septuaginta, *ὡς ἀδύνατον κέλευσ τὰς πληγὰς*, hoc est, Prodigiosas faciet plagas tuas.

Perseuerantes. *וְהָיָה* hoc est, Certas veras, aut stables, fideles. Sic & Septuaginta *πίστεως*, id est, fideles, aut stables.

CAPVT XXIX.

Exceptis lignorum cesoribus. Imō hi primi in numero ponuntur, hoc modo, *καὶ ἔσται ὡς ἡ γῆ* hoc est, Ab eo qui ligna cædit, vsque ad eum qui haurit aquam. Sicut & Septuaginta, *ὡς τὸ ξυλοκόπον ὑμῶν ὡς ὑδροφόρος*, A lignario, vsque ad aquantem.

Et in iurando. Quod non tam proprie à Septuaginta, *ἐν ταῖς ἀράς αὐτῶν*, hoc est, In imprecationibus eius. Licet alibi imprecationem significet. Burgenfis tamen dicit significari hic, illas imprecationes, ac maledicta, quę superius posita sunt. Quod non improbo.

Ne forte sit inter vos radix germinans fel. Mutata est metaphora ab Hieron. quę Hebraice sic habet, *לֹא יִשְׂרָאֵל בְּרִיחַ* hoc est, Ne forte sit in vobis radix, germinans toxicum, ac tribulationem & miseriam. Septuaginta vero non mutarūt, *μὴ ᾖ ῥίζα ἐν ὑμῖν ὡς φύσσει ἐν χολῇ, καὶ πικρία*, hoc est, Ne qua vobis sit radix, sursum pullulans in amaritudine & acerbitate.

Pax erit mihi. Quemadmodum habet & Hebraicum, quod nescio quam obrem reddiderint Septuaginta, *ὅσα μοι γένοιτο*, hoc est, Sancta mihi sint: cur Shalom, id est, pacem, sanctitatem esse velint, non video. Nōnne enim & tota sententia immutatur?

Et assumat ebria sitientem. *וְהָיָה* hoc est, Vt addatur ebria sitienti, aut ebrietas siti: quasi diceret, vt auidissime pessimos quosque errores imbibant, vt eorum malefaciendi sitis, fiat quædam ebrietas. Inebrientur malefactis, quod tanopere prius cupiebant. Hęc cum sit sententia, nescio quid in mentem venerit Septuaginta, quod hunc locū sic reddiderunt, *ὅσα μοι ἔσται ὡς ἀμαρτῶλος, τὸν ἀναμάρτητον*, hoc est, Ne in interitum peccator abducat eum, qui sine peccato est. Videmus quantum interfit.

Et dominus non ignoscat ei. Etiam hoc obscure à Septuaginta versum, *καὶ μὴ θελήσῃ, ὁ θεὸς ἐπιλατῆσαι αὐτῶν*, Credo vltimum verbū esse deprauatum, pro eo quod est, *ἐλάειν*. Dicendum quę ne dominus nolit parcere illi, *ἐπιλατῆσαι* autem dicemus bene vertere.

Et solis ardore. Restituenda vox in suū locum, pro eo quod Hebraice est *וְהָיָה* hoc est, Et salis ardore, aut sale ardete: cuiusmodi est sulfur. Pro sole igitur, sal restitui debet. Sic & Septuaginta, *πληγὰς ὡς ἀπὸ εἰλε κέλευσ ἐπὶ αὐτῶν θεῖον. καὶ ἄλλα κεκαυμένον*, hoc est, Plagas quas iniecerit dominus super ipsam. Sulfur, & saleem ignitum. Licet in eo variant, quod actiuum, in passiuum verterint, saleem exustum dicentes, nō vrentem: qua varietate corrumperetur sententia.

Et quibus non fuerant attributi. *וְהָיָה* hoc est, Et nō erat pars eis: hoc est, Cum quibus nihil eis commercij. Qui dii nihil ad ipsos Hebręos attinebant, vt pote, qui ab vsque prima origine, præter verum Deum, alios ignorarint. Hanc sententiam, & obscure, & improprie reddiderunt Septuaginta, *καὶ δὲ δένειμι αὐτοῖς*, hoc est, Neque distribuit ipsis: quod vix fudantes intelligeremus.

Abscondita à domino Deo nostro. *וְהָיָה* hoc est, Quę abscondita sunt apud Deum nostrum. At manifesta nobis, ac filiis nostris. Horum verborum hęc videtur sententia. Videtur enim eis minari. Quę enim inquit, respectu Dei nunc minime videntur, minime noscuntur, sient manifesta filiis nostris: propter scilicet eorum scelera patiscient tunc, quę nunc quasi abscondita videntur. Vt nunc quidem quasi clausa, & tenebris sepulta, apud Deum sint: Tunc vero in lucem extrahentur, venient in propatulum. Hęc omnia mala, omnes hęc miserabiles calamitates, quas recensui sunt in fatis abscondita, ac tenebris inuolutę: Tunc erunt manifestissimę.

CAPVT XXX.

Nore tuo & in corde tuo. Addunt Septuaginta, *καὶ ἐν ταῖς χερσὶ σου ποιῶν αὐτῶν*, hoc est, Et in manibus tuis, vt facias illud.

Considera. *וְהָיָה* id est, vide, intuere: quod recte ab Hieronymo in illud versum est. Omissum à Septuaginta, *ὁ δὲ δέδωκε τῷ παρρησιῶν σήμερον τὴν ζῆλον*, hoc est, Ecce dedi ante

faciem tuam, hodie vitam.

RELIQVA in hoc capite nullius mihi momenti visa sunt: Mittimus enim quæ sunt friuola, & quæ contentiosi magis, quàm veritatis studiosi, confectarentur. Diligenter autè, & Hebraicam veritatem contulimus, & æditionem Septuaginta, & quæ quidem digna viderentur, annotata sunt. Leuiores autem dimisimus. Imò vt verius dicam, cætera vehementer consentire inuenimus. Quare tam calumnias Iudæorum, quàm argutias quorundam Christianorum paruipendamus, qui cum duas tenuerint voces Hebraicas, in ostentatione suæ imperitiæ, dicunt nostram æditionem esse deprauatam. Quæ si optima non est, quantum esse possit, nulla erit vnquam. Est autem & is eorum mos, qui Græce paucis ante diebus didicerunt. Hi enim omnes etiam doctissimorum hominum carpunt æditiones, si quid ab illis, in Latinum versum sit. Gens nimirum ingrata, & parum pia, qui & alienæ inuident laudi, & cum suo detrimento, vtilitatis suæ sunt studiosi, & alios suis impiis maledictis, ad beneficia præstanda reddunt tardiores. Quamobrem quæ ex falso, aut maligno iudicio potius, quàm veritate proficiuntur, audaçter contemnamus.

CAPVT XXXI.

A Iriliter agite & confortamini, viriliter agite. Quod à Septuaginta per singulare, ἀνδρῶν καὶ ἰσχυρῶν. Atque ita quæ sequuntur, μη φοβῆσθε μηδὲ δειλιάσθε. Quæ imperatiuæ voces ad plures in contextu Hebraico referuntur. Puto autem locum esse à scriptoribus deprauatum, vt quod paulo ante ad Iosue pertineret, nunc ad populum transfulerint. Nam & ad Iosue dicit, ἀνδρῶν καὶ ἰσχυρῶν.

Derrahenturque mihi. Et despicient me, & aduersabuntur me. Quod & Septuaginta non proprie, ἀλλὰ παραξύνωσι με, id est, Et prouocabunt me, & irasci me facient.

Et respondebit ei canticum. Sicut habet & Hebraicum, verum Septuaginta eandem quidem sententiam, sed aliis eam verbis exprimit, τὸ ἄνω κατεπιστήσεται ἢ ὠδὴ αὐτοῦ, hoc est, Et obstitet, & resistet, siue propositum ei erit canticum istud, in testimonium videlicet.

Scio enim cogitationes eius. Hebræi quidem, præsertim qui philosophantur, dicunt eo nomine intentionem, conceptum, cogitationem significari. Estq; ea vox apud eos creberrima. Quare non sentiunt cum eis Septuaginta, qui hoc ipsum verterunt, ἐγὼ γὰρ οἶδα τὸ νομῆμα αὐτοῦ, hoc est, Ego enim noui malignitatem, siue improbitatem ipsorum.

Quæcumque facturus sit. Hoc est, Quæcumque facit hodie. Non ergo de futuro dicitur, sed de eo, quod iam cerneretur: quanquam Septuaginta & ipsi per futurum verterunt, ὅσα ποιήσουσιν ὠδὴ, hoc est, Quæcumque facient hic.

Contentiose egistis contra dominum. Sicut habet & Hebraicum, semper rebelles, pertinaces, contentiosi fuistis contra dominum. Hoc itaque vltimum Septuaginta diuersius reddiderunt, τὰ ῥῶμα ἔδει, hoc est, In his quæ ad Deum pertinent, fortasse clarius explicantes. Verum veritas habet, vt nos protulimus.

Quanto magis post mortem meam. Septuaginta aduerbium post, scilicet ἄνωγμαι semper ferè reddiderunt, ἐσχάτων, id est, extremum. Quod saltem hoc loco non quadrat, sic ἐσχάτων τῶ θανάτου μου, id est, extremum mortis meæ: parum clara oratio.

CAPVT XXXII.

Vidite cæli. Hebraice est verbum ab auribus ductum, ἤκου, hoc est, Auriculauit vt rem nouam, nouo vocabulo demonstramus ab ἤκου. Quam formam etiam apud Græcos, Septuaginta expresserunt, formantes & ipsi ab ἴσως ὠτος verbum ὠτίσα. Quod cum crebro apud illos fiat, miror non esse factum etiam hoc loco, qui pro eo quod audite cæli, noster interpretes vertit, ἀκούετε ἄρα, reddiderunt, hoc est, Attende cælum. Itaque & in eo differunt, quod cælum per singulare extulerunt. Quod potest etiam esse rationabiliter factum. Incertum enim propè est, num ex vlla causa acciderit, vt cæli numero plurium proferantur apud Hebræos, per singulare vero nunquam. Sunt qui mystice factum asserant. Alij ex ea consuetudine, qua & apud nos dicuntur tenebræ, non tenebra, diuitiæ, non diuitia. De qua re quia alibi & scripsimus, & scripturi sumus, non plura nunc pertractabimus.

Quæ loquor. Et loquar: vt totus versiculus sic habeat. Audite cæli & loquar. Sicut & Septuaginta, ἀκούετε ἄρα καὶ λαλήσω, hoc est, Attende cælum & loquar.

Concreseat vt pluuia. Hoc est, Defluat, destillet sicut pluuia doctrina mea. Diuersus

ADiuersus autem Septuaginta, ἀποδοκίμασθε ὡς ὑμεῖς ἀπόφθεγμα μὲν, hoc est, Expectetur sicut pluuia eloquium meum. Sententia clara est, & patet quo modo sit intelligenda & verbi proprietates ex aliis quoque locis est manifesta.

Fluat vt ros. Id est, Fluat, vt reliqui diuinæ scripturæ loci ostendunt: quod Septuaginta per aliud non multo diuersius, καταλήτω ὡς ῥόσος, id est, Descendat vt ros.

Quasi himber super herbam. Quod longe diuersius ab Hebræis exponitur, hoc modo, Quasi venti, aut afflatus, siue vapores, super herbam. Siquidem hac voce Rabbi Salomon, dicit ventos tempestatis significari. Quemadmodum habet & Chaldaica æditio, רוּחַ וַיִּבֶר, hoc est, Spiritus, aut venti pluuia. Quemadmodum, inquit, hi spiritus, crescere & adolere faciunt herbas, ita quæ de sacra lege narrantur, clarius ostendunt eius doctrinam, & augeri faciunt. Hieronymus cum Septuaginta ὡσεὶ ἕμβρος, ἐπὶ ἄχρασον, hoc est, Sicut himber super gramen.

Quasi stilla. Quæ voce etiam stillæ Hebraice significantur. At Septuaginta paulo diuersius, ὡσεὶ νεφέτος, hoc est, Quasi leuissima pluuia. Aut grando, quæ rori similis sit, quasi leuis nix.

Quia nomen domini inuocabo. Sicut Hebraice per futurum, scilicet, At Septuaginta, ἐλάλει, hoc est, Inuocauit. Non est autem dissentendum ab ipso fonte, præsertim cum fine ratione sit.

Dei perfecta sunt opera. Eius qui fortis est, perfectum est opus, opus integrum, absolutumque est. Septuaginta vero aliquanto secus, θεὸς ἀληθινὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, hoc est, Deus vera sunt opera eius. Ecce omnes loco eius nominis diuini, quo petra, aut fortitudo significatur, ipsum Deum posuerunt.

Peccauerunt ei non filij. Cum negatio spectet ad filios, quia hi filij esse Dei negantur, Septuaginta inuenterunt sententiam, quia negationem ad Deum retulerunt, ἢ μαρτυροῦσα ὅτι αὐτὸ τέκεν μαμωνῶν, hoc est, Peccauerunt non ei, filij contaminati, aut reprehensibiles. Nisi rectius eam sententiam interpretemur.

Et creauit te. Stabiliiuit te, firmauit te: quod & ad creationem, & alia beneficia diuina ac maxima pertinere potest. Septuaginta & ipsi, ἐπλασεν σε, id est, & pinxit te, formauit.

Dierum antiquorum. Dies sæculi, aut dies æternitatis, dies ex quo mundus esse cœpit, & antea. Cogita, inquit, totam æternitatem, siue ante homines, siue post eos. Septuaginta cum Hebraico, μνησθετὴ ἡμέρας αἰῶνος, Recordamini dies sæculi.

Inxta numerum filiorum Israël. Non dubium est, quin locus is apud Septuaginta sit deprauatus ex alio ei simili, καὶ ἀριθμὸν ἀγγελῶν ἦεν, hoc est, Secundum numerum angelorum Dei. Est vt dixi hoc ex alio loco desumptum: vbi id dicitur: quod huc transpositum est, non ab ipsis factum.

Inuenit eum. Sicut habet Hebraicum. Locum vero esse deprauatum apud Septuaginta existimo. Vt pro eo quod dicendum fuisset, εὑρεν, aut εὑρηκε, Hoc est, Inuenit, mutatum sit in ἀτάραχον, Quod non habet locum hic. Imò sententia penitus corrumpetur. Hebraice ἤκου. Hoc est, Inuenit eum.

In loco horrois. Hoc est, Thou. Quod vastitatem, ruinam, deformitatem, horrorem, & Chaos significat, vt alibi nobis dictum est. Miror autem Septuaginta qui cum bene hanc vocem in principio Genesis verterint transferentes Thou in ἀταραχόν, Hoc est, Inuisibile, hoc loco, tam sibi dissimiles sint, vt ipsum interpretentur δόλος, Hoc est, sitim. Hoc modo ἐνδύσει καὶ μαιῶτος ἐνανδρα, Hoc est, In siti incendij, in loco inaquoso. Credo vero eos potius sententiam, quàm verborum proprietatem esse secutos, Solitudinē illam asperam, atque acerbam describentes.

Et vastæ solitudinis. Hoc est, Doloris, gemitus, ac vastitatis, ac ruinæ. Inuenit eum inquit in Thou, hoc est, in chao, deinde addit Ieiel, Ieschimon, hoc est mæroris, vlulatus, ac vastitatis, pro eo quod est, in chao tristi, lachrymabili, ac vasto, & deformi. Hæc omnia de illa horribili solitudine dicuntur, quæ herbis & arboribus denudata, præter exultas cautes, & decocta à sole: & inter se confusa saxa nihil habebat aliud. Quamobrem non iniuria talis dicitur fuisse mundus, antequam res essent distinctæ, & decorem atque ordinem accepissent.

Et docuit eum. Si verbi Hebraici יבנתו proprietatem exprimere vellemus, dicendum esset, intellectificauit eum. I. xx. sicut & Hieronymus καὶ ἐπαίδευσεν αὐτὸν, Hoc est, & docuit eum.

Sicut aquila prouocat.] כניס יעיר קני Hoc est, Sicut aquila excitat, fuscitat, exurgere facit Dnidum. Et quemadmodum elegantissime transtulit Hieronymus quod non tam proprie Septuaginta ως αετός σκεπάζουστος εαυτός, Hoc est, Sicut aquila protegit, obumbrat nidum suum.

Super excelsum terram.] במורי ארץ Hoc est, Super altitudinem terræ, super cacumina atque fastigia. Si enim vsus est aquilæ similitudine, quæ suos pullos prouocat ad volandum, ac super eos volitat, adducitque ad cacumina montium: ita Deus populum suum, per doctrinam, lucem ac veritatem, quam eis attulit, super cacumina montium collocauit, hoc est, Super omnes populos terræ, eosque cunctis gentibus nobiliores fecit, vt essent quasi cælestes. Quamobrem cum hæc sit sententia, & verborum proprietates quam attulimus, nõ recte interpretantur Septuaginta, ἀνεβόησαν αὐτῶν ὅτι πλὴν ἔχοντες νόον, Hoc est, Adduxit eos ad virtutem, aut robur terræ. Mirorque eos, qui non per incitiam lapsi sint, nam alibi hanc vocem, secundum suam proprietatem transtulerunt, vt retro visum est.

Et filiorum Basan.] בני בשן, id est, Filiorum Basan. Mirorque Septuaginta quod vocem hominis propriam, in aliam commutarint ὡς πικρὸν γάλα, Cum pinguedine filiorum Taurorum. Vides eos, tauros reddidisse, quod erat nomen hominis. At qui ne minima quidem vmbra eius significationis extat apud Hebræos. Filij enim Basan hic commemorantur, de quo ante sæpius dictum est. Quem superarunt Hebræi, cuiusque terra diuino auxilio potiti sunt. Atque id innuitur hoc loco. Basan vero etiam, pinguem significat.

Meracissimum.] חמר. Idem quod vertit Hieronymus, quod omittitur ab Septuaginta E nescio quamobrem.

Incrassatus est dilectus.] ישרון, Videtur nomen duci à שיר, Hoc est, Satiavit, atque inde factum esse præsens nomen, id est, satur, pinguis, obesus, vt tota periodus sic habeat. Incrassatus est, pinguis, ac satur. Verum etiam Septuaginta verterunt ἡγαπημένος, Hoc est, Dilectus: ac ipse quidem nescio, à quo verbo id nomen duci possit, si dilectum significat. Inferius Hieronymus vertit rectissimum.

Et recessit à Deo.] יתנבל צור ישעתי Hoc est, Et spreuit, contempsit, petram, aut Deum salutare suum, aut salutem suam. Vbi ponitur nomen Iesu scilicet Ieshua. Ita enim scribitur, eaque est deductio, relictis cabalisticis superstitionibus.

Quos non cognouerunt patres eorum.] Εα est vocis Hebraicæ significationis. Septuaginta ὧς οὐκ ᾔδεισαν οἱ πατέρες αὐτῶν, Hoc est, Quos non cognouerunt patres eorum. Exiguum quidem discrimen.

Deum qui te genuit reliquisti.] חשי, Hoc est, Obluisceris. Ducitur enim à חש, id est, oblitus est. Verum etiam Septuaginta sicut Hieronymus, ἔδειξεν τὸν γέννησάν σου ὡς ἀπέλιπες, Hoc est, Deum qui te genuit reliquisti.

Considerabo nouissima.] אראור, Hoc est, Considerabo, video: quod miror Septuaginta vertisse ἡ ἀδείξω, id est, Et ostendam. Videntur in eo errasse, quod putarunt esse tertiæ inflexionis apud Hebræos, quod est primæ, vt peritis patet. Eoque errore sæpe lapsi sunt.

In vanitatibus suis.] Sicut habet & Hebraicum ביהוהוים, Hoc est, In vanitatibus suis. Septuaginta exprimentur has vanitates ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν, id est, In idolis suis. Verum alia quoque genera vanitatum possunt intelligi.

Vsq̄ ad inferni nouissima.] עד שאל חותרי, Hoc est, Vsq̄ ad subter infernum. Vsq̄ ad interiora inferni, sicut optime & Septuaginta ἕως δόρυ κατωτάτης, id est, Vsq̄ ad infimum infernum. Est autem maxima ira diuinæ significationis.

Super eos mala.] Sicut habet & Hebraicum ירעור, id est: mala. Sic Septuaginta συνάξω εἰς αὐτῶν κακά, Coaceruabo super eos mala.

Sagittas complebo.] אכליה, id est, Exhaustiã, deficiet omnes meæ sagittæ, in eos ciaculatę.

Deuorabunt eos aues.] ויל חמי רשף, Hoc est, Et deuorationibus resheph, id est, consumabuntur deuorationibus resheph. Quod varie interpretatur: Alij carbonem ignitum, exustionemque: Alij dæmonem vrentem: Alij pestilentiam ardentem. Amplectitur autem Rabbi Salomon, quod dæmones significantur: sic enim locum hunc exponit ילחמום והשדוים, id est, dæmones deuorabunt eos: aut pugnabunt contra eos, deinde addit והם שדים, id est, et hi sunt dæmones. Verum Chaldæus interpres non dissentit à nostro interprete, qui hunc locum ita vertit, Sæuiant in eos אכילי עוף Hoc est, Morfus auium. Sed obstat quod idem interpres intulit, quasi exponens Hebraicum, איתקע רוחן בישן, Hoc est, Et contractiones, contusiones, spirituum sceleratorum, aut malorum. Secutus est noster interpres

Après Septuaginta ἡ ἀβραάμ ὀφείων, Et morfus auium, immittam in eos.

Morsu amarissimo.] קטב טרירי, Etiam hoc nomen dæmonis esse perhibet. Itaque exponit Rabbi Salomon. Immittam in eos Cheteb, hoc est, contritionem, afflictionem, concussionem. טרירי id est, Eius dæmonis, qui vocatur meriri. Primum igitur nomen, afflictionem significat. Secundum est nomen diaboli, forte ab amaritudine ductum. Arbitror autem ipse, tam superius nomen, quàm hoc, de quo hic agitur, non dæmonem significare, sed esse ægritudinũ genera, ardores scilicet, quibus conficiuntur corpora. Chaldæi vero interpretes qui erant cabalisticæ, & alij qui eos secuti sunt præsertim cabalisticæ, existimarunt esse dæmones, à quibus eiusmodi ægritudines immitterentur. Quod non adeo verum arbitror. Fieri enim non potest, vt hoc ignorarint Septuaginta & Hierony. & tot alij apud Græcos, interpretes. Vt autem pleraque alia falsa & commentitia, apud cabalistas reperuntur, ita & hoc ipsum falsum esse existimo. Sunt autem & alij Hebræi in contrarium, qui eo nomine maxima corporis incendia significari asserat. An vero mortalium afflictiones, atque casus, à diabolo excitentur, vel natura contingant, video non huius esse loci explicare. Præsertim quia rationes in vtranque partem sunt, & multa super eos falsa & periculosa asseri possunt. Quare in eiusmodi rebus, puto melius esse, assensum cohibere, quàm aliquid imprudenter & temere proferre. Porphyrius qui multa falsa de natura dæmonum comminiscitur, ait eorum opera fieri λοιμὸς, ἀφορέας, σφουδρὸς, αἰχμὸς, id est, pestilentias, fames, terræmotus, squalloribus terræ, de qua re alibi disputatum est. Septuaginta aliud B ægritudinis genus esse id arbitrati sunt. Vertuntque ἡ ὀπισθοτόνος ἀνάτομος, Hoc est, Opisthotonos immedicabilis. Est autem ægritudo, qua posteriores corporis partes intenduntur.

Cum furore trahentium.] Hoc æditio Chaldaica sic vertit עומת חמתי דוחלים בעפריא Hoc est, Cum furore draconum, qui ferpunt per terram. Explicatque est sententia. Trahentes enim dracones intelligimus. Ponitur enim omne genus bestiarum, à quibus mala essent perpeffuri Hebræi: aues, bestia, dracones. Sic etiam interpretatur Rabbi Salomon.

Ne forte superbirent.] פן יכבדו צירי, Hoc est, Ne forte sibi appropriarent, aut attribueret hostes eorum, vt exponit Rabbi Salomon. Miror vero Septuaginta quod huius vocis interpretationem penitus à vero deuiam, hoc loco attulerint ἡ αὐτῶν μακροχρονίσωσι οἱ ἐπιόντα, Hoc est, Ne forte diutius viuant aduersarij, Ne vmbra quidem huius significationis video in voce Hebraica.

Vinam saperent.] Hebraica nihil penitus dissentiunt. Sed perperam tota hæc sententia redditur apud Septuaginta ὅτι ἐφρόνησαν συνέναι, ταῦτα κατωδεδέσθαι αὐτοῖς, εἰς τὸν ἐπίοντα χρόνον, Hoc est, non cognouerunt vt scirent, hæc accipient in subsequens tempus. Nihil inquam tam admiratus sum, quàm hanc varietatem, ne dicam aliud.

Et dominus conclusit eos.] Placet quod interpretantur Septuaginta ἡ κλέος παρέδωκεν αὐτοῖς, id est, Et dominus tradidit eos: licet Hebraice sit, vt vertit noster interpres.

Et inimici nostri sunt iudices.] פליים, Quæ vox exponitur ab Hebræis, vt noster reddidit interpres. Rabbi Salomon ואתנו שופטים ואתנו שופרים, Hoc est, Inimici nostri iudicant nos, quod iam Deus noster, vendiderit nos illis. Aut, ideo iudices nostri sunt, quia vendidit nos illis Deus, tanquam mancipiapropter nostra scelera. Quare nescio quo modo ferri debeant Septuaginta qui vertunt οἱ δὲ ἐχθροὶ ἡμῶν ἀνόητοι, Hoc est, Inimici autem nostri stulti sunt. Nam quorsum hoc tendit? cum neque cum superioribus, neque cum his quæ sequuntur coniungantur?

De suburbanis Gomorra.] שדמרי, Hoc est, De agris, de solo Gomorra. Quod omittitur à Septuaginta ἡ ἡ γλαματῆς αὐτῶν ἢ γαμμόρρας, Hoc est, & palmes eorum de Gomorra. Suburbana non admodum quadrat.

Insanabile.] אכור, Hoc est, Crudele, crudum. A Septuaginta sumpsit Hieronymus ἡ θυμὸς ἀσπίδων ἀνίατος, Hoc est, Furor aspidum insanabilis: licet in eo varient, quod id est, fel, furorem interpretentur, non recte, si recte ipse existimo.

Infirmata sit manus.] אולה יד, Hoc est, Defecit manus, scilicet robor, potentia. Septuaginta, partim consentiunt, partim discrepant εἰδὲς ἡ ἀσπίς ὡς ἡ ἀσπίς ἀσπίδων, Hoc est, Vidit enim eos dissolutos, diffuentes, deficientes.

Residui quoque consumpti sunt.] ואפס עצור ועוב, Hoc est, Et defecit præsidium aut saluatio, & confortatio. Vel sic, defecit, seruatus, & confirmatus, qui fuerat inquit seruatus & adiutus, defecit. Atque ita exponit Rabbi Salomon. Mitto alia quæ super hunc locum ex autoribus Hebræis ab Ioanne forcensi citata sunt. Hieronymus vertit residuum, quia, עומ

& relictum, & confirmatum significat. Septuaginta vt in præcedente sententia, ita in hac, D deuiant vehementer. Vidit eos & ἀπελαύσθησαν ἐν ἀπαγωγῇ καὶ παρεμβύθησαν, Hoc est, Et defecisse in seductione, & effluxisse. Nec quærimus rationem huius varietatis, quid enim opus est?

Si acuero vt fulgur gladium meum.] Imò non fit comparatio, sed sic חרב חרב שנתו חרב, Hoc est, Si acuero fulgur, aut ardorem gladij mei. Sed à Septuaginta posita est comparatio ἐπιπαροξυνάδ' ὡς ἀστραπὴν, πλὴν μὴ χυμῶν μὲν, Hoc est, quoniam acuam sicut fulgur, gladium meum.

Et de captiuitate nudati inimicorum.] מראש פרעות אויב, Hoc est, A principio dispersionis inimici, aut sic, A principio vindictarum contra inimicos. Nam caput non corporis membrum, sed principium significare hoc loco contendunt. Rursum quod denudationem & vindictam significat, pro vindicta hic sumendum asserunt. Denudatio capitis inimici, non adeo certum est, quid significet. Septuaginta suo more penitus deuiant ἀπὸ κεφαλῆς ἀρχόντων ἐθνῶν, Hoc est, A capite imperantium gentibus: quæ sententia ex his vocabulis, quæ hoc loco habentur nò potest colligi. Significatur ergo vltio, quæ contra inimicos populi Dei, defæuier.

Laudate gentes.] Tota hæc sententia in codicibus Septuaginta deprauate legitur, & videtur quæ hoc loco apud eos leguntur, esse aliunde transposita εὐφροσύνῃ τε ἔσθωσι, ἅμα αὐτῶν, καὶ τῶν ἀγγέλων αὐτῶν πάντες ἄγγελοι ἦεν, Hoc est, Exultate cæli, sanguis ei est, & adorent eum omnes angeli Dei. Et forte is locus est, qui citatur in Epistola ad Hebræos capite primo. Huius igitur sententiæ nihil in contextu Hebraico fit metio. Ideo neque in nostro. Aliunde est huc transposita.

CAPVT XXXII.

Moses vir Dei.] Chaldaica æditio sic habet, משה דמותי. Hoc est, Propheta Dei. Ignea lex.] Eo quòd in igne lata esset, vt Chaldaus vertit interpres, & Rabbi Salomon exponit.

Sanctorum millia.] Septuaginta expresse hos sanctos transferunt ἐν δεξιῶν αὐτῶν ἄγγελοι ἄγγελοι, Hoc est, A dextris eius angeli angeli. Sicut sentiunt Hebræi, & Chaldaus vertit interpres.

Omnes sancti in dextera.] Has putant Hebræi animas iustorum, quæ cum Deo versantur.

Et sit paruus in numero.] Ratio ostendit, codices Septuaginta esse ab aliis corruptos, quia is locus apud eos bene legitur, sed hoc additum est καὶ σήμερον ἔσται πολλὸς ἐν ἀριθμῶν, id est, Et Symeon fit multus numero. Primum Symeon interpositum est, Deinde non est verisimile eos in hac locutione esse lapsos, quam bene aliis locis reddiderunt, scilicet מות בספר, Hoc est, Mortui numero: quod significat paruos numero, vt etiam ipsi alibi transtulerunt.

Perfectio tua ac doctrina tua.] Quid hoc loco dicant Septuaginta, eo quòd vehementer aliena sunt, non produco.

Nescio vos.] לא ראיתי, Hoc est, Non vidi eum. Idem tamen est, ita habent & Septuaginta ὅσα ἔώραξα σε, Hoc est, Non vidi te.

Iudicia tua o Iacob.] Imò sic ידועהו ידועהו שפסך ידועהו, Hoc est, Docerunt iudicia tua ipsum Iacob. Sicut & Septuaginta δηλώσει τὰ δικασμάτα σε τῶν Ιακώβ, Hoc est, Indicabunt, manifestabunt iustificationes tuas ipsi Iacob. Sunt autem prophetica verba, & ad varia placita possunt torqueri. Hebræi ad suas torquent opiniones. Quorum dellyramenta non recito, ne tedium afferant, & bonas horas, in re nauci, & tota penè ficticia consumamus.

In furore tuo.] באמב, Quod quanquam furorem significat, hic tamen potius nares significare videtur, vt dicamus: ponent thymiana in naribus tuis. Admouebunt inquit, holo-caustum naribus tuis. Septuaginta & ipsi ἐν ὄργῃ σου, In furore tuo.

Quasi in thalamo tota die commorabitur.] חתן עלי כל היום, Hoc est, Proteget eum tota die. Sicut habet & Chaldaica æditio. Quare nescio quid sibi velit hoc loco nostra translatio. Et tamen Septuaginta cum Hebræo sentiunt, καὶ ὁ θεὸς οὐκ ἀλείνει ἐπὶ αὐτῶν πᾶσαι τὰς ἡμέρας, Hoc est, Et dominus obumbrat eum, omnibus diebus.

De pomis cæli.] פנים שמים, Hoc est, de dulcedine cæli, de delitiis cæli. Atque ita vbique hoc loco intelligendum est, vbi de pomis nostra loquitur æditio. Septuaginta dissimilius ἀπὸ ὀρνῶν ἔσθωσιν, id est, A motibus cæli, nisi locus mendosus sit, & loco ὀρνῶν, legendum sit ὀρνῶν, Hoc est, à pulchritudine, à pulchris cæli.

Atque abisso.] Addunt aliquid Septuaginta καὶ ἀπὸ ἀβύσσων πηγῶν χέουσιν, Hoc est, Et ab abyssis, fontibus deorsum.

A De vertice antiquorum montium.] מראש הררי קדם, Hoc est, De vertice montium antiquitatis, siue præcedentis sæculi. Septuaginta ἀπὸ κορυφῆς ὄρεων ἀρχῆς, Hoc est, à vertice montium principij: vbi principium pro anteriore temporis parte sumitur.

Benedictio illius qui apparuit.] Hoc idem innuitur in æditione Chaldaica, quæ habet מראש אהלי באסנה, Hoc est, Benedictio etiam eius, qui Mosi apparuit in rubo. Sic & Septuaginta καὶ τὰ δευτῆ ἐν τῷ ὄρεῳ ἐν τῇ βάρβα, Hoc est, Et acceptabilia, in eo qui visus est in rubo.

Verticem Nazarei.] Stupro quid hoc loco dicant Septuaginta ὄρεα κορυφῆς δεξιαδεις ἐν ἀδελφοῖς, Hoc est, Et in vertice glorificatus inter fratres: quasi nescirent quid esset Nazir, cum retro vbique recte eam vocem interpretati sint.

Quia inundationem maris.] כי שפע ימים יינקו, Hoc est, Quia diuitias, copiam maris suget. Habitatio enim Zabulum erat iuxta mare, cuius diuitiis eum potiturum dicit. Quamobrem melius hoc exprimitur à Septuaginta & Hebraicæ veritati magis consentaneæ ἐπιπλάστος θαλάσσης θηλάζεισθε, Hoc est, Quia diuitiæ maris pascent te, siue lactabunt: quod exponens Rabbi Salomon inquit, Zabulon & Ifacar בשפע מים מן הים ינקו חלב. Hoc est, Dabit eis mare diuitias in abundantia.

Et thesauros absconditos harenarum.] Hoc partim intelligitur de lapidibus preciosis, qui in harena delitescunt, partim secundum æditionem Septuaginta, quæ hunc locum sic transfert. καὶ ἐμπορία ἀπὸ ἔθνων ἐξ ἔθλων κατεποιήσαν, Hoc est, Et mercatura à gentibus, iuxta mare habitantibus. Ita enim sentiunt Hebræi, eius diuitias in eo maxime futuras, quòd gentes frequenter essent aduenturæ, & diuitiis eas terras repleturæ.

Benedictus in latitudine Gad.] Quod & hoc modo possumus interpretari, Benedicta latitudo Gad: aut sic, Benedictus qui dilatat Gad. Quod & Septuaginta sequuntur εὐλογοῦμενος ἐμπλάττωνος γὰρ, id est, Benedictus qui dilatat Gad. Quanquam Rabbi Salomon cum nostra æditione sentit.

Brachium & verticem.] ידך, id est, Verticem. Septuaginta hunc verticem exprimentur συντριψας βραχίονα καὶ ἀρχήν, id est, Conterens brachium & principè. Sed nescio, an etiam de aliis possit intelligi. Est autem similitudo à Leone sumpta, qui & brachia & caput deuorat. Potest ergo ad multa trahi. Nolo hoc pelagus ingredi. Producendæ enim essent opinioniones Hebræorum, & in infinitum res excurreret, danda prius opera est, vt littera probe intelligatur, super quam sententias proferamus. Reliqua præterea huius loci apud Septuaginta non cito. Sunt enim penitus aliena.

Nephtalim abundantia perfuerunt.] נפתלי שבע רצון, Hoc est, Nephtalim abundantia voluntatis aut placationis, aut abundantia acceptabilis. Sicut & Septuaginta νεφθαλιμη πληρομογη δεικτών, Hoc est, Nephtalim satietas acceptabilium. Hebræi dicunt, terrâ Nephtalim eam fuisse, vt omnibus habitantibus eam, auiditatem expleret, adeo delectabilis erat, atque amœna: atque hoc innuitur in contextu Hebraico. Ita quoque exponit Rabbi Salomon. Quoniam vero sacrificia voluntatis, dicuntur acceptabilia & gratissima, eadem ratione, hoc loco sumendam putarunt Septuaginta רצון, Hoc est, Voluntatem.

Sicut dies iuuentutis tue.] ימי יופיך, Hoc est, Et sicut dies tui, senectus tua: aut robur tuum, vt ait Chaldaus interpres, & aliquot Hebræi sentiunt. Quare nihil innuitur aliud, quam nostra ostendit æditio. Atque ita exponit etiam Rabbi Salomon. Nam primos dies exponit ימי יופיך, Hoc est, Dies iuuentutis tuæ. Alios autem ימי יקנך, Hoc est, dies senectutis tuæ: vt sis florentissimus, robustissimus. Fiant inquit dies senectutis tuæ, sicut fuit iuuentus. Septuaginta quanquam secundum vocabulorum proprietatem interpretantur, hoc tamen quod diximus minime innuunt ὡς αἱ ἡμέραι σου, ἢ ἰσχὺς σου, Hoc est, Sicut dies tui, robur tuum.

Rectissimi.] ישר, Hoc est, Recti. Quem semper Septuaginta interpretantur ἡραπιμόδον, Hoc est, Dilectum: nescio ex qua deductione, ex qua forma.

Magnificencia eius discurrunt nubes.] נבואותו ונבואותו, Hoc est, Et in fortitudine, aut magnificentia sua, nubes equitat, quod multo secus Septuaginta καὶ ὁ μεγαλοσπετής τῶν σφαιρώματος, Hoc est, Et magnificus firmamenti. Est autem manca oratio. Firmamentum quoque pro nubibus sumpserunt.

Habitaculum eius sursum.] מעון אלהי קדם, Hoc est, Habitaculum Dei æternum, vel æternitas, aut vetustas. Habitaculum Dei vetustum, aut sempiternum. Nam Cadmut Holani, vocant Hebræi æternitatem mundi. Quare Cadmon, vetustum & æternum significat. Ita hoc loco Chedem, significabit æternitatem priorem. Secundum autem æditionem Hiero.

sequemur expositionem Hebræorū, qui dicunt nubes pauloante dictas, habitaculum Dei vocari hic. Atque hoc est quod Hieronymus dicit furlum. Septuaginta vehemēter discrepant. Quid enim est, quod hanc sententiam interpretantur σενπασσος ηεσ αρχης. Quæ ne in Latinum quidem verti possunt. Credo codices esse deprauatissimos.

Cæli caligabunt rore.] ירדו טר , Hoc est, Stillabunt rorem, quanquam Septuaginta eo modo reddiderunt χυλιδος αυτων σινεφης δροσος, Hoc est, Et cælum ei caligans rore, aut condensum, aut stipatum rore.

Scutum auxilij tui & gla. &c.] His subauditur Deus est. Deus auxiliator tuus, & gloria gladij tui. Quod non tam proprie exprimitur à Septuaginta, χυλιδος ηεσ αρχης, Hoc est, Et gladius gloria tua. Non enim eo modo sententia intelligitur. Falsa enim esset, & iniqua ostentatio si gladium Hebræorum Moses diceret eorum esse gloriam.

wis singu- lariter pro beatus.

Hoc loco vbi Hebraice dicitur וישך הרב גבורתו, Quod si communiter esset exponendum diceremus, & qui gladius fortitudinis tuæ. Ex hoc inquam loco ipse colligo, vere autem non affirmo, asher, significare beatum, & inueniri eam vocem in numero singulari, contra quam existimerur. Videtur enim correspondere ei, quod pauloante dictum fuerat: beatus tu Israël, nunc infert. Et beatus gladius potentia tuæ: per quod significatur robur ac potentia, quam à Deo accepisset Israël. Nec mirum videatur si primum numero plurium profertur: Cum enim dicit beatus tu Israël, totam Israëlitici populi collectionem denorat: cum vero infert, Et beatus gladius tuus, id est, beata valetudo, potentia, robur tuum, ad vnum tantum spectat. Hæc à me dicuntur, vt neque vehemēter improbem, neque simper non aliter existimaturus, si melius mihi constiterit.

Eorum colla.] גבורתו, hoc est, Eorum excelsa, eorum sublimia. Tamen Rabbi Salomon exponit secundum Hieronymum. Adducitque locum huic similem על צוואתו את רגליהם על הצוואתו hoc est, Ponite pedes vestros, super colla regum istorum. Ita & Septuaginta interpretati sunt χυλιδος ηεσ αρχης, hoc est, Et tu super collum eorum calcabis: quod etiam accidit, vt ostensum est.

CAPVT XXXIIII.

Moses sepulchrum a domino per angelorum manus.

T sepeliuit eum ibi.] Ita quidem habet & Hebraicum ויקברו משה, hoc est, Et sepeliuit eum. Videturque innui, sepultum fuisse Mosē à domino per manus angelorum, Sicut habebatur in libris Apocryphis, ex quibus citat locum sanctus Iudas in sua Epistola, vbi scribitur, angelum Dei cum Satana pugnasse, qui corpus Mosi volebat esse in propatulo, vt Hebræi aliquando ad idololatriam prouocarentur, eum adorantes quem prope diuinum cognouissent. Quia igitur sepulchrum Mosi à nemine cognitum est, necesse est, eum à nullo homine fuisse sepultum. Quare mendosa est æditio Septuaginta hoc loco quæ habet χυλιδος ηεσ αρχης, hoc est, Et sepelierunt eum in terra Moab. Videtur enim ex hac æditione colligi, Mosē à filiis Israël fuisse sepultum. Quod vt dixi falsum esse, necesse est, quia illius sepulchrum à nemine fuisse cognitum dicitur. Suspicio igitur, locum esse deprauatum, vt pro eo quod illi transtulerunt εθαψαν, id est, sepeliuit, ab imperitis scriptoribus positum sit εθαψαν, hoc est, Sepelierunt. Facilisque est, ab vna ad alteram litteram lapsus.

Contra phogor.] Dcest nomini, Bet, dicendumque Betphogor: quàm improprie, & is locus redditur apud Septuaginta, ερηος οικος φωγορ, hoc est, Prope domum phogor. Nam Mul Hebraice, ex aduerso, non prope significat. Bet præterea licet domum significet, Est tamen de essentia nominis Phogor, hoc loco.

FINIS.



AVGVSTINI STEVCHI

IGVINI EPISCOPI KISAMI, SEDIS

APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARI,

in librum Iob,

PREFATIO.



SCRIPTVRVS interpretationes in librum Iob, illud potissimum præ oculis habui, vt quoniam is omnium librorum difficillimus apud Hebræos habetur, breuiter quid in Hebraica veritate esset, ostenderem, collatis more nostro, Hebræis & Græcis, ac Latinis inter se diligenter interpretibus, & verissimis quibusque selectis, claris autem, ac facilibus dimissis. Est autem apud Hebræos is liber obscurus, quod instar poematis sit contextus, verbis & locutionibus ab vtitato loquendi modo discrepans. Syras etiam quasdam voces peregrinumque sermonem, vt Hebræi fatentur intermiscens. Agitur hoc libro de diuina prouidentia, humanarumque rerum administratione, quæ sæpe apud mortales dubia, desiderata, aut abesse credita, elucet nonnunquam: & quæ patienter iniurias miseris illatas, aut humanas querimonias dissimulasset, manifesta post, præsentia suæ præbet indicia. Quæ quidem tunc clare proposita fuit, cum virum integrum, ac innocentem, omnibus cladibus affligi, sciens & prudens voluit. Sed ruinarum initia ignota cæteris, & inuisibilia mortalibus, ostensa sunt hoc libro, vt hoc exemplo, cæteri admonerentur, quicquid accidat incommodi, id fieri tali quodam ordine, qui nunc est descriptus. Habent enim aliorum mortalium clades, obscuriores causas, quas ex isto libro licebit cognoscere. Si enim iustus exaris, Satanas experituit te, vt probareris. Si sceleratus, & iniustus, luis meritis pœnas. Si malus euehitur, si ad altos honores subleuatur, ne turberis: stat sua cuique dies. Nec iustitia diuinæ est, nisi tolerantem, coniuuentemque esse, reicere in longum, & procrastinare vindictam. Tum tanto grauius, quanto ferius puniuntur. Si iustus & immeritus vexaris, sit tibi tolleratio terrestrium malorum occasio cælestium bonorum. Ac dubitatio quidem, an iste liber editus sit ab ipso Iob, an fuerit vnquam Iob, qui hæc sit perpeffus, apud Hebræos, Græcos, ac Latinos circumfertur. Probatum omnibus præcipue grauioris auctoritatis, fuisse virum huiusmodi quendam, quod ad alias rationes, etiam apud Ezechielcm sit perspicuum testimonium, qui nominet tres iustos, Noë, Iob, & Daniel. Quod si eum velis alterum fuisse Iob etiam, vt ait Auenesta, alterum dicere Daniele, & Noë, cogere. Nostri quoque, id est Olympiodorus apud Græcos, profert testimonium diui Apostoli dicentis τω μωυση ιδε ηεσ αρχης. Audistis patientiam Iob. In libro quoque Tobia, est exemplum de patientia Iob, comparaturque cum ipsius Tobia. Ille quoque Arabs Auerois in moralibus Aristotelis, disserens de animi magnitudine, & aduersæ fortunæ sustinentia, Iob in exemplum adducit, eum beatum appellans. Tum omnis descriptio, patriæ, fortunarum, domus, propinquorum, amicorum, id abunde testatur, quæ in fabulis, fictisque argumentis non ita adhiberentur. Fuerunt autem, qui etsi Iob fuisse asseuerarent, at negarent tamen eum libri autorem. Alii que vt ait Olympiodorus, quendam Hebræum eruditum, propriæ eruditionis ostentationem facientem, qui cum olim hanc rem accidisse audisset, eam poemate descripsit. Alij amicos ipsius Iob, præsertim cum ipse dixerit, Quis det vt scribantur verba mea: Facileque eos potuisse cuncta, quæ disseruisset complecti, referentes quicquid acerbius viderentur dixisse Iob. Alij Mosē, quod & Origenes, & antiquiores Hebræi fatentur, scri-

Libri Iob obscurus, quare.

Libri Iob subiectum.

Tribulationem causam.

An verè existerit Iob. Ezech. 14. Iacob. 5. Tob. 2.


Mos. huius libri auctor.

M

psisse librum, & posteritati, sicut & quinque libros tradidisse. Id eo tempore ab eo fieri potuisse, cum exul ab Ægypto in terris Arabum cum sacerdote Madian, id est gentis Arabiæ, vnde genus ducit Iob, quadraginta annos est versatus. Nam Hebræorum, & Græcorum antiqua monumenta aperte testantur, Moysen in regiam à filia Pharaonis introductum, omnibus disciplinis, ac litteris imbutum fuisse. Hęcque sententia, quoniam & verisimilior est, & pluribus probatur, & ex antiqua successione traditur Hebræis, tum quicquid aliud diceretur, esset incertius, videtur maxime probanda. Atque hi qui apud Græcos in Moysen, librum retulerunt, potissimum *ἐκ τῆς ἑβραϊκῆς* moti sunt, quod in eo mira, & altiora quædam referantur: Ob id Hebræis librum mirabile appellantibus. Qui autem dubij extiterunt, ut ne historia fuerit vera, eo vel maxime sunt compulsi, quod in extremis capitibus, Deus iactare potentiam suam apud hominulum immodice videatur. Tum narrationis ordo, quo datur cuique è quatuor suis dicendi locus, suspicionem, ne ab aliquo dispositus liber, non casu res cecidisse videatur, exhibuit. Sunt quædam alia de quibus omnibus dicendum est: de ordine, neminem debere simulatum quid suspicari, cum id naturaliter potius, non casu euenisse, sit indicium. Nam magno aliquo Philosopho, piissimoque viro in calamitatem incidente, euerfa familia, bonis omnibus corporis, & fortunæ multato, necessario, ipsi admirationem, & carteris stuporem, quibus cum viuere & philosophari consueuisset, res afferret: ut cum inopinato, cum præter certum prouidentiam ordinem, tempestas acciderit, necessaria cadat super ea dubitatio, multusque & eius qui præter spem meritaque sit perpeffus, & corum, quos antea vitam comites sepe & sodales, de his & id genus rebus philosophatos habuisset, sermo crebreferret. Venientes autem familiares Iob, necessario quisque super re vehementer prodigiosa, suam dixit sententiam. Et necessario vbi que respondit Iob: Fieri enim secus non potest, cum ea præcipue inter philosophos, & theologos versentur. Quod autem Deum iactare suam potentiam asseuerant, si quis alios scriptores sacros adeat, vbi que videbit, ex persona diuina, spiritu sancto tonate, indicia prædicari potestiam diuinam. Totus ferme Esaias tali sermone cõtextitur, inuitans homines ad contemplationem Cæli & terræ, perque terrestrium, & cælestium, ut tollant oculos in cælum, aspiciant ordines syderum, ac motus, lucem, perpetuitatem, terram è nihilo creatam. Eadem est apud Iob philosophia. Exaggeratior quidem, & particularia quæque, prodigiosaque rerum naturas magis prosequens. Eo argumenti genere, etiam scriptores profani, in demonstranda diuina prouidentia sunt vsi, cum naturas etiã cancrorum, Echeneidum, pinnarum, post cæli & terræ naturas commemoratas attulerunt, omnia miracula esse, omnia ab aliqua mente magna, nobis occulta creati, & regi, his testimoniis probantes. Sic cum præsentia diuina in disquisitionem apud amicos Iob venisset, illis non negata, cælitus, & intonantius est prædicata, ut omnis error, ac dubitatio abesset. Fuit igitur, & perpeffus est ea Iob. Liber autem est à Moysen cum in Arabia versaretur perscriptus, eo sermõnis genere, quo vsus est in suis canticis, cum cecinit, Audite cæli, quæ loquor. Et Domine refugium factus est nobis. Et in benedictione filiorum Israel, vbi sermo est elegatior quàm historiari. Nam in Iob à principio, vsque ad illum locum, Preat dies, in qua natus sum. Simplex est historia, deinceps est veluti carmen, similisque psalmorum & prophetarum, librorumque Salomonis oratio. Hieronymo autem ab eo loco, totum, excepta extrema historia librum, pedibus spondeo, & dactylo decurrere scribente, intelligendum est, non prorsus his pedibus, & eo syllabarum numero, sed quasi simili, cum apud Hebræos minime ut apud Græcos & Latinos tempora syllabarum numerentur, neque similia carmina habeantur, sicut non sunt apud Latinos, Rhythmi Ethrusci. Illud item sciendum est, editionem Latinam libri Iob vulgatam, esse diuini Hieronymi ex Hebraico: Propterea longe incorruptiorem quàm Sept. apud Græcos: Nam, ut in cæteris libris veteris testamenti, sic in Iob duas editiones fecit Hieronymus, vnam è Græco, quã emendauit adiutus aliis Græcis interpretationibus, appositis asteriscis, & obeliscis: altera recte vertit ipse ex Hebraico: quæ nostra est vulgata, eoque duas in hunc librum eius præfationes inuenies: licet vna tantum, id est postrema conueniat. Nã prior ad editionem, qua superioribus sæculis vteretur Ecclesia spectat. Nec possum assentiri Olimpiodoro in eos indignati, qui Sept. admirabiles illos, ut ait interpres, Hebraica non probe percepta habuissent, sed verborum ambiguitate deceptos, alia pro aliis transtulisse, fateantur, diuinis potius patribus credendum esse, qui ab Apostolis hunc librum iuxta editionem Sept. accipientes, reliquis omnibus editionibus præposuerint: cæteros enim interpretes post Christi aduentum, qui Christiani non essent, magis ad suum arbitrium, quàm veritatem transtulisse. Illos autem, qui & ante aduentum Christi floruerunt

A ruissent, & cõsentire inter se, separati à Ptolomæo cogniti fuissent, quasi ex vna lingua, nihil ad gratiam aut odium edidisse: ac veluti nusquam suspectos concorditer fuisse receptos: quod si quando aliorum interpretum editione utamur, id nos facere perspicuitatis causa, non quod melius istos, quàm illos edidisse, quod absit asseramus. Ego quidem, ut pro re pauca loquar, optarim maxime, quæ dicit esse vera: sed cum sint exempla in contrarium, cum ad rem ventum est, eos melius edere potuisse, in aliam sententiam vocamur. In primis liber is, apud eos discrepat à fonte, ut nulla sit, si veritatem, & perspicuitatem spectes cum nostro, quem ex Hebraico vertit Hieronymus digna collatio. Est autem principium narrationis calamitatum Iob, quasi poeticum, occultumque mortalibus, & inuisitatum, sed diuinis oraculis, quibus nihil abstrusum, exhibentibus manifesta, quæ dubia nobis essent, clarum. Nam, & gladium Angeli, quo cædebat populum, vidit cum paucis David, & ab oraculo dicitur, centum octoginta millia Assiriorum, ab Angelo cæsa. Pluraque alia nobis ignota & occulta, prophetis fuere perspicua ac visibilia. Arbitrandum quidem Moysen minime ignorasse eiusmodi stupendarum calamitatum principium, ut quod in nostris item litteris habetur, diuum Antonium à Satana, volente Deo circumuentum, multisque plagis ferè exanimatum: quod solitarie gestum, scriptoribus, tamen omni fide dignis, Athanasio nempe, aliisque fuit notum. Talisque venit in conspectum Dei Satanas, qualem Aleto dirarum à sede sororum, seu a Iouis coniux exciuit, si poetica licet conferre facris. De quibus post dicendum est. Præclarum autem patientiæ propositum est hic exemplum, eoque admonent Græci esse librum nulli non sexui, ætati que vtilem: cum viderint hominem quondam Regia veste fulgentem, gregibus seruorum septum, omnibus fortunę, corporisque bonis florentem, nullo suo scelere, in tot tantisque calamitates, pietate tamen incolumi, cecidisse, ut nullus mortalium grauiora sit perpeffus, nec fortiozem animum, adeoque inuictum ostenderit: Cumque finem viderit, quicumque hæc leget, gloriosum, necessario iudicabit, aut in hac vita, aut alia fore, omnis fortitudinis ac tolerantiam, eximia merita, rutilantesque coronas.

M ij





INCIPIT LIBER IOB,

CAPVT PRIMVM.

Vir erat in terra Hus nomine Iob, & erat vir ille simplex, & erat rectus.



VIRVM iuxta Græcos, & Hebræos, cum prænominauit ut esset historia clarior, ut scias de quo hæc dicantur, nullaque pars ad historiae cognitionem prætereatur: Opinioni etiam, & grauitatis esse nomen viri, interpretes Hebræi fatentur, Poëte quoque. Arma virumque cano. Et Homerus.

ἀνδρα μοι ἔννεπε μύσση.

Estque scriptoris exordium. Virum tibi describo, egregium, insignem, toto Oriente nobilissimum: opibus, familia, florentem. Nec tam proprie Sept. dixerunt *ὁ σπουδαιότερος* iuxta Poëtam, ego dixissem *αὐτῆς*. Tum persequitur, quæ ad historiam sunt necessaria, patriam, nomen, fortunas. Patria fuit Hus non sacris solum

litteris, sed etiam profanis nota. Nam Ptolemæus Hústas ponit in Arabia. Nonnulli Hebræi putant esse Armenia, sed cum vicinæ sint Armenia, & Arabia, non interest ab utroque sensu multum. Hus, qui primus huic regioni dedit nomen, filius fuit Esau, frater autem Arâ, à quo Aramea, siue Armenia dicta. Sicque duo fratres vicinas duas regiones tenuerunt. Quod Hus, à quo Hústas fuit filius Esau, is vero filius Isaac filij Abraham, inde argumentatur Hebræi, Iob, quoniam fuit de genere Hus, fuisse de stirpe Abraham, ut quo tempore cre scibat proles Isaac in Chanaan, eodem proles Esau in Arabia, propinquitque regionibus. Hinc Græci, & Latini iuxta traditiones antiquas dixerunt Iob ab Abraham: suspicari Iob esse, quem catalogus stirpis Esau, vocet Iobab. Infamium existimatur ab Auē. Esra, ut si perspicuum sit Iob fuisse Hústam, haud protinus certum fuisse quintum ab Abraham. Mihi vero non ab re videntur illi Hebræi, & nostri suspicari, Iob esse quintum illum Iobab. Nam cum in eo catalogo omnes principes Hústitarum nominentur, Iob autem toto Oriente insignem historia dicat, cuius nulla sit ibi mentio, certe videtur esse ille Iobab. Quin tralatio Sept. Theodotionisque in fine libri dicit, eum fuisse Iobab: Eumque non post legem, sed ante floruisse, eo vel maxime probat argumento Olympiodorus, quod dicatur fuisse *μακροβίος*, & supra ducentos annos vixisse, quod vitæ spacium, post legem non fuisse certum est. Quoniam vero de stirpe optimi, ac sapientissimi Abraham, eum fuisse, constat, putant Hebræi factum, ut paternam pietatem, cultumque erga Deum cæli, retinuerit, totamque Theologiam è fontibus eius potarit. Sic amici eius ex eodem, & ipsi genere, erant pij. Deumque cognoscentes, & nomina eorum erant nomina maiorum suorum, à quibus genus ducerent. Nam primus fuit Eliphaz, quo nomine dictus est primogenitus Esau, diciturque fuisse Themanites, quæ & ipsa est regio Arabia. Siquidem Theman fuit filius Eliphaz, qui erat primogenitus Esau, à quo natus filius, nomen loco dedit. Quamque Themanites sit potius nomen cognationis à patre Theman, sicut Heraclides ab Hercule. Ceteros quoque ab Abraham genus traxisse ab Hebræis demonstratur. Additum autem nomen Iob, perspicuum argumentum fuisse, hanc veram historiam fuisse: itemque mores eius, quod fuerit simplex, pro quo Hebraicè est *תָּמַם* Tham, duobus significatis, simplicis, & perfecti: ut dicat eum fuisse, aut simplicem, aut perfectum. Perfectum vox designat, ut lex domini immaculata Hebraicè *תְּמִימָה* themima, perfecta, absoluta: eiusmodi fuisse Iob virum integrum, absolutum, sincerum, ideo pro eo Sept. dixerunt *ἀληθινός* veridicus, aut verus, quod sinceritas, & perfectio & integritas sit ipsa veritas, & verus atque integer idem. Fallitas autem,

A rem, veritati aduersa, vitium contrarium integritati: Veritas quoque idem pollet atque ens apud Philosophos: vitari autem est in falsitate delabi. Estque veritas, non ore solum, sed cogitationibus etiam: Falsos autem, aut fallaces vocamus, à vera vita, moribusque declinantes, quasi adumbratos, & simulatos, pictos homines non veros, ut ait Chrysostomus. Designare autem nunc hæc vocem perfectum, & absolutum, apparet ex tralatione Chaldaica, pro *תָּמַם* Thâ Hebraico, ponente, *שָׁלִים* shalim, quod sine controuersia, etiam Hebræis signat perfectum, secutus est noster interpres Aquilam, & Simmachum, ut sepe solet, quorum prior reddidit *ἀπλῆς*, simplex, alter *ἀμωμος* inculpatus. Rectum quoque eum dixit, quasi iustum: Est enim iustitia æquitas, iniustitia iniquitas. Æquus & rectus, idem. Ut in corporibus obliqua, & recta, & à corporeis, visibilibusque nomina rerum non sensibilibus nanciscimur, ita in animis. Quid autem sit in moribus, & quid valeat obliquitas licebit ex corporibus noscere, si prauum nasum, aut oculos obliquos aspicias. Ideo Sept. metaphorâ resoluētes, duobus nominibus expresserunt quod Hebraicè est *יָשָׁר* iashar, rectus *ἀμεμπτος* *δικαιος*, irreprehensibilis, iustus, sed *ἀμωμος* multò rectius redditur Latine irreprehensibilis, siue inculpatus, quâ quod olim Latini, sine querela, cū Græca vox non actionē, sed passionē designet. Tertio dicit eum fuisse Deitimentē, quod quâ vim habeat, optime docuere Sept. vertentes *θεοσεβής* pius, cultor, Dei venerator. Quo agnoscis, Hebræis timere Deum esse, colere, suspicere, admirari. Is timor non est *δουλομωμία*. sed animi vigilia, ut recte cuncta faciat, Deumque propitiū non ob malefacta, iratū habeas. Ecce igitur præclara absoluti hominis descriptio. Nam cum duas Platone auctore partes habeat iustitia, erga Deum, & erga homines: erga Deum, ut reddas ei quæ debes, pietatē, & veneratōnem, colas omnibus modis, sacrificando, templa ad eum, multo autē magis animo, & puris cogitationibus venerando: erga homines, ut ne noceas, tū pro sis pro viribus: utraque dat Iob. Propterea vocauit eum perfectum. Qui enim erga Deum iustitiam, & erga homines serunt, hic absolutus est, hic vndeque perfectus. Præclare ait Chrysostomus apud Philosophos, hominis esse descriptionem, quod sit animal rationale, mortale: sacrarum autem litterarum hominem esse, qui retineat imaginem, & ex virtute humanitatem indicari, virtute carentem, hominem non esse. Seruare autem characteres hominis, & lineamenta. Nam homo cum in honore esset, comparatus est iumentis insipientibus, & similibus factus est illis. Et, Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. Theologia igitur teste, fieri possumus, equi, & muli, & sine intellectu esse, etiam in humanis lineamentis. Et Salomon dicit totum hominem esse Deum timere, & mandata eius seruare. Quod autem dixit, Recedens à malo, Est solita litterarum sacrarum philosophia, cum dicentium esse verum hominem, qui non solum recedat à malo, sed etiam faciat bonum. Recede à malo, & fac bonum. Nec satis est nemini nocentem ociari, sterrere. Non hoc contentus est Deus, vult te ulterius progredi. Id dicit habuisse Iob. Hac descriptio colentem Dei fuisse Iob probari. Tenuisse autem vllam scientiam, aut Philosophum fuisse, hic non describi, sed ex responsis eius postea intelligi, nonnulli Hebræi proferunt. Neque vero sacris litteris multi fit scientia rerum occultarum, sed fit plurimi pietas, timor domini, quæ vera est sapientia. Cuius fuit singularis pietas. Item ex responsis apparet excellens Theologia. Ob pietatem autem par est opes eius accretuisse, & Deum ei benedixisse, ut Hebræi quoque testantur. Describens autem familiam, bonamque fortunam ut Philosophi dicunt, post præclara illa animi bona, à quibus corporea proueniunt, septenarium filiorum numerum, & ternarum filiarum proponit. Quod etsi casu, atque natura fieri potuisse censcam, Hebræis tamen Abraham, utrumque hunc numerum ait esse celeberrimum, maximi que ponderis. Et septē Latini dixisse videntur à Græco *σεπταπλοσ*, venerabile. Didymus septē filios figurate, septē gratias designari. Sed ut ait Chrysostomus, filios commemorauit, propter sequentia, tum ut doceat non rapacem patrem, propter filios fuisse, tum qua educatione eos instituerit. Tum in bonis corporis est proles. Quodque ait. Fuit possessio: Eodem nomine Hebræi possessionem, atque armētum dicunt *מִקְנֶה* mikne, quod antiquorū possessio esset in armentis. Ideo pro possessione, Sept. posuerunt *κτήνος* armētum, pecus, utrumque quadrat. Numeratque alia bona fortuna, ordinate, prius bona animi, hiroicalque virtutes, tum hæc minora, in quibus primum habet locum proles, post, diuitiæ. Et Olympiodorus pulchrè monet hæc Theologiam ponere, ut intelligas, non obstitisse diuitias, quo minus iustus esset, nam copia saepe parit satietatē, unde violentia. Sapienterque Philo Iudeus *τῆς κοφῆς ὑπερῆς ἐγγυονον τῆς σιότης*. Legitimam prolem satietatis esse violentiam, faciliusque est in paupertate, quàm diuitiis seruare iustitiam. Sciendum etiam Iob Arabem, Arabicas diuitias possedisse, nempe greges camelorum, ouium, asino-

Fallaces qui sint.

Iustit. dua sunt partes

Hom. ex homin. christiani discernimen. Psal. 48. Psal. 31.

Psal. 36.

Violentia mater satietatis

rum. Viram enim illi agitant pastorem sub pellibus: unde à tentoriis Scenitæ dicti. Fortasse verum est, quod Chaldaeus interpres septem millia ovium, ad septem filios refert, unicuique mille oves attribuens: Tria vero millia camelorum ad tres filias: dans cuique mille camellos, quinquaginta autem paria boum, ipsi patri, quingentas asinas vxori: famulitium autem unicuique inges. Ac pro familia Hebraicè est *אבדא* abuda, seruitium, famulitium vt vertit Aquilas, quem noster sequitur *δουλεία* quasi famulorum copia. Clarius Symmachus *δουλεία* vt intelligas, ad agros, ædificia, prata, paradisos, plantationes, multos seruos adhibitos. Iustissimos, vt ait Chrysostomus habebat quæstus ex agricultura, & grægibus: quo lucro nõ est iustius. Fuit apud Græcos obelisco cõfossus *καρὴ ὑπηρεσία πολλὴ σφόδρα* & famulitium multum nimis. Quod fieri non debuit. Nam obeliscus notabat superflua, hoc vero nõ redundat, sed est apud Hebræos. Nam vt ait Chrysostomus. *ἡ εὐδαιμονία οὐκ ὁσοῦ ἀβελίσει ἐν τῷ ἐβραϊκῷ ὡς ἐν τῷ ἑλληνικῷ, ὑπὸ τῶν ἑβραίων μόνον παρὰ τὴν σαφηνείαν ἐστίν.* Scire conuenit, quicquid obelisco sit confossus in Hebraico nõ esse, sed à Sept. solum adiectũ esse, perspicuitatis causa. Hoc vt dixi in Hebraico est. Quodq; ait: Magnus inter omnes Oriẽtales. Hebraicè *גדול גדול* gadol, micol, maior omnibus Orientalibus, & Simmachus, quem sequitur noster *מגדול גדול* *מגדול גדול* *מגדול גדול* omnium Orientalium maximus. Claritas erat, diuitiis, prole: Orientemque Arabiam, Armeniam, Persida, Theologia vocat. Quoniam Sept. hæc magnitudinem ad generis claritatem retulerunt, pro magno transferentes *עליונות*, generosus, ingenuus, referunt id interpretes ad stirpem Abraham, sed, vt dixi, potius ad filios & diuitias spectat. Quodq; ait eos fecisse conuiuium, concordiam, & mutuam eorum inter se charitatem, vt felicitas patris esset perfecta, designat. Charitatem, quam ab optimo patre didicissent. Dicẽsq; [vnusquisq; in die suo] Chaldaus, quod proponit etiã Nicolaus, septẽ hebdomadẽ, dies designari ostendit: agentibus illis conuiuia, donec hebdomada expleretur, septem diebus, septem filiis adiudicatis. Et Chrysostomus, ac Olympiodorus, mirabilem eorum fuisse charitatem, quod non ad alios sed suos diuerterent, nullaq; dissensio inter eos esset, nemo sibi primatum vsurparet: Sorores vocatæ venirent, eo, & eorum probitatem, temperantiamq; ostendi, quod non alienas fœminas introducerent. Quodq; ait. [In orbem trássit dies] verè iuxta Hebraicũ *חיקיפח* hikiphu circuissent, obambulassent, in se redeundo, reuerfa extrema die septima, ad primã. Quod apertius volentes Sept. explicare verterunt *סגרתם לאדונתם* absoluti, completi essent, idem & Chaldaus *שבתם* kad shelimu. Quãdo erant cõpleti. Sicque explanat Auen Esra, quando expleuerant orbem septem dierũ, quia septem essent filij. Sunt apud Hebræos qui putent non semper eos in conuiuiis fuisse, neq; patrem eorũ æque id latũ fuisse, vt omnibus diebus, symposia agitarẽt, expletaq; hebdomadæ, rursus reverterent, sed semel quoq; anno. Quare enim pro eis sacrificia semper obtulisset, veritus ne peccarent, si crastina reparadũ esset conuiuium? [Mittebat autem] Fuerunt nonnulli apud Græcos, qui explanarẽt, quod Sacerdotes eo tẽpore essent volũtarij, nullis suffragiis electi quemadmodũ Melkizedek, sic Iob fuisse sponte sua sacerdotẽ, offerentem, & mittentẽ sacrificia. Olympiodorus verbum mittendi designare *ἐπιμέλειαν*, diligentiam, sollicitudinem. Ego dicerem, aut cum mittere solitum ad templum hostias, aut filios cõuocare ad expiationem, vt presentes essent, dum sacrificaretur, sicut Iacob cõuocauit filios ad sacrificium. Ideo cum misisset, sanctificabat, quod apertius Sept. *ἐκθάρσει* purgabat, mundabat, expiabat. Eã expiationem nonnulli Hebræi à mulieribus dicũt, tum vt vestes mutarẽt, aut mundarẽt, vt pura in veste adessẽt, *θύρας ἐπίθεοσι βελουοις* claudatur porta profanis, ait Orpheus & Pindarus *ἐπέε, ὅστις ἀλυτρός*. Me bello tãto digressum, & cade recẽti, atrectare nefas. Quãto magis Sacra illa. Mũdamini qui fertis vasa domini, Sãctificationẽ esse posse etiã ipsũ sacrificiũ ipsãq; hostiæ oblationem, Græci suspicãtur, corporeas autẽ delicias, pollutionẽ attraherẽ palã est. Abraham, sicut & superius, putat sanctificationem esse præparationem ad sacra, vt illud. Sanctificamini hodie filij Israël, nempẽ mundi estote, purgate, expiate animum, & corpus, puras vestes sumite. Sic Chaldaus hoc loco pro sanctificabat eos, dixit *זמנין* zaminũ præparabat eos. [Consurgere autem diluculo,] Hebræi, & Græci eximiam pietatem ostẽdere consentiunt, acceptabileq; esse sacrificium matutinum, cum ante omnia quærimus regnũ Dei. Ad te de luce vigilo, inquit ille. Studiũ ergo, & diligentiam erga cultum Dei, & expiationẽ filiorũ, vir pius præ se ferebat cum diluculo surgeret. Quodq; noster dicit, per singulos, est pro singulis, Hebraicè *מספר* mispar culam, pro numero omnium. Totidem hostias offerebat, quot essent filij. Quo loco pleraque addiderunt Sept. confodienda obelisco, quippe quæ non habeatur in Hebraico *עַם מִבְּחֹן עַל אֵימָרְתָּא עַל רִשְׁמֵי חַיִּינֵי אֲוִיָאֵי.*

Et

A Et vitulum vnum pro peccato, pro animis eorum. Hæc addita esse ex alio loco, palam est, licet à Chrysostomo, & Olympiodoro exponantur. Eoque in nostra editione, quæ recta fuit ex Hebraico, non habentur. Quodque ait, [Dicebat enim ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deum in corde suo] Dicebat, cogitabat, secum reputabat, videbat quã difficulte sit inter voluptates seruare constantiam, lasciuis corporis prouocantibus ad cõtemptum Dei, & superbiam. Hoc ille videbat, & timebat, ne forte peccassent, & benedixissent. Quo loco obseruandum, quod etiam Nicolaus, & Hebræi hic demonstrant, & Chaldaus, Sept. quoque benedicere in sacris litteris, duas habere inter se contrarias significationes, bonæ, & malæ locutionis, sicut Latinis Sacrum: Auri sacra fames: Morbus sacer, execrabilis. Græcis quoque sunt quædam verba, quæ ipsi *μέσα* media dicunt, vt *δουλειών, τὴν κακὴν* malum & bonum Dæmonem, propitiam, & aduersam fortunam indicantia. Itaque Hebræi afferũt exemplum. Benedixit Naboth Deum, & regem, pro, maledixit. Horret enim, ac refugit, in Deo verbũ maledicendi, scriptura. Et Sept. pro benedixerint, posuerũt *ἐπενόησαν κατὰ τὸν θεόν*. Male cogitauerint de Deo. Id & Chaldaus. *ברעוין קרי* Argisũ Kodam Adonai Berainchon, prouocauerint, irritauerint Deum, prauitatis suis. Sicque exponunt cæteri Hebræi, dicentes, diuitias & voluptates, tumidum ac superbum, contemptoremque animum reddere. Iacrossatus est dilectus, & recalci trauit. Effrenati quidem & scelesti, peccant cogitatione & factis, in eliores, si non factis: at cogitationibus possunt cadere in superbiam. Hęc pius, & prudentissimus timebat, & timens, omnibus diebus, quibus B conuiuia & epulæ agitabantur, totidem hostiis occurrebat. Quodque ait. Quadam die venisse filios Dei, vt assisterent coram domino, & Satan affuisse, Duæ sunt sententiæ apud Hebræos de die, vna est Chaldaei, quam plerique sequuntur, qui adiecit hoc loco quædam, tanquam paraphrastes, & factum est in die iudicij, in capite anni. Et venerunt cæteræ Angelorum, vt starent in iudicio, coram domino. Quod Auen Esra exponens, principium anni inquit omnes mortales, ante conspectum Dei assistunt. Aut, inquit, in die iudicij solius Iob. Abraham quoque iunior, apertius hæc explicans ait. Hunc diem maiores nostri intellexerunt caput anni, qui est dies iudicij & principium ordinis insequentis anni, in reuolutione suarum causarum à corporibus caelestibus, quæ iam inde ab initio inchoarunt vel fundarunt iudicium à domino omnis terræ, antequam montes nascerentur. Hæc ille dicens, innuit eam quæ Latinis dicitur prædestinatio, Græcis *προορισμός* prædissinitio, qua diffinitum fuit, vt Iob probatur. Hanc autem destinationem vult fuisse ante terram, & cælum, quando in suis causis omnia cõtinebantur, licet minus religiose in corporibus caelestibus, dicat prædestinationes illas æternas, super humanis rebus insitas. Quoniam igitur, hæc nimium incerta & dura sunt, & potius astrologica, quàm diuina, Chaldaica, quàm sacra, tenendum est, quod secundo loco dicitur etiam ab ipsis Hebræis, hanc esse quandam chronographiam, quales multæ inueniuntur. In die, qua Deus creauit cælum, & terram. Et fuit dies, & transiit Eliseus ad Sunam. Et, non post multos hos dies. Temporis igitur est descriptio, illius scilicet quo Deus statuit probare ipsum Iob, qualis fuit ille dies, quo tenacuit Abraham, iubens, vt sibi filium primogenitum sacrificaret. Huic erit conforme, quod secundo loco dixit Auen Esra, diem iudicij, ipsius Iob, quo Deus, cum statuit iudicare, id est ponderare, metiri, perpendere, probare quis esset. Fuit dies probationis. Ideo noster Hier. bene, Quadã diẽ, designas certũ quoddã tẽpus, quo hoc factũ est. Idem innuit palã Chaldaus, die iudicij vocas, quo Angeli referrent Deo, quos oculos & aures Dei dicit Philo, quæ fiant in terris. Die qua Deus cõuocauit Angelos, vt sibi nũtiarẽt, quæ fiãt per orbẽ. Propositis igitur multis sententijs, seligendæ sunt meliores. De assistẽtia quoq; filiorũ Dei, & de Satan inter eos. multæ sunt, & esse possunt sententiæ, è quibus meliores deligemus. Primũ admonendi sumus, aliud esse res ipsas, aliud earũ similitudines & representationes. Non enim sequitur, vt si quadã rei alicuius imaginẽ vidisti, mox res representata sit talis. Vidit Ioãnes virũ è cuius ore prodibat ex vtraq; parte ensis acutus, iste vir nusquã est, sed designatur, iudiciũ formidabile, quo dãnati lætali vulnere cõfodiẽtur. Vidit Elaias thronũ, eglũ & terras contingentẽ, & virũ desuper sedentẽ, quẽ adorat multitudo Angelorũ. Vidit Daniel hircũ arietatẽ in omnes mũdi partes, Alexandrũ Macedonẽ designantẽ. Postremo vidit in libro Regũ, Sedechias dominũ sedentẽ super folio maiestatis suæ, & Angelos eius circũstãtes eũ, & interrogãtẽ, quis deciperet Achab, vt caderet in bello q; parabat: cõtinuo quẽdã ex assistẽtibus, pollicitũ se decepturũ eũ, spiritũ mẽdacẽ infũdẽdo in prophetas Achab, qui ei propitia canebãt. Atqui spiritus mendaces nõ sunt inter assistẽtes Deo. Sũt igitur visiones tantũ

Benedicere duplicem etiam contrariam habet significationem.

Verbi maledicere abhorret scriptura.

visiones scripturae nõ sunt ad amissim rebus ipsis conspiciendæ.

Hebræi vi-
sionem Iob
parabolam
putant.

quæ ad res ipsas reuocatur, non debent ad amissum coaptari, vt quicquid in visione fuit, sic item in ipsa re, sicut non est gladius in ore Dei, sed sermo formidandus, iudicium seuerum. Similiter si dicuntur filij Dei stetit coram summo patre, & Satã interfuisse, Scito visionem fuisse tantum, quæ si ad veritatem reuocetur, debes apta colligere, quæ minus, similitudini relinquere. Non enim, etiam si per visionem alicui offeratur, inter multos Angelos, qui throno Dei assisterent, interfuisse Satan, reuera Satan in celo esse, aut aliquando cui Angelis fuisse debes suspicari. Nec Deus loquitur cum diabolo. Visio fuit & apparentia, designans tamen aliquid simile, vt appareat quo modo à Deo in tentationes labi, sit Iob permittus. Neque sunt eadem visiones reorum, atque res ipse: cur enim Deus, cui nota sunt omnia, interrogasset Satan, vnde veniret? Vna igitur hæc est sententia, vt non res, sed visio prophetica hæc fuerit. Secunda est quorundam Hebræorum censentium, hic neque rem fuisse, neque visionem, sed esse parabolam tantum, id est similitudinem quãdam in oratione. Veluti quas Christus proponebat, de Lazaro & Epulone, de nuptiis, de decem virginibus, de eo qui venit superfeminare zizania, de duobus filiis, altero prodigo. Hæc enim fortasse nunquam fuerunt, sed his similitudinibus erudiebantur homines, ad similia. Sic fermè putant Hebræi nonnulli, neque factum, neque visum nunquam quod hoc principio refertur, sed virum sanctum, ac prophetam, qui scripsit hunc librum, parabolice & figurate, principium calamitatum, Iob proposuisse, veluti cum Iuno apud poëtam, dirarum à sede sororum euocat Alceto, quasi hunc ipsum Satan: & apud Homerum Iupiter agit præcipitem. Attende celo, Hæc enim, & si non fuissent, habent tamen tale quiddam in rebus humanis. Sic diuino prophetæ cui notum esset, diabolus aduersari, à Deo autem ad corroborationem virtutis, id permitti, proposuit rem, vt par esset, accidisse: sicut quinque virginibus exclusis, quinque admittuntur. Erit item hæc quasi prosopopœia, datur enim persona ipsi calamitati vel Nemesei, vt steterit coram Deo vt locuta fuerit, perinde si quis induceret inuidiam loquentem personatam, qualem describit Ouidius. Nam reuera Satan rationem habet inuidiæ, & calumniæ, sic Atë à nocendo dicta est πάντας ἀάτται. Et bellum, habet personam apud Poëtas. appellant autem hanc Hebræi מידת הדין midat hadin, rationem iudicandi personam indutam, cum Deo loquentem. Hæc est secunda sententia. Tres sunt reliquæ, quod diabolus assistat inter Angelos, vt assistentia rerum humanarum sit administratio, quæ fiat per angelos, Deo, quæ fiant in terris, referentes, intercedentes, inter nos, & Deum, & vt ait Plato διαπομπέωντας καὶ ἐρμηνεύοντας medios interpretes. In hac autem assistentia, & administratione, etiam dæmon, per quem virtus probetur, aliquem habeat locum. Hoc secutus est Gregorius Theologus, & apud nos Nicolaus, est quæ fermè idem cum primo, eo excepto, quod illic in visione ostensum, hic autem explicatur quid lateat sub visione. Est secunda, quæ est Rabi Saadias, non spiritum isto loco, neque enim Angelos aduersari, & inuidere posse, sed hominem aduersantem, & inimicum designare, quem Deus passus sit irruere in Iob. Quæ sententia, licet in sacris litteris, etiam homines dicantur Satan, de Salomone, suscitauit ei dominus aduersarium, Hebraicè Satan. Et diuo Paulo Angelus Satanæ datus, vbi Chrysostomus dicit Satan, quosdam qui cum insectarentur, vocasse: refellit ab Auen Esra, ostendete etiam Angelos bonos appellari Satan. Nam in Balaam de Angelo, & stetit angelus domini in via, vt aduersaretur ei, Hebraicè הַשָּׂטָן le-satan lo, in Satan ei, in aduersarium. Sic duo Angeli euerterunt Sodomam. Sed nec ista mihi probatur. Igitur meliorem ac veriorum censuerim priorem, vt fuerit quædam visio representans hoc ipsum, non per bonos Angelos factum, sed aduersantes, & inuidentes. Neque vero, tametsi audias Deum cum Satan loquentem, eumque interrogantem, mox in suspicionem venire debes, non secus haberè rem ipsam. Pingit quicquid liber Omnipotens, & per visiones loquitur, volens simulacra esse quasi locutiones & sermones suos. Sicut per oblatum thronum Esaiæ grandem, cælum & terras attingentem, maiestatem suam ostentabat. Vidit igitur Moses, aut amici Iob qui librum scripserunt, cum quibus etiam locutus est Deus, vt in fine libri ostenditur, talem visionem. Nam creberimæ erant eo tempore visiones Angelorum, visiones inquam non corporæ, id est corporeis oculis oblatæ, sed per animum, sensibus sopitis, quales creberimæ extant apud Prophetas: ob quam causam, videntes appellabantur, & de quibus Iob. Filia vestra visiones videbunt. Et aut penes paucos, aut vulgo fama erat, harum calamitatum, eiusmodi fuisse principium, visum ab aliquo sancto viro in animo, in visione. Hoc videtur probabilius, quàm vt re acciderit, qualis fuit visio Dei & Angelorum ipsi Abraham: quos

Iob. 2.

A quos corporeis oculis, in figura humana apparentes, conspexit. Caterum non esse absurdum Satan cum angelis bonis interesse, à Græcis ostenditur. Iam inde ab initio, in Paradiso vbi creator cum Angelis suis, aderat, affuisse etenim dæmonem, serpentem antiquum. Eritque hoc in Iob, simile his, quæ fuerunt in Paradiso, vbi in visibili, spectabilique præsentia, Deus & Angeli & serpens letifer affuit, & cum serpente est Deus locutus eum maledicens. indutus præclara humana figura, vt cuius late tendat omnium gerendarum rerum potestas. Hæc quæ sola proponuntur à Græcis, & Latinis. Igitur pro filiis Dei, Sept. & Chaldaus posuerunt Angelos, vt mira sit, & digna consideratione Theologia, filios Dei Angelos vocans. Quam profus antiqui Poëtæ, iidem & Theologi audientes, & cum sacris litteris magnopere consentientes, patrem hominumque, Deumque celebrant. Atque inuenies vicissim, tum homines, tum Angelos appellari filios Dei, sed frequentius Angelos: quod possint homines esse boni & mali. Cum autem boni fuerint, eos appellari filios Dei, frequens est: Ex Aegypto vocavi filium meum, de Israël. Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes. & dedit eis potestatem filios Dei fieri. Tunc ergo sunt homines filij Dei, cum vitæ probitate & innocentia, conditionem Angelorum assequuntur, qui verius filij Dei dicuntur, tanquam altissimo patri optimi filij, & similes auctori suo obsequentes. Hæc ratione in sacra Theologia audita enuntiant Poëtæ.

ὁ πατήρ ἡμῶν ἵερε κροιδὴν ἦναι ἱε κροιδόντων.

O genitor noster sancte, & summe induperantum.

B Cumque ait, Cum venissent, Iob hoc loco obseruant Hebræi, cum id necessario fuerit occultum, prophetam fuisse, qui librum scripserit, quem res non latuerit. Stare autem coram domino, & si Nicolaus refert ad merita portata coram domino ab Angelis, ego magis ad illam visionem retulerim, sicut in libris Regum, Vidi dominum sedentem super solio maiestatis suæ, & omnem militiam cæli stantem circa eum, à dextris, & à sinistris. Induciturque à sacris litteris Deus, innumerabilibus Angelis circumfusi, tanquam dominus & Imperator omnis orbis. Et pro Satan Sept. sicut soliti sunt, posuerunt, διάβολον & semper verbum aduersandi transferunt διαβολῶν, calumniari, cum illud sit propius, & possit esse verum, quod quidam Hebræi suspicantur, hic Satan esse quasi diuinam Nemesein, omnia lustrantem, nihil inexploratum relinquentem, per omnes terras obambulantem, ex quo Græci dicunt δεινὸς δίκης ἀφθαλμὸς acerrimum esse oculum iustitiæ: cum qua per prosopopœiam Deus loqui inducatur, quæ non patiatur quenquam intumescere, & inter voluptates, Dei obliuisci. Quod cum Iob non fecisset, iure admirabatur, in se Nemesein impetum fecisse, & per totum librum, reddit à se actæ vitæ rationem, eoque, Deus ei cuncta restituit. Quod autem Deus eum rogat, vnde veniat, sæpe interrogatio in sacris litteris datur Deo. Vbi est Abel frater tuus? Qui sunt hi viri, qui venerunt ad te? Et in Hemorroissa, Quis me tangit? Hæc interrogationes, vt responsio sequatur, ponuntur. Circuitiōnem terræ, Hebraicè בְּשׂוֹת, circuitiōnem, & inuestigatiōnem, Hebræi interpretantur, alij insidias dæmonis, qui circumeat, quærens quem deuoret, prius vt Græci dicunt, θεόμαχος postea μισάνθρωπος. Hebræi cum multis oculatam iustitiam seuerè omnia intuentem, personatam, veluti si Iupiter, inuidiam aut somnum alloqueretur. Græci dæmonem dicentes, responsione eius, accusationem suam declarasse: quod circumeat instabilis, vagus, necis sitibundus, qui iustitiam & Nemesein, quod eius sit omnia cernere, non dormire, vt stulti credunt, noctu, & interdium vbique adesse, etiam intimas cogitationes intuentem. Et cum Deus eum rursus interrogans dicit Hebraicè, an posuerit cor suum ad Iob, Sept. quod obseruandum est, posuerunt pro corde τὴν διάνειαν, mentem, cogitationem, & bene Hiero. cam dixit obseruantiam. Responsio autem Satan, etiam iustitiæ conuenit, non quidem inuidenti, sed eximiam erga Deum pietatem, desideranti, volenti nos, etiam in aduersis, eius esse veros amatores. Eum enim verum esse amorem, qui in tentatione non succumbat, palam est, sicut non sunt veri amici apud mortales, qui amicos in aduersa fortuna desererent, aut vbi amici prodesse cessassent, illi cessarent amare. Huiusmodi proditores potius dicerentur. Si de dæmone, ad insidias eius pertinebit, sitimque nocendi. Et Chaldaus hic adiecit, quod, & ad dæmonem & iustitiam potest referri. Circuitiui terram vt quærerem opera hominum. Quodque respondit. Nunquid frustra Iob timet Deum? Probatur, veram charitatem erga Deum non esse, quæ solum in secunda fortuna vigeat, restante discedat, sed esse veram, quæ nullis queat casibus conuelli. Illud idem sit palam, nihil, aut dæmonem, aut Nemesein accusare Iob

Osee. 11.
psalm. 81.

potuisse, cum nullum ei crimen obiecerit, tatum, quod esset pius & iustus, diues & beatus, fieri posse, ut Deum coleret, quo primum consequeretur, mercenarius, ut Græci dicunt: & quoniam se beatum, secundisque spirantem ventis fortunam cerneret, eo corroboraretur, animaretur ad cultum Dei. Huic item causæ nullum esse locum, voluit Deus. Quodque ait. Nonne tu vallasti. Hebræi verbum vallandi exponunt, sicut vinea sepibus vallatur, ne quisquam noceat. Sicque ad providentiam Dei pertinet, quod omnia prohibuerit, propulerit aduersa. Quo volebat innuere Satan, non habuisse hæcenus causam apostasiæ, iustitiæque violandæ ullam, Job cuncta aduersa, quibus sæpe cogimur delinquere, submouente Deo. Vallare igitur, illi exponunt tegere, obumbrare, defendere. Sicque Græci, etiam exponunt, propter clarum verbum in Græco περιφραξας sepiuisti, muniisti, Et Olympiodorus. In profundo ocio tranquilla pace quiescit, nihil infestat, nihil turbat. Non probatur, quasi forti præsidio eum circumdedisti. Opera autem manuum Polychronius exponit, agrorum felicitatem, felices segetes, vinearum fertilitates, quicquid agriculturam conficit, vbera distenta capellis: auctus pecorum, & armentorum. Ideo possessio etiam armentum dici potest, Hebraicè mikne, & armentum eius impleuit terram. [Nisi in facie benedixerit] Cum Hebraicè pro Nisi, sit *אין* in lo, si non, dicunt Hebræi, deesse verbum. Tange inquit omnia, quæ habet, & vide, si non benedicit te, quia non te benedicit ut solet, non erit adeo tibi deuinctus. Sic exponit Ranban. Potest verbum benediciendi esse sicut superius in contrarium, & erit, ut solent Poëtæ pulchra ἀποσιώπησις. Vulnera inquit eum paululum, si non te execrabitur, & in faciem mittet conuitia. Hicque tacet, fermè innuens, Dispeream. Sicque videtur intellexisse Chaldæus, transferens hic *רמי* irghezinak, te ad iram prouocabit. Etiam Abraham sic interpretatur. Et contra faciem inquit benedicit te, ut loquatur conuitia, contra quam solitus esset. Etiam intellexit Nicolaus: Didymus item exponens quod transtulerunt Sept. *εἰ δὲ ἴδῃ ἰσὶν αὐτὸν φανερός βλασφημίασι*. Si non tunc aperte te maledicet, insolecet in te, acuet linguam. Data autem ei potestate, non exagito quæstionem Hebræis, Græcis, Latinis diu ventilatam, de infestationibus viri iusti. Requirit enim ordo iustitiæ diuinæ, ut fiat amoris probatio. Sic tentatus est Abraham, Tobias, prior omnibus Adam, plenus est mundus probationum harum. Sed apud Christianos magis est clarus locus is, quam Hebræos, omnia ad hanc vitam referentes, eoque in multis hallucinantes. Græci, videlicet Chrysostomus, ignarum futuri dæmonem, victoriam sibi pollicitum, Deum præcium dedisse potestatem. Apollinarius hinc intelligi nullam in homines dæmonem habere potestatem. Si referas ad Nemefin, senties omnia per mittente Deo ad bonum. A facie autem exiuit, ut referas ad visionem, ipsumque propositum modum, alioquin ubique ante faciem eius sumus. Illatæ autem clades, videntur apertum præbere testimonium, hunc non fuisse dæmonem, sed fuisse per proso-popeiam, probationem diuinam, siue iustitiam, aut Nemefin. Non enim dæmon latronum turbas incitasset, nec reor in ignem caelestem, potestatem habuisset, nec ventos impulisset, quanquam Græci accepta potestate desuper: aut calamitates ad hunc quidem modum cecidisse potuerunt, modus autem parabolicus est, occultioresque à Deo habens causas. Cæterum non videtur diuinæ providentiæ consentaneum, ut propter patris probationem, filij interficerentur, nisi forte aliquo peccato impliciti, quod hic non refertur. Neque enim voluit occidi Isaac: nec vnquam hostiis humanis delectatus est, sed potius eas execratus. Sed sæpe tamen cum sceleratis patribus extincti sunt innocentes filij, de quibus ratio indicat in alio mundo, præmia eorum esse parata, aut eis esse expiationem peccatorum huius vitæ supplicia. Multa alia miranda acciderunt, de quibus prudenter est iudicandum. Ioannes est occisus vir sanctissimus, occisus Christus, tot hominum millia, iustitia diuina sinente, & maiora hinc bona eliciente. Locus is videtur habere quiddam parabola, ut cum rex misit seruos suos ad operarios vineæ, quos illi interfecerunt. parabola, comparatio, ficta materia, exemplum fictum, repræsentans aliud verum. Nec ad cogitandum aptum est, ut eodem tempore omnis ingruerit calamitas, ut soli nuncij remanserint superstites, præsertim igni caelesti & ruina, domo cadente. Quanquam Græci dicunt dæmones se in latrones vertere potuisse, vnūque ex his, misisse ut nuncium. Chrysostomus, non ignem verum, nec veros ventos, sed à dæmone simulatos. Sed quod nobis fortasse videtur alienum, non esset apud prudentiores. Nam Abraham hinc putat colligi, tamen si pater bonus esset, tales non fuisse filios, delitias ubique persequentes. Cæterum Chaldæos, Sabæos latrones nominat Arabiæ propinquos, vahos per regiones illas

anes illas, sicut Arabes. Nuntium autem harum calamitatum, præsertim excussa domus, Chrysostomus dæmonem ipsum fuisse, vult. Quod & ipsum difficile est ad cogitandum. Tonsionem autem capitis, abiecta veste, designare volebat, quod esset, cum in luccin venisset. Quodque dixit, Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Etiam apud Poëtæ, tellus mater, alma parens, terræ omni parentis alumnus, & ossa matris post diluuiū. Hebræis vicissim tellus dicitur mater, & vterus maternus terra. In inferioribus terræ, est in vtero materno. Eoque Job eodem modo pronuntiauit, ac si vna, eademque mater esset maternus vterus, & tellus ipsa. Fuere è Græcis, qui scissionem vestis putarint symbolum fletus, cuiusmodi multa inuenies. Mihi magis probatur, quod etiā ex parte ipsis est visum, abiectioem vestis, ex philosophia fuisse, contemptu omnium humanarum rerū status, utq; Hebræis explanatur, probatio sit, nihil nostrum esse, qui nudi venerimus in locū, si domino placeat sua repetere, nō debere non indignari. Procubuisse autem humi, adorationem, etiam in aduersis designat, & secus quam Satan dixisset, nisi in faciem benedixerit tibi. Et quod noster dixit. Neque stultum quicquā cōtra Deū locutus est. Multo clarius quod ad Hebraicum quam Sep. *כי הוּ עָדָרְכִי אֶפְרָסִינִי תָּוֹ דֵּי*. Non dedit Deo stultitiam. Omnis blasphemia, linguæq; procacitas contra Deum, stultitia est. Nam, dixit inspiens in corde suo, non est Deus. Et ille in aduersa fortuna.

Quem non incusari amens, hominumque Deūque?
Amentem se fuisse dicit, cum Deum incusaret.

B

CAPVT II.

TERATVR eadem visio, aut eadem res, vel parabola: Ac Græci dicunt Satan interrogatum, respondentemque se circumisse terras, reticuisse pudore, quod victus esset, mendaxq; apparuisset. Deum autem detexisse, Satā ad aliud extemplo refugisse, quod leuiora, minorisq; pōderis prima mala essent. Quodque ait. [Adhuc retinens innocentiam:] licet non admodum differat, Hebraicè est *מִן תִּמְתָּח*, perfectionem suam. Olympiodorus quoque pro eo, quod Sept. dixerūt *ἀνεπίαν*, innocentiam, quod noster est secutus, ait esse Hebraicè *τελειότητα*, perfectionem. Sed innocentiam dicunt Latini, omnem virtutem, non solum quæ nemini noceat, sed etiam omnem integritatem. Deinde quod ait, Cōmouisti me: [Hebraicè est *וַתִּנְוֵנִי* vatesitheni, proprie, tentasti me, vnde nisaion tentate. Quod *ἀδραστούτως* dici monent Hebræi. Aquilas vertit *ἀνεπίαν* με *ἐπὶ αὐτῷ* constringere me fecisti. Quod autem dixit noster, Ut affligerem eum,] Hebraicè quiddam terribilius *וַתִּבֶּלְעֵנִי* Iebaleo, ut absorberem eum, deglutirem eum. Eoque Aquilas *τὴν χεῖρα πομπήσασιν αὐτῶν* ut præcipitarem, suffocarem eum, quod noster, quoniam esset obscurus, sequi recusauit. Frustra quoque eo spectat, quod nihil tale meritis esset, aut quod hæc machinæ, nihil cum loco pulluræ essent: Frustra immissa hæc tela. Quod vero ille respondit, Pellem pro pelle, iuxta Hebræos hunc habet sensum: membrum pro membro, sicut dixit Chaldæus, ut cum quis minatur capiti, opponimus brachium: magis referre caput integrum esse, quam manum scientes. Sic ad hanc rationem, habere Job adhuc aliquid carius. Filios fuisse tanquam brachium, ipsum tanquam caput: Sic omnia exteriora pro seipso, vnūquēque daturum. Symmachus autem liquidius pro pelle, dixit *χεῖρα ὑπὲρ χεῖρας* corpus pro corpore, quod idem est, corpus alterius pro suo. Nam anima hoc loco more sacrarum litterarum, est vita, spiritus, ipsemet: quisque cuncta dabit pro anima sua, idest pro seipso. Sic quod paulò post. Animam eius serua, hoc est ipsummet. Simili locutione Qui amat animam suam, perdet eam. Nimirum. Qui amat seipsum, perdet seipsum. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam, odit seipsum. Nec aliud sonat hoc loco anima, dicat Rabi Salomon, quicquid velit, quod pro ratione accipiatur, quam illam Deus esse voluerit. Potius indicat, datam in corpus præterquam mortis, omnē potestatem. Quanquā Didymus eius fuit sententiæ, hoc exponēs *παρεκοπὴς παλαμισμὸς, χεῖρ ἢ ἡγεμονία* παρεστραφείας, ἐν πόνῳ ὁραμὲν γινώμνας, Demetationes, illusionis, & deprauationis videmus in nonnullis. Eadē Olympiodorus. Ego profus sequor primū, ex sermonis Hebraici cōsuetudine edoctus. Dedit dæmoni, corporis vlcera potestatem, interficiendi nō dedit. Quod placuit etiā Olympiodoro. Sedere autē in sterquilinio, est domus penuria, amicorū defectio. Addiderunt autem Sep. *ἐξω τῆς πόλεως* extra urbem, sedebat in sterquilinio extra urbem. Quod Græci exponēs, referunt in

Sedere in sterquilinio, quid.

elephantiosin, idest lepram, à similitudine elephantinæ pellis dictam. Hac attractos secedere ab vrbe cogebant. Idem erat apud Hebræos, mos. Hoc quidem fieri potest. In Hebraico non habetur, obelisco cōfodiendum, vt alia pleraque. Hinc Polychronius ait rasisse eum testa, vlcera non permittentem ad se accedere quenquā, ne labe attingeretur. Quodque vxor dixit. Benedic Deum, & morere: Apparet ironicè dictum, vt apud nostros,

Egregiam vero laudem, & spolia ampla refertis.

In nunc, & Deum cole, imo morere. Hoc enim superest, hoc præmium Neque assentior Nicolao, putanti hic Benedicere, esse sicut superiora, maledicere. Sed potius ironicos dictum, vt, Ecce Adam factus est similis nobis. Addita est autem hoc loco apud Sept. maxima periodus, quam ne à recentioribus additam suspiceris, inuenies in commentariis Origenis, in explanationibus Chrysostomi super Epistolam Pauli. Est autem hoc omne, vt si quando in libris Græcorum repereris, scias in Hebraico non haberi, superfluaque esse

ῥεόνες δὲ πολλὰς ἀποβέβηκτος εἶπεν αὐτῷ ἡ γυνὴ αὐτῆς μετὰ τῆς ἀποκαρτερήσεως λέγων, ἰδὲ ἀναμείνω ῥεόνων ἐπὶ μικρὸν, ἀποσθεῖ χρόνος πλὴν ἐλπιδὸς τῆς σωτηρίας μου. ἰδὲ γὰρ ἡ φωνή μου ἐστὶν τὸ μνημόσυνον ἕως τῆς γῆς. τῆς ἐμῆς κοιλίας ἀδύνατος, καὶ οἰκίαις εἰς τὸ κενὸν ἐκοπίασα μετὰ μάχην. οὐδὲ αὐτὸς ἐν σαρκὶ σκώληκων κερδήσασα, διὰ τὸ ἐρεῖων ἀβήριος, καὶ ἀγὰ πλανήτης καὶ λάτρεως, τὸ πῦρ ἐν τῆσι ἀποκαρτερήσασα, καὶ οἰκίαις ἐξ οἰκίας, ἀποσθεῖ χρόνον τὸν ἡλίου, ὅτε δύσεται, ἵνα ἀναπαύσομαι τὴν μάχην, καὶ τὸ ὕδωρ αἰ μένιν συνέχουσιν εἰσποντὶ ῥήματι ἀπὸς κύριου, καὶ τελευτᾷ, ὅδε ἐμὲ ἐλάλησας αὐτῇ. Quæ sunt. Longo autē tempore processio, dixit ei vxor eius. Vsq̄ quo retines patientiam, dicens: Ecce expecto adhuc exiguum temporis, præstolans spem salutis meæ? Ecce enim deleta est memoria tua de terra. Dolores, & labores vterique mei, quos incassum exantlavi cum gemitibus. Tu vero ipse in sterquilinio vermium sedes, pernoctans sub diuo. Ast ego vaga, & ancilla, locum ex loco circumerrans, domumque ex domo, expectans Solem, vt occidat, vt à laboribus, & doloribus requiescam, qui me nunc premunt. Dic aliquod verbum domino, & morere. Is autem respiciens eam. Hæc palam superuacanea sunt, licet à Græcis recipiantur, & exponantur. Sunt autem ex his, quæ in libro Iob erant addita vbique, eoque liber is, totus obeliscis fuerat confossus: In nostro non habentur, quoniam ex Hebraico est, Mali autem ac boni receptionem, in Deum referens, prouidentia certam penes se opinionem indicat. Hebraicè tamen sic habet. Etiam bonum accipiemus à domino, & malum non accipiemus. Potest quidem legi interrogatiue, potest & enuntiatue. Non potest à domino esse malum. Tamen si ab eo sunt bona, non sunt tamen mala. Non est quod eum autorem malorum facias. Quod malum videtur, non est malum: non enim est Deus malorum, sed corrector nostrorum flagitiorum. Non peccasse in his Iob labiis suis, Chaldæus, quod mihi nulla ratione probatur, apposuit. Verum tamen cogitationibus voluit loqui, videlicet blasphemare. Quis enim mortalium potest scire, quid Iob cogitauerit? Et potius in bonum, quàm in malum sunt omnia interpretanda. Licet maiores Hebræi in hoc consentiant: & Rabi Moses putat dictum, in omnibus his non peccauit Iob. Quasi hætenus, vsque quo venerunt amici. Nam post maledixit diem. Sed ego falli eos omnino dixerim. Nam de blasphemia sermo est. Nec si maledixit, peccauit in Deum. Siquidem & Hieremias diem, qua natus esset, maledixit. Tres autem amicos, vt dixi, & genus idem, & patriam, atque Iob habuisse, eorum nomina indicant. Nam Baldad Suites de genere erat Abrahæ, cui ex secunda vxore Keturæ fuit filius Shuc, à quo is genus traxit. Tertium quidem obscurum est, vt ait Auen Esra, an prouincia, an cognationis sit nomen. Erant autem è propinquis regionibus, forsitan & ipsi reguli: Eoque Sep. addiderunt, quod esset rex Eliphaz Themanitarum: Baldad tyrannus Shuchitarum: Sophas Rex Naamanitarum. Ad consolandum venerunt, sed quod ab imprudentibus sit, potius vulnera obducta exulcerarunt: nimium sibi ipsis tributentes, cum ad parem, ac Iob sapientiam nondum peruenissent. Eorumque ex responsis, licet mores eorum, ingeniaque iudicare. Spargere autem in caput cinerem, scimus mœroris fuisse signum, cum se turpes, & obscena illuic asperfos vellent ostendere, sicut vestes nitentes, lætitiæ signum. Romani pullas vestes fumebant in luctu, amicorumque calamitate, purpureas in lætitia. Illi scindebant, vt laceri viderentur: indignationem & dolorem præ se ferentes, caput deturpabant cinere. In cælum autem dixit, versus aërem iacto puluere. Septem dies cum eo sedisse declarat è locis longinquis eos venisse, & tanquam hospites ibi aliquandiu fuisse. Sedendi verbum, Hebræis etiam habitationem sonat, vt dicat eos simul habitasse, vicissim interquiescentes. Taciturnitatem autem ad septem dies ne referas, sed subito cum venissent. Septem autem diebus, sunt super his philosophati.

CAPVT III.

CAPVT III.

Nunc mutatur oratio, & quasi elegiacum & flebile carmē textitur. Est enim deploratio, & verba sunt poetica, difficilia, ab vsu remota. Sicut threni, id est lamentationes Hierem. & qualis oratio est apud Prophetas, apud Salomonem: Eoque attentissimos nos esse, sensibus & verbis explicandis, prolixitate vitata, conuenit. Primumque sciendum Hebræos minus recte sentire de Iob. in primis ferunt eum de prouidentia diuina dubitasse, cum pietatem, iustitiamque nihil profuisse vidisset. Nec esse qui res hominum cernat, omnia in terris fluctuare: à die natali, ab astris, conditiones hominum, ac fortes pendere: Eoque diem natalem suum, & conceptum maledixisse, quod horoscopus præbeat omnibus, bona, & mala. Hæc communi consensu perhibet illi. Quorum sententia eo falsa deprehenditur, quod Hieremias qui diem natiuitatis maledixisset, simili errore, sceleratq; superstitione fuisse implicatus. Quod de sancto Propheta, credere indignum, & stultū est, itaque melius Græci, ac Latini, hæc cognouerunt, vt maledictio diei, nō ad astra, & horoscopus spectet, quæ est impia superstitio, inuisa etiam ipsi Iob, vt videbis postea, sed indignationem, & considerationem humanarū miseriarum, in quibus nihil stabile sit ad latum, vt plerique dixerint, melius futurum fuisse, si nunquam homo in lucem editus esset. Alij natum subito occidere. Salomon mortuos viuis prætulit, vtrisque autem eos, qui nunquam nati, miserias vitæ huius experti non essent. Idemque fecit Salomon, pronuntiando de humana vita, quod Iob maledicendo. Maledicere enim est optare nō esse, Iob optauit se nunquam natum esse: Salomon pronuntiauit melius esse, nunquam ad Solem venisse. Et Iob de se tantum, Salomon autem vniuersaliter. Apparet igitur homines sapientes considerationem humanarum calamitatum adduxisse, vt optarent res humanas non esse. Melius est enim non esse, quàm male esse. Hoc dixit Iob. Astrologiam autem quodam peculiari fauore, Hebræi, vt solent plerisque in locis, induxerunt, multa in eam referentes, à totis sacris litteris alienissima. Itaque Græci sapienter admonent, nō esse virtutē in alienatione sensuum, Dolere, & algere, indignari, ingemiscere, hominis esse, sapientis autem, his fortiter resistere, non excidendo è tramite recto, clauumq; rationis relinquendo. Perspicuum igitur sit, verum esse vbique, quod in principio pro toto libro dictum est, nihil stultum contra Deum, Iob fuisse locutū, tamen si potuerit dolere, & in tantis afflictionibus, ingemiscere. Hebræos minime veridicos putabimus, se solos, & homines gētis suæ sanctos dumtaxat, ceteros autem omnes impios iactantes, nimiumque sua tollentes, aliena deprimentes. Hæc etiam, vt dixi, Græci sentiunt, Olympiodorusque ostendit, vel ipsum Dauid maledixisse montes Gelboe, vt nec pluuia, nec ros veniat super eos, quia ceciderunt ibi fortes Israël, cōtra Deum nihil dixisse, neq; hanc detestationē in Deum spectare. Hoc declarato, verba sunt aperienda. Primum vt ait Auen Esra, cupit diem qua in lucem editus esset, aboleri, in nulla memoria esse, noctem item. Est autem Hebraicè futurum pro præterito, vt vult Rabi Moses, vt sit sensus, vtinam dies illa periisset, qua sum conceptus: vtinam nunquam dies illa natalis fuisset. Abraham autem, quod sit similiter apud Hebræos atque Græcos, futurum vult esse pro optatuo: Sed illud Rabi Mosi vehementer accōmodum, vt maledictio cadat super id, quod tunc esset, non in præteritum, quod nusquam extet. Desiderare, enim vt pereat dies, qua natus sis, est desiderare vt pereat, quod nusquā est. Igitur dicit vtinam illa dies nunquam fuisset, qua sum conceptus, quod si nō fuisset, ad tantos labores nō venissem. Quod si ad præsens referas, aut erit idem sensus, aut vult diem illum esse ingloriū, ignobilem, de numero dierū tolli, vt cum sit vnus è septem, hebdomas vna die carcat: Aut quoniam ab orbe cōdito, tempus confectum est ex vnaquaq; die, nulla res fuit vnquā, quæ suum natale diem, annū conficientem nō habuerit, quod vsque ad hæc tēpora peruenierit, optat diem illam ex anno, omniumque dierum serie eximi, vt dies qui intercalares vocantur, cum è duobus sit vnus, aut vnus obliteratur, neque explet numerū. Sed quoniam huic diei optat etiam tenebras, & caliginem, id autem fieri non potest, quoniam præteritū, nullam, præterquam in animo & mente numerante, habet subsistentiā: videtur illud Rabi Moses esse probabile, vt sit hic futurum pro præterito, vt, Tunc cecinit Moses, Hebraicè est futurum יָשִׁיר iashir. Tunc ædificauit Salomon, Hebraicè יִבְנֶה ibneh, futurum. Similiter nunc, Iob ad iom iuald bo, Periisset dies illa qua natus sum. Olympiodorus quidē dicit eum maledicere rem ἢ ὑπερβολῶς non subsistentem, doloris magnitudinem exprimēs, nullam in rem præsentē, maledictione cadēte. Sed mens respicit tempus illud, & illud præsens, quo conceptus & editus esset. Et bene etiā dicit Chrysostomus, eum non diem male-

Hebræi existimant Iob male de prouidentia sensisse.

Maledicere diem natiuitatis suæ quid.

Virtus non est in sensuum alienatione.

dixisse, sed id, quod fiat in die: sicut dies mali dicuntur, & dies boni: dies albo lapillo signandus. Atque quod superius dicebat Auen Esra, quod si in die conceptus esset, perire hanc optet, similiter noctem, si noctu, potest iuxta Hebraicum, quod nostra tralatio sequens Symmachum exprimit, primum pertinere ad natalem diem, secundum ad conceptum, qui plerumque fit noctu, ut natiuitas diei tribuatur, seminatio nocti. Nam & Symmachus ἐν τῇ ἐκείνῃ ἀποφωτισίῳ, in qua conceptus est homo. Porro pro homine expressus est Hebraice גָּבֵר gaber, masculus, ut spectet ad ipsum Iob. Chaldaei autem dicentem, Pereat Angelus vel nuntius, qui praefectus est conceptui nocturno, non puto superstitiose aliquid sentire: sed nuntium transfuisse eum, qui nuntiet conceptum nocturnum, cuius rei cognoscendae, fortasse periti tunc essent. Is pereat inquit, qui patri meo, quasi felix aliquid nuntiaturus, praedixit, genuisti filium masculum, prolem masculam suscipies. Secunda detestatio eadem est, atque prior, sed variis verbis. Nam quod eadem velit inuolui caligine, videlicet, illa cupit caligine, quae rerum est carentia. Priuatio omnium rerum, quales tenebrae erant super faciem abyssi. Olympiodorus tamen, & hunc non aspernandum adhibet sensum, interemptionem dici esse noctem. Si nox, dies illa fuisset, dies non fuisset: dies dici non potuisset, siquidem perisset, intercepta nocte, continuataque priore cum posteriore, non interlucere die. Sic deprecatur, ne Deus eam requirat de super. Omnes enim dies, omnia tempora sunt innumerato apud Deum. Nullum est temporis momentum, praeteriti, praesentis, futuri, quod non sit ante oculos eius. Deprecatur ergo, cum sint omnia tempora in mente summi Dei, illam obliterari diem, e memoria eius, numeroque totius temporis, deleri. Hier. id volens exprimere, licet non esset in Hebraico, apposuit. Et non sit in recordatione. Eadem repetitio, obscurit tenebrae, & umbra mortis, id est umbra mortificatio, horrida, tenebrosa, laetalis, inferorum densissimarumque tenebrarum nuncupatio. Sic tertia παλιγγία, occupet eam caligo: quae tribus nominibus idem praepollentibus, optime à tribus declaratur. Nam Aquilas νέφωση, nubilum, densitatem nubium. Symmachus ἀχλίη caliginem, quae nox est secutus: Theodotus γνόφος, tenebras, opacitatem transfulerunt: pulchre omnes, & pulcherrime noxter. Sicque dies illa interficitur, tollitur e medio omnibus modis à Iob. Quodque noxter dixit. Inuoluatur amaritudine, est Hebraice. כִּי יִכְרַח אֱלֹהִים יִבְרִיחַ iebaatu hu chimrit e iom. Quod est. Exterreat eam amari dies. Nomen ergo mererim, alij dixerunt apud Hebraeos, nomina demonum meridianorum: Auen Esra dicit esse כֹּזֶקֶת חַחֹם kozek hachom, caloris vehementiam, vehementissimum aestum, incendium, cauma diuinum. Sciendum hoc nomen duobus modis posse legi, ut sit vna dictio, kameririm, aut sint duae, ca Meririm. Prior, ut ait Abraham, ducitur à Camar, incendere: Secunda designat amarus, amaritudines. Iuxta primam Auen Esra vocem interpretatur aestum, incendium, Abraham, Moses & quidam alij, vapores accensos tanquam e fornace ascendentes, ut Iob imprecetur. Sit dies illa ardentissima, vapores, ac nubes eam exterreant, turbulentamque faciant, attonitam, nubilam. Iuxta secundam dictionem, iidem explanant amarus, vel amarum diei, eos, qui genus omne calamitarum sunt experti: quibus tristissima dies fuisset: e quibus exemplum ponit Chaldaeus Hieremiam, quando ingemuit super euersione templi: Et Ionam, quando proiectus est in mare Tarsis. Talis, inquit Iob, sit dies illa, sit maestissima, sit plena meroris: exterreant, maledicant, inuadant eam amari animo, vel amaritudines: maledicatur, sicut hi, qui maledicunt diem suum & ortum, aut diem, in qua clades vlla acciderit eis. Sic alio in loco, dicitur. Morsu amarissimo, vbi est meriri. Quod pestilentiam nonnulli Hebraei exponunt. Haec ergo omnia sensit Hiero. diuersis verbis exprimens, quod est in Hebraico. Sept. pro meriri, eodem sensu, transfulerunt καταεξοισατο αυτιω ο χειραρωιδως maledicat eam qui maledicit. Quamquam hunc Graeci Deum exponunt, qui possit solus maledicere: sed ad maestos pertinet. Eadem forme iterat de nocte, qua plerumque sunt conceptus humani, sitque generatim seminatio: ut sit tenebrosa, turbida, horrida, maledicta, indicibilis, execrabilis, detestabilis. Sic repetitur, ut ne sit in mensibus anni, nullum inter tempora locum habeat, deleatur ex annalibus ex omni tempore: sit solitaria, nullum in ea animal incedat, magis apta morti, quam vitae: refugiant omnes mortales ire per eam, sicut poeta, noctem miseram describens,

*Quis cladem illius noctis, quis funera fando,
Explicet, aut possit lachrymis aequare dolorem?*

Talem fingebant noctem conceptus sui, Iob: lachrymosam, funestam, sine letitia, imo lachrymarum, lamentationumque redundantem. Sic iteratur, ut maledicatur à desperatis, ab his, qui lucem execrantur, Inuisam cupiunt quam primum erumpere lucem: quique dicunt, o diem atram, infaustam, qua lucem aspexi. Quod verò ait, Qui parati sunt suscitare Leuiathan]

Dux

ADuae sunt apud Hebraeos sententiae, prior, quod leuiatan, nunc non sit nomen piscis, vasti, immanis, sed designet potius luctum, gemitum. Estque vox simplex, leuia designans, ut ait Auen Esra לָמַח planctum, luctum. In relatione ad numerum multitudinis, Leuiatan, luctum suum ipsorum. Quo loco ait Auen Esra, esse nun, loco mem? Dicendum enim fuisse leuiatan. Agnoscuntque Hebraei ad hanc vocem apud maiores suos, in Talmud Hierosolimitano. Mulier non suscitet luctum suum in die festo, vbi pro luctu suo, est leuiathaa. Maledicant ergo hi, qui parantur ad luctum, quibus funesta clades, lachrymisque plena impendet. Alius est sensus, ut leuiatan sit nomen piscis immanis, qui Graece, propter corporis magnitudinem, dicitur κίτος, cetus, vastitas, magnitudo: Cetumque transfulerunt Septua. Is piscis omnium est immanissimus, infestus si quando apparuit gentibus & locis, prohibens navigationes, infinitaque mala perpetrans, in quem nauatae cum inciderint, eos maledicere diem, qua nauim ascendissent, necesse est: turbati, maesti, lachrymantes: beluam immanem prospicientes, integra nauigia absorbentem, se autem minime effugere impetum, celeritatemque valentes. Ut autem sit hoc clarius, proponam pauca ex his, quae de immani tempestatis suae ceto, scribit Procopius, in propontide, ante Byzantium saepe apparente. Primumque refert belluam, plus quinquaginta annos, Byzantium vicinamque loca infestasse, non quidem semper, sed certis temporibus: tum addit. πολλὰ κρητέδυσσε πλοῖα, πλω δὲ τὰς ἐπιπέλατας ζῶντα ἐξήτιον τε καὶ βελζομδίων ὄς ἀποστάτο ἀπὴνερκεν, ἐνταῖς ἀμαξείε ἐθεμδίοι, εὐελοισον μοπος μὲν ποιχῶν μάλιχα περιάκορτα ὄν, εὖρος δὲ δέχα. Et multa quidem nauigia demersit, multos nautas, turbans, & instans violenter, longissime fugauit. Denique captus, & carris impositus, longitudine triginta cubitorum, latitudinis decem, inuentus est. Iure igitur Iob, cui notum erat mare Perficum, homines maestos requirens, adhibuit eos, qui in hanc fatalem bestiam, quam in se suscitata ingressi mare, incidat. Suscitare refert Auen Esra, quod tempestate demersi, eorum corpora prouocant beluas ad deuorandum. Nam cetum etiam scribit Procopius multos delphines deuorasse, ut multo magis homines. Sunt Hebraei, qui paratos vel futuros suscitare Leuiatan, interpretentur virtutes quasdam supernas, quae sole possint suscitare & capere Cetum. Quicquidque autem ab his maledictum sit, maxime maledictum sit, necesse est. Priores duos sunt veriores sententiae, magisque naturales. Huic sensui quod dixi, eodem forme est, quod Graeci, quonia Sept. pro eo, quod noxter, qui parati sunt suscitare Leuiatan, dixerunt ἠμελλων τὸ μέγα κίτος χειράσαι θυ. Qui capturus est magnam Cetum. Hunc capturum, Christum interpretantur, cetum diabolum. Quod allegoricum est, non ex textu & vero fonte: dicat Burgenis quicquid velit. Nicolaus autem dicit se audisse hanc expositionem: Qui orbati sunt de societate sua. Vere quidem Leuiatan potest coherentiam, societatemque sonare à לָמַח leuia, adhaesit, Et וַיִּרְעוּ quod sonat suscitare, sonat etiam orbare, tollere. Chaldaeus tamen posuit primum לָמַח לָמַח aluathachon, sletum suum. Concurrunt autem sensus is & prior: prior apud Hebraeos, Auen Esra, Rabi Mosen magis extat. Quodque sequitur, Caligine noctis, Hebraice obscuratur stella נִסְפוּ nispou, crepusculi eius, quando sidera incipiunt radiare, licet Hebraei crepusculum noctem interpretetur. Sit inquit sine sideribus nox illa, ἀστέρητος, ut si etiam expectetur Clux caelestis astrorum, Solis, Lunae, non appareat, diffugiat lux in aeternum, nullam videat auroram, aut palpebras aurora, ut ait Hebraei, Quando, croceum linquit aurora, cubile incipitque aperire oculos. Extulit os sacrum poeta de lucifero dixit. Reliquitque palpebrarum metaphoram Hiero. sicut & Sept. quod fortasse non aequae pulchra latinis, & Graecis foret sicut nec Latinis, quod Homero pulcherrimum ῥοδοδάκτυλος ἠώς, rosidigita aurora: Sic Iob, velut poeta dedit aurora palpebras. In illud ergo diem omnia refert accepta mala, non quidem Astrologicè, sed quod ille dies principium fuerit vitae: Quo potuerit claudi hostium vteri materni, quo portabatur, nec amouerit, clauso itinere, quo venit in vitam, tot clades. Sic hoc reddens clarius repetit rogans, & optans, cur non extemplo natus, extinctus fuerit, ne veniret ad auras, cura vulua, vel a foribus vulua, licet in vulua Hiero. dixerit, non perierit, vulua egrediens aut egressus, simul interemptus. Etiam cur genua mulieris obstetricis, cum complexa fuerit, tenentis inter genua, cur exceptus, & lactatus. Principium enim & progressum totius natiuitatis persequitur: quonia si ea non fuissent, nunc letali somno sopitus quiesceret: nullus in eo praesentium malorum sensus esset. Sed cum regibus quiesceret, quonia in morte eadem omnium est mortalium conditio. Mors aequo pulsat pede, pauperum tabernas, regumque turres. Omnes aequales sunt apud manes, similis pauper ac diues, felix quondam & calamitosus. In caeterua regum interfunt pauperes, eisdem in campis omnes. Idem pauperrimus Irus, & Craesus ditissimus, similis Therfites, quo non deformior alter, vene-

N ij

rat ad Troiā, atque Nireus, formosissimus. Cum his ait essem, nunc miserimus, tūc regibus D & principibus, vt cumq; par. Principibus inquam, qui domos aureas, vt Nero edificassent: vt famam latius propagaret, in locis prius incultis, statuere vrbes, autores vrbium cōditarum. Quod gloriæ est & famæ, vrbem præclarā statui, mea mœnia vidi, Cum his famigeratis regibus essem: cum Nino, Semiramide, qui præclaras vrbes erexerūt. In cœtu tantorū essem: idq; quo ad mortem, nō quod, vt Hebræi monent, nullū putaret esse discrimen post mortē, inter bonos & malos: cū principibus argēto & auro ditissimis, nec mihi mea noceret paupertas, nec arceret procul pauper. Ideo ne fuisset illa dies. Repetit etiā eadē animo. Cur nō fuerit abortiuus, terra sepultus, ex oculis amotus. Primū enim conceptum, tum partum detestatus fuerat, nunc abortiuū inducit, & infantes natos statimq; extinctos. Ibi scelerati & impij, viribus destituti iacent. Non in pauperes impetū faciunt, nō perturbāt pios. Furor eorum, rabies & superbia deferbuit: cū superbissimis illis, humillimus ego & abiectissimus essem, quorū superbia minime noceret. Illic equali in loco sunt superbissimi ac robustissimi quondam, atq; deiecti, imbecilles, debiles. Sic, qui erant carceribus, à duris exactoribus vincti, nō diuturnitate carceris exterriti vexabuntur. Sine molestia sunt ibi, sine dolore. Sic liberi & serui, seruitute liberati. Si hæc ita habent inquit, Cur nati sunt miseri, qui nō nati, regibus & principibus æquales essent? Aut repetit lamētationem. Nunquā nasci debuisset miseros & calamitosos. Abrahamq; sic inducit loquentē Iob. Atque equidē nescio, cur Deus, qui summe bonus est, dederit lucem ei, cui clades & miseria parabantur, vt optaret mortē non venientem. Et qui sic afficiendi essent, vt lux, esset eis odio frustra sunt nati, vt mirus sit is, qui dederit vitam. Vbi autē noster interpres dicit, Quasi effodientes thesaurum. Clarius Hebraicè מוציאים מן האדמה vaiachperūhu, mimatmonim, Quod est, Et effodiunt eam de absconditis. Sensūq; iuxta Hebræos est, indagant mortē, scrutantur eam vbique. Fodere enim Thesauros, Hebræis est scrutari intime, Græcis μεταλλειν, vnde metalla est fossa. Nec ad thesauros spectat, sed ipsam quæsitam, optatamq; mortem, vt declarant sequentia, & vt ipsa nostra tralatio limpide docet. Itaq; lætati cum repererint mortē, libetere eunt in discrimen, libenter occubunt. Quod quidem in paucis est, & his tantū, qui Inuisām, quām primū cupiunt, abrumperē lucē, Et qui ingemuere reperta. Et qui dicunt, Huc me fata impia tangunt. Hi lætantur adueniente morte, inuento sepulchro. Relicto autē numero multitudinis, ad singularē transit. Hoc inquit accidit, hæc cupiditas, miseranda, lachrymandaque lachrytia, viro cui via sua abscondita est, cui nullū pater malorum effugium, nō habet vnde clades oblatas euitet: aut cui incerta est vita, illaqueatus est, irretitus, malis impeditus. Non potest procedere. Nihil assequitur eorum, quæ cupit. Sicque exponunt Hebræi. Et quod sequitur, declarat, Quod circumdederit eum Deus tenebris, inuoluerit calamitate, lucem suam subduxerit. Burgenſis refert ad ipsum Iob, cui ratio vitæ fuerit, ignota: qui pro cultu & pietate, clades receperit & incōmoda. Videtur potius de omnibus miseris dici, quibus nihil sit certi, desint vitæ necessaria. Tanta est ait Iob, magnitudo calamitatum, vt omni tempore ingemiscam. Exordiumq; cœnæ semper sunt lacrymæ, imo de pectore suspiria, gemitūque graues, rugitibus similes. Aut ita vociferor, sicut aquæ late resonantes. Ingeminant suspiria, sicut labentium, liquentiūque aquarum, vt ait Abraham: Et hoc omne malum inquit semper, tanquam saxum impendens habui, vt ne tum quidem felicitate fruerer cū maxime beatus haberer. Videbam fortunæ instabilitatem: Nemeses illas timebam. Quod autem noster per interrogationem dixit. Nonne dissimulaui, nōne filii? potius negatio expressa. Non inuolui facietati, quieui. Non inuolui nahti tranquillus fui? Timebat enim non propter se, sed propter filios. Sic & Sept. & τε εἰρήνευσαι, & τε ἡσυχασαι. Et timens nunquam erat animo tranquillo. Et quod timebat, accidit, sed alio ordine, aliisque de causis.

CAPVT IIII.

Hoc capite dicunt Hebræi, maxime Abraham, vbi Eliphaz intellexisset Iob, in eo errore esse, vt fatis omnia amandata diuina prouidentia, tribueret: voluisse errorem coarguere. Id quidem, vt antea dixi, aperte sicutiū est, cū in ea sententia Iob haudquaquam fuerit. Eliphaz autem, quod eius erat maxime, diuinam prouidentiam monstrauit falli non posse, nec spes nostras eam deludere, sed bene esse bonis, malis male. Quod erit clarum ex sequentibus, primūque quod ait, Si cæperimus loqui. Duo sunt sensus apud Hebræos, propter verbum חנפתי haniſſa quod sonat, nunquid incipiemus, vel conabimur loqui: eo sensu, quo tranſtulit noster. Secundū exponit Rabi Salomon, ille qui tentat, nunquid inquit, quia Deus tentauit te, defatigaberis? Sed duriusculū est:

Aest: Abraham vero sic intelligit. Si tecum disceptabimus super his, scio quod ægre accipies. Sed primus sensus est, manifestus, Hęcque & sequens, eleganter & perspicue vertit noster. Nā Hebraicè horride. Si tentabimus loqui ad te, defatigaberis, & stringere, aut claudere in verbis quis potest? Verus est nostræ tralationis sensus. Siquidē & Symmachus εἰς ἀναλόγου λόγον μοχθήσεις, Si sermonē aggrediemur fatigaberis. Theodotio, εἰς ἀληθινὰ λαλήσας πρὸς σε, μοχθήσεις. Si sermonem tecū assumpserimus, fatigaberis? Quod exponēs Olympiodorus, scis inquit O Iob, nunquam nos tibi molesta fuisse locutos, vt te indignationem induceremus: nunc quoniam verborū tuorum acerbiter ferre non possumus, ad cōtradiciendum procedimus. Nam cū oporteret te creatori habere gratias, quod te creauit cū nō esses, & pœnitendo eorū, quæ perpetrasses, eum placare, nihil de eo, quod deceat cogitare, ausus es cōtra eum, contraque natales tuos inuchi. Hęcq; dixit Eliphaz nescius eorum, quæ Iob dixisset. Sic Olymp. Et quod ait. Ecce docuisti plurimos,] duobus modis potest intelligi aut ἰρονίως. Ecce inquit multis pietas tua profuit: Ecce sapiētia tua: En autoritas illa grauis tua: O præclarū doctorem. Sicq; exposuit Rabi Moses: Ceteri dicunt esse enuntiatuū. Ecce quoniam cæteris longe sapientior es, cognoui, quod plurimos, cū peccarent, & falsis hęc cogitationibus implicarētur, erudisti: Et manus quæ sunt operationū principia, ad bonum segnes, roborasti. Retraxisti ab errore multos, cū videres vacillantes opinionibus falsis: verbis tuis confirmabas, erigebas, rectissimisq; monitis stabiliebas. Sic genua labantia, à rectōque excidentia, à sensu vero aberrantia, corroborasti, dicebasq; eis dari mala mortalibus, propter expianda eorum delicta. Ecce nūc orationem vita destruit, vt iure de te possit dici, Facile cū valemus, cōsilia ægrotis damus. Ex his colligit Olympiodorus, præter alias virtutes, Iob etiā charitatem sapientiāq; admonendi, cōsolandi, docendi, cōfirmandi in aduersis, habuisse. Quod vtro dicit, Vbi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua? Secus Hebraicè videtur, eoque diuerſe locum Septua. tranſulerūt. Hebraicè תורתך תורתך תורתך תורתך Nonne timor tuus, fiducia tua: spes tua, & perfectio viarum tuarum? Quibus verbis, hunc adhibet sensum Abraham. Nonne timor tuus, hoc est, pietas tua, erat spes tua? Huic nitebaris, hæc erat spes tua, te fore semper diuitem, quod Deum timeres? fuit pietas tua mercenaria. Spes tua, erat perfectio viarum tuarum, Colebas Deum, scelere abstinebas, vt amplius lucrareris, vt ditior esses. Est alius sensus fortasse melior, Rabi Moses: Cur times, cur defecisti, & turbatus es? cū timor tuus, id est θεοσεβεία pietas tua, sit tua fiducia? Hac duce mergi non potes: Fieri non potest, vt deseraris à Deo, in cuius cultu, spem tuam omnino posuisti: In eum debes sperare: tua pietas, est spes tua, confidentia tua, perfectio totius vitæ tuæ: Ea fuit omnium tuarum virtutum complementum: Eōque turbari non debes. Non enim vidi iustum derelictum, & filios eius quarentes panem. Is verior sensus. Hunc ergo locum, non ad fontem verterunt Sept. putantes chislathecha, designare hoc loco, stultitiam, cum testibus Hebrais, vt alibi, nunc sonet fiduciam. Itaque dixerunt πρότερον ἐχ' ὀφθαλμοῦ σὲ ὄβηεν ἐν ἀφροσύνη, καὶ ἡ ἐλπίς σὲ, καὶ ἡ καρδία τῆς ἀδ' σὲ, Vtrum non timor tuus, in dementia est: & spes tua, & scelus vitæ tuæ? Quorum ferē nihil est in Hebraico. Rectius ergo Aquila, duo nomina, ἀφροσύνη καρδία, quæ nullo pacto poni debuissent, immutauit, pro primo ὑπομονή, sustinentia, fiducia, expectatio: pro secūdo ἀπλότης simplicitas, integritas: verūq; sensus est Rabi Moses tantum. Nam Abraham, quodā priuato odio, videtur affectus in Iob. Sic nec Græci locum potuerunt expendere. Auen Esra etiā dicit chislathecha, esse rem cui nitimur, cōsentiens scilicet cū superioribus. Huic sensui respōdent omnia sequentia. Pietatem perire nō posse, innocentes & rectos, id est ἀληθινὸς veraces, æquos, iuxta Sep. deletos esse nunquam. Hęc argumentatio verissima est. Si Deus pro nobis, quis cōtra nos? Alia quoque collectio, Quicquid seminatur, metitur, fructibus, feminibus respōdentibus: Pietatem seminasti, perire igitur nō potes. Nam perditio, est fructus impietatis. Dolorē noster dixit, quod Hebraicè חנפתי amal, quod est, tum dolor, tum iniquitas, à qua labor, dolor: vt rectē sit hic pro fructu iniquitatis. Eōq; explicans fructū impietatis & aduersū vitæ, perituros iniquos à flatu Dei dicit, idq; tropicōs, vt sit flatu Dei, pro spiritu, indignatione, impetu, animo inuehēte, impressionem faciente. Bilq; idē posuit duobus diuersis nominibus Hebraicis, neshama, ruach. Ira ferbet, spumat, spirat μέλα πνεύμα. & Paulus, caedes, & minas spirabat. Hęc ita diuina, tempore certo & diuersis occasionibus se ostendit: tum morbis corporis, tum aduersā fortuna, tum occulte sunt Erinnyes. Sic alias allegorias ponens, ostendit interire superbiam, iniquitatem deleri: Omnis arrogantia, esse trilem exitum. Rugientes leones, leonāsque & rapaces, rabidōsque eorum dentes: indomitam superbiam, iniusta-

támque insolentiam, cuius Deus sit ultor, intellige: Sicut ille parabolicos aut allegóricos lednam, inuidiam innuebat. Frangiturque superbia, quod saepe ad miseriam sortem adducitur, & abiurata rapina, praedaeque abactae deponuntur. Leones & Pardi leanaeque, vitate rapaces crudelisque in Theologia dicuntur. Liberavit me dominus de ore leonis, ait diuus Paulus, Neronem designans. De ore leonis, libera me domine. Hi sunt quos superius dixerat, aedificatores iniquitatis, seminantes iniustitiam: pereuntque praeda & robore suo, qui ad alienas opes anhelabant: imo rugiebant, vt leones ad gregem. Quodque ait. Et ad me dictum est verbum absconditum,] Hebraicè, quanquam idem est sensus, haber, & ad me, verbum יגנב יגנב igunab, sublatum est, ablatum, furatum, si Latine dici possit. Celatum est mihi verbum. Non satis percipio. Tota autem hæc eius oratio, vt ait Moses, eo tendit, quod per prophetiam, aut visionem vult indicatum esse sibi, iniustitiam perire non posse: iniustitiã extinguere necessario ac deleri. Sed clam se esse, nec perfecte se assequi potuisse, aliquid adhuc in abstruso esse, aut se furtive, clam, & per secretam prophetiam audiuisse. Quod autem dicitur in nostra editione, Venas fursurri eius] Mendosum est, cum sit Hebraicè. Er suscepit auris mea מניו פניו parum ex eo. Venas fursurri, nusquam sunt, neque esse debent. Omnes autem Hebræi exponunt shemez, parum, exiguum ἀερόφων. Iste locus cum sit clarus in Hebraico & in nostra translatione, mendosissimus est apud Sep. Eoque torfit Græcos. Sed non est opus proferre. Quodque noster dicit, In horrore visionis,] Idem fere Hebraicè, מורו ופניו בישפיו bishipim mechezionoth, in horripilationibus visionum, aut, in visionibus terrificis. Terrificas autem, quia supra captum meum, vt ait Abraham. Exterrent enim saepe inusitata species. Sic ille vidit rationem providentiæ diuinæ: Vidit præmia: vidit supplicia, per prophetiam, sed ita obscure, vt perfecte intelligere non potuerit. Noctu vidit cum fessos sopor occupat artus. Repetit, inculcaturque eadem rem multis verbis: quod territus sit, intremuerit, inhorruerit. Et quod transeunte spiritu, arrectusque horrore comæ, & vox faucibus hæsit. Spiritum sentit, ventum illum vehementer, qui sit in adventu numinis diuini. Sic in Elia, Mose, in Apostolis: Sic horruit Pharao & Nabuchodonosor. Potest spiritus ipsiusmet Eliphaz intelligi. Nam Hebraicè habet. Et spiritus prope: vel ante, faciem meam transiit. Vt dicat recessisse spiritum suum in illo horrore: vt, Vox faucibus hæsit apud Poetas, deficiente spiratione ad tempus. Primum ego probo, vt postea declarat. Potes spiritum intelligere illam imaginem, de qua postea: pro auraleni pulchre, Hebraicè דמא וקול דמא וקול demama vakol, vox silens, vox tenuis, infomnis. Hanc ergo prophetiam ait se vidisse, audisse Eliphaz, hominem à Deo iustificari, haberi iustum, si iustus sit: Non esse Dei prauum iudicium, de bonis bene, de malis male sentientem. Aut iuxta alium sensum, & iuxta Hebræos per interrogationem. Nunquid homo iustior erit Deo, & creatore suo innocetior? Si quid mali iusto eueniat, num poterit quasi melior ille in ius trahere Deum? & conuerti contra creatorem suum? Aut, numquid si curat homo res suas, filios suos aspicit, bonis eorum consulit, erga eos charitate afficitur: nõ idem faciet Deus erga homines, quos loco filiorum habet? Et, quando vidisti bonum, cui male esset, malum cui bene? Num audebit, quis diuinam inculcare providentiam? Hunc fermè sensum Hebræi exhibent. Quodque ait, Ecce qui seruiunt ei nõ sunt stabiles, & in Angelis reperit prauitatem,] Hebraicè est. Ecce seruis suis non credet, & in Angelis suis ponet laudem, vel stultitiam. Primum sciendum est, interpretem Chaldaum, seruos, interpretatum esse prophetas: Huncque locum Rabi Moses exponit, vt de seruo fideli dicatur: quemadmodum de Dauid, in omni homo mea fidelis est. Itaque serui possunt intelligi homines: Ac dicit Rabi Moses locum sic esse intelligendum Deum non confidere seruis suis, vt credat eis arcana sua & cogitata: neque sunt illi fideles domus suæ, quibus liceat arcana eius, & secreta noscere. De Angelis sic explanat. Ponet in eis תהלה thahola, cogitatione & scientia sua, attribuat eis stultitiam, aut lucem. Scit eos esse præse, infimos, minimos, imbecillos, ne attingant ad omnia arcana eius. Quia non sunt via suæ, via illorum, neque cogitationes suæ, eorum cogitationes. Abraham vero sic. Nonne vides, haud fas esse, creatum in gubernando esse creatore suo absolutiorem? qui in supernis quidem seruis suis credet, eos à se perfectionem substantiamque habere suam. Hoc est, nõ esse fas, vt vitam eorum ab illismet pendere dicas, vt quæ à Deo se teneat, à quo sustineatur, viuant necesse est? Quod si serui eius, quorum gradus & perfectio, humanæ longe præcellit, nõ habent in se causam vitæ suæ, multo certe magis homines erunt suo creatore inferiores. Ex quo volebat ostendere Eliphaz, Deum iure omnia facere. Ad huc etiam modum exponit Auen Esra, & Rabi Leui. Sciendum est igitur, quod noster vertit prauitatem iuxta Sep. σιόλιον peruerfum

Aperuerfum quiddam, Hebraicè thahola, diuersis subesse significatis. Sonat stultitiam, prauitatem, Chaldausque hoc significatum sequitur pro thaholah, ponens ילי ila, iniquitatem. Sequitur Auen Esra dicens hoc esse ex eo, quod dicitur. Dixi iniquis, nolite inique agere, vbi est תהלה תהלה thaholim theholuh. Id etiam Sept. pro eo ponentes σιόλιον obliquum. Rabi autem Leui, & Abraham, sequuntur aliud, אור or, lucem, splendorem, laudem, à verbo halal: Sensusque priorum est, vt dicatur in Angelis Deum ponere, deprehendere imbecillum quiddam, debile quiddam, quandam imperfectionem. Qui autem lucem, prædictam vocem interpretantur, in eadem sunt sententia, vt negatio in duo pertineat. In seruis suis non credet, & in Angelis non ponet lucem, id est cognitionem, veritatem suam, arcana sua. Quod si affirmatiue legas, ponet lucem, erit idem sensus. Ponet in eis lucem, siue laudem, gloriam, quia sine eo nihil possunt, scientia eorum à Deo est, nihil à se habent. Quibus omnibus ostenditur altitudo scientiæ, & sapientiæ Domini, quam incomprehensibiles sunt viæ eius, vt non debeant homines turbari super his, quæ eueniunt, referentes omnia ad profundum illud sapientiæ pelagus. Is est verus sensus. Neque vero de casu Angelorum, vt arbitratur Nicolaus, est nunc sermo: quoniam quod noster dixit instabilitatem, in Hebraico est, quod eis non credat: Visoque fonte, intelligitur quid noster senserit interpret. Et locus bene declaratur ab Hebræis: idque ostendit tota oratio. Si qua melior est sententia, illam sequaris. Terrenam habitationem, non solum de domo, sed etiam de corpore sentias iuxta Hebræos. Quodque ait, Conterentur velut à tinea,] declarat assiduum mortalium interitum, semper aliquid decidere. Tempus edax rerum, tuncque inuidiosa vetustas, Omnia destruit: Corpusque minuitur defluens paulatim, in horas, in dies delabens, ad omnia momenta, in corruptionem tendens, Eoque corruptibilia hæc, Plato, non ὄντα, existentia vocare dignatus est, sed γόμενα scientia, quæ semper mutantur, fiunt, verum esse nunquam habentia. Conteret autem, vt est Hebraicè, corpus eos, aut domus corruptibilis, habitatio terrena. Quodque ait. Et quia nullus intelligit,] pulchre, quod Hebraicè, Quia nullus ponit, adduntque Hebræi, cor suum, Nemo eorum hæc considerat. De superbis autem & impiis, rapacibusque loquitur, eunt in sua scelera, effrenatasque libidines, præcipites, in æternum delebuntur. His sempiterna clades, non cultoribus Dei impendet. Hos scito perituros. Quodque noster dicit. Qui autem reliqui fuerint, morientur ex eis] Eum quidem sensum ipse arbitratus est esse: Hebraicè tamen clarius & melius sic הלא נסע יתרו הלא נסע יתרו halo nisa ithram bam, nonne amotum est, sublatumque reliquum in eis. Verba quidem obscura. Is sensus. Vox Hebraica יתר iether, sonat residuum superabundantiam, עֲלִיּוֹת, excellentiam. Eamque pro perfectione humana accipiunt Hebræi, pro vi intelligendi, pro humana excellentia, qua differant à brutis. Exponensque hoc Rabi Moses, An ne vides inquit, ablatam esse eis præstantiam & virtutem, quæ in eis esset, vt moriantur, & non in sapientia: vt cognoscant & intelligant videlicet, prospiciantque suum interitum? Abraham vero, ecce profecto video, maiore ex parte, generi humano ablatam excellentiam intelligedi, quod opiniones terrestres persequantur, vt morientes careant sapientia, quam Cdecuerat eos usque ad extremum retinere. Eadem sentit Rabi Leui, Auen Esra vero, superiorem vocem iother, quod est, redundantia, putat nunc, sicut interdum alibi, accipiendam pro diuitiis. Vnde etiam Græcè πλεονεξία vt dicat Eliphaz, Ablata est eorum affluentia, morientur, & cum eis eorum diuitia interibunt: Sapientia quoque vacui, quia nemo sapiens vnquam auaritiam reginam omnium vitiorum concupiuit. Hi duo sensus, sunt limpidi, solidi, vt vel dicat, morientur sublata ex eis intelligentia: vel diuitia eos non sequetur. Hæque duo sensus, ex vna voce iether, dependent. Quod autem in nostra translatione est, vt iether sint residui, & superstites eorum, sceleratorumque stirps, quæ & ipsa peritura sit, habet fortasse aliquid probabile. Mihi priores probantur, quia dicitur: Nonne ablata est redundantia eorum, Fitque interrogatio, non pronuntiat. Notat Nicolaus sequens sensum nostræ translationis, in Hebræo non esse, ex eis, Sed si de stirpe sermo esset, id illustraret eum sensum. Mihi, quæ Hebræi proponunt, maxime probantur. Chaldaus quoque priores sensus ponit, pro iether זאחזאח zacutha, puritatem, excellentiam, præstantiam.

VOCA ergo,] Audacius ubi de fine impietatis pronuntiasset, nunc ad Iob accedit: attingens eum priuate: & ab vniuersali ad particulare orationem redigens. Proponit autem Rabi Moses hæc verba in hunc modum. Voca inquit in hac lamentatione tua, in hac disceptatione, qui tibi ferat opé verbis suis, & ad aliquem è sanctis vertere, vt tibi respondeat. At Abraham, & si te inquit putas, attollisque te tanquam iustum aliquem, si iustus tibi sicut dixisti, videris, nõ te meruisse hæc supplicia putas, voce ingenti in clama, si sit qui tibi ex supernis creaturis respondeat, vel ad aliquem è sanctis vertere. Auen Esra vero, si ita inquit, vt dixi non est, postula, si possis aliquem qui tibi respondeat, aut ex ore cuius è sanctis, qui fuerunt in terra audisti? Proposui omnium sententias, vt verum sensum depromerem. Igitur vt Eliphaz dixit antea, se, per visionem ac prophetiam, & per aduentum numinis, cognouisse rationem prouidentie diuinæ, sic ea exposita, rogat Iob, vt vocet, qui secus ostendat, siue homo sit, siue Angelus, siue propheta. Num sit aliquis, qui contra dicat, quasi nullus esse possit, vt vera omnino hæc sit sententia, quòd malis male, bonis bene esse necesse sit. Et quòd Deus sit incorruptibilis, infinitæ sapientie. Omnes homines bonitate, & sapientia præcellens, clauum rectum, vbiq; tenens, de quo nemo iuste queri possit. Possit etiam dici. Respice num quis è sanctis perinde atque tu fertur transfusus? Hoc sensisse videntur interpretes Hebræi. Voca qui me refellat, veriora demonstrat: qui tibi iusto, iniuste Deum obtulisse hæc funera, possit ostendere, qui mendacem comprobet. Et quoniam mihi non creditur, maior homine sit hæc approbatio. Postuletur igitur altioris ingenij quis. Quo proposito, ipsum Iob aggreditur. Solere imprudentes & stultos, frustra in aduersis calumniari Deum, qui non videant, quid mereantur, quantum à recto discesserint in omni vita: Incandescentes autem & intumentes furore & blasphemia, corripit, transfususque agi, vt à furore pœnæ interficiantur. Hoc stultorum, & inconsideratissimorum esse. Sicque exponunt Hebræi. Repetit eandem sententiã. Et paruulum interficit inuidia. Quod Hebræicè limpidius pro paruulo פתאי perthi, stultus, insanus, deceptibilis, simplex: pro inuidia קינא Kinea, zelus, furor, iracundia, impatientia, impotètia. Postea, vt ait Rabi Moses, cum bonis bene, malis esse male necessario docuisset, reuertitur ad id, quod per prophetiam audiisset, quod cum primis cogit de prouidentia addubitare.

*Sed cum res hominum tanta caligine volui,
Aspicere, lætisque diu, florere nocentes,
Vexarique pios, vrsus labefacta cadebat Religio
Sed & ipse placatus exemplo quiescit.
Abstulit hunc tandem Ruffini pœna, tumultum.
Absoluitque Deos*

Tolluntur in altum, vt lapsu grauiore ruant.

Similiter Eliphaz pronuntiat de his, qui florere aliquando videantur: vsus eodem, atque Claudianus nomine, משריש mashrish, radicantem, radices facientem, florentem late. Cuius mihi displicuit (inquit) felicitas, eamque sum execratus, quia scirem eam breui perituram: stultus autem ipse, quia id non prospiceret. Hæc illa diuinitus reuelata sapientia, de stultorum felicitate. Maledixi autem, id est execratus sum, vel agnoui maledictam, non fore diurnam, vt ait Moses, quoniã non ipse solum, sed tota etiam stirps, cum eo delebitur. Nam illi per se ab omni salute desituunt, & paterna nocebit eis impietas, cuius fieri non potest, quin sæpe filij sint participes, & tales sæpenumero filios videas, quales parentes habuissent. Quod autem dixit, In porta] Rabi Moses exponit coram senioribus, & toto populo, cum solerent eo tempore sedere in portis vrbis. Sic Auen Esra, in vulgo, multitudine. Palam inquit omnibus spectantibus cadent. Nicolaus ait, à iudicibus ciuitatis, qui in porta tum sederent. Veriora sunt illa Hebræorum. Nam & in Psalmo, Aduersum me loquebatur, qui sedebant in porta. Quod non pertinet ad iudices, sed totum vulgus. Nam antecedi, & factus sum illis in parabolã. Quomodo locus is intelligi debeat, de filiis impiorum, Chaldæus optime declarat, quod & ab ipsis Hebræis adducitur, & approbatur. Elógabuntur filij eius à redemptione sæculi futuri, & cruciabuntur suppliciis gehennæ, in die iudicij: vt si non videas eos castigari in præsentia vita, pro certo habeas reici pœnas in supremum iudicium. Quòdque ait, Et ipsum rapiet armatus,] pro armato Hebræicè מצינין mizinin, possuntque

A suntque esse duæ partes, me, id est de, & zinin spinæ. Vt sit sensus, & ipsam messem rapiet de spinis: sicut exponit Moses pro zinin ponens כוזים kozim, sic etiam Abraham. Efficiet inquit Deus, vt grana cadant inter spinas, & inde à famelicis extrahantur: quanquã etiam adhibet sensum. Et ipsam messem rapiet is, qui egreditur de spinis,] nempe ignobilis, obscurus, vt ostendat diuersis itineribus, in impios impelli cladem: multis è locis venire fures, qui bona eius diripiunt. Sensus tamen interpretis nostri, est bonus. Nam & Chaldæus ponit hic duo generalatironum, eos nominibus Græcis appellans polemofin, & listim, primũ sonat bella, bellicosos, armatos, alterũ fures, qui secreto furantur: milites enim palam. Ad horum manus ait venturas opes impij. Rabi etiam Moses eos interpretatur viros belli. Quòdque ait, Nihil in terris fit sine causa.] Hoc quidem in contextu non est. Est autem vice eius, quia nõ egreditur de puluere iniquitas,] Dicitur allegorice, Hebræique sentiunt, nõ esse in puluere, & in fabulo iniquitates & scelera, sed eorum fontes esse in hominibus. Ab his nasci peccatum, à malis cupiditatibus, & ab hominibus etiam peccata castigari: vt à quo natum fuit homicidium, & rapacitas, ab eodem, id est in eadem specie, ab alio iniquo nascatur eadem voluntas rapiendi. Omnino sentit hominũ esse peccata, ideo in hominibus castigari. Potest & is esse sensus quẽ noster posuit, ponit & Abraham, און auen, quod iniquitatem transtulimus, designet, vt sæpe solet, laborem, pœnam, supplicium: vt dicat, Non nascitur è puluere supplicium, sed à Deo. Non hæc sine numine diuum eueniunt. Eoque à Græcis dicuntur γενεαλογει, diuinitus illatae plagæ: veluti si quis diceret, Non è duro robore nascitur homo, non è lapidibus, sed humano semine. Sic supplicia malorum non aliunde quàm à diuinis consiliis existunt. Repetitque hanc ipsam sententiã. Quòdque addit, Homo ad laborem nascitur.] Respicit antedicta, hominem impium, ad pœnam natum esse, & in pœnam viuere. Aut de omnibus generatim loquitur, positas esse certas hominibus metas: reddituros eos rationem de omnibus: Vndique instare supplicia, quibus cruciemur, nostraque peccata expiemus: Neminẽ adeo iustum esse, cui non impendeat pœna. Imperfectionẽ quoque hominũ declarat. Hæc humana vita, nulla diurna felicitas: Incisa est ea lex in natura, & à Deo posita, vt ad labores veniremus. Eadẽ deploratio est apud Mosén in oratione. Quidquid mali est, in Deum, prouidentiamque eius, referri debet, non in alia & fata: datur cuique quod debetur ei. Ille enim idem fecit naturam, facit naturæ miracula, omnipotens vbiq; . Cumque imperfectus sit homo, cognitione breui, obtusa, non ad gloriam, sed miseras nascens, multa fieri possunt à Deo, quorum ille non percipiat rationẽ. Hæc consecutione, necunt Hebræi locum hunc cum superioribus. Sic & Olympiodorus dicit sensum consolari Eliphaz Iob, esse vexationes, & incõmoda, humanã rem. Quod autem ait, Et auis ad volatum.] Pro auis, Hebræicè אשפתא bene resheph, filij resheph. Est autem resheph, teda, carbo ignitus, filios eius scintillas interpretantur, pari conditione, vt nascantur è carbonibus scintilla, sic labores, parere, producere humanã naturam. Hæc nascuntur ad volandum, colluntur in altum, subleuantur. Eandem vocem Hier. alibi volucres, aut volatile, putauit designare: nempe pennas sagittarum: Eoque hic transtulit auem. Quòdque noster ait, Deprecabor,] est אדרוס edros, requiram, Quasi me ad eum conuertam, in eum tanquam omnium auctorem & causam, respiciã: Illum omnium quæ fiunt in terris fatebor autorem. Continuo, vt accidat aliquid, in eum, sapientiamque eius respiciã: Magna & inscrutabilia, ad naturalia referuntur. Proponit & res humanas, quæ & ipse sunt miserabiles, & pro malignis sunt ארומים arumim, astuti. Versuti, versi pelles. Horum proprie est consiliũ: eos etiam Hebræi malignos, id est, malæ mentis interpretantur. Et pro, quod ceperant, est ארומות rustia, id est, vt exponit Hebræi, consiliũ, sapientia, decretum, dogma, lex. Ne possint perficere decreta sua & ordines, & ea quæ instituerunt, solertẽque instruxerunt. Et pro eo Chaldæus posuit חכמתהון chakimatheon, sapientiã, vel astutiam suam. Impedit eis manus, quæ sunt rerum gerendarum principia, ne solertiã & astutiam suam perficiãt, vt nihil eis proficit hæc solertia, à Deo infatuata. Minus proprie hoc Septuag. transtulerunt ἀλαθεις. Eandem sententiã multis modis repetit per exaggerationem. Tenebras autem cæcitatem eorum vocat, consiliorum cæcos exitus. Hæc ratione infatuatum est consiliũ Akitophelis, & omnium est mortaliũ consensus, Deum quorum velit res euertere, consilia corrumpere. Ad eius ergo prouidentiam spectat, sceleratos extinguere, pauperes ac destitutos seruare, vt, tum eos ab eorum fraudibus, iniquisque consiliis eripiat, tum calūniis falsis. Tertia est prouidentie pars, quòd corripimur ab ea sæpe, & ad emendationẽ nostrorum delictorum irrogatur supplicia, vt beatus sit, qui ab eo corripitur: Interim tamen, pauperes, & sperantes in eum, non deseruntur, quoniã si tanguntur ad tempus, etiam sanantur.

Quod autē ait, In sex tribulationibus, liberabit te, & in septimā non tanget te malum. [Etia D Hebraei numerū septenariū perfectum, vītatūmq; in Theologia dicunt. Vt, septies caderit iustus, & resurget. Septies in die laudem dixi tibi. Et apud nos, Non tantum septies, sed septuagies septies. Et ergo is numerus in consuetudine, sicut ternarius apud Poetas.

*Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter frustra compressa manus effugit imago.*

Enumerat autem nonnulla ex his mala Quodque ait, Absconderis,] exponunt etiā Abraham, quod in calumnia non nominaberis, non veniet in mentem tui, eius qui calumniatur. Potest etiam intelligi, si calumnia coniecta in te sit, absconderis, non attingeris, defenfaberis ab ea. Ea autem erit defensio, quod à vastitate, quam calamitatē nos ter dicit, Hebraicè שוד shod, clades, vastitas, ruina, unde shedim demones nocētissimi πονηροὶ δαίμονες ut Græci dicunt, liberaberis: à ruina, quæ nascitur à calumnia. Addit, & repetit, in vastitate, seu calamitate (nam est eadem vox) ridebis: Metaphoricèsq; dixit. Cum lapidibus regionū partum tuum, & in corpus tuum, ne iaciantur, ne offendas ad lapidem pedem tuū: quod omnes ruinas & casus designat. Et quos dixit Lapidem regionum,] est Hebraicè lapides חשיה hafade, agri, campi, ubi lapides late iacent, lapides campestris. Sic etiam quas bestias terræ dixit חשיה חיה chaiath hafade, bestia, agri, feræ capestres, agrestes: feræ agri, cū quibus fœdus habebis, ut plerique sanctissimi, quos venatæ serpentes, & truces leones, lædere non potuerunt. Obturauerunt enim ora leonum, extinxerunt impetū ignis. Dicens etiam tabernaculū, fore tranquillum, securum, more Orientaliū loquitur, quorū tabernacula, sunt domus. Visitare quoque speciem, Hebraicus loquendi modus. Nam speciem vocant domum opulentā, vbertatem, diuitias florentes. Et pro eo posuit Chaldæus tria nomina, medor, bet, maskena, quæ sonant omnia habitationē, domum. Visitare autem est nunc gubernare: pacate inquit, & sine scelere, & sine diuini numinis offensione, bene, beatèque gubernaculū domus tuę tenebis. Nicolaus tamen adhibet etiam bonū sensum, considerans prosperitatē tuam non peccabis, visitare interpretans cōsiderare. Quod quadrat. Nam & Chaldæus, pro nō peccabis, dixit תשניק tafnik, offendes. Tum sequitur, cum trāquilla senectute resoluendū: vsque ad extremū vitæ futurū beatum: non immatura morte periturū, sed ita matura, sicut matura fruges in horreū reponuntur, cum eas tempus ad maturitatē adduxit. Id inquit ita est, & secus esse non potest, ratione didicimus, cōmuni sensū probantur, dicuntur ab omnibus, à maioribus ad nos posteros peruenerunt. Ea tu nunc agnosce, perspice, ex his cōsolare te, sicut est Hebraicè, דללך dalak, scito tibi, obserua, cōsidera. Facit autē epilogum huius capituli Abraham, summā responsionis Eliphaz esse, omnes res humanas in particulari cognosce, considerari à Deo: supplicia, pœnāque accidere propter peccata, etiam iustis: Neminem enim esse super terra, etiam iustum, qui non peccet. Nocētes non diu florere, non ire in longum, siue iustorum pœnas, siue malorum felicitatem: Hæcque sibi indicata desuper.

C A P V T VI.

IN hoc capite refellit Iob, rationes Eliphaz, quas procul à calamitate positus protulisset, futurus alterius sententiæ, si illic esset. Refellitque quod dixerat. Correctionem Domini ne respicias, quia ab eodem sanitas sit, atque dolor. Si enim ille sit castigator, at quæ sibi vires, ut expectare possit, dum deserbeat ira: minorēque se esse docet, quam ut possit tempestati resistere. Contra etiam ea, quæ dixit, clarum esse deleri impios & peccatores: iustos omni clade liberari. Hinc omnia fieri iuridice: nec sine culpa sœuire fortunam, nec correctiones esse, ubi non sit, quod non corrigatur. Respondet per commemorationem humanarum miseriarum, pugnam, & assiduum consiliū esse vitam hominis super terra: vitam esse breuissimam, homines in nihilum redigi: nemini prodesse probitatem, ut ne moriatur. Hocque de iustis, qui omnino pereant, etiam cum sua iustitia: de impiis quoque pronuntiat. Quod quemadmodum iustitia, innocentem & iustum, non eripit à morte, sic nihil malorum accumulatur peccanti: Multaque alia obiicit, quæ possunt facile contra prouidentiam disputari, ut nisi maior fides, & ad alia tempora, sæculūque futurum, cogitatio penetraret, facile potuerit Iob contra ineptum prouidentia assertorem differere. Ac primum dicens, Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram erui, calamitas quam patior in statera. [Primum sciendum pro peccatis, Hebraicè esse, כעס kacs indignationem, aut iram meam. Chaldæus item indignationem

Auonem dixit, vertens hoc Hebraicum רוגז rugzi, iram, furorem meum. Tum sequitur ומהו vehauathi, & calamitas mea. Quorū dictorū is sensus est, quia dixerat eum Eliphaz furorē, & impotētia correptum, nunc optat cōpensari indignationem & calamitatem, ostendens multo minorem fore indignationem, quā ruinam. Nec adeo se fuisse exacerbatum, quantum magnitudo calamitatis prouocasset, Mitiorēque se fuisse, quā vllus mortalis, cui rārum malorū fuisset oblatū. Vtinam ergo ait, ista impotētia, atque indignatio, quam mihi obiicit, cum calamitate, æqua lance examinaretur: videres perturbatione mea, longe maiora supplicia, ut arena maris possit in exemplū adduci. Is est verus sensus, quem, ut ait Burgenfis, non resonabat nostra tralatio. Putauit enim Hieronymus hic indignationem esse pro peccato, ut dicat Iob, maiora longe esse supplicia, quā peccata, quæ perpetrasset. Sed ab omnibus reclamatur. Nam & Septuaginta supradictam vocem transtulerunt ἰρη ἰρη iram. Et Chryostomus cum Polychronio exponit hic iram, ἰρη ἰρη iram animi contentationem, dolorem animi, qui sit ex calamitatibus: exponensque hunc locum inquit, In alienis malis vos philosophamini: & procul à calamitatibus meis, ingrata mihi offertis solamina: quasi fieri possit, ut dolores mei ponderentur, cum arena maris, minore futura, cum doloribus collata. Olympiodorus autem iram Dei, cum quibusdam aliis interpretatur, quæ nunc in ipsum Iob, impetum fecerit, sed Hebraei, ut dixi, indignationē exponunt minorem longe, quā plagas illatas: Eoque sequitur, verba mea dolore sunt plena,] iuxta Symmachū λόγος ἡσυχίας, amara oratio mea. Hebraicè vero לאו lau, quod exponunt Hebraei, נבלאו nblau, deglutita sunt, intercepta sunt dolore, exire non possunt: vox faucibus hæsit, præ doloris magnitudine. Et quod sequitur euidentius. Sagittæ Domini,] pro Domino שדאי shadai omnipotentis, vastantis, destruentis. Iuxta illud psalmi, Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi. Abraham quoque adhibet hunc sensum, dictas esse sagittas Dei, sicut montes Dei nempe sublatos, excelsos, ingentes. Sic diuinæ sagittæ immanes, terribiles, ut apud Homerum ἄγλασσα, & quod dixit Quarū indignatio,] pro indignatione est חמאתא chamathā fel, venenum, ut dicat quarum fel, amaritudo, acerbitas exugit spiritū meum. Dolor enim cōtrahit, spiritus tristis exsiccat ossa. Absumunt sanguinē, exorbent vires. Terrores quoque diuinos Hebraei dicunt, sicut montes Dei, nempe immanes, sauos, horribiles, vastos. Quodque ait, Nunquid rugiet,] Hebraei locum intelligunt, non frustra hanc indignationem, lamentationēque erupisse de pectore suo: non caruisse à causis, quod neque ratione carentia animalia, ingemiscant, cum necessariis potiantur: Esse magnitudinem calamitatis, magnorum dolorum indicium. Abraham vero, dicit Iob, hoc in amicos dixisse, qui tanquam pastæ pecudes, aut asini, non vociferarentur: Et veluti cerberus, obiecta ossa latrare destiterint. Onagre autem, id est asinum agrestem nominauit, animal regionibus illis assuerū, & pro præsepe pleno, est, בלילי belilo, quod fœnum, & cibus est boum, & pecorū. Et quod ait, Aut poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum.] Sensus est iuxta Rabi Mosē. Verba vestra insulsa quis ferat? Non penetrat in aures meas, non sapiunt mihi, verbose philosophamini extra calamitatē, cui grata erunt, quæ dicitis insulsa: Quod vero sequitur. Aut poterit quis gustare, quod gustatū affert mortem? Hebraei dissentiunt. Nam sic habet fons חלמית חלמית Im iesh, taam berir chalamuth. Quod est, Aut est gustus albuginis vitelli? Dicunt ergo Hebraei apud maiores suos, chalmuth, sicut Chaldæus ostēdit: esse ruffum oui, id est vitellū, album autem, siue albuginē vocari חלמית: Estque sensus super re insulsa. Tale enim est ouum sine sale. Hunc sensum, non proprietatē verborum transtulit Symmachus, εἰδὸς ἰσχυρὸς ἄνευ μᾶλα ἔρημα, ἡσυχία καὶ κενότις. An est item gustus in verbis inanibus? Et Olymp. hunc locum explicans, quomodo inquit parebo vestræ cohortationi, in qua neque probabile, neque ad consolandū aptum quicquā inest: Vt enim cibus sine sale non comeditur, sic verba inania audiri non possunt. Gustū enim appellat, πειθὸς persuasionē: Eoque dicebat Apostolus. Verbum vestrum semper sit gratia, & sale conditum, nempe iucundum, demulcens auditores, vlcera sanans. Eadem fermē exposuit Isidorus. Quare locus est clarus. Ideo sequitur. Anima enim esuriēti, etiam amara, dulcia videntur.] Quod & ipsum longe secus in fonte, מנא לנגוד מפשי meana lingda naphsci, Renuit tangere anima mea, Renuit has consolationes: Hæc vestra philosophia non sapit: eam anima ita respuit, renuit admittere, sicut palatum respuit insulsa. Præterea sum adeo infelix, adeo dolose stupidus, ut nihil sentiam. Nihil est, quod reducere vulnera possit. Sciendū tamen supradictā periodon, adiectam esse ex glossa interlineari, in textu redundare. Hebraico autem, quod protulimus, respondet. Quæ prius tangere volebat anima mea. Quod quomodo debeat intelligi, exposui. Aut quod inquit

impellerent, mouerent. Magna enim est vis veritatis. Et quod ait, Cū de vobis nullus sit, qui possit arguere me.]Hebraicè. Et quid redarguet, redarguens ex vobis? Quod duos habet sensus, eum, quem noster interpretis est secutus. Et alterum, si arguere, vt solent recentiores Hebræi usurpare, sonet argumētari, rationes texere: vt dicat. Et quid ratiocinabitur quis ex vobis? quod desit ratio disserendi, & veritas demonstrandi. Deest argumentis tuis veritas. Vnus, idēque sensus. Et quod ait, Ad increpandum tantum. Est eadem fermè Hebræorum interpretatio: An putatis ait, arguere me, dicendo verba mea esse inania in quibus non sit sensus? & animo vestro confingitis, quod quæ vociferabar, sint ventosa verba, verba viri abominabilis, contempti, desperantis. Verba mea nullius esse ponderis. Et quod ait, Et in ventum, verba profertis,]Hebraicè sic præcise, Et in ventum, verba שאנו noash, desperati, abominabilis. Talem eum putabant amici eius, Et verba eius similiter abominanda? Ideo audacius, quem prius verebantur, super eo philosophabantur. Quodque sequitur, Super pupillum irruitis.]Talis nempè erat Iob, destitutus omni ope. Ita in eum inuehentes, atque si quis in orphanum. Hebraicè, pro irruitis, ירדו תפילו, facietis cadere: Quod Abraham exponit, laqueos, scandala facietis cadere super pupillo. Et quod ait, Veruntamen quod cœpistis explete.]Hebraicè secus שובנו shubuna, Reuertimini, redite, reuocate. Tum sequitur וירדו אל תיבת אל thei aula. Ne sit iniustitia, in vobis scilicet. Reuocate vosmet, ne sit in vobis hoc scelus. Tum sequitur, Et reuertatur etiam iustitia mea in ea: quod est, Abiicite has calumnias: sola veritas esto, quam certe de me facile inuenietis. Potest tamen stare tralatio nostri interpretis. Nam Abraham exponit, Reuertimini adhuc ad arguendum me, vere & integre, profectò inuenietis esse iustitiam in eo. Ex his, & quæ sequuntur verbis Iob apparet eum, & si diem natalem suum optasset nunquam fuisse, contra Deum tamen & prouidētiam, nihil fuisse locutum conscius enim erat sibi. Verum Hebraicè, pro eo quod dixit noster. Nec in faucibus meis, stultitia personabit,]Est, An palatum meum non intelliget וירדו האוה, ruinas, cladem, plagas illatas mihi, Palatum autem dixit, quoniam vt ait Abraham, qui dolet, omnes cibos abominatur, dulcēratū amara sunt. Videbitis ergo inquit, an modeste doluerim: an ad maximas plagas constans fuerim, an iudicare potuerim, & rationis retinere clauum.

CAPVT VII.

MILITIA est vita hominis.]Pro militia, sicut habet Hebraicum, pulcherrimè Sept. dixerunt πειρασθῆναι tentationem, probationem. Innuit omnia circumstante nos pericula, veluti eos, qui sunt in bello, hæc autem pericula, sunt probationes, exercitationes. Sicut probabatur homo in paradiso, quæ erat sua militia, nudusque erat in acie, sic omne hominum genus probatur in vita, tanquam in paradiso. Sed varia probatio, multiplex militia. Et Polycronius ait esse clarum & certum, vitam plenam esse πειρασθῆναι. aduertendum tamen Hebræos Paulo secius sentire de militia, vt dicatur vitam esse breuem & ad tempus, sicut duobus vel tribus mensibus, sit bellum, postea canitur receptui, sic ad tempus viuimus, ad tempus laboramus: tum ab Imperatore canitur receptui, domino iubente, è præsidio decedimus. Atque Rabi Moses dicit, nunc Iob reuerti ad illam rationem, qua dixisset Eliphaz gloriose, iustis non deesse sua præmia. Iob autem ait vitam esse breuissimam, quæ morbis, & incommodis vexata, & ad senium, aut mortem adducta, non sit præmiorum capax, vt nesciam, qua ratione hæc à te dicantur inquit. Hunc sensum Hebræorum etiam Græci agnouerunt, Nam Chrysostomus δια τούτων οὐν βούλεται δείξαι τὸ ὄσιπτόν τοῦ βίου, καὶ βραχύ. In his inquit, vult ostendere erumnas & breuitatem vitæ. Et quid sonet militia, declaratur exemplo mercenarij, & ipso pulcherrimo & aptissimo ad humanam conditionem, & breue viuendi spatium intelligendum. Quodque dicit, sicut feruus,]sic dicendum est, non ceruus. Hebraicè enim עבד, Græce ἕρπυλον, vmbra autem nocturnam, vt quiescat, solisque occasum senties. Quodque de ipso dicit, Sic ego habui menses vacuos.]Est, vt ait Abraham, sensus, sic ego expectaui in cōtrarium supplicia, dolores, quoniam vbi merces debebatur & præmium, datum est supplicium. Hæreditauī menses vacuos, tempora ærumnosa, breuia. Breue tempus, plenum lachrymarum, & hoc ad vitam mihi computatur. Et cū spectare meliora, decidi in peiora. Hæc mea merces. Sicq; enumerat suas miseras. Et vbi dicit noster, Expectabo vespèram, Hebraicè יתן מתור, metior, mēsurō, tum vsque ad tenebras,]Hebraicè pro tenebris תשחשך nesheph, crepusculum,

A crepusculum, licet sit etiam pro crepusculo noctis. Dicendum igitur, metior vespèram, totam noctē ducēs insonnē, vt ij, qui sunt summis cladibus circumuenti, expectōque mane. Et quos dixit dolores,]sunt יתן נעדימ, necudim, quod sonabit, vel gemitibus, vel assiduis motionibus super lectulo, quando dormire nō possumus, huc illuc corpus volutātes, nūc in vnū, nunc in alterū latus. Idē accidit agrotis. Et quod noster dixit, putredine, Hebraicè ריחה ריחה verme. Exulceratus, corrosus à vermibus, dormire non poterat. Eoque Sept. φέρεται δε μου το σῶμα ἐν σαρκί, σιωλήτων. Miscetur corpus in sterquilinio vermiū. Et quod dixit, Sordibus pulueris, pro sordibus est quisquiliis, fursura. Innuitq; vt ait Abraham, ex corrupto corpore labētes crustas, vt in plagis, in impetigine, alopecia, elephantiosi. Hunc sensum etiam Sep. clare trāstulerūt τὴν αὐτὴν δὲ βάλαντα ἀπὸ ἰχθῶρος ἔβαν. Destillo glebas terræ, ob marcorē, eas scalpens. Quē sensum Nicolaus nō videtur attigisse dicēs, quia sedebat in sterquilinio. Nā quod sequitur antecedens indicat. Cutis mea aruit, & cōtracta est.]Quod Hebraicè simile fermè cutis mea forata, & cauernosa facta est: פתחו וגימאס & abominabilis facta est. Quod etiā exponitur ab Hebræis, effugit, discessit, siue, videlicet consumpta iā & in marcorē, putridūmq; humorem, resoluta & delapsa, siue cōtracta, & extenuata. Et quod inferitur, quā à textente tela succiditur.]Hebraicè dicitur clarius, Dies mei leuiores siue velociores fuerunt וירדו מיני ארגי, quā radius textoris. Nā Abraham dicit de aregh. Est inquit instrumentū currens, in quo est filū, ad texendū sub tegmen, impellitūque à textore. Hoc ergo clarius est Succiditur,]nusquā est. Arque ait vitā velocissime abiisse, sed cū calamitate, clade, vexatione, nullāmq; superesse spē amplius. Erat enim senex, & quod Deus superesse voluisset, omnibus fortunæ icibus, fuit expositū. Conuertiturq; ad Deū, ac pro vèto Hebraicè est וירדו ruach, quod & ventum, & spiritū designat. Eoque dant etiā alios sensus Hebræi, vt sit, quale illud in Psalms. Spiritus vadens, & nō rediens. Sed verior sensus est, vt ruach nunc sit ventus. Queritur enim aduersus id, quod dixerat Eliphaz, quomodo ad se possit redire felicitas, cūq; frui, cū iā sit capularis, à cladibus illis accelerata morte, vt in vno mense, quo vulneratus iaceret, totū vitæ residuū sit absumptū. Vento, & radio citior aufergerit vita. Id ergo designat cū ait, nō reuertetur oculus meus videre bonum, Hebraicè לוקדי modus. Bonū, felicitas εὐδαιμονία pristina beatitas. Hocq; verū erat ad humanā rationē, sed est ratio maior. Et quod ait, Nec aspiciet me visus hominis.]Absumpta videlicet iā tot cladibus vitæ, iā iā non erit, qui me vsquā videat superstitē. Et oculi tui, O Eliphaz, aut ad Deū sermo est: circumspiciēt, nusquā me reperiētes, Adhibet & nubis exēplū. Et quod ait, Qui descendit ad inferos,]Pro inferis est ירדו seol, quod inferos, id est profundissimū locum designat, & fossam, siue sepulchrum. Nec dicit sed descēsurum ad inferos, sed sepulchrum. Sicut etiā monet Nicolaus. Chaldaus item posuit ירדו קברתא, sepulchrum. Quodque ait, Nunquid ego mare sum?]Mare propter tempestatem exponunt. Num ait sum mare vastum, latissimum, capax omnium tempestatum, capax vexationum? Sic cetum dixit, belluam immanem, fortem, obsistentem, duram, vt in sine clarebit. Et pro cetō in Hebraico thanin, draco, Chaldaus Leuiathan. Quo noscis Leuiatan esse cetum. Et pro carcere est ירדו mismar, custodia, claustrum. Et Abraham exponit, vt capias me, ne subterfugiam clades tuas. Perfugia etiam nocturna, cū nobiscum quiescentes confabulamur, & infomnia non diuinitus oblata dicit, sed phantasmata suarum vexationum recurrentium. Ingeminant curæ rursusque resurgit sanus amor. Eoque operat mortem, sic ossa optare mortem, ossaque dixit, vt ait Abraham, quod ea tantum superessent, carne absumpta. Quodque ait, Desperavi.]Hebraicè est ירדו לא יעלה מאמתי maasti lo leolam echie, spreui, contempti, recusō. Hebræi sic. Et ego inquit spreui, vel abominatus sum vitam meam, quia scio, quod non viuam semper, id est non viuam amplius: & hoc propter senectutem, multitudinēq; calamitatum. Quomodo igitur adduci possum, vt putem vnquam aflare tranquillitatem? Is est verus sensus. Desperavi, nusquā est. Quodque ait. Parce mihi]Pro, Parce, est ירדו chadal, cessa, desine, recede, relinque: Ne mihi sis amplius iratus: ne me crucies. Quid enim vitæ superest? Actum est de me. Et quod subiicit. Quid est homo, quia magnificas eum?]Est vt Hebræi sentiunt: Cū vermes sint homines, musca, cur adeo eos attollis, vt cernere eorum facta, adamusimq; rescare labores, hūcque altissimæ maiestatis tuæ oculos defigas, quā digna sint, quæ à te cernantur? Perinde si quis contra muscas bellum appareret. At plumbei Philosophi, imò Philosophorum simulacra, dixerunt Deum humana cernentem, vilescere. Hæc est igitur magnificatio, quia dignum ducit super eos aperire oculos. Sic locum etiam Græci intellexerunt. Olympiodo-

rus, το του ανθρωπου εντελες και το θεου παρελκων και δεμονιων. Hominis prædicat contemptibilem naturam, Dei autem circa eum, providentiam. Quod autem sequitur. Vistas eum diluculo, & subito probas illum.] Est clarius, ~~quod~~ quiddam in fonte. Vistas eum לראותו לברכה lib-carim limgaim, singulo quoq; mane, & ad omne momentum. Hæc ~~est~~ lectio, quã credo nostrum interpretem innuere voluisse. Nã regaim Hebraicè momenta & exiguæ tēporis partes dicuntur: designatq; acute, humana facta Deū cernere, ex quo, Græcis dicitur δεινοὶ ὀφθαλμοὶ τῆς δίκης Acres oculi iustitiæ, nihil inexploratū relinquētes. Hincq; apparet Iob apertissimè diuinā providentiā fateri, licet quædam verba dixisse videatur, quibus negligere eum iustos asserat. Soluit enim ipse seipsum. Vistare autē, & probare verba sunt providentiæ. Est enim probare Hebraicè בראך bachan vestigare, scrutari, refecare. Idq; à luce, ab exordio rerum gerendarum, Quodque addit, Viquequo non parcis,] Hebræi במה לא תחשך ממני kamma lo thise, mimenni, Quousque non respicies à me? Quando auertes acres istos oculos tuos à me? Quando desinent me aspicere? Aut, Quousque non discedes à me? Nec datur respirandi locus? Ac vt dem vera dixisse Eliphaz, me peccasse, quid tandem tibi nocui? Quid ad te attinet peccatum meum? Quod detrimentum, tibi, rebusque tuis peccado attulit? O hominum acerrimus obseruator, curiosissimus humanorum factorum explorator, Quamobrem elegisti me, in quem totus impetus tuus impressionem faceret? Scopum me tuarum sagittarum esse voluisti, cum multa scelera abeant impunè, solum me ad dira supplicia postulasti? Quod si facta humana obseruas, & scis quid quisque peccauerit: Cur ego solus tanta supplicia expendo, vt iam vitæ ac lucis, me pigeat? Tedetque poli conuexa tueri, lucemque perosus diffugere cupio. Quod si peccauit, si quid occultum est, quod te grauissime à me perpetratum offenderit, cur non mihi parcis, qui clementissimus diceris, cur non obliteras ea crimina, vt sit maior bonitas tua, quàm iniquitas mea? Et si multis pepercisti, cur itē mihi non parcitur? Quod autem ait. In puluere dormiam,] pro puluere אפר aphar, limus, lutū, resolutio omnium rerum, hyle, chaos. Quæres autem me mane, dicens, non illud mane designat, sed est verbum שחר shichar, quod est, mane, tempestiue surgendo aliquid quærere, explorare, totamque diem indagine infumere. Pro, non subsistam,] est, אנני enenni, Ego nusquam, in nullo loco. Hæc est responsio Iob, ad compescendos verbosos illos idonea. In qua ostendit, tametsi peccasset, tanta tamen supplicia se non meruisse, si verum sit, propter peccata, accidere aduersa. Et scriptor ipse dixit Iob fuisse iustum, & pium: Tum quod non dederit stultitiā Deo. Quod si iustus fuit, superest, vt admiremur, cur meliora malis quàm bonis dentur, cū iam ætas Iob, bona capere amplius non posset. Cætera quoque clara sunt argumenta. Adhucque lis pendet, reiectis rationibus Eliphaz.

CAPVT VIII.

QUOD ait, spiritus multiplex,] est verbosus, multa vera & falsa congerens, sic enim ipse calumniabatur. Spiritus etiam indignans, magnum spirans, superbe, arroganter loquens contra Deum. Et quod ait, Supplantat, Hebraicè יעורר יעורר יעורר, deprauat, peruertit. Quodque ait, Etiam si filij tui peccauerunt ei & dimisit eos, in manu iniquitatis suæ] Sciendū est hanc orationē secus legē dā esse, vt dicat. Quod si filij tui peccauerunt, at Deus itē eiecit eos ob iniquitatē eorū. Eiecit, fugauit, pepulit ex auris, extinxit. Manus autē designat causā, mediū, auctore. Dimittere ergo שאלח shalach, Hebræi exponunt abiicere manū, sicut interpretatur Chaldaus במאן במאן beatar mardehō, loco, vel propter apostasiā, defectionēque eorum. Quod autē sequitur. Tu tamen si diluculo &c.] Tu inquit Abraham, qui viuus remansisti, à plagis in manibus superstes, afflictus tamen, & cladibus circumuentus, si opem, fidemque eius imploraueris, forlasse, si meritis fueris, si purus es, atque innocens, & scelere, (vt dicis) abstinueris, exaudiet vocem tuam, euigilans ad te, seseque excitans, & pacem dabit, ac tranquillitatem domui tuæ. Pro domo, siue habitaculo, Hebraicè נעוּת neuth, quod est formosum, speciosumque habitaculum: Potestque, & pro ipsa domo accipi, vt aiunt Hebræi, & pro corpore, quod habitaculum est animi. Rabi Leui, habitaculum iustitiæ animam interpretatur, in quā inhæreat iustitia. Potest pro habitaculo & domo, vt dixi, accipi, cū qua sunt alia ad vitam necessaria: Ad eūq; ait, domus erit opulenta tua, vt priorē felicitatē cū futura cōferre nō liceat. Hōcque probat exēplis, & testimoniis antiquorū, apud quos id genus multa deprehēdatur, quia nunquā visus est iustus derelictus: Nos. n. ait, iuuenes sumus nuper nati, vita nobis breuissima data est, cū illi longevi essent, per quos, & scientiā maiorem, & maxima providentiæ exempla cucurrisse, probabile sit. Videbis hæc supplicia illata tibi, si me.

A si meritis nō fuisti, ad maiorem felicitatem. Sicque melius Baldad opinabatur, ac rectius interdum iustis irrogari mala, ad maiorem eorum gloriam & probationem. Ex quo volebat innui, iudicia diuina, nefas esse subiacere cogitationibus humanis: quia sæpe homines bona pro malis, mala pro bonis habent. Hæcque maiorum, vt dixi, probat testimoniis. Nam quod noster dixit, Hesterni quippe sumus,] sonat, vt ostendit Hebraicum, nuper nati, iuuenes, heri exorti: sicut apud Platonem de Græcis ab Aegypto sacerdote dicebatur νεοί εστέ. Quodque sequitur, Nunquid virere potest scirpus?] Inducit pulcherrimum exemplum de improbitate, quæ non diu possit subsistere, sicut nec scirpus, siue iuncus, sine humore vel terra lutulenta & humida, vt est Hebraicè ביצה biza, crescere, & virere, neque ~~non~~ ahu caretum, siue alga, aut scœnum sine aqua. Nondum ait succiditur, & tamen deficiente humore languescit. Licet ait nō sit, qui hæc in ipso flore & virore legat, tamen pauld post interibit, humore non superente. Cadunt etiam non humana manu, & cadunt ante cætera virentia, citoque languescunt: Sic qui Deum obliuiscuntur, ad tempus florentes, sic, & omnis hypocrita, pro quo Hebraicè חנפני chanepl, scelestus, impius, nequam. Et Sept. transtulerunt εὐσεβῆς impij. Quodque ait, Non ei placebit vecordia sua,] Pro placebit, clarius & manifestius Hebraicè שיקי iacot, Quod Hebræi interpretantur, succidet, amputabit. Subducēda quoque est negatio, vt quæ etiam non sit in Hebraico. Ac dicendum. Amputabit vecordiam eius, Deus scilicet. Est tamē pro vecordia eius כִּסְלוֹ Kislo, quod sonat etiam spem, fiduciam eius: Sensusque est clarus, prius implicatio & perplexior, vt dicat, Amputabit, succidet Deus fiduciam eius. Exemploque pulcherrimo araneæ, declarat, quod omnis eius spes, cui nititur, sit araneæ similis, cito rescindenda, cui plurimum niteretur, casura breui: siue stet, non diu in loco futura, siue lapsabunda, nullo sustentaculo sustinenda. Reuersus quoque ad exemplum floris, aut viridis germinis applicat ipsum ad hominem, beatum ad tempus. Quamquam Hebræi hoc, quod dicitur, Humectus videtur antequam veniat Sol:] de iusto interpretantur: qui ante Solem sit floridus, eodem exoriente, etiam floreat resistens calori. Deinde quod sequitur, Super acervo petrarum radices eius,] Pro acervo est גל gal, sonat interdum acervum, nonnunquam fontem, scaturiginem aquarum, radices eius densabuntur. Simile ei, quod in Psalmo, Erit tanquam lignum plantatum secus decursus aquarum. Nam, & illic erat sermo, de pijs, iustisque. Ante Solem floret, post Solem quoque aliud nō addit, Videtur tamē acervum lapidum potius designare nunc gal, quia sequitur simile. Et inter lapides commorabitur,] vt de firmissima, quæ quondam videbatur, radice, sit sermo, & totum spectet ad impium & hypocritam: propterea, quæ sequuntur. Si absorberit eum de loco suo,] Quasi abstraxerit, euerterit, in ruinam dederit. Negabit autem eum, videlicet is qui tollet, & euerter, aut omnis viator, aut ipse locus negabit vnquam fuisse. Abraham tamen sic exponit. Si surrexerit quis, qui velit eum eradicare, negabit eum dicens, Non sequar. Quantum vis trahas, rapias, haud sequar. Græci autem, de impijs, vt nostra habet tralatio, interpretantur. Atque etiam Sept. gal, acervum transtulerunt, ~~ut~~ ~~ut~~ ~~ut~~ λιβον κοιμῶμαι. Sequar ipse igitur hunc sensum, quem ostendunt sequentia. Hæc est enim lætitiā viæ eius. Etiam Rabi Moses de impio sentit, vt sit sensus. Hæc est ratio gaudiorum, opulentiæ, felicitatis impij, peribit tandem, ruinamque dabit. Is finis, huc tendunt, huc euadit consilia impiorum. Et quod infert, Vt rursus de terra, alij germinent,] Hebraicè pro, vt, est copula: Et de terra aliud germinabunt. Quod Rabi Moses sic intelligit. Quidquid repullulet ex eis, simili ratione interibit. Significet similitudo, quod vt ex eis nascantur, qui eis succedant in opulentiā, non secus tamen atque parentes, eos euerrendos. Quam sententiā concludens Hebraicè dicit, Ecce Deus non aspernatur simplicē, innocentemque, nec sustinet manum scelerate agentium. Deest in nostris, ~~in~~ hen, ecce, habet emphasin. Et quod infert, Donec impleatur risu os tuum,] Aut scilicet super euerfa impia gēte: lætitiā autem esse iustis, interitum impiorum, theologia antiqua prædicat. Aut, quod ait Moses, redibus ad gloriam pristinam, & maiorem, impijs in profundum præcipitantibus: Etiam qui tibi clades attulissent, grauitè gementibus, vt fiat mira rerum conuersio. Nam & Claudianus super Rufini felicitate indignatus, similiter concludit.

Abstulit hunc tandem Rufini poena tumultum,

-Absoluitque Deos.

Tolluntur in altum, vt lapsu gy auiore ruant.

Clara capitis huius philolophia, etiam dictis Philosophorum, Oratorumque, confirmata, sepiusque exagitata.

Hoc capite, vt ait Rabi Moses, aperte fatetur Iob, & se purgat, vt ne quisquam putet eum, deprauatum iudicium Deo tribuere. Vt autem ait Didymus, quoniam Baldad dixerat, nunquid Deus supplantat iudicium, occurrit statim hac responsione, sibi exploratum esse, nihil esse humanam iustitiam præ diuina: haud tãti ponderis esse hominem, vt cum Deo velit disceptare: Eoque omnẽ hic esse philosophiam dicunt Græci. Nam ad alia si homo cum Deo velit agere de iure, eumque inclamare vt assistat, quis coget nolentem? vel si affuerit, vno tantum fortasse verbo ad omnia, vt summi principes, respondebit, aut ipse reus obmutescet. Quid quod fortissimus est omnipotens, sapientissimus, nos autem muscæ, vermes? Quis ei potest impunè resistere, superba cervice attollens? Cuius ne montes quidem impetum sustinere poterunt, & magnũ (vt de suo Ioue dicit Homerus) *Ad nutum, tremefacit Olympum.*

Vultu, quo cælum tempestatẽque serenat,

Et ventorum temperat iras.

Dicens autem, Et nescierunt hi, quos subuertit in furore suo,] de montibus dicit: Nescierunt autem mortales, ignari rerum tantarum diuinarumque causarum. Hæc autem montium mutatio, proculdubio ea est, quam Aristoteles, cæterique Philosophi in naturales causas retulerunt:

-Vidi factas ex aquore terras.

Et vetus inuenta est in montibus anchora summis.

Ait Pythagoras apud Ouidium: Vt naturalia tanquam primum auctorem in Deum referantur. Possunt aliæ in particulari euerfiones montium intelligi, aut facte, aut affuræ, volente Deo. Sicut sistunt ad nutum eius amnes, Mare aruit. Eadem de concussa terra senties. Columnas autem terræ senties, infimas partes, pondera sua, ponderibus librata suis. Simili metaphora tribuit Homerus columnas Atlanti, quibus cælum, ac terras sustineat. Pro columnis tamen Hebraicè *אמודים* amudim, dicere possis stabilitates, pondera, libramenta bases, fundamenta, quæ ventis quassata, supernam quoque terram commouent. De Sole similiter, aut quod acciderit, deliquium horribile, vt in Aegypto, vt Christi funere. Et,

Impiique æternam timuerunt secula noctem

Aut dicit non facta, sed faciẽda cum velit, nutumque Dei, locutionem appellat, Sub signaculo autem claudere.] Et figura Hebraica, Abscondere, celare, vt cum litteræ obsignantur, cæteraque, quæ absconduntur. Chaldæus absconsonem, & sigillationem de nubibus intellexit. Potest (vt dixi) aut factum aut faciendum sentire. Moses opinatur, quod nulla ratione probauerim, signaculum hoc stellarum, referri ad diuinationes cælestes, quas Deus abscondat sapientibus & Astrologis. Nimium hæc remota. Esse autem ei imperiũ super Sole, eo probat, quod ipse solus extendit cælum, vt si cælum, multo magis Solem. Hicque latissime de potestate Dei philosophatur. Ingressi quoque super fluctus maris designat tum tempestates diuino iussu posse suscitari, tum easdem ab eodem comprimi, turbatãque æquora placat, vt nihil præ illo possit tempestas. Quanquam putat Abraham designari à Iob elementorum concatenationem. Moses tamen, quod & ego sequor, primum proponit. Græci quoque, propter naturæ puritatem, per omnia diuinum numẽ penetrare. Quod autem dixit, Arcturum Hebraicè vocatur *אשור*, cõsentiuntque Hebræi esse sidus: nec magni refert, quod diuersis nominibus, id vocetur. Fuerit enim ex Hebræis arbitrates esse sidus in cauda arietis. Sept. translulerunt *πλειάδες* pleiades. Arcturus dicitur à cauda vrsæ. Sidus notum, eoque in exemplum adductum. Orion quoque sidus est, quod vt etiam testatur Olympiodorus, Arcturus item conficit, cum sit vnum ex sideribus Orionis. Oriõnque est is, qui dicitur etiam Arctophylax, custos vrsæ. Tertium sidus est Hyadas, Latinis succulæ dicitur, sed peruerso nomine, vt monet Cicero. Nam cum à plucendo *ὕω* à Græcis sint vocatæ hyades, veteres Latini à sue, qui vocatur Græce *ὕω* appellatas existimarunt. Memorantur igitur sidera notiora, memorabilia, vt, qui hæc creauit, cætera quoque possit intelligi creasse. Interiora autem, etiam Sept. dixerunt, *σημεία νότου*. Signa Austri, Sidera videlicet, quæ solum in australi parte degentibus visuntur: Eoque dicuntur Hebraicè *חַדָּרִים* Chadarim, quasi cubacula intima, abscondita: vt sidus, quod in Aegypto solum incipit videri, in Europa degentibus ignotum. Facere autem mirabilia referunt Hebræi ad quotidiana naturæ miracula, licet ad omnia alia maiora naturæ possit referri. Venire autem ad se, respicit, tum ad iudicium, quod superius proposuerat, Si in ius Deus euocandus sit: tum vt aiunt Hebræi, & quod

A & quod Aristoteles, cum sit fortissimus, pulcherrimus, omnipotens, est etiam inuisibilis oculis humanis, & inscrutabilis, transitque per omnia non visus: Deum nanque ire per omnes Terrasque tractusque maris, cælumque profundum. Et, Iouis omnia plena. Et, Iupiter est, quodcunque vides, quodcunque moueris. Transit igitur ante oculos nostros, incognitus, inuisibilis. Cumque sit maximus, nulli tamen videtur. Quodque ait, Si repente interroget,] Pro hoc, clarius in Hebraico, *אחרי יאחטוף*, rapiat, absorbeat. Et pro respondebit, est clarius *אחרי יאחטוף*, ieshibennu, Quis inquit reuocabit, quis eripiet, cum rapuerit, absorbuerit ille? Idque declarat, quod sequitur, Cur ita facis.] Quare, interrogatio, & responsio nõ habent locũ. Et verũ sensum etiã Septuaginta posuerunt *ὅτι ἀπαλλὰ ἐξή, τις ἀποσπείρει*. Si abstulerit, quis recipiet, reducet? Sicque quod sequitur huic simile est. Nã quod dicit noster, Deus cuius irã resistere nemo potest, Est melius & clarius in fonte, Deus *אשר לא יוכלו יאחטוף* appo, non reuocabit furorem suum. Si rapuerit inquit, abstraxerit, euerterit, nemo terrere minis eum poterit, vt absistat, nec ad eorum minas, iram suam reprimet. Et tu vis me ad eum diluculo consurgere. Isteque sensus est clarus, & verus. Nec irreuocabilem iram diuinam, dicit, sed contra sceleratos ferbentem eorum robore vinci non posse. Et quod addit Sub quo incuruantur, qui portant orbem,] Pro portantes orbem sunt *אחרי יאחטוף* ozre rahab, auxiliantes fortiter. Innuit robustos, vãlidos, viribus præpotentes. Aitque Rabi Moses. Hi sunt magni magnorum, idest fortissimi, Hos Chaldæus interpretatur *אחרי יאחטוף* reshaia, impios, nempe *אחרי יאחטוף*, *θεομάχους*. Et coniuratos cælum rescindere fratres.

Hic, & Aloidas geminos immania vidi

Corpora qui manibus magnum rescindere cælum

Aggressi, superisique Ionem detrudere regis.

B Itaque portare orbem, & si obscurum erat, Gigantes tamen intellexit noster interpretes. Vehementerque miror Nicolaum hos Angelos interpretantem, cum sermo palam sit, vt Chaldæus monstrat, de impiis: meliusque & si non verius Septuaginta qui portant orbem iuxta nostrum, interpretati sunt *κλήτη τοῦ οὐρανοῦ ἕργον*. Carti, qui sunt sub cælo, nimirum vasta, superba animalia, quæ Deo resistere non possint. Res tamen clara est, de arrogantissimis superbissimisque hominibus, ac Gigantibus. Et Symmachus, cuius testimonio iuuantur Græci, dixit *ὑποκρίσας δὲ αὐτοῦ καμψήσονται οἱ ἐπηρειδόμενοι, ἀλαζονία*. Sub ipso incuruabuntur, qui nituntur arrogantia. Græci que exponunt eodem sensu *ὅτι καὶ ὑποκρίσονται καὶ τοῖς οὐρανοῦ ὄφρον*. Vt innuat, quod etiam superbis detrahit supercilium. Cete quoque eodem sensu exponunt. Interpretatus est autem Symmachus *ἀλαζονία* arrogantiam, quod Hebraicè *אחרי יאחטוף* rahab. Id enim sonat fortitudinem, arrogantiam, superbiam, quod noster transtulit orbem. Eoque AuenEfra interpretatus est, qui portant, viros præpotentes sicque infert. Iob, quorum causa hæc dixisset, nimirum nihil se esse, vt velit cum tanto contendere. Cum quo etiam si iustus sim, haud vnquam contenderim, Auertat ipse hanc immanem audaciam. Aut nulla est facultas cum eo differendi, quia vt ait Abraham, etiam si iustus fuero, non respondebit mihi, aut non respondebo: nesciam quid ei respondeam, Forte etiam euertet me. Et quomodo orabo, iudicem meum, idest qui me ad supplicia deputauit, acerbaque iudicia? Quod si etiam clamauero, & visus fuerit mihi respondisse, non credam tamen eum esse, & se se ad me, propter summam maiestatem flectere. Vt dem inquit, eum mihi responsurum, mens tamen mea non acquiescet, eum esse. Et hoc adduxit, vt ait Moses, Propter atroces plagas, ob quas, sæpe dubitauit, se Deo non esse curã. Rogauerat etiam, vt eas à se repelleret, Propterea putabat tantam esse diuinam maiestatem, tantam autem hominis imbecillitatem, vt non posset esse inter eos commeatio, & colloquium. Infertque simile quid, quod Ioue ad Semelem in sua maiestate accedentem, apud Poëtã perpeffa dicitur, fulmine terrifico, & scintillante igne correpta. Sic ubique præsentia diuina apparet, horribilis fuit spectantibus: & in monte talis ostẽdebatur, vt omnis populus intremuerit, nec auderent vterius procedere. Tale quid memorat Iob. Nam turbo, siue tempestas est, quæ fit aduentu Dei, vt in Elia, & Apostolis, factus est sonitus spiritus vehementis: Sicque multiplicandas suas plagas, dicit, quia terror & horror accedet maior: Frustra autem, vel sine causa, quia aduentus eius nihil prodesset, aut non merenti graues cruciatus dabuntur. Eoque non erit respiratio consternata, pauido, agritudinibus redundantibus. Hæc omnia dixit Iob contra Baldad, frustra eum consolari, quia dixerit. Si mane surrexeris ad eum. Tum infert, est fortissimus, eoque terrebor, expanseam, si eum videro, & si data fuerit copia fandi, quis pro me feret testimonium? Quis, si voluerit ille, me peccasse, contradicet pro

me, mihiq; apud illum patronus erit, negans, quæ Deus affirmasset? Sic apud eum, nihil mea valebit innocentia. Quodq; ait, Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea,] Hebraicè, simplex ego, nesciam animam meam, abominabor vitam meam, quod Abraham explanat, simplex sum, ignoro animam meam: non video quid merear, nescio pondus delictorum: eoq; tedium me cœpit viuendi, cum nullum pateat effugium, & nesciam cur hæc tam atrocía mala sim perpeffus, cum nihil videam me meruisse. Adhibet & hunc sensum. Cum esset tempus quiescendi, super cognitione sui meditandi, afflctus sum hisce malis, nunc nescio me ipsum, propter summa supplicia. Prior sensus probator. Et quod sequitur. Vnum est quod locutus sum.] Hebræi secus locum intelligunt. Pro vno, est, אַחַת achath, vna. Et non est, locutus sum, Sed absolute, vna est, vel vnum est. Explanant igitur, vt dicat, vna est omnium ratio, vna via, vno modo cuncta iudicantur. Non interest inter bonos, & malos, vt bonus, ita & malus. Hunc sensum declarat sequentia. Videbat enim (quod multos etiam turbauit) eadem mala, & sæpe grauiora tangere tam bonos, quam malos. Et diuus Cyprianus, de pestilentia ad eos scripsit, qui quererentur, eadem lue rapi iustos, ac iniustos, pulchreque satisfecit. Temere autem omnia cadere dicebat Job, dixit & diuus Cyprianus, sed ea prouidentia, quia non curet Deus, si iusti celeriter ex hac vita rapiantur, ad se reuertentes: sæpe patitur, eos, aut purgare peccata, aut fieri meliores, vt maiora præmia sequantur. Et quod addit, Et non de pœnis innocentium rideat,] Secus habet, Subducenda enim negatio, quæ in Hebraico non est, vt dicat, ad plagam innocentium ridebit. Hoc autem non de Deo, sed de impio, rectius Hebræi interpretantur. Impius inquam ridet affligi, vexariq; pios. Quia impius cito tollitur, Iustus autem eunt supplicia in longum tempus. Moses tamè de Deo exponit, qui quasi rideat super iustis vexatis. Et conuiueat, vt ait Tullius. Vtrunque probem. Septuaginta dixerunt ἀλλὰ δὲ θεοὶ καὶ τὰ γὰρ ἄνθρωποι. Sed iusti irridentur. Nempè vel à Deo, vel hominibus, potius hoc postremum. Quia terra data est in manus impij.] Eoq; demones principes, impiorū dicantur κοσμοκράτορες, mundi dominantes, tenentes mundum. Quodque dicit, Vultum iudicium eius operit.] Innuat ipsam terram domicilium impiorum, celare oculos, tegere vultum, iudicium terrestriū, ne videant scelera cuiusque. Hoc est, Terra nutrit cæcos iudices, non impedit currentes: Monstra alit terra, corruptissimos iudices, in quorum manus traduntur iusti. Moritur iustus, & nemo considerat. Quodque dicit, Quod si ille non est, quis ergo est?] Hebraicè ad hunc modum, si non hic, quis ipse? Quod Abraham exponit, si ita non est, quis redarguet me? Quis dicet ita non esse? Ostendat secus esse. Quis ipse videlicet negabit, in contrarium sentiet. Potest, & sic explicari, iuxta nostrum interpretem, & Rabi Mosè. Quis est horū auctor, nisi ipse? Ergo ait, vita mihi in angustia coarctata est. Et quod addit, Naues, poma portantes.] Hebraicè sunt naues, נָאָוִם ebe, nomenq; esse Hebræi assentuntur à verbo אָבָא aba, voluit: vt sint naues voluntatis, naues cupidæ, non impedit currentes: portantes eos, qui celerent. Sic exponunt Abraham, Leui, qui hæc ad verbū, Naues ebe ait, voluntatis, voluntarias. Nauesq; sunt per quas, quod cupiunt, peragūt nauigantes accelerare coacti. Hoc intelligens Symmachus, locum vertit, ἀπὸ ἰσθμοῦ ὁμοίως ναυὶ ἀσπυδούσῃς. Abierunt similes nauibus festinantibus. Chaldaus quoque dixit, ἴσθμους naues, quæ portant migdaiia, fructus suaues, more mercatorū, nēpe velocissima. Transtulit autē noster, poma, quia ea vox sonat arborē fructiferam, virgultum. Sed nunc sonat expresse voluntatem, & è duobus significatis, euidentius sumas. Sicq; his exemplis, creptam sibi omnem felicitatem, expertam omnium bonorum se semper fuisse asserit. Et quod subiicit, cum dixerō, nequaquam ita loquar, commuto faciem meam, & dolore torqueor.] Sensus est iuxta magistros, Si dixerō, si proposuero non ita loqui, obliuisci harum calamitatum, nolle amplius in hæc verba prorumpere, & אַעֲזָבָה eezba, reliquero, amandauero פָּנָי panai, furorem meum, hanc indignationē, & אֲבִלְגָא abliga, roborabor, confortabor: nequaquam potero, non possum omittere has querimonias, non possum dolori obistere. Apparet clarior sensus. Nā & si panim sonat faciem & furorē, pro postremo hic omnino accipiendū est. Tum verbū, quod noster dixit, Dolore torqueari, proculdubio designat roborari. Exponunt enim ipsum Hebræi, אֲבִלְגָא ethchazac, confortabor, roborabor, ipsumq; Chaldaus transtulit אֲבִלְגָא ithgabab, roborabor, similiter quod noster, faciē meam, ille רִגְזִי rugsi, querelam, indignationem. Et quod dixit, Omnia opera mea,] imò est אֲבִלְגָא azebothai, dolores meos, vt ostendunt ipsi, vsitatūq; nominis significatus. Omnes ait dolores, & pœnas meas tim eo, vt quas non modo minui cernā, sed augeri: Itaque ad pœnas meas intremisco, indignationē, quere-

lām-

lāmque, hanc suppressere nō possum. Sciens quod apud te nunquam ero sine crimine, nunquam innocens, scelerisq; purus: nunquam me habebis innocentem. Hocque modo, melius nostra tralatio intelligitur, parcere eum, dixit, quod Hebraicè נִתְקַנֵּי tenakeni, purū me facies, habebis. Quodq; addit, Si autem impius sum,] Sensus est: Quod si impius sum, sicut me putasti, O Baldad, quare diluculo ad Deum confurgam, vt paulò ante monuisti? Certum enim est Deum, iram suam non reuocaturum, quia fontem, & infontem ipse consumit. Cur ego vociferer frustra q; laborem? Si vel candore niuali extitero, & pura, nitidaq; fuerint mihi manus, quæ opera, actionesq; designant: Si quicquid gessi, fuerit iustissimum, sordibus intinges me, pro quo melius Hebraicè אֲבִלְגָא bashachath titbeleni. Ruina, interitū, perdet me, perire me faciet, licet mundissimum, iustissimum, abominandumq; exhibebit, & impura erunt vestimenta mea, cum sim mortalis, remanens in peccatis eiusdem: quia Deus non est vir, sicut ego, vt cum eo disceptem, me defendere possim, meamq; innocentiam probare, vt veniam simul in iudiciū. Quod si derur, vt in iudicium veniamus, amoueat has plagas, hunc ferorem, nemo exterreat, tunc loquar iudicium meum cum eo. Loquar inquam intrepide. Amoto autem sanguineo flagello, securus ero in iudicio. Non enim sic me impium existimo, sicut vos asseruistis.

CAPVT X.

HOC caput sic hæret cum superiore, quod refert, quæ sæpe iam est confessus: Edic ob dolorum, calamitatumq; præsentium acerbiter, deuenisse, vt lucis eum medium iam ceperit. Tum ita se viuere dicit, vt sit tanquam mortuus, quia viuat in pœna. Ac quod noster dixit, Teder animam meam, vitam meam:] Hebraicè aliquanto secus אֲבִלְגָא naketa naphshi bechagiai, perturbata est, & fracta, vt exponit Abraham, Anima mea, in vita mea. Quoniam in vita sum mortuus, Et quod ait, Aduersum me, est אֲבִלְגָא super me. Effundam ait, habenas sermonis, hoc superflite vtat perfugio, quod mecum lamentabor super cladibus meis. Et quod ait, Noli me condemnare,] est אֲבִלְגָא tarshieni, impium me facere, in numero sceleratorum habere, quo mihi imponas has plagas. Tum addit, Scire velim cur in me tantopere immeritum desauias. An bonum tibi est, & dulce, ac delectabile, humana videre supplicia? latari super immerito gementibus? Estq; interrogatio, pro negatione. Et quod dixit, opprimas,] est אֲבִלְגָא timeas, asperneris, abiicias, abominabile habeas, abs te creatum. Atqui omnis opifex amat opificium. Pater erga prolem, claritate afficitur. Quod autem addit, Consilium impiorum adiuues.] Est, bonos atrociter persequaris, impiis autem faueas. An bonum est hoc? Ac proprie Hebraicè, pro adiuues, אֲבִלְגָא hophaata, lucem præbeas, consiliis impiis lucem præbeas, vt perficiant, quod consulerent. Num debes falli in iudicando, cum peccare & hallucinari, bonos in malis, malos in bonis habere, humanum sit, non diuinum? Quasi tu mortalis sis, non aternus, mutabilis, varia mentis, quæ à tempore in varias sententias traditur. Polychronius quoque exponit. Nonne omnia sub oculis tuis sunt, præsentia, præterita, futura? Cur non, & hic eodem iudicio es? omnem angulum, omnes latebras euoluis, vt me reū habeas, & dānes immeritū: vt hæc mihi obtulisse mala, fermè sit eius, qui mores meos, vitamq; omnem ignorarit. Et tamè scis me nihil impie peccasse. Noras etiā (vt ait Rabi Moses) quod mihi, si clades importares, nemo futurus esset, qui me posset eripere. Is sensus melius intelligitur ex Hebraico, pro, & scias אֲבִלְגָא al daathecha. Cū scias, noscas: Repetitq;, quod paulò ante dixit, Opus manū tuarū. Quo apparet eū & à Deo, creatū hominē credidisse, & asseruisse. Ac dicit eum membratim corpus fecisse, circumducta manu: nullum esse membrum, quod non manu diuina (vt in Genesi, & apud Priscos Græcia Theologos extat in Prometheo,) id est, vt ait Cornutus, prouidentia vniuersali, sit constructū. Et quod dixit, præcipitas.] Est אֲבִלְגָא tebaleeni, absorbebis, me, in nihilum dissolues. Et quod dixit, Sicut lutum,] Clarissimum sit ex isto loco, non solis Hebræis, nec vni Mosi, res antiquas, atque mundi, hominumq; creationem notam fuisse. Totus enim is locus, ante Mosē, ex philosophia diuina clarius erat, è limo terræ factum hominem, & in puluerem (quod melius Hebraicè אֲבִלְגָא apha, limum, humum) rediturum. Ac ponit totam creationem, primum, proposita protoplasti, quæ fuit è limo, versa in carnem, vt posteritas, per seminationem nasceretur. Prima creatio fuit è limo, secunda ex femine: eamq; appellat coagulationem, tanquam lactis, virili semine rationem coaguli,

cum muliebri coagulato, habente. Quorum commistione fit creatio, sicut caseus à lacte, & coagulo. Totumq; fuit inuentum Dei. Et hæc etiam Græci, & Hebræi hic referunt, ac dicit Chrysostomus, totum hunc locum pro me explicans. Sicut lac mulsus, inquit, fit caseus, sic semen destillans, & compactum, facit compactionem, quæ dicitur embryo. Nam semen in aruum genitale coniectum, coactum, & conflipatum, vt caseus, fit natura. Quod quidem postea informatur, & veluti charactera accipit, humidaq; natura coit, separaturq; semen, & abit in pellem, carnem, ossa, & nervos. Hæc, præsentem animam, habent vitalem motum, discedente, ignaua remanent. Sic ille. Quodq; ait. Vitæ, & misericordiam tribuisti.] Spectat ad animationem, post organum corporis. Idem Chrysostomus, refert ad conseruationem vitæ, cibos, escam. Sicut alibi. Qui dat escam omni carni. Hæc est vita, & misericordia. Hebraicè חֶסֶד chesed, beneficium, clementia, humanitas. Visitationem autem Hebræi referunt ad ipsammet vitæ donationem, & assistentiam: per virtutes interiores: sine quibus vita esse non potuisset. Potest & ad prouidentiam vniuersalem, & particularem pertinere. Sedit etiam Chrysostomus *χρὴ παρὰ πάντα τὸν βίον, ἀπονοίας ἀπὸ τῆς οὐγῆς*. Et omni vitæ, tuæ prouidentia fructum sum consecutus. Ea enim est visitatio. Quodq; ait: Licet celes hæc in corde tuo.] Hebraicè proprie sic. Et hæc celsasti in corde tuo. Quod Hebræi exponunt, cum totum corporis, atque animi opificium sit à te profectum, vt in hoc indicare tuam erga me benignitatem volueris: cur ex aduerso, inimicitia in corde retinuisti, dissimulans erga me, quod à creatione concepisti, odium, altera manu panem offerens, altera letalem ensem abscondens? Creasti, duxisti, prouidisti. Et hæc mala dissimulasti, prospiciens quid facturus esses. Sic exponit Auen Esra, Moses, Abraham, vt designet, aliqua delicta Iob, Deum mente retinuisse, quia post creationem nihil scelerate, & impie admisisset, vt necessario Deus cum creando hæc cogitarit. Sæpe enim questus est, cur Deus crearet hominem ad interitum. Quodq; addit, Si peccaui, & ad horam pepercisti mihi.] Hebraicè sic. Si peccaui, & obseruasti me, & ab iniquitate mea non mundabis me? Quod sic sonat. Si vere ita est, vt velle videris, me peccasse, etiã ne oculatus eris, obseruare ne debes, & exacte custodire me, & ad amissum mea facta refecare: etiã ne à scelere nõ me eripies? Nõne mihi debes parcere? Hoc modo etiam Hebræi exponunt. Nam Abraham, esto (inquit) peccaauerim coram te, sit verum me tibi peccasse, an fas est te, obseruare me, & oculo inimico aspicere? Et pones me in carcerem calamitatum, quas super me induxisti? Quodq; sequitur. Et si impius fuero, vix mihi.] Is est sensus, siue iustus, siue iniustus, eodẽ carcere graua-bor: Vix mihi, vel pio, vel impio: Nam si pius, sum vexatus, laceratus, crudeliter affectus: Quid si impius? Leuare caput magnitudinem suppliciorum indicat, sic fatiari supplicii. Et quod addit, Et propter superbiam.] Verius in fonte *וַיִּגְבֹּהׁ* veighee. Et crescit, augebitur, ingrauescet, nempe supplicium meum, pœna antedicta. Et quod sequitur, Et quasi leenam capies me.] Est clarius Hebraicè, *שַׁחַל* shachal, idest leo, est, qui prædatur, venatur, agens nõn patiẽs, leo (inquit) irrues in me, ero tibi veluti leoni, præda. Et quod ait, Reuersus mirabiliter me cruciat,] pulchre expressit Hebraicum. Et reuerteris, & mirificaberis in me. In me (inquit) quotidie omnes furoris tui laxabis habenas. Et quos dixit testes, Moses, & Abraham, plagas illatas interpretatur, quæ testes sint, Iob esse impium, Deo inuisum. Expressa signa, crudelia supplicia, notæ iniustæ. Et quod dixit, pœnæ militant in me, pulchrè, licet sit Hebraicè, *חַלִּיפוֹת* chaliphoth, varietates, siue percussiones, sunt velut acies in me. Ruunt agmine magno. Sicq; infert hominem adeo miserum, & calamitosum, Deoq; inuisum, nõquam nasci debuisse, nõquam videri, sed natum subito mori, abortiuum ad sepulchrum portari. Fuisset enim tanquam non natus. Quod si me aliquando liberare statuisti, vt amici pollicentur, quid vitæ superest? Nonne breui abibo? Et quod addit, Plangam paululum dolorem meum.] Secus Hebraicè *מַעֲבִילָא* veabliga meat. Et roborabor paululum. Dimitte me, iam morti propinquum, vt conforter aliquantulum, virẽq; colligam, respirem ab his pœnis. Nam Hebræi abliga exponunt *עֲתַחְזַק* ethchazak, confortabor, instaurabor. Chaldæus quoq; sic locum vertit *וַיִּנְחַם זַיִר* va anuach zeir. Et paululum requiescam. Quare non est plangã. Septuaginta quoque eodẽ modo *ἐλάσον με ἀναπαύσαι με μικρὸν*. Dimitte me, vt paulum interquiescam. Quodq; ait, Et non reuertar.] Etiam Hebræi dicunt, non attendere hunc librum ad resurrectionem mortuorum, sed loqui tantum de hoc statu. Quod autem dixit, Terram miseriam.] Non est miseriam, sed *עֲפָתָה* ephatha, quod exponunt Hebræi tenebras, opacitatem, nam in morte, & priuatione, non est miseria, nec ad miseria ire, sed exire volebat Iob. Septuaginta quoq; dixerunt *εἰς γῆν σκοτεινὴν*. In terram tenebrosam.

A sam. Nullum autem ordinem ibi eo dicente, temporum, intelligendum est, vt Hebræi sentiunt. Id etiam Græci agnoscunt, Nam Olympiodorus *ὅπου πάλαις ἡλίου καὶ ἀστῆρῶ ἐκ ἐστῆ, ἢ τὰ τῶν ἀστροπύκτων ἀραγμύλων*. Vbi ordines Solis, & astrorum, non sunt, neque humanarum rerum. Et quod adiecit, Sempiternus horror.] Non est sempiternus, sed horror, siue caligo, vel obtenebratio tantum, ne sempiternam mortem videatur prædicare. Est autem tota hæc descriptio, non alicuius rei, aut loci, sed mortis, & priuationis. Sicut Poëtæ describunt inferos, omnia opaca, inania, vacuaq; figuras, cælum sine Sole, & Stellis,

CAPVT XI.



VNQVID qui multa loquitur.] In ipsum Iob dicitur, quasi loquacem & verbosum, pluraq; de Deo, & seipso repetentem quàm deceret, & longa responsione, aliorum sermonem remorantem. Nunquid (ait) credis ob multitudinem copiamq; sermonis, neminem fore, qui te possit coarguere, & hæc refellere, quæ iactas? An etiam putas copia sermonis, iustitiæ, sanctitatisq; tibi titulum vendicaturus? Quodq; addit. Tibi soli tacebunt homines.] Est, tibi soli *מִיָּמִי* methim, mortales tacebunt. Nec per interrogationem exponunt Hebræi, sed per simplicem pronuntiationem. Tibi vni tacebunt mortales. Idest (vt ait Abraham) Ecce sentio, quod propter te, & cogitationes falsas tuas, quas in corde tuo concepisti, tacebunt homines audientes, & deridebis Deum, & prouidentiam eius. Quasi innuat, impia esse cogitata, & locutiones eius, eoq; homines super eo silentium habituros. Vterque sensus stat. Et dices (ait) te mundum, purumq; esse. Et quoniam optasti Deum adesse tibi, vt cum eo posses loqui: vtinam esset præsens, essetq; inter vos sermo. Et quæ dicit, Secreta sapientiæ,] referenda sunt, vt etiam Hebræi sentiunt ad ea, cur super bonis cadant mala, totamq; prouidentie rationem profundissimam, in multos anfractus abeuntem: Ad quam rationem, etiam diuus Paulus, O altitudo sapientiæ & scientiæ diuinæ! Et quod ait. Et quod multiplex sit lex eius.] Pro multiplex est *כִּפְּהַיִם* kiphaim duplex. Et Hebraicè dicitur, duplex ad tushigia, ad correctionem, ad legem, ad ius. Atque Abraham explanat. Et videres, quod duplo magis meritis esset hæc mala. Quasi duplex sis ad ius. Duplicandum tibi sit ius. Quanquam mihi placet sensus nostræ interpretationis. Nam & Rabi Moses explanat his verbis. Vtinam loqueretur Deus tecum, nuntiaretq; tibi arcana sapientiæ suæ: profecto tibi ostenderet, occultam sapientiam esse in factis suis: quia quicquid est in mundo, duplex est, partim manifestum, partim occultum: & in eo est sapientia occulta, & abscondita. Videlicet quod prouidentia eius in rebus creatis, est bona, & palam: In mundo, recte & vtiliter cuncta gubernat, melioremq; norimus eius sapientiam, quàm vt possit nostra mens capere. Et quod dixit Qui multo minora exigaris ab eo.] Hebraicè sic præcisè. Et scias quod tollet tibi Deus de iniquitate tua. Estq; idem sensus, & quod additur. Forsitan vestigia Dei comprehendes.] Elegantius factum. Inuestigabis, Deum inuenies, si vsq; ad extremum, omnipotentem inuenies. Potest, & hæc esse lectio, An inuestigando, Deum inuenies? an vsq; ad extremum omnipotentem venies? Hæc enim sunt illa inscrutabilia arcana, quæ à te reperientur. Vultq; eum docere, quæ superuenissent, incommoda, habere posse aliquam rationem, sed occultam, & incognitam mortalibus. Quapropter moderandum esse linguam. Et per quantitatem corpoream, magnitudinem eius ostendit. Nihil est altius spacio inter cælum, & terram. Et nomen inferni, quod alias sonat fossam; omnino pro inferno est, loco scilicet profundissimo, in centro terræ. Centrum autem est in tota sphaera remotissimum à circumferentia. Vbi eo veneris, itur in aliam partem ad circumferentiam. Terræ quoq; latitudo, & vastitas maris proponitur, & ipsa maxima, ab Homero ob id, dicta *ἐύρεα* lata, ingentia. Quodq; ait, Si subuerterit omnia,] Pro subuerterit est, *יִחַל* iachaloph, transierit, vel transire fecerit: Exponitq; Abraham, plagas, flagella. Si super humanum genus, transire fecerit flagellum: Aut quod noster sensit, si transire cuncta fecerit idest subuerterit, *עֲפָתָה* ephatha quoq; exponunt, velut, qui claudit in carcerem. Si quempiam, inquit, quasi in carcerem flagellis & pœnis circumscripserit. Aut quod noster sensit, omni mundo euerso, vnam tantum rem superesse voluerit: Additur Hebraicè *וְיִחַל* vehiakeil, & congregauerit, quod exponitur ab eis. Si diuisa, dissipata, in vnum locum reducerit. Hæc omnia, ad maximam quandam, occultamq; nobis omnipotentiam, præcipue super rebus humanis proponuntur: Additq; eum

considerare quid cuique debeat: notam illi esse vanitatem, mendaciumque humanum. Eodemque reuoluitur sermo. Hæc enim non negat Iob, sed se purum, & innocentem tot malis affligi non debuisse queritur. Quodque sequitur. Vir vanus in superbiam erigitur, Hebraice habet, vir inanis, corde dotabitur, fiet cordatus. Et pullus onagri, homo natus est. Quorum sensum talem vult esse Rabi Moses, Homo vanus est, & de corde eius egreditur iudicium peruersum, asinoque est, cum nascitur simillimus. Sic etiam Abraham putat innui, Deum esse perfectissimum, tantundem hominem imbecillum, imperitum, fermeque asinum, educatione indigentem. Omninoque falli mortales in iudicando: non considerantes, quid cuique debeat. Ostenditurque, hominem nasci sine corde, idest scientia, sapientia, postea dari ei rationem, Deum autem semper esse sui similem. Et pro ילביב ilabeb, quod noster dixit, in superbiam erigitur, Chaldaeus dixit יתחחח ithchacham, fiet sapiens, accedet ei sensus, eo carens cum nascitur. Eodem sensu Graeci, nam Didymus, diuinæ cognitionis æternam stabilitatem, conferens cum imbecillitate humana *ἡγεστει*, quod verbum est apud Septuaginta natum eos frustra dicit, non valentes omnem Dei, comprehendere sapientiam. Asinumque syluestrem adhibens, declarat maximam hominis tarditatem in comprehendendis iudiciis Dei, superuacaneo laborantis. Quodque sequitur, Tu autem confirmasti, Est conditio, Si confirmasti, stabilisti cor tuum, ut esses, videlicet in rebus tuis, stabilis sententiæ: Si coluisti, precibus, Si iustus fuisti, siquid lapsus, pedem retulisti. Nec ex miserorum opibus, re tuam auxisti. Fieri non potest, quin faciem tuam attollas sine macula: in fronte sceleris vestigium non habens impressum, & sis stabilis. Hebraice מוצק muzak, durus, fortis, inconcussus. Obluiscerisque præsentis miseriæ, præsentium malorum, quæ perinde abibunt, ex animo, atque aquæ fluxæ. Et quod ait, Et quasi meridianus fulgor confurget tibi ad vesperam. Hebraice sic, & ex meridie confurget חלה cheled, vita, sæculum: Et Chaldaeus pro eo posuit יומאיק iomaik, dies tui. Hebraiceque interpretantur זמן עולם zeman olam, tempus, sæculum. Exponiturque ab eis, & illucescet tibi vita, fulgentior meridie: Redibit vitæ nitor, tâquã ex meridie, tanquam in meridie illuminaberis, tenebris miseriarum excussis. Quocirca editio nostra obscurior. Nam sequitur תעופה תעופה taupha, caboker thiheih. Fulgebit, & sicut lucifer erit. Pro quo apud nos. Et cum te consumptum putaueris, orieris, ut lucifer. Et quod noster dixit, Et defossus securus dormies. Est וחריר vechapharta, & fodies, siue vestigabis. Quod Hebraei in suo idiomate, quid sonet, bene norunt. Et quidquid inquit, scrutaberis, quocumque animum applicueris, secure facies: felix ubique, & fortunatus quiesces: nil veritus: ab omnibus cultus, Refugium autem impiorum dixit, auxilium, laqueum autem animæ dolorem perturbationemque iuxta Hebræos, quod ubi plurimum fiderent, in eo maxime labentur. Fidebant diuitiis, audacia sua, quibus destituti cadent ferme irretiti. Hoc dictum est, quoniam Iob eandem bonorum, ac malorum esse conditionem asseruisset. Amici proponunt diuersos exitus, etiam si ad tempus mali floreat, rideant, gemant boni.

CAPVT XII.

QUOD ait, Ergo, Est Hebraice affirmatiua particula, אמנא amnam. Profecto, certe, proferendaque ἰπονωσ. Vos videlicet soli sapientes estis, ad omnesque amicos, est sermo, quod non cessarent contradicere, & super miseris eius ut diximus philosophari. Ipse autem inculcat malis esse bene, bonis male, ubique probitatem, & innocentiam suam contestans. Et quod dixit, Vos estis soli homines, Duo sunt sensus. Nam pro homines, est Hebraice עם am, populus, vulgus, Potest dicere. Vos soli estis populus, vulgares estis, vobiscum morietur, vel mortua est sapientia. Propter stultitiam vestram, mortua est in vobis sapientia, nusquam est. Certe video vos è media plebe, qui negatis ea, quæ sensui patet, oculisque probatur: ut sensu communi carere videamini. Assueratis autem ea, quæ nusquam sunt. Hunc sensum omnes Hebræi sequuntur, idest Moses, Auen Esra, Leui, Abraham. Est alius, ut dictum sit, ἰπονωσ sicut. Ecce Adam factus est similis nobis, sciens bonum, & malum. Multaque id genus. Quem sensum declarant sequentia. Et Rabi Moses, exponit. Vos estis populus, velut ille. Magni ipse agminis instar, præcipui in populo. Pro toto eo, etiam Chaldaeus pro populo ponens חברהיא chabraia, lecti, præcipui. Sic uterque probabilis, Et quod dicit. Et hæc, quæ nostis, quis ignorat? Hebraice mutila oratio ואת מי אתם כבנו חלה vechth mien chemo elleh. Et quis non sicut hæc, vel hi? Abraham quid exponit, respõsiones videlicet. Et quod est, nõsicut vestra argumeta. Quid rarum, ac

singu-

singularem habent vestra rationes? Idem atque apud nos sensus. Et quod addit. Qui deridetur ab amico suo. Difficilia quidem sunt hæc verba in Hebraico, sed sensus tamen est, quem noster transtulit, idque exponitur ab Hebræis. Ut sit, Qui irridetur ab amico suo, ero, vel erit, ut sit aleph, pro iod, ut ait Moses inuocans Deum, & exaudiet eum. Irridetur iustus, integerrime. Ut sit שחוק sechok, (quod videtur) participium, pro שחוק sachuk, irrisus. Et quod sequitur, Lampas contempta apud cogitationes diuitum, Hebraice eo quidem modo. Sed hunc sensum agnoscunt Hebræi: Namque Abraham ait. Ecce ego hoc tempore sum sicut lampas, vel fax, contempta, quæ reicitur, pelliturque ab homine, quod timeat, ne proxima comburat. Sic ego despicior, abiiciorque ut lampas extincta. A me procul omnes aufugiunt. Tâquam à face stant procul. Hoc præcipue diuites, amici nostri delicati faciunt. Est alius sensus Auen Esra, ut לית לית lapid, sint duæ partes, la, idest ad, pid, ruina, ut dicat. Ad ruinam, in ruinam contemnor. Propter ruinam despicior. Amici contra me loquuntur audacissime, & velut inimici: qui me consolari potius debuissent, sceleratum me etiam, & hæc mala merentem appellant. Et quod addit, Parata ad tempus, statutum. Potest esse totius periodi is sensus. Fax contempta, à diuite & beato, parata est tempore pedis. Hebraice enim est רגל reghel, pedis vel pedi. Parata est diuiti sua ruina, Gressibus eius, sunt pedicæ paratæ. Est (ait) miseris refugium apud Deum, Diuiti autem stat sua certa dies, quæ pes eius irretiatur. Potest igitur, aut ad contemptum ipsius Iob pertinere, qui tanquam fax reiciatur, paratus ad festum pedis, idest, vulgi iam fabula factus. Aut secundus ille sensus est verus. Prior videtur propior, ut reuertatur ad solitas querimonias, lætari, florere malos, pios vexari. Sequentia huc tendunt. Et quod ait. Et audacter prouocant Deum] Hebraice est. Et fiducia est למרגזעזעזע lemarghize el, prouocantibus, irridantibus Deum. Cætera clara sunt: quorum illatio est omnia quidem subiacere nutibus Dei, idque, vel mutis pecudibus, iumentis, volucribus, piscibus esse notum: neque his tantum, sed etiã sensu carentibus. Cuncta item à Deo nata, conseruarique ab eo ob æternam eius, incorruptibilemque sapientiam: Neque, & vitæ, eum habere potestatem, quoniam ipse est omnis auctor vitæ: Vniuersa ab eo proficisci. Inducitque ad hæc, perspicuam rationem, ita hoc sentiri scientia, & ratione, sicut sonus capitur aure, gustus palato, & faucibus. Probatur item ea ratione, quod omnium antiquorum ea sit sententiã, in quibus plurimum inest sapientiæ, propter diuturna experientia. Aut pertinent, & ad exemplum sapientiæ diuinæ, ut si sunt homines sapientes, quanto magis par sit illum omnium esse sapientissimum, qui sit æternus, & infinitas cui respondeat sapientiæ infinitæ. Eadem de fortitudine dicit, consilio, sapientia, intelligentia. Qui possit destrũere ruinis æteris aliquam urbem, montes, imò totum cælum ac terras: possit homines includere, ligareque vinculis, nunquam dissoluendis: possit pluuias, fontes, flumina compefcere, quæ penitus ardescant: possit diluuiã inducere, terram vniuersam demersura. Omnis in eo vis, omnis inuentio. Quodque ait, Ipse nouit, & decipientem, & eum, qui decipitur. Hunc sensum cernunt, maxime Hebræi, quod in potestate eius sit, ut homo in errore inducatur, aut alij eum decipiant. quod sæpe fit in consultationibus maximarum rerum. Et quod noster dixit. In stultum finem, Est Hebraice שולל sholal, in prædam: adducit sapientes in prædam, qui se sua patientia, præuertere hostium consilia opinabantur, Rabi tamen Moses interpretatur iuxta nostra, dicens. In præda scientiæ. Et quod dicitur, in stuporem est, יחלה יהולה ieholel, infatuat: Iudices (inquit) infatuat, ut ita stulte consultant sicut se sapienter posse consulere putabant. Hisque sapientiã eius constat omnem aliam antecedere. Et quod ait, Balteum regum dissoluit, pro balteo, est מוסר mussar, vinculum, quo subiecti sub regibus alligantur. Transfert inquit regna, efficitque, ut qui sub alicuius tyrannide victi, pressique gemebant, dissoluta tyrannide, in libertatem vindicentur. Est verus etiam significatus huius vocis balteus, ut sit verus sensus Nicolai, balteo, virtutem militarem designari, quæ à regibus discedat: eritque idem propemodum sensus. Quod vero transtulit fune, spectat ad capturam regum. Estque pro fune עזר ezor ligamen, vinculum. Sacerdotes inglorios] sicut, & superius, pro inglorio, est שולל sholal, in prædam, aut mentis, aut hostium. Pro optimatibus sunt עתנים ethanim, fortes, nobiles. Pro veracibus sunt נעמנים neemanim, fideles, crediti. Commutat autem horum labium, iuxta Hebræos, aut sicut Hebraice משרי messir, alligat, efficit ut nihil loquantur, eloquentes reddit elingues. Sic senibus adimit prudentiã, quibus respublicæ creditæ essent: qui verissima, quæque loqui, & augurari, prius credebantur. Pro doctrina est טאם taam, sensus, gustus, sapientia. Effundere autem despectionem, siue נבז buz, dedecus super principes,

p

est, efficere eos dedecorosos, ignominia plenos, idq; multis modis. Et quod addit. Et eos, qui oppressi fuerant, releuat.]Hebraei secus intelligunt, est enim Hebraice רמיה פיקים ומיזיחה Phikim rippa, Et robur fortium dissoluit. Exponunt enim meziach, fortitudinē. Proprie igitur innuit. Et robur fortium remittit, relaxat. Illuminationis quoq; affert exemplum. Cui subest is sensus, quod reuelat secreta, cacaq; consilia, quae tenebras profundas, umbrāq; mortis dicit. Sicq; eius est populos longe lateq; diffundere, rursus abolere, quod fit multis casibus, praecipue pestilentia. Immutare autem cor principum populi, est, quod saepe peruersē, volente Deo, consulunt. Et quod frustra, & per inuiam incedere dixit, est רמיה בֶּתְחוּהוּ bethohu, per inania, per nihilum, vbi non sit exitus, caecos consiliorū exitus, Id Graece dicitur ἀμνηστία vt sint tanquam caeci palpantes, ebrij.

CAPVT XIII.

SUPERIORA illata sunt à Iob, vt se eadem religione & pietate, atque eos imbutum esse ostenderet, vt in quo verbosam ostentationem facerent, in eo illum parem esse intelligerent: quoniam in hac ostentatione sapientia, eum oblique & recte sugillabant: vt haec quoque calamitas oppresso, accederet, eos mendaces appellat, inuētoresq; falsarū rationū: eoq; ad Deū, quādo tā peruersi essent, vertitur. Superiusq; eos irriserat, nūc etiā vanos appellat, & mendaces. Ac primū quod noster dixit. Cultores peruersorū dogmatū, est in fōte רופהי אֵלִיל rophee elil, struētes vana, in vētū loquētes. Antecedēti simile. Et quod dixit, correctiones.]Nomen Hebraicū תוכחה tokacha, sonat correctionē & argumētationē, vt fit pro vtroq;. Quāquā Abrahā correctionē sētī, & increpationē Iob in amicos. Et quod ait, Nunquid Deus indiget vestro mendacio? Est Hebraicē. nunquid Deo loquimini peruersa, & falsa? Esto (ait) apud me mentiamini, apud Deum erit ne mendacio locus? Sic etiam est, nunquid ei loquimini dolū, fraudem? Et quod dicitur Faciem eius accipitis,] Accipere saepe honorare est, & venerari Hebrais: Facies quoq; est praesentia. Vultis ne inquit honorare eum, hac vestra inani philosophia? an arbitramini hoc illi honori esse, quasi vos maiestatem eius defendatis, pro eo contra me stertis? Is est verus sensus. Nam & Abraham accipere faciem exponit לִקְבֹּד lekabedo, ad honorandum eum. Quare accipere faciem hic non est, vt sentit Nicolaus, quasi partem eius accipere, pro eo iudicare. Et quod additur. Aut placebit ei, quem celare nihil potest? Est aliquanto secus. An placebit יְהוָה יִקְרָא ki iachkor ethkem, vt quaerat vos. Quorum sensus est: An Deo visum est quaerere vos patronos suos, qui causam eius cōtra me defendatis? An placuit ei, vos defensores suos eligere, vt penē periclitanti opem feratis? Hæc q; irrisione, vt meriti erant illi. Deinde sequitur is sensus. Si mendaces estis apud me, an putatis posse fieri apud Deum, vt vestra cōtra me calumnia, sit efficax, & crimē quod falso impingitis, locum etiam apud eū habeat? Et quod additur. Quoniam in abscondito faciem eius accipitis.] Similiter hoc loco, accipere est honorare, in abscondito autem dixit, hoc est in rebus arcanis, attribuendo ei arcanam sapientiam, occultum, rerum tegendarum modum. Sicut superius dixerat Eliphaz, Etiam si, inquit Iob, eum honoretis dicendo sapientiā eius arcanā esse, reprehendet, & coarquet vos tanquam imperitos. Id exponit etiam Leui. Hunc sensum non attigit Nicolaus. Et in nostra tralatione non est, quoniam, sed יִמְּוִי im, si, vt dicat. Arguet vos, si in abscondito faciem eius honoratis. Abraham tamen abscondita interpretatur rationes falsas, incertas, vt sit sensus. Si eum argumentis falsis, alienisq; honoratis, arguet vos. Et quod noster ait. Statim, vt se commouerit.] Hebraicē est שֶׁתְּחָוֶה seetho, idest altitudo eius, inquit nonne exterrebit vos? quāquam feat denotat etiam, quod noster transtulit, elationem, commotionem. Et Symmachus hunc locum μηδὲν ἢ κινήσει αὐτοῦ πτόσησιν ἡμῶν. Nonne commotio eius exterrebit vos? Et quod additur, Memoria vestra comparabitur cineri.] Duo sensus, vt spectet ad extremam internecionem, aut quod proponit Abraham, memoriam argumentandi, & respondendi dicit, quam luto, & cineri comparat. Quodq; sequitur, Cervices vestrae.] Pro cervicibus, est גְּבֻהֵי ghabekem superbia vestra, elatio vestra. Vestra (inquit) arrogantia, & superbia, cineri, & luto haud dissimilis, quia vos lutei, & terrigenæ. Et Sept. transtulerunt hanc vocem γαυδαμα, superbiā, elationem. Et quod sequitur. Tacete à me.] Omittite (inquit) has aduersū me cōtumelias: Sinite me loqui. Nō prosūt vestra solamina. Et quod noster dixit. Quodcunque mihi mens suggererit.] Est Hebraicē מַה ma, aliquid, exiguū quid

A quid. Lamentationem quod laceret carnem, Hebraei recte dicunt. Quid ait peccavi, quid commerui, quod eo miseriarum, dolorūque adductus sum, vt lacerem carnes detribus? Hocq; dixit hypolicōs, vt, & fluctu sidera lambit. Et caelum territat armis. Ponere autem animam in manu, est Hebraicus tropus, Abrahamq; ait. Ponere animam in manibus, ad minuēdas plagas, ne eas sentiat. Videtur mihi dilacerationē designari. Manibus fit dilaniatio, sicut dentibus carnes lacerare se dixit, sic manibus animam dilaniare. Idq; hyperbolicē. Et quod sequitur. Etiam si occiderit, in ipso sperabo.] Hebraicē est negatio אֵין אֵינִי אֵינִי aiachel non sperabo. Videntur tamen omnes Hebraei interpretes legere, pro אֵין non sine aleph, יי ipsi. Idq; etiam ponit Chaldaeus. Quare Aleph subducenda est. Ac dicit, tamen si vehementissimæ sunt plagæ, non deesse sibi spem: animæ dicunt Hebraei, quæ meliorem fortem nanciscatur. Quamquam vos immites, crudeles, ille tamen placidus erit. Et dabit his quoque finem. Ad vitam futuram, hanc spem referunt magistri, quod lacerato corpore, anima sit euolutura, praesertim nullo scelere admissio. Ad cōspectū enim ei nō veniet hypocrita.] Pro quo Hebraicē, vt superius חַנְפֵּף chaneph, sceleratus, impius. Et quod noster dixit, anigma, in fonte רִמְיָאֵי אַחְוָא achuā, Hebraicq; exponunt dictum, nuntium, propositum, fatum, enuntiationem, Sic & Sept. ἀναγγεῖω γὰρ ἡμῶν ἀκούθησαν. Annuntiabo, vobis audientibus: Isq; est verus significatus. Et pro, Si fuero iudicatus.] Est, ecce אַרְאִי arakti, prae-parauī, disposui iudicium. Ecce prae-paro cōtra vos rationes: & quod dixit, Indicetur mecū.] est clarius רִיבֵי אֵינִי ribi contendat, disceptet. Quis mecum disceptabit? Acceleret, veniet, quia tacendo absumor. Querelas continere non possum. Duoque postulat, futurus cum Deo, in iudicio, vt ei det, quasi cautionem, vt cum in conspectum principis alicuius venimus, longe manum suam ab eo faciat, refertur ad praesentes clades, easque postulat deferbere, vt releuatus, audacius loquatur. Timor autem, pertinet ad praesentiam, quæ saepe numen diuinum visum attonitos, exanimēque reddidit, vt etiam obmutescerent. Ob quas causas Iob loqui cum Deo non posset. Tum rogat Deum, exigite numerum suorum delictorum, vt à quibus se sciret intactum, vt iniuste sibi plagas inditas ostendat. Et vt turbidos, agitat mēs, oratione in diuersa diuersa effundit, sic diuersa effundit. Cur se Deus abscondet, cur hoc iudicium non fiat, vbi exquisite de causa tota agatur, praesente iudice Deo. Aut cur de acerbitate non remittat. Sunt grauiissima, ingentis doloris indicia. An ait, Fas est tam fortem, tam potentem, contra deo nihili, & nauici ostentare potentiam? Et scribis, idest destinis, desinis, decernis, vt exponunt Hebraei, quotidie dolores, & amaritudines maiores in me. Et ne parum sit, mē peccata senectutis expiare, etiam reuocas ad tormenta, quæ in iuuentute gessi. Obseruatq; omnem incessum meum, ne vel in dextram, vel sinistram abeam, quasi ad scopulos aliquos, infulus relegatus, adeo tamen corruptibilis, fragilis.

CAPVT XIII.

EASDEM humanas miserandas condiciones, memorat. Et tamen inquit nosti hominem, quem mulier peperit, breuissima vitæ esse, omnibus incommodis in vita patere. Et quas dixit miserias, Hebraicē רִגְזֵךְ roghez, indignatione, querela, perpetua in lamentatione, in perpetuo luctu, vita est inquit. Et quod ait, Sicut flos egreditur,] corpus eius (ait) est, vt flos, vt rosa, vt folium, nascens citoq; marcescens, & delabens. Homerus etiam vetustissimus Theologus, hac comparatione vsus est, οὐκ ἔστιν ἄνευ γενεῆ φύλλων, τοῖς καὶ δὲ αὐθιγῶν. Atq; etiā nos, tā opere viles, aspernādos, aspicias tamen: oculosq; ad eos intēdis. Hocq; in vniuersū profert. In particulari autē ad se: Et adducere eū tecū in iudiciū.] Hebraicē, Et me adduces in iudiciū tecū. Iudiciū autē, cōdēnationem, vulnera q; illa sua, quæ gerebat, appellat. Quod autem sequitur, Quis potest facere mundū, de immūdo cōceptū semine?] Hebraicē. Quis dabit mūdū ex polluto: nō vnus. Idē, atq; in nostris, sensus. Quis erit, qui mūdū reddat eū, qui est immūdus? Ne vnus quidem. Nemo mortaliū hoc faciet. Aut ne vnus quidē, mūdus est. Itaq; cū ab origine causas peccandi nobiscū afferamus, cur nō hoc cōsideras, seuerissime iudex? Nōne vides nos ita esse cōpactos, vt propensiores ad vitiū, quā virtutem simus? Sep. hunc locū c verterūt τις ἢ καθαρός ὡς τὸ γένος, ἀλλ' οὐδέ τις, ἔσται καὶ μία ἡμέρα βίος αὐτοῦ ὅτι τῆς γῆς. Quis est mundus à sordibus? at nemo, ne si vna quidem die vita eius sit super terra. Dico Iob non ita fuisse locutum, sed vt apud nos, tantum. Quodq; sequitur. Breues hominis dies sunt,] Hebraicē מַחֲזִיקִים charuzim, praecisi, definiti. Intra certam metam praescripti, estq; conditio, si praecisi, praescripti sunt dies

eius, recedas ergo ab eo, vt in eo, quod superest vitæ spacio acquiescat. Interpone requiē: remitte flagellum. Aut donec requiescat.] Hebraicè **למנוח** veiechdāl viuat, transfigat seculum. Quodq; ait, Donec optata veniat,] Hebraicè **למנוח** secus **למנוח** ad irzeh, donec velit, id est, vt etiam Hebræi concordant, donec senescat, vitæq; satiatus obeat, senectute bona, tranquilla, dulci: expleat vitæ cursum. Tunc dies eius, est sicut mercenarij, quod vsque ad vesperam procedit opus: Ad calcem diei, ad certam metam. Hæc de se, vt etiam Græci exponunt, Iob dicebat. Nicolaus quædam aliena ingerit. Exemplum quoque arboris ostendit, dum vita superfit, posse aliquam requiem, & felicitatem repullulare. Et quod noster dixit, In puluere,] Hebraicè **אפר** apha, nunc significat limum, terram humidam, vbi radices arborum diffunduntur, hærentes altum. Quodq; ait, Donec atteratur cælum,] Hæc, vt dixi, iuxta communem sensum dixit: Nam resurrectio est arcanum, oraculumq; diuinum aliàs declarandum. Ac quod noster dixit, Donec atteratur,] Hebraicè est, Donec nō sit cælum: De attritione, nullum verbum, licet eleganter id attritionem dixerit. Omnium enim rerum attritio, est corruptio, corrumpuntur, quia paulatim atteruntur. Quod si in cælo quoq; aliquid sensim diminueretur, perinde atque cætera mortalia, corrumpere, irēque ad nihilum. Quod autem optat apud inferos abscondi, in loco videlicet remotissimo totiusq; orbis terrarum, angulo abditissimo, idq; hyperbolicè, vt quam longissimè à furore eius discedat. Et ab humanis ducitur exemplum, licet apud Deum nihil occultum sit, etiam inferorum latibula. David testis. Si descendero in infernum, ades. Vtinam ergo inquit. Quando corruptibilis sum, discederem aliquem in occultum locum, vbi te mei poenitus oblito, deserberent dolores, modo statueretur tempus, ne perpetua esset obliuio. Hòcque loco obseruant Hebræi, fieri posse, vt resurrectionem mortuorum innuerit. Cū dicat. Et constituas mihi tempus, in quo recorderis mei.] Ac dicens. Putas ne rursus viuere homo mortuus?] Suapte, scilicet vi, quod fieri nō potest, vt maior vis omnino sit necessaria. Militare autem se dixit, vt superius: vitam hominis super terra, militiam esse. Immutationem vero vocat mortem, transitum. Nam vox **חליפה** chaliphà, quam noster immutationē dixit, sonat etiam transitum. Cæteri tamen apud Græcos interpretes, Aquilas scilicet, & Theodoro **ἀλλαγῆ** mutationem transtulerunt. Et Symmachus videtur resurrectionem spectasse vertens, donec veniat **ἡ ἀγία φύσις μου**. Sancta natiuitas mea. Quod Olympiodorus exponēs **ἡ ἀγία φύσις μου** τὴν παλιγγενεσίαν, καὶ ὅτι τὸ κρείττον ἀλλαγῆ καὶ ἀλλοίωσιν, ὅτι οὐ μὴ τῆς τοῦ νεκροῦ ἀναστήσει, ἐγὼ δὲ ὑπὸ τοῦ σπυριτοῦ. Expecto (inquit) regenerationem, & in meliorem statum, mutationem, & conuersionem. Cū tu quidem iusseris mortuos resurgere, ego vero obsequar tibi. Tres autem sensus dat Abraham de immutatione vt innueret mortem, vt mutationem fatalem, siderumque ad melius: vt resurrectionem mortuorum. Ex quibus prior, & posterior veriores, posterior à pluribus asseueratur. Similiter vocationem, & responsonem Græci putant, cū vocati mortui ad resurgendum, extemplo parebunt. Potest esse oratio, & deprecatio, vt postulet. Vocā me domine, fac me ad te acciri, ostēde te mihi, & ipse præsto adero. Rabi vero Moses putat ad mortem referri, vt postulet vocari à Deo ad diem fatalem, se vltro venturum. Et quod noster dixit, Porriges dexteram.] Est **תיקופה** tiksofph, desiderabis. Desideres (inquit) capiat te desiderium operis tui, opificij diuini tui. Hoc ostēdit superius fuisse deprecationē. Gressuūq; dinumeratio, designat peruigilē, suorū factorū acerrimāq; obseruatricē Nemefim, inuitabilēq; Adrafiā, quapropter, Hebraicè pro, Sed parce peccatis meis] Est, nō obserues peccata mea. Quod signata in sacculo delicta sua dicit, est pro sacculo, licet etiam Septuaginta verterint **βαλάντιον** Hebraicè **זרור** zeror, quod & si sacculum, vel fascem designat, est alius item significatus. Nam lapilli, & calculi dicuntur zeror. Itaque signata dicit: delicta sua calculis, exacte dinumerata, obseruata. Omnia in numerato esse apud Deum. Eadem tamen erit sententia, si in sacculo signata ea dicat, prius numerata, dein sigillo clausa sub certo numero. Quodq; ait, Sed curasti iniquitatē meam.] per futurū proferendū, vt Hebraicè **אנין** vatitpōl al auonī. Compones super iniquitate mea. Estq; contrarius sensus, atque in nostris. Non enim dicit, curata sua peccata, sed multiplicata, aucta, extructa, Abraham, titptol explanat **תחבר** techaber, toseph, associabis, addes. Sic etiam Rabi Leui. Quodq; additur Mons cadit] Hebraice est aduersatiua particula **על** veulam. Atque, verūtamē. Sensus est, omnium esse consumationem, omnia, vel durissima, & adamantina, frangi, mollescere. Sicq; peccata mea aliquem finem habere debent, aliquando deleri, & obliterari. Est alia illatio, & sensus, Omnia intereunt, omnia orta occidūt, & aucta senescūt. Si-

mi-

Amiliter homines. Quodq; ait, Roborasti eum paululum.] Est quod etiam Hebræis placet. Plagas in eum vehementes importasti: fecisti eum fortem ad vulnera. Potest verbum Hebraicum **תחבר** tithkephehu, corroborasti te in eum. Id quod sequitur, Rabi Moses & Auen Esra. Aduersus eum inualuisti, fortem te in eum demonstrasti. Cui similem quandam sensum etiam Septuaginta posuerunt **ἰσχυροῦσάν αὐτὸν εἰς τέλος**, impulisti eum in æternum. Sicq; rursus deplorat (vt aiunt Græci) coram Deo humanæ vitæ breuitatem, humanamq; imbecillitatem. Dolorem autem carnis, & animæ referunt Hebræi ad conditionem moriendi. Licet inquit moriturus homo, & abiturus ex hac vita, nihilominus tamen, quicquid viuit, est miserrimus, animo, & corpore semper ingemiscens.

C A P V T X V.



Regit Elphas Iob loquacitatis, inconstantia, etiam improbitatis, & impotentia. Et quod sibi sapientiam, iudiciumq; arrogaret: ostenditq; multis collectis exemplis, mirandam Dei sapientia. Quod igitur ait, Nūquid sapiens respondebit quasi in ventum loquens, & implebit ardore stormachum suum?] Hebraicum, quod Hieronymus interpretis officium secutus, solet ordine verborum, locutionibusq; Hebraicis mutatis, clarius efficere, habet ad verbum. Nunquid sapiens respondebit scientiam venti & implebit ventro, vel Euro ventrem suum? Tota igitur periodus clara reddita est à nostro, & nostra cum Hebraicis quadrat, eo excepto, quod ardorem dixit noster, pro quo Hebraicè **קדימ** kadim, nomen venti Orientalis. Dicitur Kadim à kedem Oriente: Hebræi quoq; interpretes eam vocem interpretantur **קדימ** ruach kadim, ventum qui dicitur kadim. Et Chaldaeus interpres, huic nomini addidit ventum, transferens ventum kadim. Igitur iteratur, Hebraicè ventus, secundo loco, quod sæpe fit. Itaq; Nicolaus, qui ardorem, pro iracundia, putet accipiendum, Hebraicum non consuluit. Fuit causa, cur noster nomen venti, transtulerit ardorem, quod ventus is calidus fit & sæpe pro vento vrente positum inuenies. Igitur non ardore, sed vento dicendum est. Longe tamen nostra noua Hieronymi, quam antiqua Septuaginta interpretatio, hic est clarior. **πότερον σφοδρὸς ἀπύκρυσιν δώσει σπινθηροῦ πνεύμα, καὶ ἐνέπλησει πύλον γαστρὸς**: Vtrum ne sapiens, responsonem dabit intelligentia, ventum, & implebit laborem ventris? Sensus igitur est, clarus, non conuenire homini sapienti, qualis esset, aut se esse putaret Iob, ventosa, plena vanitatis, & leuitatis. Huiusmodi apud nostros responsones, & irrisiones.

*An tibi Maurors,
Ventosa in lingua pedibusque fugacibus istis
Semper erit?*

Damnatur tum iactantia, & loquacitas, tum arrogantia, aduersus numen Dei: deinde quod pueriliter queratur, & contra quam deceat sapientem, diuinam indubium vocet sapientia. An (inquit Rabi Leui) fas est sapientem argumentationibus falsis agere, quæ iure dicuntur, verba ventosa, inania? Num est in more sapientibus agere rationibus, quæ nihil ad veritatem illustrandam valeant? Ecce dum hac ratione vteris, fieri non potest, quin in maximum scelus adducaris. Scientiam igitur venti, aut ventosam, inanemq; senties, aut falsam: quod sequitur Leui. Quod ergo sequitur apud Hieronymum. Arguis verbis eum, qui non est æqualis tibi, & loqueris quod non expedit.] Hebraicum ad verbum hoc modo. Arguere verbo quod non proderit, & sermonibus, in quibus non est utilitas, Hierony. igitur dicens, Eum, qui non est æqualis tibi, videtur verbum Hebraicum **אִסְכּוֹן** iscon quod hoc loco est deduxisse à sake, æqualis: indeq; putauit formari iscon, æqualis erit. Hebræi tamē aliud significatum sequuntur exponentes **אִסְכּוֹן** iscō per aliud notius **אִסְכּוֹן** ioil, proderit, vt dicit. An arguet, vel disceptabit sapiens verbis inutilibus, dicens videlicet ea, quæ prouocent diuinam nemefim: aut ea, quæ nullam rationem, & causam habeant, quo referantur, è quibus nulla futura sit utilitas? Verbum igitur iscon, designare hoc, quod Hebræi ex alijs locis demōstrāt, id est proderit, vtile erit, ex eo possit intelligi, quod sicut in psalmis, sic apud Iob fit reiteratio. bisq; dicitur idem eadem sententia verbis diuersis. Secundo autē loco est verbum quod sonat vtile: igitur & primum. Sicut in antecedente versiculo. Primum dixit ventum: secundo kadim, ventum Orientalem. Nunc ergo primum iscon quid sonet, Disce: ex secundo **אִסְכּוֹן** ioil, quod perspicue sonat vtile erit, expedit. Sept. quoq; interpretes videtur eū significatū secuti, qui proponitur ab Hebræis **ἐλέγχων ἐν ῥήματι οἷς ἐδίδει**, arguēs ver-

bis quibus non sit opus, non oporteat. Loqueris ergo quod non expedit, quoniam dubiam reddis diuinam prouidentiam, magnam facis morum vastitatem: dicis Deum bonos & malos, æquis meritis afficere, aut non curare, quid cuique sit. Hanc sententiam declarat, quod sequitur. Quantum in te est, euacuasti timorem, & tulisti preces coram Deo. Quod durius Hebraicè sic dicitur, Etiam tu dissoluisti timorem, prohibuisti preces coram Deo. Ergo à nostro, Quantum in te est, positum est, pro eo quod est Hebraicè, etiam tu: ad clariorem sententiam, sensu non mutato, sed illustrato. Duos autem habet sensus, quod cum dicat auferre timorem Dei & preces: aut contra ipsum id dicit, quia Deum non timuerit: quia precatus eum non fuerit, auxiliumque eius implorauerit: calamitatem ei superuenisse: aut quod sequitur Rabi Leui, dissoluis publicam religionem, qui dicis nec Deum placari benefactis, nec malefactis indignari. Funditus ergo religionem, quæ est timor Dei, euertis: tollis preces. Valeat enim Deus inquit ille, si non placatur precibus, si eas non audit, nec quid homines faciant, animaduertit. Hanc tu impietatem ingeris d. Iob. Prohibes religionem, prohibes adiri templa, rogari Deum. Quia dicis, quod iactabat Epicurus, super homines iustos aduenientia mala, neminem esse qui prohibeat. Venire clades, quia non sit qui repellat. Eoquod in hanc sententiam sequitur. Docuit enim iniquitas tua, os tuum, & imitari linguam blasphemantium. Quod Hebraicè obscurius. Quoniam docebit iniquitas tua, os tuum, & elegisti verba iniquorum, aut versutorum. Hic quoque duo sunt sensus, vel referatur ad ipsum Iob, cuius impietas doceat os suum impia loqui: quasi dicat impio de pectore, impia manat oratio, ad interiores animi tui sensus, quadrat oratio, loquerisque verba, quæ solent *אומים* arumim, id est fraudulentis, quibus impia, & humanis versutijs plena mēs subest: quos iure blasphemantes, dixit noster. Chaldæus hic vocat *חכמיא* chakimaphi, Leucippus, Democritus, Epicurus, Lucretius, vnus ex illis videris: aut, quod Hebraeis magis arridet, refertur ad alios, vt dicat, ipsa oris tui impietas, docebit homines, & declarabit eis iniquitatem tuam: vt referatur ad eos, qui eum audientes, cognoscent impietatem eius. Os (inquit) tuum, docebit omnes quàm impius sis. Ex ore tuo testimonium impietatis tuæ elicetur. Loqueris, quæ solent arumim, vafri, versuti, maligni, malæ mētis homines. Hos sequi maluisti. Eadem fermè sententia iteratur. Condemnabit te os tuum, & non ego, & labia tua respondebunt tibi. Condemnare Hebraicè *יארחיחא* iarshiachà. Impium te faciet. Id scilicet, quod noster eleganter dixit. Ecce, ait Rabi Leui, nihil est, quo minus te impium vocem & habeam, putemque merito vniuersa tibi mala obuenire, quia clara est impietas tua. Os tuum, de moribus apud nos facit indicium. Ipsa lingua tua, non ego, te impium, vociferatur. Si ego silerem, ipsa clamaret. Deinde arguit arrogantiam. Omnis enim verborum superbia, ab arrogantia, qua nos omnia scire putamus, accidit. Nunquid inquit primus homo tu natus es, & ante colles formatus? Hic quoque duo sūt sensus, vt quod noster reddidit primum. Hebraicèque est, *רשון* rishon designet, vel nomen primum, vel sit aduerbium primitus, prius, ante: vt dicat secundum priorem sensum. An tu es ille primus omnium mortalium, quem constat fuisse sapientissimum, cum pro Deo, & Angelis eius fuisse locutum, vidisse Deum, circumstantesque Angelos, cognouisse diuina mysteria? Tu ne ille es, quem manibus suis formauit Deus, qui fuit omnium postea natorum hominum origo, qui tibi tantum arroges? Secundus sensus est, vt *רשון*, nō sonet primum, sed prius ante, vt dicat Nunquid ante hominem formatus es. Nunquid supra hominem es, homine aliquid eminentius? Hic sensum Chaldus proponens sic trāfert. An ante hominem vel Adā sine patre, & matre natus es? & Rabi Leui. Quid hoc est, quod adeo antiquitate, & senio gloriaris? an tu creatus es ante Adam primum, & ante creationem montium, & collium? Is igitur secundus sensus, videtur fortasse verior, quanquam ab illo, & isto, nihil fermè distat, quoniam subiecit, ante colles formatus. Vt quoniam sit (vt sæpe apparet) repetitio, sit idem, vel simile, secundum, atque primum. Colles autem, & terra fuerunt ante hominem. Primum sensum Sep. posuerunt, *כי ראשון, מן הארץ, לא היה אדם*, Quid enim, An primus hominum genitus es? Colles autem dixit pro eminentiore terra. Et terram vel colles in exemplum assumpsit, quoniam nihil est antiquius terra. Illa fundamentum totius mundi fuit. Fundata ante ceteras res, quæ post ex illa extiterunt. Ideo psalmus ait. Initio tu domine terram fundasti. Dicens igitur colles, dicit terram, dicens terram, dicit rem antiquissimam, antecedentem omnes res creatas Sola enim hæc facta est è nihilo, cetera ex illa. Ideo & in Psalmo dicitur. Priusquam montes fierent, aut

psal. 101.

A aut formaretur terra, & orbis. Ostendit vates creatorem, ante res creatas fuisse. Tale quid rogat Eliphaz, an se esse Iob persuaderet, quod adeo superbe loqueretur. Simile quod subiicit. Nunquid consilium Dei audisti, & inferior te erit eius sapientia? Secunda hæc pars Hebraicè est: & minuisti ad te sapientiam: vel diminuta est ad te sapientia? Sensus autem est, vt addat hoc simile superiori, sicut eum rogauit, an ante creationem mundi extitisset, sic nunc, an cum Deo versaretur: quod sapientia de se prædicat apud Salomonem. Cum eo eram cuncta componens. Sic nunc rogat Eliphaz: an cum Deo fuisti, & arcana eius vidisti: vidisti que faciebat antequam mundum formasset, propiusque cum eo a deras, consiliorum, curarumque eius particeps? Deinde sapientia tota tecum permansit: ad te digressa est tota, ceteri insipientes nati sunt: diminuta, detractaque est ceteris, quia tota tua fuit. Is est igitur verior sensus, pro eo quod noster dixit: Et inferior te erit eius sapientia. Nam de sapientia Dei nihil est in contextu, sed sapientia ponitur absolute: Quæ sensum Hebræi sequuntur, quibus ego assentior. Rabi quoque Leui ait. An audisti secreta Dei, & reuelata sunt tibi soli, adeo, vt deposita sit, & conuersa ad te sapientia, & erit tibi soli, non ceteris: Nam neque tanta hyperbole vsus esset, vt inferiorem sapientiam Dei diceret, nec quadrat quod admissus ad arcana Dei, fiat eo sapientior. Refertur ergo ad alios, non sapientiam Dei. Et pro consilio, Hebraicè *סוד* sod, secretum, mysterium, arcanum. Quod & consilium designat. Quodque sequitur refellit, istud ipsum quod ironice interrogauerat. Quid nosti, quod ignoremus, quid intelligis, quod nesciamus? Quod durius & scabrore, Hebraicè. Quid sciisti, & non sciemus, intelliges, & non nobiscum? id est clarius à nostro, & ad morem loquendi nostrum redditum: estque manifesta sententia. Omnia (inquit) ista perspecta sunt nobis. Quod si tibi propter canicem arroges, ecce non desunt nobis senes, etiam te, & tua profapia vetustiores. Est autem Hebraicè periodus hæc. Etiam senex, etiam antiquus in nobis grandior patre tuo diebus. Quod melius & clarius, & ad nostram linguam accommodatius factum est à nostro, manente eadem sententia, scilicet. Et senes, & antiqui sunt nobis, multo vetustiores quam patres tui. Sunt, qui senes, ceteros amicos eius, eo seniores sentiant, vt Chaldæus. Infertur autem. Nunquid grande est, vt consoletur te Deus: sed verba tua praua hoc prohibent. Hebraicè sic. An parum à te consolationes Dei, & verbum absconditum tecum, Sciendum est, vocem *אלי* El, quam Hierony. ac ceteri, Deum interpretantur. Rabi Leui, accipere, vt sit apocope, pro *אליהו* ellu, isti, vt dicat. An parum consolationes istorum tibi videntur? Spreuisti eas tanquam parum efficaces. Amicos medicos inanes appellasti: vt vndeque reprehendat Eliphaz ipsum Iob, tanquam superbum, aliorumque contemnentem. Et verbum arcanum, quod dixerunt de prouidentia diuina, tecum est quippe, quos vocaris, compositores mendacij. Te solum autem putas sapientem, tu solus es mysteriorum omnium gnarus. Alius est sensus, vt El, sit nomen Dei, sicut Chaldæus sentit vertens, El, Eloha, vt dicat. An parum à te consolationes Dei, absunt? An putas abesse clementem dominum qui te consoletur. An modicum abest dominus? Vel sic, An defuerunt tibi consolationes diuinæ, & res in abscondito tibi est: Tu nosti eam, tu probe didicisti, quæ tua felicitas, desuperque demissa, opulentia esset. An exigua tibi videntur, quæ tibi attulit Deus? dissimulas Dei beneficentiam, & taces? non recordaris opulentiam, & beatitatis tuæ? Is sensus. Nam quod noster vertit vocem Hebraicam *אלי* laa, praua, Hebræi suæ linguæ periti docent, & exempla ex scriptura demonstrant, designare velare, abscondere. Sed neque in Hebraico est, prohibent, nisi laa, credidit esse, & legit *אלי* laa, parum. Quasi dicat. Et verbum parumper à te. Quod ipse dixit prohibent. Sed cum Iob sit obscurissimus, si qua verborum aut sententiarum dubietas occurrit, melioribus, & clarioribus, debemus esse contenti. Nam, & apud Septuaginta prorsus est diuersa sententia *ὁ λόγος ὁν ἡμάρτησας μεμαθήσασαι, μετὰ δὲ ὑπερβαλλόντως λαλῶντας*. Parum, ob quæ peccasti, flagellatus es vehementer, superbe locutus es. Hoc autem transtulerunt illi quia vocem Hebraicam *תנחומות* tanchumoth, putarunt sonare flagellationem cōpūctiōnem, vt sonat interdum. Sed melius, & clarius videtur, quod posteriore loco diximus, non fuisse exiguas cōsolationes Dei prouidentiam, ac beneficia erga illum. Ideo subdit. Quid eleuat cor tuum, & quasi magna cogitas, attonitos habes oculos? Quod Hebraicè ad verbū. Quid eleuat te cor tuum, & quid innuunt oculi tui? Quorū est sensus, ad ea, quæ antecedunt respōdēns, Cū sit prouidentia, cū ea tibi affatim acta suggesserit, largasque aperuerit manus, quid te nūc ad blasphemandum incitat cor tuum? Annuuntque oculi ad maledicta: assentiuntur blasphemis: designant contra Deū aliquid? Non solum os, sed

itē oculi sunt petulantes. Hunc etiam sensum reddidit Leui. Quomodo rapuit te cor tuū & quomodo annunt oculi tui, ad mouēdum contra Deum Spiritum tuum, & ex ore tuo verba, contra eum protulisti? Subiicit, Quid tmet cor tuum, vt proferas contra Deum huiusmodi sermones? Et quoniam Iob arrogauerat sibi probitatem, innocentiam, qua frerus, Deum in ius vocabat, totaque eius querela in eo versatur, quod dolet sibi non merenti mala Deum importasse, refellit hanc eius persuasionem Eliphaz, ostendens non esse hominem qui non peccet: eoque stulte agere eum, qui iustitiam suam iactet apud Deum dicique, Quid est homo vt immaculatus sit, & vt iustus appareat, natus de muliere: Quid (inquit) in homine est, cur se putet innocentem, cum potius in contrarium, testentur omnia, eum semper esse peccantem? Quomodo inquit Rabi Leui. Putabis te innocentem, & iustum, vt nefas sit, te suppliciiis affici? Proponitque Eliphaz ex omnibus purissimis rebus exemplum, quæ tamen non careant labe in conspectu Dei. Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, & cæli non sunt mundi in conspectu eius. Quod Hebraicè sic dicitur, Ecce in sanctis suis non credit, & cæli non sunt puri, vel mundi in oculis eius. Sanctos, Hebræi cum nostris, angelos interpretatur. Et Chaldæus, quod secūdo loco, cæli sunt nomine græco, ponit ipsos Angelos, continens pro contento, cælum pro Angelis, quibus figuris vtuntur scriptores. Duæq; possunt esse sententiæ: vel cælus appellat ipsos Angelos, quia sint in cælo: aut quia corpora ipsa, orbēque cælestes regāt, & circumuertant. Prior Theologiæ magis conformis. Nam & Chaldæus, quod Hebraicè dicitur. Et cæli non sunt mundi, interpretatur. Et Angeli in excelsō, non sunt mundi, vt cælum, quod Angelis attribuitur, tanquam habitaculum, non tanquam quod moueant, sit attributū. Potest, & de ipsius corporis cælestis claritate esse sermo, quæ præ claritate diuina, sit tenebræ. At quod noster pro Hebraico, non credit, dixit, immutabilis, est fermè idem, explicatius aliquanto. Deus non credit eis, non confidet, tanquam immutabilibus: non, credit eos immutabiles: non fidet. Credimus enim, & fidimus his, quæ non mutantur. Fides enim est de re inconcussa: & fidi dicuntur, quibus stat incōcussa mens. Est igitur idem sensus. Cæterum vt superius admonuimus, sciamus cōparationē hic esse nō proprietatē. Vt enim cælū est clarissimū & purissimū, collatū tamen cum claritate, puritateque diuina, tenebrosū erit. Sic Angeli nō sunt quidem suapte natura immutabiles, quoniam sunt diuini, collati tamē cum maiestate diuina, & sanctitate, nihil sunt. Tanto igitur magis homo corruptibilis, & cōtemptibilis, qui bibit iniquitatē sicut aquam, quia videlicet eam amplectitur, exosculatur, redundat ea, haurit, ea plenus est. Nihil agit fermè, quod non peccet: scater inanibus semper cogitationibus animus. Ideo philosophatur accepta hac occasione Eliphaz de prouidentia diuina cōtra malos, de pœnarum generibus multa differit. Ac postulat auditorem attentum. Deinde ait, quæ dicit antiquorum Philosophorum sententiis comprobari, adhibens, suorum oculorū testimonium. Quod enim dicit. Et non absconderunt patres suos. [Est Hebraicè. Non absconderunt à patribus suis. Designatque: non absconderunt, quæ à patribus suis audierunt. Id exponit Leui, & Chaldæus inquit. Non absconderunt, quæ à patribus suis didicerunt. Semper, & Plato, & Aristoteles cū quid diuinum dicturi sunt, aut de Deo, aut de prouidentia, faciunt παλαὸς λόγος, antiqua fama est. Et Hebræi, Dixerunt maiores nostri. Et Pythagorei ἀπὸς πατέρων. Sic ferunt maiores nostri, à quibus nos substantiam accepimus: eoque & religionē, & veritatem: quos posterioribus sapientiores fuisse, quia propius ad Deum, principiæque generis humani accederent, par est. Et Aristoteles, senioribus maxime, propter multarum rerum experimenta esse credendum. Ferunt inquam Philosophi, id ex successione doctrinæ vsque ad Deum, accipientes, nō esse diu felices impios. Sapientibus autem solis datam esse terrā, & quod non transibit alienus per eā. Duos habet sensus, aut quod à Deo, solis illis creatus est mundus, nā de bonis solis benemereri voluit Deus: & propter iustos, sustinet, & patitur iniustos: aut refertur ad homines, quibus communis consensus tradiderit terram, id est respublicas regendas. Facti sunt propter singularem sapientiam excellentiamque, domini rerū. Nam & Marcus cū multis aliis magnis, viris putat, eum qui dispersos in montibus homines congregauit, sapientissimum fuisse. His igitur data solis, terra. Quanquam Nicolaus putat terram, terrena bona, quæ data sint illis. Mihi superiora magis probantur. Alienus autem non transibit per eos.] Hebraicè, in medio eorum. Comuni (ait) consensu, nemine sese alterius sententiæ hominē opponente, id decreuerunt: Aut data est eis dignitas omnis, nemine abripiēte, nemine de gradu eos deiiciente, vt referatur, aut ad ipsam eorum sapientiam, quam alienus, id est contraria sentiens, non possit labefactare: aut ad dignitatem

agnitatē, quā nemo præripiat. Nā alienus, Hebræis sonat hostem, inimicū. Septuaginta hūc locū verterūt ἡ οὐκ ἐπιήλθεν ἀλλογενὴς ἐπ' αὐτόν. Et nō supertuenit in eos, alterius generis. Nō rapuit alienus terrā, è manibus eorū. Quod (vt dixi) referes, ad illos duos superius sēsus. Infert, quæ sapiētes, & maiores dixerūt. Cū cæcis diebus suis impius superbit, & numerus annorū incertus est tyrannidis eius.] Hebraicè ad verbū. Cū cæcis diebus, impius ipse parturit, aut dolet, & numerus annorum absconditus est forti. In eo igitur paulum variat Hieronymus, quod vertit, superbire, quod Hebraicè est מִיְחֹלֵל mithcholel, id est dolet, vt parturiens. Idē enim Hebræis, atque Græcis verbum pariendi, ac dolendi δόλυν, parere, & dolere, sic Hebraicè חָלַל Chalal. Sensus igitur est hoc loco, quem etiam Hebræi proponunt, quale sæpe numero sublimis Orator, refert in suis orationibus, de tormentis conscientiæ. Alia sunt, alia inquam, ὀ perditissimi homines, & amentissimi, multo miseriora. Nam, quo maior vis est animi, quàm corporis, hoc sunt grauiora ea, quæ concipiuntur animo, quàm illa, quæ corpore. Miserior igitur qui suscipit in se scelus, quàm is qui alterius facinus subire cogitur. Hæc ille de cruciatu. Vidēsque eum, eodem verbo vsum, atque Hebraicum, concipiuntur animo, sic Hebraicè mithcholel, parturit, concipit, & parit. Sæpe, & nostri Theologi, præcipue Chrysostomus, de tormentis eius, quod ipsi appellant τὸ συνείδω, conscientiam, loquuntur. Hunc igitur assiduum animi impij innuit cruciatum. Nam Rabi Leui. Vidi (inquit) oculis meis, quod impius, & si prospere cedunt ei res, cruciatur tamen omni tempore, videlicet, quod inuadunt eum tormenta animi, timentem semper supplicia. Secundo loco, vbi noster dixit, tyrannidis eius, pro eo est nomen ipsum אֲרִיז ariz, quod fortem sonat. Et Chaldæus transtulit אֲרִיז takipha, & Sep. אֲרִיזָה, potentē. Hunc fortem, etiam Hebræi interpretantur impium, sic appellatum, quia faciat alios tremescere. Nam verbum אֲרִיז est terrefacere. Iure igitur eum Hier. vocauit tyrannum, vitæque eius tyrannidem. Describiturque hoc loco, quasi Dionysius quidam, aut Phalaris. Scis enim Dionysium, quibus ad omne tempus, cruciatibus torqueretur. His incerta est vita, sonat vox formidabilis in aures eorum, semper pauent futura mala, præcipue post mortem: nec sciunt quandiu viuendum eis est: impendere calamitatem, (norunt enim sua flagitia, sciuntque se ad pœnas vocari) semper suspicantur. Ideo exaggerans. Sæper (inquit) sonitus terroris in auribus: & cū pax sit, ille semper insidias suspicatur. Quod Hebraicè ad verbum. In pace vastator, veniet ei. Hier. retulit ad suspicionem, ac formidinem. Hebraicum ad ipsam rem, euentūque rei. Sicque exponunt etiam Hebræi, vt Rabi Leui. Et ecce cū in quiete esset, superuenit ei calamitas, & pressura, adeo, vt non putet se à tenebris & calamitate illa redire posse. Additque Eliphaz, vt desperationem etiam ostendat. Non credit, quod reuerti possit à tenebris ad lucem, circumspēctās vndique gladium. Tenebras illas repentinas, in quas cadit animus malis circumuentus, sicut lux gaudium est, & alacritas. Vides hic gladium illum Dionysij tyranni, tyrannorumque in Tragœdiis celebratos cruciatu. Describitque omnia pœnarum eius genera Eliphaz. Cū se mouerit ad quærendum panem, nouit quod paratus sit in manu eius, tenebrarū dies. Hebraicè res certa designatur נֹדֶד noded, id est, mouetur, vagatur. Describit enim iam præsentem eius penuriam, nuditatem, egestatem, sicut Dionysius de tyrannide deiectus, dicitur mendicasse, ludūque litterarium in Græcia aperuisse. Adeo inquit miser est, qui prius fortis, & formidabilis, vt mendicet panem. Quem mendicans, semper timet mortem, & se fame periturū suspicatur. Suspiciatur alia miseriora, quæ tenebrarū nomine designatur. Terrebit eū tribulatio, & angustia vallabit eum, sicut regem, qui paratur ad præliū. Quod noster dixit regem per casum accusandi, potius est casus nominandi. Sicut Rex (inquit) terrebit angustia, tanquam regina horribilis, tanquam Aleto, aut Tisiphone. Ac quod noster dixit prælium est יָרִיר kidor, proprièque designat orbem militarem, acies instructas, circumstantes. Sic (inquit) tribulationes facta quasi corona circumstabunt eum. Quanquam Rabi Leui. Putat designari eo, homines damnatos, ad orbem, quibus ligant caput inter genua, manus item, & pedes, vt efficiant orbem, vt non possint exire ex orbe, vel anulo. Addit autem causam Eliphaz cur tyranno futurum sit hoc malum. Tendit enim aduersus Deum, manum suam, & contra omnipotentem roboratus est. Designatur eo immanitas, prodigiosa, giganteaque superbia. Quod & Poëta, de similibus impiis loquuntur.

Hic, & Aoidas geminos immania vidi

Corpora, qui manibus, magnum rescindere cælum,

Aggressi, superisque Iouem detrudere regnis.

Sic, & isti tyranni, & fortes mouerunt manus suas contra caelum, contra Deum, voluerunt cum e superis regnis derrudere, se fortiores arbitrati. Describit *αυτιθεος θεομαχος*, gigantescque illos impios. Sic per tralationem, & ipse dicit Eliphaz. Cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui, ceruice armatus est. Quod duobus modis potest intelligi: aut quod ipse peccator erexerit contra Deum ceruicem suam, vt referat eandem sententiam, atque superius. Aut de ipso Deo loquitur, qui impetum faciet in eu, & per collum ceruicisque turmentes, eu corripiet, vt superbum, sternetque. Vterque sensus elici potest ab Hebraico, quod ad hunc praecise modum habet. Curret ad eum, in collu, in desitare, superbia scutoru. Sentit ergo Hebraicum, in primo sensu. Primo (inquit) inuadet collu, deinde inuadet, vbi clypeus defendit, vbi robustius est scutum: vbi desatur magis propugnaculum. Nam quod scutum reddidimus, id est *מגן* maghen, designat omnem protectionem. Vbi (ait) magis protegitur in loricam, in thoracem inuadet. Rabi Leui simile, vbi corpora scutorum eius, magis densa, & fortia sunt. Alius est sensus, vt dicat, peccator curret aduersus eum, in collo, id est cum collo, & ceruice, & cum scuto, tanquam praeliaturus eum Deo. Is magis quadrat. Quod sequens periodus declarat: Operuit faciem eius crassitudo, & de lateribus eius aruina dependet. Licet Hebraice sit, hoc postremum. Et fecit aruinam, siue pinguedinem super lumbis. Aruinam dixit, quod Hebraice *ממח* pimach, pinguedo, crassities; hinc Latine opimum. Sanctes vertit lumbricos. Idem sensus. Hac igitur testantur superiora quoque de peccatore esse intelligenda, qui curret aduersus Deum ceruicemque attollat, vt dixerunt Septuaginta *εργαλασθ*. Nunc ait opima viscera, vbertatemque terrenoru honoru, superbia, animosque illi dedisse. Pinguissimum esse, vt facies sit adipe sepulta e luctibus miserorum ei carnem adcreuisse. Designat ergo impiorum opulentiam, iniuste partam, & ex opulentia, superbia. Nam omnis superbia, a copia est. Abundantia panis fuit peccatu Sodomiticum, quia manum egeno non porrigebant, contemptores omnium. Et Salomon duorum malorum a Deo materiam fugendoru postulabat: paupertatem, ne cogere tur furari, diuitias, ne insolesceret, blasphemaret. Ideo difficile est diuitem intrare in regnum caelorum. Et Solon ille sapientissimus legumlator. Copia vim parit ex opibus generata beatis. Proponitque supplicium. Habitabit in ciuitatibus desolatis, & in domibus desertis, quae in tumulos sunt redactae. Duos habet sensus. At habitabit in locis desertis, societateque destitutus, vt possit impune grassari, & quemlibet occidere, & praedari transeuntes: aut habitat domos vertendas in cineres, citoque tumulos ruinaru futuras. Nam quod per preteritum noster dixit, Sunt redactae, Hebraice per futurum *היחחדו* hithathedu paratae sunt, futurae sunt in tumulos. Videbis hoc Romae quae fuerat pinguis quondam, & superbissima, nunc cineres, & ruinae: quas qui contempletur, lacrymas continere non possit. Hic omnia animalia accumbant, quae dixit in Babylone euertenda, moratura, Esaias. Aedificauerat igitur villas, & palatia extruxerat: sed quoniam ex rapina, ecce in cineres, & solitudinem redigentur. Prosequitur supplicia. Non ditabitur, nec perseverabit substantia eius, nec mittet in terram, radicem suam. Quod secundo loco dixit, radicem, Hebraice *מין* minlam, sonatque perfectionem suam, vel eorum: idque exponit Auen Esta, & Leui. Est idem tamen. Nam perfectionem appellat, radicem, stirpemque ipsorum, quam negat fore superstitem. Est enim perfectio, vltimum, & quod postremo remanet, id proles est genitoribus. Hanc negat impio superstitem futuram. Fortaque ipsum innuebat Iob, vt ostendunt antecedentia, eritque tralatio a floribus, plantis: quarum radices, & propagines excantur. Quanquam Rabi Leui, existimat hoc ad aedificia potius attinere, non relinquentia, sed euertenda, complananda. Sensus est clarus. Septuaginta obscurius, dixerunt *εμνησθη* Non iaciet, in terram, vmbra. Sed Hebraei communi consensu testantur *מנעל* menel, sonare complementum, perfectionem, vmbra nunquam: nisi forte respexerint, quod sequitur. Non recedet de tenebris, ramos eius arefaciet flama, & auferetur spiritu oris sui ab eo. Tenebras, calamitates, mcerores, appellat, vt solent scriptores sacri, ramos, vel ramum, vt Hebraice est, vel germen, viriditatem & opulentiam, felicitatem, copiam, cum floreret, cum viret. Flammam dicit calamitates, miseriarum incendia, afflictiones, pressuras, dolores, aestus. Spiritum oris sui, sentit ventum flatum ex ore Dei, impulsu, missum a Deo, quo tollentur omnes, longe fugabuntur diuitiae. Vt enim fortunam, quae Deus ipse est, dicunt flare, secundosque ventos predicant, & celebrant nostri: flare autem dicitur fortuna, quoties longe alio vultu nos aspicit, & accumulatas euertit opes, in aestum, pelagusque sauum proiicit nauiculam: sic spiritu id est veto ex ore Dei misso, omne eius ait felicitatem differendam, dissipandam. Hebraiceque est. Et auferetur spiritu oris sui. Ipse, scilicet diues & beatus, abibit, asportabitur, aut ramus eius. Quare superuacaneum est in nostris: Ab eo. Addit alia incommoda. Non credet frustra errore deceptus, quod aliquo pretio redimendus sit. Hec tota periodus, sic est Hebraice. Non credet equo, is qui decipitur, vel ipse deceptus, quia mendacium erit loco eius. Potest, & sic transferri. Non credet in vanum, vel frustra deceptus, quod frustra commutatio eius. Sensus igitur est clarus, cui etiam Hebraei astipulantur. Ille ipse beatus, euertetur, tolletur e medio repente, quia errore deceptus, & ebrius vanitatibus mundi, non credebat, se perituru venturamque in nihilum omnia, quae parasset. Sciendum Hebraice *שואה* shaue, si cu aleph scribatur signare frustra, in vanu, si sine aleph, aequum, iustum. Vtraque lectio est, primo loco, vt vel dicat: Non credet aequitati, & aequo vir deceptus, aut: Non credet in vanum deceptus. Secundo autem loco, vbi dicitur, quod aliquo pretio redimetur. Hieronymus vocem Hebraicam *תמורת* themuratho, quae sonat commutationem, vicem credit esse pro pretio. Hebraei tamen, quod melius, idque loquendi consuetudo comprobatur, accipiunt id, pro vice eius: loco eius: pro eo, vt sit aduerbium, non nomen: Diciturque. Non credet frustra deceptus, fore mendacium, vel vanitatem loco eius, vice eius, scilicet illius rami, felicitatis, opulentiae. Non credet, quod pro ea felicitate, succedet vanitas, nihilum, euersio, redactio ad nihilum. inane, mera fabula erit, in nihilum redibit. Is verus sensus. Nam de pretio, non potest sermo esse, quoniam loquitur de tota impij ruina, nunquam reparanda, redimenda. Ac mihi magis placet lectio, vt shaue sit cum aleph, sonetque frustra, in vanum. Ipsi etiam Hebraei arrident. Prosequitur alias calamitates. Antequam dies eius impleantur, peribit, & manus eius arefcent. Auferendum, periturumque, vt plerisque impiis certo Deo consilio accidit, praedicit, abscedente medium vitae cursu ipso Deo, ne diutius genus humanum diuexet importuna lues. Quod autem noster dixit, Manus eius arefcent, Hebraice est. Et ramus eius non viruit. Nam vox *קפא* kippa, quam noster manum transtulit, sonat ramum. Videtur noster accepisse Kippa, loco *קפ* Kaph, quae sonat palmam, manum. At manus non viret, sed ramus. Et alibi hanc vocem vertit ipse Hieronymus Spatulas palmarum. Non sequetur ergo, opulentia, arefcent. Eademque figura infert. Laedet quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proiciens fructum suum. Quod primum florem dixit, est Hebraice *בשר* bisro, vna acerba eius. Perdetur (inquit) sicut perditur vitis, aut vna, quando est acerba, quando maturascit, quando crescit: Quanquam noster addidit botrum. Sed Hebraice sic. Laedet, vastabitur, tanquam vitis, vna eius acerba. Pro duobus igitur flore, & botro, est vnum Hebraice *בשר* bisro, vna acerba eius, & immatura. Perit (inquit) immatura morte impius. Pro fructu quoque oliuae, est *ניצח* nizatho, id est flos eius. Duas similitudines immaturae mortis. Concludensque & declarans exempla inquit. Congregatio enim hypocritae sterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt. Pro hypocrita, Hebraice *חנף* chaneph, impius, sceleratus. Et Septuaginta *δυσβολος*, impij. Pro sterili est *גלמוד* galmud, desolata destituta, in solitudinem redacta. Congregationem autem dicit ipsum, & totam stirpem, totam familiam, sicut superius, ipsumque forte respicit Iob. Ideo etiam ponit tabernaculum pro tota domo, sicut apud nos & Graecos, domus est familia. Orientales autem pro domibus, tabernacula habent. Quos autem dixit noster. Eorum qui libenter munera accipiunt. Hebraice tantum. Tabernacula *שוכה* shochad, muneris, vsurae. Tabernacula vsurae, id est (vt ait Leui) Constructa ex muneribus & vsura, ex alienis opibus, ex corruptis largitionibus. Sequitur est Septuaginta noster, *δυναμις διαποδερτων*. Domus eorum, qui munera accipiunt. Idem sensus. Absoluitque orationem, suo fine. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & vterus eius, praeparat dolos. Quod noster dixit, dolorem Hebraice *אמל* amal, sonat laborem, & iniquitatem, scelus sicut Graece, a *πῶρος* labore, *πονηρός*, malignus, prauus. Id vitium labore, & malo afficit habentem, & alios. Sicut item *χελαι*, vitium, scelus. Concepit ergo scelus, & peperit, prius in corde, postea in opere. Deinde ex his, & cum his, secutus est labor & dolor. Dat item ventri praeparamentum & conceptum fraudis per tralationem. Erant (inquit) foeti fraudibus, sceleribus. Quocirca superinduxit eis Deus, omne malum: innuens ipsum Iob, cui ad caeteras miseras, accessit amicoru suoru crudelitas, qui eum magis cruciarent, merito clades accidisse contentes. Fit peruerso iudicio saepenumero, vt credamus a Deo merito flagellatos, quos ad gloriam, passus sit subire incommoda.

licitatem differendam, dissipandam. Hebraiceque est. Et auferetur spiritu oris sui. Ipse, scilicet diues & beatus, abibit, asportabitur, aut ramus eius. Quare superuacaneum est in nostris: Ab eo. Addit alia incommoda. Non credet frustra errore deceptus, quod aliquo pretio redimendus sit. Hec tota periodus, sic est Hebraice. Non credet equo, is qui decipitur, vel ipse deceptus, quia mendacium erit loco eius. Potest, & sic transferri. Non credet in vanum, vel frustra deceptus, quod frustra commutatio eius. Sensus igitur est clarus, cui etiam Hebraei astipulantur. Ille ipse beatus, euertetur, tolletur e medio repente, quia errore deceptus, & ebrius vanitatibus mundi, non credebat, se perituru venturamque in nihilum omnia, quae parasset. Sciendum Hebraice *שואה* shaue, si cu aleph scribatur signare frustra, in vanu, si sine aleph, aequum, iustum. Vtraque lectio est, primo loco, vt vel dicat: Non credet aequitati, & aequo vir deceptus, aut: Non credet in vanum deceptus. Secundo autem loco, vbi dicitur, quod aliquo pretio redimetur. Hieronymus vocem Hebraicam *תמורת* themuratho, quae sonat commutationem, vicem credit esse pro pretio. Hebraei tamen, quod melius, idque loquendi consuetudo comprobatur, accipiunt id, pro vice eius: loco eius: pro eo, vt sit aduerbium, non nomen: Diciturque. Non credet frustra deceptus, fore mendacium, vel vanitatem loco eius, vice eius, scilicet illius rami, felicitatis, opulentiae. Non credet, quod pro ea felicitate, succedet vanitas, nihilum, euersio, redactio ad nihilum. inane, mera fabula erit, in nihilum redibit. Is verus sensus. Nam de pretio, non potest sermo esse, quoniam loquitur de tota impij ruina, nunquam reparanda, redimenda. Ac mihi magis placet lectio, vt shaue sit cum aleph, sonetque frustra, in vanum. Ipsi etiam Hebraei arrident. Prosequitur alias calamitates. Antequam dies eius impleantur, peribit, & manus eius arefcent. Auferendum, periturumque, vt plerisque impiis certo Deo consilio accidit, praedicit, abscedente medium vitae cursu ipso Deo, ne diutius genus humanum diuexet importuna lues. Quod autem noster dixit, Manus eius arefcent, Hebraice est. Et ramus eius non viruit. Nam vox *קפא* kippa, quam noster manum transtulit, sonat ramum. Videtur noster accepisse Kippa, loco *קפ* Kaph, quae sonat palmam, manum. At manus non viret, sed ramus. Et alibi hanc vocem vertit ipse Hieronymus Spatulas palmarum. Non sequetur ergo, opulentia, arefcent. Eademque figura infert. Laedet quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proiciens fructum suum. Quod primum florem dixit, est Hebraice *בשר* bisro, vna acerba eius. Perdetur (inquit) sicut perditur vitis, aut vna, quando est acerba, quando maturascit, quando crescit: Quanquam noster addidit botrum. Sed Hebraice sic. Laedet, vastabitur, tanquam vitis, vna eius acerba. Pro duobus igitur flore, & botro, est vnum Hebraice *בשר* bisro, vna acerba eius, & immatura. Perit (inquit) immatura morte impius. Pro fructu quoque oliuae, est *ניצח* nizatho, id est flos eius. Duas similitudines immaturae mortis. Concludensque & declarans exempla inquit. Congregatio enim hypocritae sterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt. Pro hypocrita, Hebraice *חנף* chaneph, impius, sceleratus. Et Septuaginta *δυσβολος*, impij. Pro sterili est *גלמוד* galmud, desolata destituta, in solitudinem redacta. Congregationem autem dicit ipsum, & totam stirpem, totam familiam, sicut superius, ipsumque forte respicit Iob. Ideo etiam ponit tabernaculum pro tota domo, sicut apud nos & Graecos, domus est familia. Orientales autem pro domibus, tabernacula habent. Quos autem dixit noster. Eorum qui libenter munera accipiunt. Hebraice tantum. Tabernacula *שוכה* shochad, muneris, vsurae. Tabernacula vsurae, id est (vt ait Leui) Constructa ex muneribus & vsura, ex alienis opibus, ex corruptis largitionibus. Sequitur est Septuaginta noster, *δυναμις διαποδερτων*. Domus eorum, qui munera accipiunt. Idem sensus. Absoluitque orationem, suo fine. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & vterus eius, praeparat dolos. Quod noster dixit, dolorem Hebraice *אמל* amal, sonat laborem, & iniquitatem, scelus sicut Graece, a *πῶρος* labore, *πονηρός*, malignus, prauus. Id vitium labore, & malo afficit habentem, & alios. Sicut item *χελαι*, vitium, scelus. Concepit ergo scelus, & peperit, prius in corde, postea in opere. Deinde ex his, & cum his, secutus est labor & dolor. Dat item ventri praeparamentum & conceptum fraudis per tralationem. Erant (inquit) foeti fraudibus, sceleribus. Quocirca superinduxit eis Deus, omne malum: innuens ipsum Iob, cui ad caeteras miseras, accessit amicoru suoru crudelitas, qui eum magis cruciarent, merito clades accidisse contentes. Fit peruerso iudicio saepenumero, vt credamus a Deo merito flagellatos, quos ad gloriam, passus sit subire incommoda.

RESPONDENS autem Iob dixit. Audiui frequenter talia. Consolatores onerosi vos estis. Vt ratio, naturæq; postulabat instinctus, Iob respondit, reiiciens, & refellens eorum crudelitatem, inhumanamque consolationem. Ac rectè dixit, sæpe se eiusmodi ab eis audisse. Quoties inuecti sunt id genus in eum blasphemis: neque fermè aliud toto libro agitur. Illi reprehendunt, qui consolari debuissent, is respondet, expurgatque se se. Consolatores onerosi, Hebraicè est, consolatores עֲרָמָל, laboris, carè enim deriuatiuis Hebræi, consolatores laboris, sūt consolatores laboriosi, operosi. Hocque propius, quã quod Sept. πῶς ἐπιλήθοντες καὶ μὲν. Consolatores malorū. Quod intelligi nō potest. Sed de eorū tralatione, quando nobis vsui non est, pauca. Nūquid aliq̄ finem habebunt verba ventosa, aut tibi aliquid molestum est si loquaris? Reticit in eos verba vētosa, inama, aut falsa. Ventosa verba, in quibus iactatio, ostentatiōque inanis sapientiæ. Ea cum primis est, cū aliorum vitam, vt iniustam, & impiam incessimus, & despiciamus, interim nostram minime introspectantes. Quod autem dixit. Aut tibi aliquid molestum, si loquaris? Obscure redditum, & nō proprie. Hebraicè hoc modo. Aut quid. אֲמִרְזֶכָה, roborabit te. Hoc est (vt ait Rabi Leui) Quid tibi virium affert tua argumētatio? tot verba, quem tibi honorem ferent, aut quid valent ea tibi cū sint inania? Quamquam Auen Esra, adhibet hūc sensum. Quis te fortior erit & vincet te? Sed ille superior, verior, & clarior. Quid tibi proderit, si loquaris? Clare igitur Hebræis maraz sonat robur, roborare, vires addere, aut inualescere. Et quòd sub eadem voce latet significatus peruersi sermonis, vt designet, violare, peruertere, eo videtur Hieronymus id verbum dixisse molestare, quasi simile quid. Et apud eum sensus est. An aliquam molestiam, capis ex his quæ loqueris? An te pigebit aliquando talia loqui? Sed prior sensus, est magis expositus. Eadēque refellens addit. Poteram, & ego similia vestri loqui, atque vtinam esset anima vestra, pro anima mea. Consolarer, & ego vos sermonibus, & mouerem caput meum super vos. Facilius, cū valemus, consilia ægrotis damus. Tu si hic esces aliter sentias. Hi cuncta optime perpendunt, qui se alterius pellem induunt, ponuntque sese eorum in loco. Ac quod ait, Poteram: potuissem (inquit) si sanus essem, si me dolor iste non tangeret: si vos in his plagis federeis: si meas calamitates sentiretis, consolari vos dicere similia: exulcerare verbis inimicis dolorem, plagas, & cruciatus miseris addere. Vtinam igitur, quando tam saua est vestra oratio, fieret ista commutatio, & quibus vexor cladibus, sentiretis, quando quidem verum earum sensum, non percipitis. Et nunc instatis consolando, & quod imprudentius est, maiores dolores misero accumulatis. Animam autem dixit personam ipsam, ipsosmet. Anima vestra (inquit) pro anima mea, ipsosmet, pro me ipso. Mouere quoque caput, Hebræis peculiari loquendi modo, est consolari. Et quod noster dixit: Poteram & ego similia loqui: Hebraicè precise, Etiam ego, sicut vos loquerer: Vt sit tempus incertum, respiciens, quod non esset, sed esse posset. Et quod dixit: Consolarer & ego, est אֲחִבְרָה, achbirah, accumulare: congererem verba, aggregarem, vt per contemptum loquatur, appellans verba eorum, quasi saraginem, aceruūque nugarum. Eandem (vt solet iste liber, & psalmi) repetit sententiam. Roborarem vos ore meo, & mouerem labia, quasi parcens vobis] Hebraicè: Roborare vos ore meo, & consolatio labiorum meorum, leniret, mitigaret. Nam, quod est Hebraicè עֲרָמָל, quod motum designat, est vt dixi Hebræis, pro consolatione. Itaque motus labiorum est consolatio, sicut motus capitis, omnia signa συμπαθείας, condolentiæ. Et quasi de nostro dolore detrahitur, cū aliq̄ doloris participem habemus. Futurū in Hebraico אֲחִבְרָה iachshòk, id est parcat, mitigabit, refertur ad motum id est consolationem labiorum. Id ipsum tamen sentit Hier. Et Rabi Leui, qui parafrastice librū exposuit. Si sic daretur (inquit) consolarer vos, verbis meis, & quod cōpaterer vobis, loquedo minuerē plagas vestras, lenitēq; dolorē, quoniã vehementer interquiescit, plagis affectus, quando consolamur eū, narrāmūq; mala, & in cōmoda. Sed quid agā? si locutus fuero nō quiescet dolor meus, & si tacuero non recedet à me. Nunc autē oppressit me dolor, & in nihilum redacti sunt omnes artus mei.] Hebraice ad hunc modum. Si loquar non prohibebitur, aut mitigabitur dolor meus: & cessabo, quid discedet? Idem, atque in nostris, sensus, clarior factus à nostro interprete, paucis, quæ sensum nō variant, sed illustrent, additis. Si cessabo (inquit) vel desistā, aut omittā loqui, quid quid agā, doloris vndique vrgentis, nulla subleuatio. Quoniã (inquit) nō sit ista cōmutatio, vt vos sitis pro me, & has plagas accipiatis: ego autē incolumis sim: non video mihi quid faciendū sit, an maledicta refellam, an taceam. Quidquid egero, nulla doloris

Aloris mitigatio: ad sunt idem cruciatus: & quæ sunt amissa, reparari nō possunt. Vos tuto, & ociosè, animoq; quieto nugamini: mihi neq; loquēti, neq; tacenti salus, nec mitigatio doloris ostenditur. Hæc vobis considerata fuissent. Nunc autem oppressit me dolor, pro quo Hebraicè אֲחִבְרָה helcani, laborare fecit me, quod referri potest, tum ad dolorē, tum Deum ipsum, quoniã absolute ponitur, laborare me fecit. Rabi Leui sentit Deū qui fecerit eum laborare ego dolorem sentirem. Quamquam mutata persona subiūgat & in nihilum redacti sunt artus mei. Pro quo est secūda persona אֲחִבְרָה hashimòtha, desolasti, euertisti, destruxisti. Et pro artibus est אֲחִבְרָה coladath, omnē congregationē meā. Etiã vero Hebræi sentiūt hoc nomine, totā membrorū compagem. Rabi Leui. Totam (inquit) membrorū strūcturam, numerūq; dissipasti. Possit intelligi cōgregatio, etiam tota substātia, tota familia. Persequitur ceteras miseras. Rugæ meæ, testimoniū dicunt contra me: & suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam contradicens mihi.] Hebraicè, Rugare fecisti me, in testem fuit, & surrexit in me, macies mea: in faciem meā respondebit. Quadrant omnia, excepto eo, quod vertit falsiloquum. Est autem pro eo Hebraicè אֲחִבְרָה kachas, vox duo sonans, macilentiam, & mendaciū. Pro secundo accepit. Hiero. pro primo accipiunt Hebræi: locusq; ipse testatur, designare maciē, non mendaciū, quia superius rugas memorauit. Dicendū igitur: Et macies mea, respondet, vel testatur contra me. Et Rabi Leui locum exponens. Non alio teste indigeo, ad dolorē, miseriaq; meas exprimēdas, quoniã rugæ meæ, præ macie sūma testantur contra me: & macies mea, & miseria mea, ostendūt magnitudinem plagæ, & doloris mei. Itaque locus est clarus. Nam falsiloquus hic non apparet, nec videtur in quem possit referri. Quomodo enim cohæret falsiloquus cum rugis? Nicolaus, falsiloquum diabolum sentit. Res mihi clara videtur. Ac dat quasi personam doloris, & maciei, eos tanquã crudeles, in se testes insurgentes, appellans. Collegit furorem suum in me, & cōminans mihi, infremuit contra me dentibus suis: hostis meus terribilibus oculis intuitus est.] Totum referunt Hebræi in ipsum Deum, cui referre bar semper acceptas clades, vt superius sæpe visum est. Ac Hebraicè est. Furor eius rapuit me, & odio habuit me, fremuit contra me dentibus suis hostis meus: acuit oculos suos in me. Eundem sensum habent, atque nostra. Murabat enim Hier. cui præcipua sermonis cura fuit, phrasēs Hebraicas, in orationē Latinam. Vt autem, si quis ad verbum translulisset Hebraicam, duram, horridamq; orationem, in super etiam non intelligibilem sæpe fecisset, sic fit interdum, vt verba, totamq; orationis seriem mutantes, verum sensum ad amissim non exprimamus. Hanc igitur omnem doloris, ac cladis suæ exaggerationem, rectius Hebræi referunt in Deum, quàm dæmonem. Nam, nec fortè norat Iob, diabolum in se, familiā, opesq; impetum fecisse, cognitum ei postea, ex aliqua reuelatione. Nam, quod in Deum sint referenda, apparet ex sequenti. Concluit me Deus.] Clara est omnis tralatio, de furore, de fremitu dentium, de odio, trucique aspectu. Ac vides Hiero. pro odio, quod est in Hebraico dixisse, comminationem, quæ ex inimicitia, & odio est. Acute autem respicere, dixit oculis terribilibus, quamquam possit referri, quod acutissimè viderit, vbi ferendus esset. Sed idem erit tandem. Vt igitur, cladis magnitudo, intelligatur, describit Deum, tanquam, hostem, odio, & furore, armatum in se ruere: vt dixi, per tralationem. Exaggerantq; miseras, prosequitur. Aperuit super me ora sua, & exprobrantes percusserunt maxillam meam, satiati sunt pœnis meis.] Nihil est varium à fonte, solum mutata sunt nomina, seriēque orationis. Nam quod dixit exprobrantes, est Hebraicè cum opprobrio, cum ignominia. Cum ignominia (inquit) aperuerūt ora sua: quid aliud, nisi exprobrantes, probra iacentes? Quod autem dixit. Satiati sunt, est Hebraicè. Simul contra אֲחִבְרָה ithmalaun. Quod duos habet significatus. Aut satiati, expleti sunt, quod noster est securus: aut congregati, collecti, quod Hebræi. Vterque quadrat. Hoc item Hebræi de amicis Iob dictum volunt. Sicut enim tacite Eliphaz, redegerat Iob, in numerum impiorum, ei sceleratos mores, obliuionem, contemptumq; Dei, ob quæ affirmabat clades, illas tanquam grandinem, & tempestatem supercecidisse, attribuerat, sic tacite vocat eos crudeles, contumeliosos, prorsusque inhumanos Iob, ostendens hoc aliud additum sibi ex amicis suis supplicium. Possunt per profopopæiam plagæ, calamitatēque, tanquã hostes, quæ agmine facto in eū inuaserint, appellari. Nostris, dæmones sentiunt, quos inimicos appellet. Mihi superiora probantur: eandēque, vt solet, inculcat sententiam. Concluit me Deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit.] Pro iniquo est אֲחִבְרָה auil, mendacium, peruersitas, innuitque mēdacem, scelestūque Eliphaz, cum falsis reprehensionibus cruciantem, impiūque vocantem. Et, pro me tradidit est אֲחִבְרָה iritēni, quod ad Hebræis exponitur, diuertit, remouit à statu felici in manus inimici. Ego

sentio, quod vertit noster. Impulit me manus impiorum, deuoluit, præcipitavit. Ego ille D quondam opulentus repente contritus.] Hebraicè, opulentus, aut quietus eram. Quic- rum quoque Septuaginta dixerunt, & pacificum ἐπιήκειοντα, quiete agentem. Alterum ex altero sequitur, ex opulentia quies. Deiectus sum ex tanta felicitate, pacèq; profun- da. Quodq; ad malorum exaggerationem addit. Tenuit cervicem meam, confregit me, & posuit me sibi, quasi signum. Eadem inculcantur, & per translationem, tanquam inimico datur animus hostilis, & impetus Deo: nihilque quod ad descriptionem crudelitatis spe- cter, omittitur. Porro quod dixit signum, Hebraicè est, מַטְּרָחַם mattarâh. Hebræi signum sagittantium, & scopum interpretantur, vt Iob dicat se factum, & positum, in quem Deus sua spicula dirigeret. Septuaginta quoque dixerunt σπογγόν. Intelligis ergo, quid signum sit. Aliud crudelitatis, inimicique animi subijcit indicium. Circumdedit me lanceis suis, conuulnerauit lumbos meos.] Hebraicè alio ordine, sed eodem sensu. Circuierunt me יָרִי רַבְּבִי rabbû, iaculatores eius, vt exponit Leui dicens, hos esse iacentes sagittas. Siquidem He- braicè רַבְּבִי rabab, ad alia significata, designat iaculari. Septuaginta tamen etiam ipsi lan- ceas dixerunt. ἐκείλασαν με λόγχαις. Circumdedit me lanceis. Quod autem dixit, con- uulnerauit, Hebraicè יָרִי יֶפְהָלַח, quod Leui exponit, diuisit, discepit, eadem sunt omnia. Quos autem dixit lumbos, Hebraicè לֵיִתִּי kiliothai, renes meos. Perstatque in de- scriptione plagarum. Non pepercit, & effudit in terram viscera mea.] Pro visceribus, est מֵרַרְרִי mererathi, fel meum, dictum Hebraicè ab amaritudine. Sept. quoque dixerunt fel χολήν μου. Hier. viscera dixit, q; esset clarius. Pars pro toto in Hebraico. Prosequitur. Cœcidit me E vulnere, super vulnus, irruit in me, quasi gigas.] Redditur clarius: quàm Hebraicè sit. Conci- dit, vel dirupit me diruptione, super diruptionem. Et quem gigantem dixit, est Hebraicè גִּבְּוֹר ghibbor, quod fortem, & gigantem designat. Et quasi per excellentiam gigantes in sa- cris litteris dicuntur, fortes, sicut Græce ab eo, quod è terra sunt geniti, propter corporum pro- ceritatem, vt ego reor, quia primi homines, qui ex terra facti sunt, fuere proceri, hiq; proprie gigantes. Inde factum vt omnes similes illis, gigantes, id est terrigenæ dicerentur. Ad ex- tremam calamitatem addit. Saccum consui super cutem meam, & operui cinere car- nem meam,] quod dixit carnem meam, Hebraicè קָרְנִי Karni, quod ipsi exponunt caput meum. Noster totum pro parte. Et pro cinere est puluis. Cinere autem, aut puluere in luctu, & calamitate, caput aspergebant: nunc forte respicit, & sterquilinum in quo se- dit, & fursura, quæ ex carne eius putrefacta, cadebant, toto scatente vlcibus, corpore. Subijcit, Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt.] Quod dixit, in- tumuit à fletu, est חֹמֶר מֵרִירָה chomer merû, quod exponunt ipsi deducentes à chomer luto, cœno, humore, vt dicat facies mea, scadata est lachrymis & humore, assidue defluente: vt hoc Hebraicum verbum, sit quasi transferendum: Lutuit, lutescit facies mea: sit chomer, id est res humefacta, lutum: Sed tumor id designat, accrescente ex humore, & lachrymis, nescio quid in vultu. Idemq; est sensus. Et quod dixit eleganter, & perspicue ca- ligauerunt, est Hebraica figura, zalmaueth, vmbra mortis. In palpebris meis (inquit) est vm- bra mortis. Sed quid nobis Latinis, est vmbra mortis? Ergo caligo pulchrè dicta est. Sic, & F Sept. dixerunt σκιά vmbra. Cõnumeratisq; malis, ostēdit, secus quàm calūniaretur Eliphaz, im- merito sibi obuuisse. Hæc passus sum, absq; iniquitate manus meæ, cum haberē mūdās, ad Deum, preces meas.] Ad perspicuitatē adiecit. Hæc passus sum, cum Hebraicè sit dūtāxat. Propter nō iniquitas in manu meā, & oratio mea munda. Vidēs, vt declarauerit transferen- do vitatā κακοζήλια. Iniquitatem autē dixit, quod Hebraicè שָׂוָה chamas, violentiā, rapinam. Duoque ponit maxima scelera, omnium aliorum principia, quæ se vitasse dicit, iniustitiam, & rapacitatem erga homines, impietatem erga Deum. Neque (inquit) ius humanæ socie- tatis vnquam violauī, neque impius vnquam fui, Deūq; non colens, & implorans, ad iēns- que ad templa, animo puro, & innocenti, omnique scelere expiatio: ne quid animo polluto precarer, contrāque me orarē dicens: fac mihi, quod cæteris facio: dimitte, sicut debitori- bus ego meis dimitto. Quod autem addit. Terra ne operias sanguinem meum, neque in- ueniat in te locum latēdi, clamor meus.] Duo possunt esse sensus: primus vt possit esse quasi mutila oratio. Terra si ita est, quod amici mei dicunt, me impiū fuisse, ne recipias sanguinē meū, nec sit locus clamori meo: nemo sit, qui lamēta meā exaudiat. Hunc sensum proponit Auen Esra assumens exemplū ex alio loco. Iniquitatē si aspexi in corde meo, non exaudiat Dominus. Verūtamen exaudiuit Dominus Deus. Alius est sensus, qui mihi magis probatur: O terra ne operias sanguinē innocentē. Contra sanguinē innocentē vociferati sunt amici: effude-

Aeffuderunt, quasi hostes: aut ipse Deus tanquam gigas effudit sanguinem meum inno- centem. Fac, vt pateat hæc iniustitia: sit manifesta, ne abscondas in visceribus tuis, san- guinem meum, quem innocentem, effusum accepisti: & non sit clamori meo locus, id est vbi lateat absconditus, nemini cognitus, sed cognoscatur, sentiatur, audiatur, sit manifestus, veniat ad aures Dei, non abscondatur in terra. Hunc sensum noster innuit. Innuit & Leui. Et est verior. Sciendum terram recipere sanguinem dici Hebraica phrasi, & clamare tanquam testem in aures Dei super sanguine innoxio, sicut cælum & terram contestantur sacri scriptores. Nam quoniam sanguis in terram effunditur, ea veluti sangui- nis istius conscia dicitur in aures Dei vociferari. Diciturque in Genesi. Vox sanguinis fra- tris tui clamat ad me de terra. Tale quid Iob postulabat, terram inclamare, vociferari, super effuso suo iniuste, & innocenter sanguine. Et Auen Esra inquit. Sunt, qui dicant, Terra reuela iniustitiam, quæ contra me sit, non sit locus, in quo clamor meus abscon- datur, sed statim ascendat. Burgentisq; eum declarauit sensum. Nam Nicolaus, qui ter- ram pro amicis Iob, qui felicitatem suam ponerent in terrena prosperitate, dicit aliena, & longinqua petit. Huic sensui etiam, quod sequitur astipulatur. Ecce enim in cælo tes- tis meus, & conscius meus in excelsis.] Hebraicè: Etiam (inquit) nunc ecce in cælo tes- tis meus. Hoc quoque potest duobus modis intelligi: aut quod Deum innuat, qui testis, & conscius sit iustitiæ, sanctitatisque suæ, aut cælum ipsum appellat testem, sicut & Mo- ses. Audite cæli quæ loquor. Et Esaias. Audi cælum, & percipe terra. Et nostri Poëta.

B Vos æterni ignes, & non violabile vestrum, Testor numen ait. Et apud Tullium: cælum, noctemq; contestans. Sic nunc ait in cælo ap- parere testimonium suæ innocentie, sicut terra testabatur de sanguine eius innoxio. Flecti- turq; post querelas, & lamentationes, apertè ad ipsos. Verbofi amici mei: ad Deum stillat oculus meus.] Verbosus congruè dixit, qui sunt Hebraicè מְלִיזִים melizim, eloquentes, disferentes, nugantes. Hinc in primo psalmo, pro eo, quod nos habemus. Et in cathedra pestilentie non sedit. Hebraicè est. Et in cathedra læcim derisorum, quasi nugacium, ab ista voce. Quare non significat nunc interpretem, duraq; nimis est expositio Burgensis. Quodque statim subiungit: Ad Deum distillat oculus meus. Loquamini (inquit) impu- nè vos contra me: sit vestræ libertatis mentiri: explete vos maledicendo: ad Deum verto flentes oculos meos: ille meas lachrymas aspiciat, illi luctus meos ostendo. Agnoscat ille questus & planctus meos. Magisque ostendit hunc suum affectum. Atque vtinam sic iudi-icaretur vir cum Deo, quomodo iudicatur filius hominis, cum collega suo,] Si audias He- braica, hoc modo habent. Et arguat ad virum cum Deo, & filius hominis cum proxi- mo suo: Quod scabrosus est. Est sensus, quem noster clarius reddidit. Nam & Rabi- Leui. Quis det inquit, vt posset homo, disceptare cum Deo, sicut disceptant inter se homines? Vides in his, quod noster dixit iudicaretur, significare, disceptaret, argue- ret. Vtinam (inquit) liceret adire aliquam aulam, aliquod forum, in quo Deus semel in hebdomada, aut mense, aut anno, aut die sederet iudex, causasque omnium diligenter catteret, egoque ad tribunal eius accedens, possem agere cum eo, cunāque rogare, quid commererim, quod me tot malis oppresserit: quod scelus tantum admiserim, cui tam atrocia supplicia illata sint. Et quoniam omnium rerum est prudentissimus, eius tes- timonio probarem, qui penitus omnes cogitationes & facta mea habet explorata, men- daces esse amicos meos. Quod hoc optet, addit. Ecce enim breues anni transeunt, & semitam, per quam non reuertar, ambulo.] Quod Hebraicè est. Quia anni numero ibunt, & semitam non reuertar, quam ambulo. Quoniam (inquit Rabi Leui) numerus annorum, qui mihi residui sunt ad viuendum, veniunt nunc, & moriar, aut spiritus meus attenuabitur. Numerus igitur annorum designat, quod anni numerantur nunc tan- quam breues, tanquam pauci, attēditur ad hunc numerum. Sicut quibus breue tempus est negotio exequendo, omnia momenta numerant. Itaque Iob cum senectam videret præ- cipitantem, cum circum tempora canos cerneret, optabat de causa sua coram Deo age- re, vt eo sententiam, pro innocentia ferente, absolueretur, vt si quid vitæ superesset, quie- te & curis, morbisque leuatus ageret. Da mihi (inquit) aliquod solamē: antequam, moriar, antequam canicies ultra proserpat, nam vitæ cursus reuocari non potest, fugit irreuoca- bilis ætas.

Hoc caput statim attextitur ad superius, nullumque est in sententiis interuallum: Cetera prosequitur mœsta, quibus attenuatio, decurtatioque vitæ significatur. Ac dicens, Spiritus meus attenuabitur,] spiritum appellat vitæ vigore, vitam ipsam corpoream, quæ spiritus est, hanc ait attenuatam, attritam, non annis solum & tempore, quod omnia exedit & consumit, sed etiam cladibus illis. Attrito spiritu, anni velocius abierunt. Pro vno anno non fuit dimidium, sicut quibus vitæ interciditur cursus: dimidium ætatis, cladibus illis est detractum. Nam spiritus corporeus vexatur, & atteritur, animi & corporis languoribus, quæ affatim incubere ipsi Iob. Propria igitur est spiritus attenuatio. Hebraiceque dicitur חֲבַלָּה Chubalah, id est, dispersus est, dissipatus. Et Leui demolitus ait, euersus, fractus. Et quod ait. Solum mihi superest sepulchrum.] Apparet nostri interpretis, vt esset clarior tralatio, diligentia. Nam Hebraicè est sepulchra mihi. Et quod ait. Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus,] Hebraicè sic ad verbū. Si non fallaces, aut illusores mecum, & in amaritudinibus morabitur oculus meus. Oratio mutila, sic intelligenda, vt ab Hebræis quoque intelligitur. Si non (inquit) detur hoc forum, hoc tribunal Dei, ad quod miserimus ego confugiā, ecce illusores adfunt amici, qui procul à cladibus positi, irrident me, illudunt, inuolitant, super doloribus meis philosophantur, quoniam Deus iustus est, fieri non posse, vt affligerit immeritum: reliquum esse, vt tantum impius fuerim, quantum malorum desceuit in me, fortunâsque meas. Veniat igitur ipse Deus, sedeat iustus iudex, applicemus ad tribunal eius, præbeat se mortalibus oculis conspicabilem, iudicet ipse, videat, qualis omnis ante acta vita mea fuerit. Ni fiat istud, aderunt canes inaudita in me rabie, circumlatrantes, illudentes. Cogor illachrymari: addunt oculis fletus, ingeminant lachrymæ, perpetuo in lachrymis immoratur mea lumina. Nam cum omne studium meum in eo fuerit, vt Deum piè, sanctèque colerem, nec cogitatione, sermone, operèque offenderem, cum pietatem rebus omnibus præferrem, ecce dicor impius, Dei contemptor, rapax, conflasse mihi opes, ex alieno sanguine. O rem lachrymis dignam! O Dei iudicium, qui conficius omnium rerum es. Ad hunc sensum sequitur. Libera me, & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me.] Hebraicè sic. Pone quæso, fidem iube, aut vadare mecum, quis est, qui manibus stipuletur? Is sensus fateor in nostra tralatione non est. Horum vera sententia est, quoniā persistat in ea postulatione, vt adsit iudicium Dei, veniat ipse iudex. Rabi igitur Leui sic. Pone quæso cor tuum ad me ò Deus, ad respondendum, in disceptatio, & da mihi vadem, aut vadimonium, vt possim fidere, quod respōdebis verbis meis, quia desiderium meum est, disceptare tecum, non cum istis. Deinde ex persona Iob. Ah Domine summe & benedicte, adhibe cor tuum ad me, ad audiendum verba mea, & ad respondendum super eis, quoniam desiderium meum est, disceptare tecum, si fieri possit, quia nosco, te non venturū ad agendū mecum, nisi rectè, & iustè non falsis argumētationibus quod faciunt isti. Et si esset possibile, da mihi vadē, vt possim fidere ei, quod perficies disceptationem mecum. Ecce ego vehementer cupio inuenire aliquem, qui præhendat, manus meas quasi promittens & affirmans, quod erit disceptatio inter me, & te, si esset possibile. Hocque omne dixit Iob, vt dēceret, veritatē esse pro se, & vt coargueret falsitatē, mēdaciāque amicorū suorū. Hucusque Iudæus ille. Quare sensus est clarus. ~~Noster~~ noster dixit. Libera me, ~~et~~ et quod sequitur. Pone me iuxta te. Hebræi quoniā pone est absolutū, & non est, iuxta te, dicunt pone cor tuū, adhibe mentē, ad respondendū, disceptandūque mecum. Et quod dixit. Et cuiusuis manus pugnet contra me.] Primū reliquit verbū in medio עָרַכְתִּי imach, id est vadare, da mihi vadē apud te, da fideiussorē, da qui promittat mihi pro te, venturū te esse mecum ad disceptandū. Quod autem dixit. Pugnet, Hebraicè יָדַי לְיָדֶיךָ leiadi orbēni ithakēa, manus meas capiat, ille vades det mihi dexterā, & venies in iudiciū, fidē suā obliget pro te. Hæc tota significatio colligitur ex verbis Hebraicis, estque vera. Quare autē cum Deo, non cum amicis, disceptare, agerēque de causā sua velit, subiicit. Cor eorū longe fecisti à disciplina, propterea non exaltabuntur. Prædā pollicetur sociis, & oculi filiorū eius deficiēt.] In origine. Quia cor eorū abscondisti ab intelligentia, ideo non exaltabis eos. Ad blandiendum annuntiabit amicis, & oculi filiorum eius deficient. Prior periodus clara. Eis Deum non aperuisse cur mala Iob intulerit. Eis non dedisse Deum sapientiā: carere eos iudicio, tanquam secordes: nihilque aspicientes præcipitare iudicium: temerarie iudicare:

non

Anon agnoscere veras rerum causas. Fas (inquit Leui) erat vt eos non lateret, quod ob dolores, & amaritudines, quas maledicendo, detrahendōque meæ probitati, attulerunt mihi, non exaltabis eos. Non modo, non exaltabis, sed condemnabis etiam: vt apparebit in fine libri, vbi se contra amicos Iob, ostendit Deus iratum. Carent ergo sapientia, abscondisti eis arcana sapientiæ ac prouidentia: nec explicare queunt, quare iusti vexantur: temerèque hallucinantur, putantes cuncta illata hominibus supplicia, ex eorum impietate proficisci: cum tamen plura mala iustos pati videamus, quàm iniustos: qui sæpe vsque ad extremam senectam sunt beati. Ergo alia ratio subest, quam isti, nec capere, nec explicare sciunt: non est eis à Deo reuelata, ideo non exaltabit eos Deus: aut quia cōtra eos irascetur (vt dixit Leui) aut quoniam hæc carent sapientiæ diuinæ, prouidentiaque cognitione, erunt inglorij. Sunt imperiti, famam, & decus non promerentur. Exaltationem refert Nicolaus ad futuram vitam, quam non puto hoc loco designari, nisi longinque. Secundo autem loco, vbi noster dixit, prædā pollicentur: est Hebraicum verbum לָקַח lekelec, quod potest designare, aut ad diuidendum, aut ad blandiendum. Sub eadem voce diuisio, & blanditio, licet sit varius canonismus. Ergo Hierony. significatum diuidendi, secutus est, diuisionemque prædā dixit. Chaldaus item id secutus est לִמְסַחֵם lemassig, ad diuidendum. Etiam Septuaginta τῶν μετέδιδον ἀναγίνωσκον κακίας. parti annuntiat vitia, Hebræi vero secundum proponunt. Sciendum quoque hanc vocem, quæ in Hebraico est רֵעִים reim, amphibolam esse. Designat cogitationes & amicos. Pro cogitationibus accipit Leui, vt dicat. Qui ad blandiendum annuntiabit cogitationes. Id est, qui volens, quasi Deo blandiri, & in gratiam eius iustos opprimere, annuntians & explicans intimas ipsius cogitationes, consilia, arcana, quasi factorum ab eo teneat rationes: habens innumerato: non is solum peribit, sed filij quoque eius deficient, mendicabunt, lachrymabuntur, erunt orphanij, & inopes, propter paternam iniquitatem, vt ad verbum dicit Leui. Ille (inquit) qui ad blandiendū efferet, annuntiabit cogitationes, quæ ascendūt in corde suo, vt te liberet ò Deus, quod non sis patrator iniustitiæ, & iniquitatis. Certè dignis eum suppliciis afficies, quod in te stultè peccauit, vt homines solent: adeo, vt oculi filiorum eius deficiāt. Hæc ille. Quod si sequaris eum sensum, vt dicas. Ad diuidendum annuntiabit amicis. Hoc est, vt noster sensit, ad prædandum, vt Iob reiiciat in amicos crimen rapacitatis, quod sibi obiecissent, daturōsque dicat poenas, non ipsos solum, sed etiam filios, vt semper illachrymētur, erit etiam congruus sensus. Nec te moueat, quod post numerum multitudinis amicorū, transeat ad singularem, ad prædandum, vel blandiendum annuntiabit, quoniam & hæc oratio est vniuersalis. Quicumque facit, quicumque detrahit, quicumque blanditur. Memineris etiam Iob esse obscurissimum, vt propositis probabilius sensibus, ne quæras amplius. Cūque prouocasset ad forum diuinum, atque amicos insipientes ostendisset: qui, quasi causam Dei agere patrioni eius vellent, reuertitur ad quarimonias, suarūque miseriarum cogitationes. Posuit me, quasi in prouerbum vulgi, & exemplum sum coram eis. Caligauit ad indignationem oculus meus, & membra mea, quasi in nihilum redacta sunt. Quod dixit exemplum. Hebraicè est תִּפְתֵּי תֹפְתֵי תְּשֻׁבָה thopheth, tres sunt sententiæ, vt sit thau in fine adiectitia, sitque תִּפְתֵּי thoph tympanum, vt in omnibus scripturis reperies. Secundo vt sit locus vallis Thopheth, nomen vallis filiorum Amon, locus execrandus, detestabilis: eoque designat etiam Geenam, Tartarum. Tertius significatus est, vt sit vox Chaldaica denotans Dominū, vt ait Leui. Ad omnes significatus hos, sequuntur sensus. Primus duarum primarū significationum. Factus sum tympanum, plausus: plaudunt mihi ridentes, clamantes omnes. Pulsor vndique obstrepō: plaudunt contra me manibus, pedibus omnes. Vndique explodō, aut sum cunctis prodigium, res execrabilis, horribilis, tanquam à dæmone, & Tartaro declinant omnes à me. Tertius sensus est quoniam Hebraicè pro præsentij, Sum coram eis, est futurum, תִּפְתֵּי eheieh. Et futura Hebræis sunt pro præteritis imperfectis, erā: Et Thopheth, id est Dominus eram eis. Leuique explicans inquit. Posuit me Dominus, vt essem in prouerbum, & fabulam, pro eo, quod eram ante hac eis vt Dominus, & princeps. Noster, primas significationes, secutus est. Sept. Thopheth dixerunt γέλας, γάμμα, risum, miraculum, prodigium. Clara sunt, quæ superius diximus ex ipsis scripturis. Quod autem secundo loco dixit. Et membra mea quasi in nihilum redacta sunt: Hebraicè, pro membris meis, sunt יְצֻרַי iezurai, quod à singulari est יֵצֵר iezzer, sonatque cogitationē, sumentum animi, conceptum mentis. Quod nec ipse Hieronymus ignorabat. In Genesi, Cunctaque cogitatio hominis intenta

Q iij

esset ad malum. Vbi est iezet. Pro cogitationibus, accipit Rabi Leui, exponens hanc vocem alia מַחְשְׁבוֹת machsheuoth. Sed Auen Esra, sicut, & noster, pro membris, ponens pro ea clariorem עֲבָרִים ebarim, membra. Et pro. In nihilum redacta sunt, est Hebraicè zel, umbra. Cogitationes, aut membra mea, tanquam nihilum facta, tanquam umbra. Tanta fuit indignatio ad quam illi me prouocarunt, quia deridebant, vt caligari oculus meus: aut lachrymis, quibus deplorabam irrisionem, aut animi commotione, & mœrore, qui sæpe tenebras offundit. Vnde Græce mœror ἀθυμία sine animo esse. Hanc autem oculorum caliginem antecessit dolor animi, quo factum est, vt quidquid cogitarem, nihil subsisteret, dolore dissipante animum, & absorbente, vt Græce dicitur, quia tollit animum, tollit cogitationes, non sinit cernere. Hoc in mœrore, & indignatione. Quod si referas ad membra idem erit. Genua labant, ex mœrore & timore, non stant, non subsistunt, non sunt membra, vigore dissipato, euanescente. Poeticèq; omnia dixit, & per magnas hyperboles. Vt, Feror ingenti circumdata nocte. In æternam clauduntur lumina noctem. Tenebris nigrescunt omnia circum. Prosequitur lachrymans, ostendensque si non illis, ipsis ipse amicis suis, certe rectis iudiciis & iustis, fore rem stupori, admirationi, iustis calamitates has accidere. Stupebunt iusti super hoc, & innocens contra hypocritam suscitabitur. Et tenebit iustus viam suam, & mundus manibus addet fortitudinem. Pro hypocrita, vt sæpe dixi, est חָנָפִי chanephi, impius, aut quod nunc Septuaginta ἐξομολογῶν exlex. Mirabuntur igitur, & stupebunt recti, quos iustos noster dixit, recti inquam iudicij, mentis æquæ, & prudentis, super his malis, quæ iustis obueniunt, qui nihil egissent, quam obrem ea mererentur. Excitabiturq; & euigilabit, & animo commouebitur, innocens id est purus, noxius contra, id est super fonte, & impio, quod peccans, felix tamen est & beatus. Id enim commouit multos, videntes sceleratos, magnis facinoribus perpetratis, nullas dare pœnas: contra bonos interfici, neminem esse, qui vel illis pro malefactis incutiat meritas pœnas: aut his pro iustitia & pietate præmia digna tribuat. Ac nisi reuelata desuper esset altera vita, prædicatūq; oraculis cælestibus Deum constituisse diem in qua iudicaturus sit mundum, quod non potest nisi in vltimis sæculis fieri, hæc dubitatio, mentes nūc quoque mortalium torqueret. Sed, vt olim fuit magna super ea dubitatio, sic nunc magna certitudo, futuram diem, in qua scelerati iudicabuntur à Deo, stabuntq; ante tribunal eius tremantes, æternis suppliciis deputandi. Iusti autem coronati, laureati, omnium oculis conspicui. Hæc nunc certissima sunt. Quod autem dixit, Et tenebit iustus viam suam. Rabi Leui, verum sensum demonstrat. Non tamen (inquit) iustus à iustitia sua discedet, sed viam probitatis solitam sequetur, & cui manus puræ sunt, & insontes, vt quas, neq; sanguine, neque rapinis contaminauit: addet fortitudinem, magis confirmabitur, vt pietatem, iustitiamque retineat. Neque enim tamen iusti & recti mirantur sceleratos nihil pœnarum pendere, ob id ad mores eorum, flagitiâque declinant: sed multo magis confirmantur. Reuocantque se totos ad pietatem, & iustitiam. Sic ego inquit Iob, tamen si videam vos florentes, & beatos, me autem prostratum, saucium, non adeo turbor, vt sim pietatis proditor. Nam quæ præter nostram culpam accidunt, sunt causa maiorum bonorum. Cumque corrigant animum, melioremque faciant, etiam ad æternas coronas agunt. Itaq; Deus auertat à Eliphaz, quod tu dixisti, me abiicisse timorem Dei. Non abieci, à Eliphaz, sed magis sum confirmatus. Potius hæc culpavestra est. In eos iure merito inuehitur. Igitur omnes vos conuertimini, & venite, non inueniam in vobis vllum sapientem. Expurgatis criminibus: Stultè (ait) iudicatis, peruerso iudicio estis: nihil in vobis est sapientiæ. Priuauit vos Deus sapientia & intellectu: quibus male est in hac vita, scelera eorum castigari, proiectos à Deo, damnatosque ad pendenda supplicia: Felices autem ac beatos creditis, bonos, ac pios. Quo nihil stultius dici potest. Cum non solum bona corporis, & fortunæ sint, vt Aristoteles ait, temeraria, denturque meritis & immeritis, vt indignum sit ea Deo, accepta referre: sed sit etiâ sæpe, vt peiores, magisq; fraudulentis sint ditiores. Videte igitur vestra iudicia. Conferamus omnia, videamus, nihil in vobis deprehendetur sapientiæ. Hocque cômémorato, reuertitur ad solitas quærimonias. Non potest enim mens indoloribus consistere. Et vulgo dicitur. Lingua remeat, vbi dolor est dantis. Dies mei transierunt, cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, & rursum post tenebras, spero lucem. Quod dixit, Torquentes cor meum, Hebraicè est מוֹרַשׁ לֵבָבִי morashè lebabi. Id duobus significatis potest accipi. Vt morashè, sit quasi participium à verbo יָרַשׁ iarash, quod non

Anon solum signat hæreditare, sed etiam dissipare, diruere. Hoc significatum secutus est noster. Secunda significatio est, vt denotet cogitationes, sitq; repetitio, vt ait Auen Esra. Cogitationes meæ dissipatæ sunt, cogitationes inquam cordis mei. Auen Esra igitur hanc vocem declarans, ponit pro ea notiorèם שֵׁיפִים sheiphim, cogitationes. Rabi quoque Leui, ponit pro ea, machsheuoth, id est cogitationes. Quod autem dixit, Post tenebras spero lucem. Est in fonte. Lux propinqua ante tenebras. Quod duos habet sensus. vt dicat lucem aduentare post calamitates illas. Vel erit accusatiuus, seruiens antecedenti verbo. Noctem verterunt in diem. Lucem propinquam ante, vel propter tenebras. Is secundus est verus sensus, quem Rabi Leui enodans paraphrastice inquit. Ecce præ multitudinem dolorum meorum, quoniâ immeritus veni ad extremam vitam: quoniâque dies mei abierunt, sunt cogitationes, cõsumptæ à me, quæ erant cogitationes mentis meæ. Quia mens, quando vult vestigare quid, diuidit, voluitque prius partes eius rei, quam cogitat, conferens, quæ eam asserant, & quæ infirmant. Ecce inquam, mea illa vis animi & acumen cogitandi, corruptum & turbatum, & confusum, facit, vt res, quæ essent antea mihi claræ & perspicuæ, sicut ipsa lux diurna, obtenebratæ fuerint, & absconditæ, sicut nox: & lucem, quæ erat propinqua mihi, & claritatem omnem, reddiderunt tenebrosam, & vt noctem, propter tenebras tribulationum ac miseriarum: pro eo, quod vos consolamini me, fore, vt tandem emergam, tollamque caput ad sidera. Hæc ille. Vides igitur, quomodo corruptionem, dissipationemque cogitationum, sit interpretatus: nempe vim animi, cladibus & doloribus extinctam & obrutam, sicut extinctum corporis robur, atâque tempore non suo dissipata. Nimirum, quod Poëta noster dixit,

Omnia fert ætas, animum quoque.

Si ætas, multo magis vexationes & clades. Et quod dixit. Noctem verterunt in diem. Est tanquam *ἡσπέρα* diem reddiderunt noctem. Fecerunt, vt quod dies esset, id est lux & claritas, caligauerit. Vt dixi, tum ad vigorem cogitandi, referri potest, tum ad gaudia & mœrores. Gaudia in sacris litteris, sicut, & profanis dicuntur lux, claritas. Vt Poëta noster.

Nonna lux oblata, timorem leuiit.

Sic tenebræ, mœrores dicuntur. Igitur (inquit) omnium rerum facta est conuersio, excussa mihi est alacritas omnis: tenebris nigrescunt omnia circum. Noctem diei immerferunt. Pulsæ dies aduentu noctis. Lucem fecerunt propinquam tenebris. Fitque repetitio eiusdem rei, diuersis nominibus: prius diem dicit, postea lucem: prius noctem, postea tenebras. Illud obserua, verterunt, aut posuerunt, alios referre ad calamitosas cogitationes, quæ cunctis caliginem obduxerint: alios ad amicos, qui verbis acerbis omnia mœsta reddiderint. Placet primum. Sensus igitur in nostra translatione: Post tenebras spero lucem: non est in fonte, & in hac quærimonia, nihil de spe sua loquitur, plena lamentis omnia, etiam sine spe. Ideo similia superioribus infert. Si sustinuerit, infernus, domus mea est, & in tenebris strauit lectulum meum. Putredini dixi, pater meus es, mater mea, & soror mea vermibus. Calamitatibus deploratis, ostendit nullam aperiri spem ad meliora. Si (inquit) expectem, si sperem, si circũuertam animum, nihil aliud cerno, quàm paratum infernum, id est fossam, sepulchrum. Etenim Hebraicè שְׁאוֹל sheol, infernus, vel sepulchrum. Hæc ait, domus mea, in tenebris subterraneisque locis, qui Græcè etiam dicuntur *ἀειδίς* quasi sine forma, decorerunt mihi sedes: putrescam: vermes erunt mea familia: illi sorores, mater, pater, Domus, sepulchrum: cubiculum, quod olim auro radiabat, tenebræ: famulitium, cognati, affinesque, & amici, & socij, vermes. Hoc expecto: hæc mea spes, hoc superest. Vbi est ergo nunc præstolatio mea, & patientiam meam quis considerat? In profundissimum infernum descendunt omnia, putas ne saltem ibi erit requies? Hunc locum explicans per paraphrasim Leui inquit. Ecce vbi nam est spes, & præstolatio mea. An expectabo venturam felicitatem corpoream, post interitum? Aut dicit hoc cõtra id, quod illi dicebant, discrimen esse inter bonos, & malos, quando superuenerint eis calamitates: quod impius non sperabit reditum in tenebris & calamitate: verum iustus confidit, quod Deus benedictus tollet clades illas ab eo. Vera dicit ergo Leui, hæc Iob locutum, vt refelleret ea, quæ dixerat Eliphaz, eosque insipientes argueret. Nam si non essent alia præmia, quam vitæ huius, iusti, probi, miserabiles essent cunctis hominibus, sicut Paulus inquit. Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, quibus dignus non erat mundus. Et sæpe calamitosè, id est in tormentis vitam iusti finire. Si cuncta ad hanc vitam referas, plena sunt iniquitatis omnia, plus est mali bonis, quàm malis, qui & prudentius ea deuitant & inferre sunt parati, sèque vlcis. Et vt i. le

inquit. Et Iupiter iacit fulmen: quod sæpe nocentes præterit, exanimatque indignos, inque demerentes. Infernum ergo, malim hic fossam interpretari: quam ut Hebræi & alij centrum terræ. Descendunt autem non omnia. Neque enim, & istud est in Hebraico. Item non est profundissimum. Sed omnes æquæ boni, & mali eodem fine cuncta clauduntur. Et quod noster dixit. Putas ne saltem ibi erit requies? Hebraicum non interrogat Sed sic. Simul super pulverem requies. Id est simul bonorum, & malorum est requies in pulvere. Hebraicè אפאר, humo, luto, lutulentis sepulchris. In lutulentis (ait) sepulchris, est simul requies bonis & malis, simul descendunt in humum, terram. Hæcque sæpissimè prædicavit Iob. Præcipuè primo capite, cum diceret. Principes magnos, & paruos, diuites, & pauperes requiescere sub terra, ostendens vnam omnium conditionem. De inferno igitur, & requie, nulla mentio: etiam Hebræi hic centrum terræ commemorant. Profundissimum quoque non est in fonte. Sed באד, profundum, vel profunda, quod ad fossam commodè refertur. Græcis quidem, Pluto vocatur à diuitiis, quod ad eum tandem vniuersa deferantur. Sed, & illud ad sepulchrū spectabit. Quod si philosophari velis, quod & ego sæpe sum arbitratus, ad inferos dicebant vniuersa deferri, quod nulla esset redemptio. Et sub eadem primi hominis culpa, cuncta propago tenderet ad inferos. Sicque ait neminem esse, qui spem illam suam consideret, quoniam ea sit natura humana.

CAPVT XVIII.

RESPONDENS autem Baldad Suchites dixit. Usque ad quem finem verba iactabitis? intellige prius, & sic loquamur. Quare reputati sumus, ut iumenta, & forduimus contra te? Eadem inculcantur, & quod faciunt altercantes occupati in obiciendis sibi inuicem criminibus, sæpe eadem crimina repetunt: & veluti inter duos absentes altercatione coorta, agitur de eadem causa diligentius. Tale quid factum est inter Iob, & amicos. Hinc eadem vbiq; materia. Illic repetunt, solos malos adire clades, si vel aliquandiu floruisent: ipsum Iob tacite innuentes: Iob tum sese expurgat, tum regerit in illos non quidem idem crimen, sed probat suam innocentiam, tum deplorat calamitates, perperuisque est apud eum luctus. Itaque quod noster dixit. Verba iactabitis, numerus multus est, iactabitis. Sic etiam: Intellige, est intelligite: ut ad vtrumque spectet Iob & Eliphas. Ac Rabi Leui asserit, id dixisse Baldad, cōtra Iob, quoniam super eadem re, multa verba faceret, easdemque rationes adhiberet. Verum omnium illorum ea culpa est. Ac quoniam gliscebant animus Baldad loqui, impatienter cæterorum orationem ferebat: breuitérque inculcat eadem, atque Eliphas. Indignatúrque quod illis loquētibus, ipse tacens, quasi contemni & præteriri videretur: Indignatúrque est contra ambos, non contra Iob solum. Nam quod noster dixit, Coram te: est etiam numerus multus, coram vobis. Sordefcere autem se dixit, & alios, in oculis eorum, quoniam dixerat Iob memoriam eorum cineri comparandam. Et quoniam non inueniretur in eis sapiens: & quod Deus subtraxerit ab eorum pectore, sapientiam. Ideo subdit. Quid perdis animam tuam in furore tuo? Nunquid propter te derelinquetur terra, & transferentur rupes de loco suo? Quod dixit, perdis, est תורה, rapis, dilanias, discerpis. In ira, furore, indignatione. Desertam autem terram dixit, magna hyperbole. Tanta ne est sapientia, tanta maiestas tua, ut vnus sis instar omnium? ut te moriente, tota terra collapsura sit? Aut propter te Deus turbabit decreta sua, agétque sursum ac deorsum omnia? Cuncta ad nutum tuum disponet? Et quoniam nunc indignaris, minitarisque, terra propter te deserta erit? Aut quoniam quæreris, te innocentem oppressum, multaque de diuina prouidentia, eam in dubium vertens dixisti, putabis ob id, terram præsentia Dei destitutam? Labentur omnia nauclero absente? Cadent montes, eritque chaos? Hi sunt duo sensus, derelinquenda terra, quod vel ironice dixit de magnitudine Iob: vel spectat ad prouidentiam. Rupes autem dixit, pro montibus, qui sæpe in exemplum diuinæ sapientiæ, ac potentiæ adducuntur. Sunt enim mirabiles. Hi præcipuè facti à Deo prædicantur, & stare firmante, sustinentéque eo dicuntur. Cuius vinculis destituti collabantur: sequenturque omnium interitus. Vertiturque cōtra Iob iuxta superiores, eum in impiorum numero recensens: ut qui videretur illa repentina increpatione noua dicturus, nihil noui asserat, sed eadem reperat. Nonne lux impij extinguetur, nec splendet flamma ignis eius? lux obtenebrescet in tabernaculo illius, & lucerna, quæ super eum est, extinguetur. Lucem, intelligentiam, consilium, sapientiamque appellat, quam ait extinguentam, ut qua celebres essent, qua diuitias quæsisent. Aut appellat, ut sæpe, lucem, alacritatem,

alacritatem, felicitatem, beatitudinem. Hanc (ait) extinguentam. Terque repetit per epirasin eandem lucem extinguentam: Lucernam non arsuram. Tribus similibus nominibus significans eandem rem, luce, igne, flamma, lucerna. His alacritas, felixque successus designatur, opulencia, beata vita, placiditas. Splendor etiam Latine dicitur magnificentia, opulencia, Regali splendida luxu. Nobiles item, & insignes facit opulencia. Excutietur (ait) omnis alacritas, omnis honos impio. Et vulgo operire focum domus suæ dicuntur, quibus nihil post mortem superest. Tota familia extincta. Tabernaculum dicit domum ipsam, quod vsus tabernaculorum esset apud Arabes: Eoque peculiariter dicuntur scenitæ, in tabernaculis habitantes. Declarat apertius, Arctabitur gressus virtutis eius, & præcipitabit eum consilium suum. Immisit enim rete in pedes suos, & in maculis eius ambulat. Verba clarant. Et in maculis eius ambulat. Latine noster, maculas rete dixit. Virgilius.

Maculas & retia ceruus ponere.

Hebraicèque pro maculis רשתות, sebakà, rete, macule. Arctari gressus dicit: Cursum intercedi: cursum inquam, aut felicitatis, aut fraudum, consiliorum, vitæ, quam degit. Eoque appellat potètiā eius, quam noster virtutem dixit. Eamque (ait) procedere, & gressus, quibus crescebat, & florebat, intercedentur, breuiabuntur, non ibunt longius. Cingentur indagine certa. Demptra erit libertas, eundi, faciendi: cogetur intra præscriptum. Et quod primum erit, efficiet Deus, ut consilia ea proferat, ex quibus domus euersio, ruinaque sequatur. Ut sæpe fit, vno consilio, & voluntate, cogitationeue, quam quis male consultasset, totam urbem corruisse, trucidatūque impium iacuisse: ut capiatur mirabili modo. Horum exemplorum vita refertissima in speratis calamitatibus, quas nunquam credidissent, impios circumuentos. Atque etiam Plutarchus autor, Deum parantem alicui mala, primū euertere mentem, consiliaque obscurare, ut aggrediatur ea, è quibus sequatur euersio: Quod est intelligendum propter peccata mortalium, ita iustitia diuina requirente. Itaque sic à Deo capiuntur tales, sicut ab aucupe aues, à venatoribus feræ, quibus, aliqua cogitatione oblata, in qua utilitas earum appareat, capiuntur, & in laqueo præcipitatur. Offertur & impiis aliquod emolumentum, quod impietatum est catastrope. Quam est infinita Dei sapientia, tam varias potest efficere pœnarum causas. Repetit, inculcatque eadem nominibus diuersis. Tenebitur planta illius, & exardescet contra eum sitis, Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super femita. Quod dixit: Exardescet contra eum sitis. Est Hebraicè præualebit contra eum זמם zamim, cui varios adhibent significatus. Leui exponit פראז, scelèratum, præuaticatorem, fortem. Auen Estra, lingua Arabica, lapides designari, ut sit contrarium ei, quod dixerat superius, cum lapidibus agri pactum tuum. Nunc in contrarium. Lapidès agri contra eum. Omnino vox designat sitientes. Ac mihi placet vehementer sensus Septuag. interpretum, ut verbum, quod est in Hebraico יאחזק, non referat ad id, quod dixit sitim, sed Deum. Sic enim illi, καὶ τὸ χυλοῦ ἐστὶν αὐτοῦ δὴ τῶν νεφελῶν. Confirmabit, corroborabit Deus cōtra eum sitientes. Sitientes dixit, aut sitibundos sanguinis, sicut exposuit Leui, præuaticatores, robustos: aut Arabas illos latrones, qui deserta, solitudinèque incolunt, dicunturque à Græcis Trogloditæ, æstum, in subterraneis caernis fugientes: Hi que sunt sitientes, habitantes in locis aridis. Hæc erit pedica, is laqueus, Incidet in hominem crudelem, robustum. Hic tandem deueniet impius. Repetit, inculcatque eadem, verbis diuersis, sententiam. Vndique terrebunt eum formidines, & inuoluent pedes eius. Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat costas eius. Quod dixit: Inuoluent pedes eius. Est הֶפְחִיזוּהוּ, dispergent eum. Deinde pedibus suis. Quorū sensus est, quod eum dissipabunt, cogentque huc, & illuc diffugere, consulere sibi fuga. Timor addidit alas. Neque aderit, ut ait Leui iumentum, super quo conscendat fugiens persequentes, datus in manus hostium, ad pendendas pœnas scelerum. Quod autem dicit. Attenuetur fame robur eius. Pro robore, est און, quod duo signat, robur, vim, dolorem: & filium progeniem. Idque exponunt Hebræi cōcorditer. Ut Benjamin dictus ben on. Nam doloré, qui hac voce designatur, Hebræi partum vocant. Hinc Græcè idem est verbum dolendi, ac pariendi. Erit ergo (inquit) semen eius famelicum. Quanquam Hebraicè sit imprecatio. Sit famelica propago eius: nõ ipse solus, sed etiam familia pendat pœnas. Duo igitur sunt sensus. Posteriores vnanimè Hebræi squuntur. Quod autem dixit. Et inedia inuadat costas eius. Pro inedia est אד, quod perniciem, calamitatèque sonat. Idque est hoc loco. Et calamitas (ut est in fonte) parata est in latus eius. Nam vox, qua noster dixit costas זלד, sonat etiam latus. Ecce igitur præmia malorum. Non ipsi solum reddunt cum scœnore, & puluisculo, quæ fecissent,

abstulissent, sed etiam eorum propago. Circumstantur angustia, attenuabitur, consumetur fame robur, aut posteritas eorum, qui posteris omnia pararent: ut plerisque videmus infano amore caecos, opes suis accumulare, nescientes non multos post annos medicaturos, in quorum gratiam, orbem terrarum auide spoliassent. Deuoret pulchritudinem cutis eius, & consumat brachium illius primogenita mors. Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius, & calcet super eum, quasi rex interitus.] Quod dixit, Deuoret, bis subaudiendum est, sicut Hebraice, Deuoret primogenita mors, cutem eius nitentem, curatam, deuoret brachia: & quod dixit, Pulchritudinem, est *בא* bade, ut ait Auen Esra, & Leui, ramos cutis eius, per translationem, id est virorem cutis, videlicet, quod noster pulchritudinem. Sic & Septuaginta, *καλαres* rami. Secundo loco ubi dixit, brachia illius, est eadem vox *באדא* badau, id est, membra eius, vel ramos, quos noster dixit, brachia. Pro membris hoc secundum accipit Leui: Auen Esra exponens eam vocem ramos, interpretatur filios. Omnis haec significatio latet sub eo nomine. Signat enim ramos. Sed ramos alij sentiunt membra corporis, quae ramorum instar protendantur, alij propaginem, posteritatem. Primogenitam autem mortem, quadam peculiari linguae suae figura, maximam cladem, principem calamitatem, maximam furiam, horribilem Allecto, cui nomina mille, mille nocendi artes, cui tristia bella, iraque, infidiaeque, & crimina noxia cordi, Hebraei vocant. Nam Auen Esra inquit, Primogenita mors, vis valida mortis, aut principium moriendi, & id, quod antecedit, antequam moriaris. Rabbi autem Leui, maximus (ait) morbus ex his, qui adducunt mortem. Eodem quasi sensu Nicolaus dicit mortem anticipatam, id est dolores praeeuntes. Septuaginta, vero, Primogenitum non ad mortem, sed eum cui infertur malum, retulerunt. Deuoret *αὐτῆς τὴν ἀρχὴν θανάτου* eius primogenita, pulchra, tempestiua, formosa quoque, ipsa mors. Sed lingua Hebraica, secus docet, & Hebraei bene rem ipsam explicarunt. Nam bechdor, primogenitum ad omnes res, non animalia solum, sed inanimata etiam referunt Hebraei, primogenitum dicentes, praecipuum, validius, melius. Quod autem dixit, Et calcet super eum, quasi rex interitus. Clarum est. Hebraice sic. Et adducat eum ad regem terrorum, formidinum. Dixit ergo eadem figura regem formidinum, atque primogenitam mortem. Est scilicet tralatio in utroque. Regem autem formidinum sentit, Hebraeis testibus, maximam formidinem, terribilem pauorem, qui ei tanquam rex superueniat. Adducere autem, refertur ad consilium, aut Deum. Deducet (inquit) consilium eius, fiducia, spes, aut Deus, eum ad regem formidinum. Deus efficiet, ut cadat in miseriam formidinem, quae eum tanquam rex terribilis opprimat. Nam quod noster dixit, Calcet, est *תחזהו* thazhidehu. Designat, deducet eum. Fiduciam tabernaculi dixit, Diuitias, opes, potentiam domus suae. Addit alias imprecationes. Habitant in tabernaculo illius, focij eius, qui non est: aspergatur in tabernaculo eius sulphur. Deorsum radices eius siccentur, sursum autem atteratur messis eius. Hebraice est. Habitabit in tabernaculo eius, ita ut non ei: verbumque ipsum in futuro, est foeminini generis. Refert Auen Esra, ut sit fera, vel animal: ut dicat. Habitabit alienum animal in tabernaculo eius, ita ut amplius eius non sit. Leui autem subaudit *הבהלה* habahalah, terror, formido. Deinde addit. Propterea, quod non eius, quia ex alieno sanguine, alienis opibus ipsum extruxerat. Pro sociis igitur nihil est in Hebraico, sed habitabit, tantum foeminini generis. Diuersa intelligunt, alij feram animal, alij formidinem. Et quod noster dixit. Eius, qui non est, cum sit Hebraice, & ipsum mutilum, *מבלי לו* mibeli lo. Duobus modis exponitur, ut non sit ei. Habitabit terror in tabernaculo eius, ut amplius non pateat ei locus: Aut quia non eius erat, sed ex alienis opibus, rapinis, ipsum construxerat. Ideoque aspergetur, effunderetur sulphur super ipsum, ut consumetur, diruatur, concremetur. Fiat habitatio ferarum. Sulphur. Deus immittet, concremabit domum, fietque horribilis habitatio, habitatio ferarum. Talem Romam videas euersam, sub terram horribiles caernae, porticus, aulae, cubacula, latibula luporum, vulpium, serpentium. Sulphur autem, aut manifestum, aut occultum. Dixitque sulphur, quidquid caelitus demittitur mali. Quod autem dixit radices deorsum, sursum ramos: appellat diuitem tanquam arborem, quondam florentem, virentem, felicem, late ramos, radicesque spargentem. Nunc superueniente calamitate exiccatis radicibus, ramis concrematis, totam arefactam. Ac quam noster dixit, messem, est Hebraice *קציר* kacir, quod messem quidem interdum denotat, nunc ramum, palmitem, surculum. Itaque praedicat eum, & totam propaginem periturum. Sunt futura, non optatiua, fitque eorumdem exaggeratio diuersis sententiis. Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in plateis. Expellet eum de luce in tenebras, & de orbe transferent eum.] Imperatiua (ut dixi) potius futura sunt.

Abolutam

A Absolutam proponit hominis impij ruina, quod non modo, summo de vertice corruet, sed ne memoria quidem eius superstes erit, recenti tantum eius ruina per ora, post in aeternum abolenda. In contrarium autem. In memoria aeterna erit iustus in hac vita: vniuersalius autem, & perfectius in altera, ubi & maior numerus eorum, qui pia facta celebrent, & omnes sunt boni. In plateis autem dixit quod illuc confluit multitudo, ibi de negociis, caeterisque rebus sermo varius circumsonat: ibi de impij interitu, opibus euersis, creberrimus sermo, post silebitur in aeternum. Tales fuisse putandum est, Romana florente rep. multos, quorum nulla nunc extet memoria. Quod autem dixit. Expellent eum de luce. Calamitates illum prostraturas, decus, splendorem, felicitatem, quae lux dicitur ablaturas, impulsuras in aeternum in tenebras interpretatur. Si tenebras inferorum sentias, lucem caeli empyrii, ubi diuina claritas resulgeat, ad quam impiis aditus non detur bene senties: lucem, viuentium, sentit Leui. Non erit semen eius, neque progenies in populo suo, nec vlla reliquia in regionibus suis. In die eius stupebunt nouissimi, & primos inuadet horror.] Quod semen dixit noster, est *בן* nin Filium sonat: progeniem, est *בן* neked, nepos. Ut neque filium, neque nepotem superstitem futurum demonstrer, magna ruina impio corruente. In regionibus suis, est *בגורא* megurau, habitationibus suis. Quod dixit: In die eius: Clarius in fonte. Super die eius, super illo die, quo ruent omnia. Mirabitur diem illum extremi interitus eius. Quod dixit: Nouissimi, & si nouissimos designat, proprius est tamen posteriori, Hebraice *אחרונים* acharonim, ab achar. Postea quos dixit, Primos, sunt *קדמונים* kadmonim: Maiores, Bantiqui. Fortasse praedicat miraturos maiores & minores, antiquos & iuniores. Omnis aetas (ait) stupebit super eo. Quod dixit. Horror, pulchre & Latine, Hebraice *שׁוּר* shaar, horripilatio. Vnde shaarim, pilosi, daemones, potius satyri, qui pilosissimi sunt. Clara est sententia quam nouissimè concludens. Haec sunt ergo tabernacula iniqui, & iste locus eius, qui ignorat Deum.] Haec illa opulencia, illae diuitiae, ex rapinis conflatae: finis impietatis & iniquitatis. Altera ab altera, a maiore minor, ab impietate iniustitia: quia iniusti dicunt Deo, recede a nobis: & qui non amat hominem, quem videt, multo minus Deum, quem non videt. Hoc ergo dicit Leui interesse inter Iob, & Baldad, quod Iob bonis & malis, aequa conditione dari mala dicebat: Baldad asserit id quidem, sed mala impiorum fore sempiterna, ut ad felicitatem nunquam reuertantur: bonos autem repullulare, aut suo tempore, aut in filiis. Nos quidem reuelata caelitus veritate, filios, & posteritatem non multum morantes, dicemus reflorescere iustos in patria vera. Florebunt enim sicut lilium in ciuitate domini. Sanctorumque velut aquilae iuuentus renouabitur. Haec spes faciet omnium incommodorum, erumnarumque tollerantissimos.

CAPVT XIX.

Verat consentaneum, Iob respondit conquerens, quod tam inhumaniter, & crudeliter ageret secum: appareretque ex responsione Iob, quaecumque videretur dicere in vniuersum Eliphaz, in vnum Iob esse directa: quod ipse animaduertens dixit. Quousque animum meum dictis venenatis fauciabitis? letales sermones in me iactabitis, ut attenuetis, dissipetisque spiritum meum? Decies super eadem re, verba fecistis: ad facietatem inculcastis, me poenas impietatis dedisse. Et non pudet contumelia, dedecore me afficere. Sola crimina iactatis: solis criminibus, & accusationibus agitis, rationibus minimè. Eisdem contumeliis decies inuectis: toties oportuit eum respondisse. Si Iob loquitur, nihil audias nisi lamenta, querimonias miseriarum exaggerationes, desperationem quandam. Si loquuntur amici, eiusdem rei insatiabilis repetitio, de ruina impiorum, de cladibus illatis in aeternum, de quibus cum sobrie differendum sit, quoniam saepe sunt exempla in contrarium: cum longe sint in hac vita inferiores, egentioresque boni, quam mali, & plerisque diuites non bonos videas *עני מרגלים* limina ad usque senectae florentes, felicesque semper: hi tamen super re tantopere dubia verbosè loquuntur. Nempè et si ignorauim, mecum erit ignorantia mea. At vos contra me erigimini, & arguitis me opprobriis meis.] Quid est cur adeo vos error meus, si fuit vllus, commoueat? Non erat prudentiae vestrae toties errata mea inculcare. Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum? Dabo poenas ipse, siquid errauim. Nihil ad vos attinet. Quod si pergitis obtrectare, imò dilaniare, proscindere me (quod Hebraice dicitur ingrandescere, insurgere,) ut identidem easdem contumelias in me euomatis: at perspicite diligenter, Deum aequo iudicio afflixisse me. Quod autem dixit, Flagellis

fuis cinxit, pro flagellis est *מצוד*, rete, plaga. Septua. aliam significationem, & aliam D deductionem secuti dixerunt, robur, propugnaculum. Cingere igitur retis est, & laquei, nō flagelli. Itaque etiam Hebræi ponunt rete. Quōdque noster dixit. Si clamauro ut impatiens. Pro impatiēte est *חמאם*, iniquitas, iniustitia. Si (inquit) clamauro, iniquitas fit mihi, fit iniustitia, iniuriam patior, nō erit, qui exaudiat. Non erit iudicium vsquam, quæ res calamitatem adauget, accusantibus amicis, & acriter instantibus. Nihil ait egi tale. Et quod iniquius est, nō possum probare. Si Deus adesset, ipse, qui nouit corda omnium, aperiret. Sed si eum in clamauro, non est qui exaudiat. Non adest quisquam, qui iudicet. Itaque inclusus sum vndique, nusquam me vertere possum. Perinde, ac si laqueo captus essem, stringor, arctor vndique, & premor. Tenebrosa est semita, aspersa caligine, horrore, caritate, ut quo velim, pergere non possim, quōd Deus offudit caliginem, sepit nube cæca circum me omnia. Inclusio signat vno in loco eum obsideri, nullum patere à tantis miseriis exitum, ac respirationem, instantibus vndique malis, à quibus non detur euadere, ut quasi captiuus à miseriis teneatur, indagine quadam malorum septus. Spoliavit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo. Destruxit me vndique, & pereō, & quasi euulsa arbori, abstulit spem meam. Aliis tralationibus exprimit eandem calamitatem. Spoliatione gloriæ: decus, honorem, splendorem quasi vestimus: exuimus, & deponimus. Sic Adam nudus in certamine, & arena erat gloria induendus. Sed quoniam peccauit, pro veste gloriosa, quam accepturus erat, accepit mortalem vestem, coriaceam. Alia est tralatio coronæ, felicitatis insignæ. Tertia tralatio radices, floris, viriditatis. Appellamus etiam nos beatos, & E felices, florentes, videntes, dicimus ætatem florentem, florentem remp. Ipse quoque spem vocauit virorem, quem dicit exiccatum, exaruisse. Cæsas esse vndique radices suas rāquam slipitem arefactum remansisse. Rabi Leui coronam sentit, per tralationem filios, quia dicitur. Corona senum filij filiorum. Vtrumque probādum. Aliis utitur tralationibus. Iratus est furor eius in me, & sic me habuit, quasi hostem suum. Simul venerunt latrones eius, & fecerunt sibi viam per me, & obsederunt in gyro tabernaculum meum. Tralationes sunt. Deus iratus, quōd eum tanquam hostem habeat. Quod latrones immiserit. Latrones autem, calamitates sunt, ut Hebræi quoque sentiunt. Sic earum dixit, ut superius, (Nam sæpe fit inculcatio, iteraturque eadem tralatio) obseruationem, gyrum. Sunt autem pro latronibus *גדודים* ghedudim, latrones, prædones, expediti milites. Quod autem dixit. Strauerunt sibi ad me, tanquam ad urbem oppugnandam, iter direxerunt, viam latam, regiāque ad me fecerunt, ut vnanimiter ad me, atque agmine facto concurrerent. Aperta, patefacta est eis via ad me. Memet oppugnatum venerunt, tabernaculumque meum, id est domum expugnauerunt, captiuus abductus sum ab eis, in potestatem crudelium hostium redactus. Fratres meos lōge fecit à me, & noti mei, quasi alieni recesserunt à me. Dereliquerunt me propinqui mei, & qui me nouerūt, obliui sunt mei. Fratres, propinquos amicos, notos, alienatos à se, aufugisse obliuos sui, retrocessisse, quæritur, propter maximas clades, quia,

Tempore felici multos numerabis amicos,

Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Siquidem dictum externorum Philosophorum, sapientem in cruciatibus esse beatum, si vel taurum adhibeas, ab aliis irrita, præcipue nostris, qui probarent, nisi pietas, & spes, cuius gratia cruciatus perferantur, adesset, vanam fore, solūque speciosam hanc prædicationē. Quam spem non quidem prorsus Iob affulisse crediderim, fuisse tamen aliquam non dubitauerim: præcipue, quod à principio dixit, si putes omnium rerum prosperarū, & aduersarū Deum autorem. Tunc enim nihil sine causa, nutūque Dei fieri cognoscens, tolerantius, æquiusque ferens omnia, sperans à Deo, nihil inique fieri posse. Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ sicut alienū habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum. Seruum meum vocaui, & non respōdit, ore proprio, deprecabar illum. Non solum (inquit) fratres, & amici recesserunt, sed ipsi quoque vernaculi, ancillæ, qui longo tempore in domo mea fuerāt, diffugere omnes, imō quod miserius est, cum ex eis aliquem vocarem, accedere recusauit, ut me pro eo haberent, quam nunquam vidissent, agnouissent. Tunc enim maxima dat exempla ingratitude: illique amici, & à Deo, & hominibus, veri, qui fortem semper amici comitantur. Vos estis, qui permāstis mecum in tentationibus meis. Eiusmodi longe paucissimos reperias. Quocirca paucis datur regnum cælorum. Ardua est via, quæ ducit ad vitam. Etiam (inquit) preces adhibui, vocans seruum meum, ut ad me accederet, ut vel abstergeret vlcera, aliquid officij præstaret, aut eius colloquio lenirem dolorem: contemp-

Apfit, cernens me, ut medicum, vel ut vnum ex his, qui ante fores templorum sedent, sanie vlceribusque scærentes stipemque petentes. Eos nec attendimus, vocantes refugium. At Christus dixit. In carcere fui, & visitastis me. Talium erit regnum cælorum. Halitum meum, exhorruit vxor mea, & orabam filios vteri mei: Stulti quoque despiciebant me, & cum ab eis recessissem, detrahebant mihi. Quod dixit, Halitum. Hebraicè, spiritus, ut possit halitum designare, ipsumque spiritum. Sed melius primum. Eleganter quoque dixit. Exhorruit. Quod Hebraicè, alienus. Halitus meus, alienus vxori meæ. Posset intelligi aliud, quàm fætor, halitus: ut quoniam vxores accumbunt viris, spiritumque eorū habent notum, Iob conqueratur, quōd vxor eum non recognoscat, ut fit ei spiritus suus, alienus, alterius viri. Ac forte non aspernandus, est sensus Rabi Leui. Spiritus meus alienus fuit vxori meæ, etiam si deprecabar eam vehementer, ut suscitarem ex ea filios. Hunc sensum dat quōd vbi noster dixit. Orabā filios vteri mei. Hebraicè est *אני ליבנֵי* libnè bitni. Propter filios meos, ut designet, propter restaurandos ex vtero meo. Est alius sensus. Orabam eam per filios meos, quos communi consensu, & coniunctione genuissemus. Per eos eam deprecabar. Nam sensus nostræ tralationis non prorsus stat. Quomodo enim orabam eos, qui iam defuncti erant? Quamquam Septuaginta dixerunt. *προσεκαλεσθην δὲ τοὺς υἱοὺς μου* *καλεσθῆναι* *πατρὸς μου*. vocabam, orabam blandiens filios concubinarum mearum. Ut non filios legitimos innuat iam oppressos, sed nothos. Id forte secutus est Hieronymus. Et Rabi Leui ait, fieri posse ut habuerit alios filios, qui nesciamus tempus, quod intercessit ab Binteritu filiorum ad hanc querimoniam cum amicis. Mihi res videtur clara. Orabam eam per cōmunes filios, per filios vteri mei, quos ex ea genuissem. Quos autem in secūda periodo dixit, stultos, sunt Hebraicè *אילים* auilim exponunt eos duobus significatis, aut iuuenes, pueros, aut prauos. Vtrumque vsitatæ æ vox denotar. Ut dicat, Pueri quoque irriterunt me, quod sæpe faciunt. Aut prauis, iniqui. Pro vtroque exposuit Auen Esra. Pro postremo Leui. Et quod noster dixit. Cum ab eis recessissem, potest quidem is esse sensus, quoniam Hebraicè est *אקום* akūmah, surgerem. Cum surgerem, cum discederem. Est alius tamē sensus. Surgebam, affurgebam eis, eos venerabar, at tamen contumeliis, irrisionibusque me insectabantur. Hoc præmij assequer ab eis. Pergit ad alia generis eiusdem. Abominati sunt me quondā consiliarij mei, & quem maximè diligebam, aduersatus est me. Pelli meæ cōsumptis carnibus adhesit os meū, & derelicta sunt tantūmodo labia circa dentes meos. Et quoniam Hebraicum dicere non poterat consiliarios, carens deriuatiuis, dixit, Viros consilij. Illi (ait) qui mihi intimi erant, quibus cum de omnibus consultare solebam, versi mihi sunt in hostes, ut me etiā abominentur. Secūda periodus simili sensu, sed apud nos clarius, habet Hebraicè. Ad pellē meam, & ad carnem meam, cohasit os meū. Noster dixit, Consumptas carnes, non dixit Hebraicum. Sed enim necessarium est. Neque enim ossa ad carnem adhesissent, nisi ipsa carne absumpta. Erat necessarium sentire, quod noster trāstulit. Quæ est ad radices dentium, ut Hebræi sentiunt, solam carnem remansisse. Atque est Hebraicè, pro: Et derelicta sunt tantūmodo labia circa dentes meos. Et euasi cum pelle dentium mei. Pellem ergo CDentium, Hebræi sentiunt carnem ad radices dentium. Noster, labia, quæ dentibus adiacent. Vbiq; (inquit) pellis adiacet ossibus, carne consumpta, præterquā in dentibus, vbi crafior esse solet. Vix ossibus hærent. Miseremini mei miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus domini tetigit me. Quare persequimini me sicut Deus, & de carnibus meis saturamini? De carnibus meis saturamini. Per negationem proferendum est, nō saturamini. Nulla est vobis super carnibus meis satietas: non cessatis eas vorare, & absumere quasi lupi, canes carniori, circumlatrantes. Eadem lectio est apud Sept. *אני לא אשבע*. Ex carne mea, non implemini. Hoc ergo bene habet in his miseriis, & cladibus, quōd eas illatas à Deo constat. Quo constituto, facile euades aliā incommoda. Si Deus est bonus, bonus neque vult, neque potest nocere, necessario siquid mali cecidit, cuius causam in Deum referas, interpretaberis, aut te meruisse, peccatisque tuis illata esse, aut maioris causæ boni obuensis, alia quàm tibi videantur, cogitante prouidentia. Vulgi autē voces te cōdemnantis, nihili pendes. Est autem hic duplex lectio, sicut superius. Nam quod dixit. Sicut Deus] pro Deo, Hebraicè *אל*. Quod & nomen Dei est, & potest esse apocope, ab *אלוהים*, isti, ut dicat: Quare me persequimini sicut isti illufores & iniqui? Sed prima lectio probatior etiam Hebræis non dissentientibus. Post quæstus postulat aliquod malorum refugium, leuamen. Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? Quis mihi det, ut exarentur in libro, stillo ferris & plumbi lamina, vel certè sculpantur in silice? Hebraicè quis

det, adverbium, quod nobis dicitur vtinam. Item dicit Hebraicum: Quis nunc mihi tribuat, id est. Vtinam nunc scribantur sermones. Tum facit eius rei repetitionem. Vtinam scribantur in libro. Liber enim etiam primo loco subaudiendus erat. Quod autem noster dixit. Et plumbi lamina: lamina quidem est, sed simul dicitur, vtinam exarentur in libro, stilo ferri, & plumbi. Quare plumbum videtur referri ad stilum, non laminam. Postulat stilum ferreum & plumbeum non laminam. Quod etiam Septuag. visum est ἐν γραφίᾳ σιδῆρος καὶ μολύβδου. Stilo ferreo, & plumbeo. Pro eo autem quod noster dixit. Vel certe sculpantur in silice. Fuere, qui in nostris legerent, pro certe, celte. Putantes id esse, quem cælum dicunt, id est scalpellum: sed vera lectio est, certe. deest autem in nostris, quod plurimi refert. Pro certe, ללא laad, in sempiternum. Vtinam (inquit) scribantur in libro, stilo ferreo vel plumbeo, in sempiternum, in petra imprimantur, ad sempiternam memoriam. Id etiam posuit Chaldaeus, pro Hebraico laad, dicens לעלמא in æternum. Licet id prætermisissimum sit etiam à Septuag. At Leui exponens inquit. Vtinam nunc scriberentur verba mea in ea materia, vt manerent in sempiternum. Ter repetit hanc suam cupiditatem. Vtinam scribantur verba mea. Vtinam stilo ferreo, vel plumbeo, scribantur. Chaldaeus quoque ait. קולמוס ברזל קולמוס ברזל kolmoš debarzelà, calamo de ferro, vbi vox Græca est Chaldaica, & articulus Italicus, Chaldaicus. Vtinam in sempiternum, in petra incidantur, Huius autem loci sensum, secus Hebræi, secus Christiani intelligunt. Ac fermè nõ est alius sensus, quàm nostrorum, quod ex ipsis verbis bene examinatis cognoscitur. Videamus sequentia, propter quæ optavit verba sua scribi ad memoriam sempiternam. Scio enim quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursus circumdabor pelle mea, & in carne mea, videbo Deum. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei cõspecturi sunt, & non alius.] Verba paulum variant ab Hebraico. Habent in hunc modum. Et ego noui, quod redemptor meus viuit, aut noui redemptorem meum viuentem. Et nouissimus de terra consurget. Et post pellem meam, circumdata, vel consumpta sunt hæc, Et de carne mea, videbo Deum. Quem ego videbo mihi, & oculi mei viderunt, & non alienus. Verba difficilia quidem intellectu, sed enodabimus. Vides, quod noster videtur legisse עקב acum per primam personam, resurgam, vel surrecturus sum, nunc in Hebraico legi per tertiam עקיב iakùm resurget. Variata autem persona, variatur nouissimi adiunctio. In nostra lectione. Ego nouissimus consurgam: In Hebraico Deus nouissimus. Et noster dixit: De terra Hebraicum super terra על עפר Quod autem dixit noster. Rursum circumdabor pelle mea, in Hebraico est עפר עורי נקפו ונחת yeachàr ori nikiphù zoth. Quæ quidem verba difficile possunt intelligi quid innuant, nec vno modo reddi possunt Latine. Variatur enim numerus verbi nikiphù, in quo duplex est significatus. Nam Hebraicè נקף nakaph sonat consumere, destruere, & circumuoluere. Ab hoc verbo fit nikiphù, quod iuxta canonimos Hebraicos, est passiuum præteriti perfecti, numeri multi, vt designet, vel destructa sunt, vel vallata, circumdata. Sed quoniam, & antecedens nomen עורי ori, pellis mea, & subsequens נקפו zoth, hoc, vel hæc, est numeri singularis, non videtur, quo fit ille numerus multus verbi referendus. Cæterum cum multa extent exempla, nomina singularia iungi personis pluralibus Hebraicè, & cum paulò ante id obseruatum sit, vbi erat Hebraicè. Et quæ dilexi versu sunt mihi. Qui locus Hebraicè est, sicut iste וזה אהבתך נקפתי וזה vezeh ahàbthi neepkù bi. Sic videtur, & ipse interpretandus, vt dicat. Et post, aut iterum pelli meæ circumdatum est hoc: Id est corpus hoc meum, hæc mea caro, circumdata est, vel circumdabitur (quia sunt præterita pro futuris, Hebræis) pelle mea. Hunc autem esse veriorem sensum, apparet ex sequenti, quod est perspicuum. Et de carne mea videbo Deum. Nam ille alius sensus, qui est in illo versiculo, qui potest reddi: Et post pellem meam, contriuerunt hanc: Si, & ex hac pelle & carne, quæ consumpta est, videbo Deum, erit idem sensus. Non enim ex ista carne consumpta videbit Deum. Quomodo? Sed ex ea ipsa resflorescente, redeunte ad ossa, & circumdante. Sequentes igitur in Iob, qui nonnullis in locis est obscurus, probabiliora & clariora, reliqua dimittere nos conuenit. Sunt igitur duo sensus, ex verbis sic declaratis, vt spectet ad vltimam corporum resurrectionem: vel quod paulò post reflorabit, resanabitur ipse Iob. Ac iuxta lectionem Hierony. Nouissimus consurgam: non quidem ego solus nouissimus, sed, vt denotat Hebraicum, in nouissimo tempore: אחרון acharòn, posterior, id est in fine sæculorum, est prior ille sensus. Quod si referas ad Deum, qui nouissimis, id est in vltimis sæculis surgat ad iudicandum, idem fermè erit sensus: vt trun que ad resurrectionem spectabit. Ac siue legas, ego surgam vel ipse surget, bene quadrat, quod

A quod sequitur. Videbo illum, qui surrexit super terram ad iudicandum, aut ego, qui surrexi super terra, steti que in pedes, meis oculis contuebor: ille nouissimus, aut ego, id est in vltimis sæculis. Is est enim vnus sensus apud nostros, quem noster interpres, variato filo orationis Hebraicè, posuit. Græci quoque id est Chrysoſtomus, quanquam haberent translationem obscurissimam, plurimùm que à fonte dissentientem, quia tamen Septua. dixerunt οὐδὲ γὰρ ὅτι ἀέθριος ὅτι οὐκ ἐκλίβεν με μέλλων ὅτι γῆς ἀναστήσεται τὸ δέρμα μὲς τὸ ἀναστῆναι ταύτα. Scio enim quod perennis est, qui me super terra dissoluet, suscitabit pellem meam, quæ absumit hæc: Sentiunt hic de resurrectione. Est alius sensus, vt hæc non referantur ad nouissimum resurrectionis tempus, sed paulò post futurum, vt dicat se resanandum, rediturumque ad vltimam gloriam, vt dicat Hebraicum. Et ego noui, redemptorem meum viuere, & posterior, id est post hoc, super terram cõsurget, veniet, aderit. Et postea quàm pellis mea deuorata, cõsumpta fuerit ista, de carne mea videbo Deum, & oculi mei videbunt, & non alius. Sicut certe factum est. Nam in vltima libri parte refertur, quod apparuit ei Deus, cum eo locutus est, surrexit Deus super terra, venit, sese obtulit: id quod factum est, pelle iam consumpta, & ascendente. Tunc apparet ei Deus, subito pristinè redditus est sanitati: factus est formosus, rediit pristina caro, vigorque. Stabato que Iob coram Deo, præsens, præsentem videbat, sicut vidit Abraham, Moses, & alij. Vidit ipse, non alij, non amici, vt apparet eo ipso loco. Is sensus maxime liquet ex lectione Hebraica, quæ est עקיב iakùm, surget, ipse dominus. Tum non dicit de terra, sed super terra. Nomen autem acharòn, quod sonat postremum, B posterior, bene referetur ad vltimam miseriarum finem, qua miseriarum, clades, dolorisque cessabunt. Ille Deus posterior, id est tandem, post vos omnes, qui me laceratis, surget, videbo eum ex ipsa carne, istis meis oculis. Is sensus apparet maximè ex verbis Hebraicis. Nam quod noster dixit. Et rursum circumdabor, Hebraicè נקפו achar, sonat rursum, denuo. Et postquam (inquit) pellis mea absumpta fuerit, videbo Deum. Hunc sensum posuit etiam Chaldaeus transferens hebraica. Et ego noui, quod redemptor meus viuit, est, subsistit: Et post hæc redemptor ipse super terra consurget: & postquam consumpta fuerit pellis mea hæc, de carne mea videbo Deum. Is igitur videtur clarior sensus & apertior. Tunc antecedentes periodi melius intelliguntur: Cur optaret verba sua in petra excidi. Nimirum vsque ad illud tempus, quo Deus illo erepto, tantisque cladibus liberato, cognoscerent amici, eum vera dixisse, quod nihil cõtra maiestatem singularis Dei peccauerit, quod iustitiam non violauerit, quod contra sua merita, cladibus hisce vexatus fuerit. Hæc (ait) nunc ego deploro, nunc contestor, vtinamque scriberentur ad memoriam sempiternam, vt apparerent eo tempore, quo me Deus liberabit, venietque præsens ipse, cuius aduentu, omnia bona cum sanitate ad me redibunt. Ideo Chaldaeus dixit. Et ex carne mea, videbo bonum Dei, id est felicitatem allatam à Deo his duobus sensibus positis, non probò dictum Leui, qui putat Deum appellatum nouissimum super terra, quasi nouissimum agentium, quia respectu nostri, & vt nobis videtur, sit nouissimum agens: quia nos incipimus à posterioribus, procedimusque ad priora, verum ipse est primum omnium entium. Hæc ille dicens reuocat ad sacras litteras philosophiam, quod sæpe facit ineptissime, cupidus eius gloriæ apud suos, vt Philosophus videtur. Cuius commentatio, quoties philosophatur, cum simili errore placeat Hebræis, iactantibus eum esse profundum, vt sunt vbique præpostero iudicio: sanis iudiciis non placebit. Non sunt ea nomina apud Iob & Mosen, antiquissimos Theologos. Vbi autem noster interpres dicit. Reposita est hæc spes in sinu meo. Hebraicè est longè secus נליוני בתינו kalù kiliorhai becheki, defecerunt, consumpti sunt renes mei, in sinu meo. Sed nomen, quod sinum interpretati sumus, sentiunt Hebræi, hic designare corpus, vt etiam Chaldaeus transtulit. Et Leui pro eo גופי guphi corpus meum. Videtur ergo sensus. Reuertitur ad superiores querimonias, dicitque pellem illam suam iam esse consumptam, iam corpus absumptum, omnia euaniuisse: pellem exaruisse, interiorisque partes absumptas esse: Adesse tempus illud, quo videat Deum, quo Deus restituat ei pristinum statum. Non video cur noster dixerit vocè Hebraicam kiliorhai, spem cum perpetuo designet renes. Nec Septua. interpretes spem dixerint, sed conformius, omnia hæc, quia Kalal, & kal, vnde putarunt duci hanc vocem, signat vniuersale. Quare ergo nunc dicitis persequamur eum, & radicem verbi, inueniamus contra eum? Fugite ergo à facie gladii, quoniam vltor iniquitatum gladius est, & scitote esse iudicium.] Hoc Hebraicè refertur ad superiora ob præpositionem, aut particulam, quæ est in Hebraico, vt sit mutila oratio, sicut exponit Leui. Erat congruum, vt diceretis. Quare

persequemur eum? Ecce inuenta mihi radix verbi, quod fas est me queri in eo, quod quæror & iudicare, quod Deus non cuncta attendat: quia vos scitis me iustum esse, ac rectum. Hebraicè igitur non est: Et radicè verbi inuenimus cõtra eum: Sed, Et radix verbi inuenta est mihi. Vt designet suum esse ius, suam æquitatem, se iustum esse, iustè se conqueri. Referturque ad ea, quæ dixerat: Vtinam scriberentur sermones mei: quibus innocentiam suam comprobat. Sic etiam nunc ait, veritatem & æquitatem stare à se. Ideo minatur eis indignationem diuinam, quam in vltimo libro inuenies. Vbi Deus dicit ad Eliphaz. Iratus est furor meus cõtra te, & amicos tuos. Considerate (inquit) hæc omnia quæ dixi, vos qui vobiscum statuistis euertere me, verbisque infestis oppugnare. Stat æquitas à me: pugnabit etiam pro me Deus ipse: & contra vos iratus defæuiet, vt paulò post videbitis.

CAPUT XX.

D CIRCO cogitationes meæ, variæ succedunt mihi, & mens in diuersa rapitur. Doctrinam, quam me arguis, audiã, & spiritus intelligentiæ meæ respondebit mihi. Hoc quoque capite est eorundem repetitio, nec aliud differit Sophar, atque superius Eliphaz, & Baldad, de euerfione, interitumque impij, innuens, & ipse nocentem Iob. Audies igitur easdem sententias, eandem assertionem, peccantibus poenas tantummodo importari non innocentibus. Quodque dixit, Ideo, illatio est ad superiora. Quod (inquit) talia loqueris, cogitationes meæ cõceptæ, rumescunt, gestiuntque erumpere: & vt ait Hebraicum, respondere facient me. Et pro, mens in diuersa rapitur, est: Et propter sensum meum, mihi: aut, & quia sensus meus mihi. Id scilicet, quod noster transtulit, quia sentio, quia video quid dixeris, video quid velis. Quia motus & sensus incitatur mihi. Et quod dixit. Doctrinam, est מוסר mussar. Designatque doctrinam, & reprehensionem, arguitionem, vt frequentissimum est. Et ipse noster dixit, qua me arguis. Ad verbum Hebraicè, & reprehensionem, aut correctionem, Kelimath, opprobrij mei, audiam: Vt sit interrogatio. Feram ne, vt me contumelia ista afficias? Num patiar me adeo paruipendi à te? Spiritum autem intelligentiæ appellat sapientiam. Ideo spiritus, qui ferebatur super aquas, erat spiritus intelligentiæ & sapientiæ, qui cælum super aquis extēdebat. Ipsa (inquit) mea sapientia, pro me respondebit tibi. Respondebo tibi sapienter & prudenter. Non sum stultus & vacuus sapientia, vt tu contumeliosè dixisti, sed persisto in eadem, atque cæteri asseueratione. Iustissimè tibi plagas has illatas, & quod omnes impij damnantur, id euidenter inferit. Hoc scio à principio, ex quo positus est homo super terra, quod laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti. Si ascenderit vsque ad cælum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinum in fine perdetur, & qui eum viderant, dicent ybi est? Omnia quadrant cum fonte: tantummodo, quod noster dixit per primam personam, sine interrogatione: Hoc scio à principio, est, nonne hoc nosti ab æterno? id est ex quo mundus factus est. Nam Hebraicè, si ad verbum velis reddere, dicendum esset à semper, מיני ad, ab vsque semper. Nonne nosti ab vsque semper? Et Leui exponit. Ex quo mundus est. Et, ex quo creatus est homo, & positus super terra. Quod autem dixit, laus, in fonte רינת רינת exultatio, lætitia. Sic etiam Septuag. εὐροσμία ἀσέβων. alacritas impiorum. Licet etiam Hebraicum sonet laudem. Elegantèrque noster dixit, Breuis, quod Hebraicè מיקרוב mikarob, à propinquo, non longius scilicet tendens, non ingrediens vltra. Hypocritam, vt dixi sæpe, noster appellat, qui est Hebraicè קנף kaneph impius, improbus, scelestus. Instar puncti, pulchrè à nostro dictum, quod Hebraicè: Vsq̄ ad punctum, momentum. Id etiam Hebræi exponunt, momentaneam, transeuntem, vanissimam gloriam impij semper fuisse. Quod duobus modis potest intelligi: Vt etiam si tota vita fuisset beatus, id respectu æternitatis, in qua dolendum est, gloria illa in miseriam redacta, nihil fore quæ est vera de cunctis, quæ iustis obueniunt malis solutio: aut etiam in hac vita, breuia fore gaudia improborum. Sapientes item, & qui rerum arcana scrutantur, addunt, improbos semper infelices esse. Adde, quod sunt infames quæ est summa miseria, maledicunturque eis ab omnibus, odiq; habentur. Quo, quid est miserius? Cætera manifesta sunt, de magna superbia. Similia dixit Claudianus. Primum miratus lamentansque florere malos.

*Sæpe mihi dubiam traxit sententia mentem
Curarent superi terras, an nullus inesset*

Rektor

A Rektor, & incerto fuerent mortalia casu,
Nam cum res hominum tanta caligine volui
Aspicere, lætòsque diu florere nocentes.
Deinde soluit ambagem, quietemque adducit.
Absulit hunc tandem Ruffini poena tumultum.

Tolluntur in altum, vt lapsu grauiore ruant. Quod autem noster dixit in fine, Hebraicè נשח לנעזאח, in sempiternum. Hocque (ait) super impio fuisse à Deo decretum, etiam si caput intra nubila condatur, Et cælum territet armis, & sidera lambat, lapsurum ingenti ruina, fore vilissimum quid, aut per mortem, aut commutationem fortunæ. Repetit eadem, vt solet, verbis diuersis, variisque tralationibus. Velut somnium auolans non inuenietur, transiens sicut visio nocturna. Oculis, qui eum viderat, nõ videbit, neque vltra intuebitur eum, locus suus. Est eadem sententia, exaggeratioque verborum. Comparat impium deiciendum, cõterendum sterquilinio, somnio, quæ est etiam visio nocturna. Nihil est somnio inanius. Fit item exaggeratio, terque repetitur, quod qui eum viderant, nõ videbunt amplius. Illi ipsi oculi, illimet homines, qui videbant eum florentem, fortèque indignabatur, mirabanturque diuinam dormire & conuiuere prouidentiam, videbunt eum lapsum, qualis Ruffinus ille apud Claudianum. Hæc quidem vera sunt. Sed, quid dices, Baldad, cum bonos etiam videris eodem modo periisse, quãdo bestiis tradebantur, tormenta corporibus eorũ admovebantur, patrimonio spoliabantur, in exilium, in Gyara mittebantur? Si dixeris gloriosum eis fuisse, pro pietate tot exanclare labores, rectè dixeris: Sed hæc responsio apud te non est. Et sicut falleris, innuens Iob impium esse, quem hic describis, qui potius vir optimus fuit, sed ob probitatem & integritatem tentatus à Deo, sicut Adam, & Abraham, quod tu nunquam dixisti, nec cognoscis: sic arbitror te falli in hac vniuersali pronuntiatione, cum potius sit vt dixi alia ratio, quod probatur, quod eos meliora manent, quod toleratio terrenorum malorum, sit premium cælestium bonorum, quod virtus in infirmitate perficitur, quod incommodis animus humiliatur, expiatur. Hæc ergo sentio, clarèq; video. Sed tamen eo tempore, quo bona & mala ad hanc maxime vitam referebantur, exiguum locum habuit hæc ratio. Vidi impium superexaltatum sicut cedros Dei, & transiui, & ecce non erat. Filij eius atterentur egestate, & manus eius reddent illi dolorem suum. Ossa eius implebuntur vitis adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient. Quod noster dixit. Atterentur egestate, est Hebraicè, filij ירצו ירצו ירצו ierazzu dallim. Quod est: Volent pauperes. Quod explanat ipsi, pro eo quod pater oppresserat pauperes, ecce filij subiiciuntur pauperibus vilibusque viris, vt faciant quidquid imperauerint: Subiiciuntur, substernuntur, deuenient in manus pauperum, indigebunt eorum quos pater expilasset. Noster dixit atterentur, quia similia sunt verbum atterendi, & volendi. Primum est ראצו, secundum ראצו. Potuit noster dixisse. Filios eius atteret, affligent pauperes, vt sit secus, quam pater fecisset, conuersa fortuna, filij diuitis illius, à pauperibus premantur: habeant pauperes in eos potestatem, qui prius à patre fuissent oppressi. Is sensus esse potest, quoniã ierazzu, quod Hebraicè expõnunt, volent, potest esse à ראצו, per apocopem in futuro, quod sit interitum. Septuag. igitur, ἡ δὲ αὐτῶν ὀδὴ ὀδὴ ὀδὴ. Filios eius perdent minores. Apparet Hiero. dallim, quod sonat pauperes accepisse pro ipso nomine egestatis. Habes igitur duos sensus, alterum Hebraicorum, alterum Sept. qui clarior, & expeditior est, quam apud nostrum. Dolorem autem inanum, clarum est rapinam designare, manuum rapacitatem, sequitur dolor, calamitas. Manus, quæ rapuerunt, eadem doloris causa erunt. Vna rapinam, dolorèque fecit manus: Quod autè noster dixit per futurum. Implebuntur, est præteritum מלא malei, plena fuerant, repleta fuerant. Clarusque est sensus, etiam Hebræis non refragantibus quoniam is in iuventute, lasciuissis, stupris, alienisq; thoris corrupendis, studuerat, rapuerat, violētus, atrox fuerat, ossibus eius libidine flagrantibus, bullientibus, spumantibus: Ecce ea ipsa ossa mortua iacebunt arida, puluerefcunt, sicut terra, in quibus tantus olim vigor fuerat. Addit causam. Cum enim dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua. Parcet illi, & non derelinquet illud, & celabit in gutture suo. Futura sint præterita: sit q; vltate apud Hebræos, vt futura, sint pro præteritis imperfectis, quibus carent Hebræi. Ergo dicendum: Abscondebat illud, parcebat illi, non derelinquebat illud, celabat. Tralatio à dulcedine & palato, ad scelera, & mentem. Vt placent palato dulcia, sic impiæ menti, flagitia, peccata, voluptates. Dulcescebat igitur malum, rapina, adulterium, sanguinis effusio: grata erant hæc omnia, suauia, iucunda, eaque palato & lingua retinebat, non amittebat, elabi non sinebat.

R. iij

Parcebat, hoc est, non sauebat in ea, velut castigator, censorque seuerus iniquitatis suae. D sed parcebat, condonabat sibi ipsi, ignoscebat, velut placencia retinebat, hærebant palato vti suaui, dimitti nõ poterant. Sic enim semel ingressæ voluptates, cæteraque vitia dominantur, fiuntque patroni, possessoresque hominis, vt abire, expellique amplius nequeant. Hinc Græci captiuos vitiorum dicunt *ἡσυχῆς τῆς ἡδονῆς, φιλολογίας*, quasi in potestate libidinis, avaritiæ, contra *ἡσυχῆς*, superiores, victores libidinum. Clariùsque est hic sensus, posito scelere & peccato, pro quadam libidine, & dulcedine. Aliis tralationibus vtens addit.] Panis eius, in vtero illius, vertetur in fel aspidum intrinsecus. Diuitias, quas deuorauit, euomet, & de ventre illius, extrahet eas Deus.] Panis, Hebraicè est *לֶחֶם* lèchem, quicquid pascit, esca, cibus. Et quod dixit. Fel aspidum. Nota in sacris litteris tralatio, ab aspide, cuius venenum amarissimum dicunt, vt ea potissimum re, sit lætale. Fel Hebræi *מֵרֹרָה* meroràh, quod amaritudinem sonat. Itaque fel aspidum, est amaritudo aspidum. Incredibilis amaritudo, lætalis amaritudo. Nam non felle solum amaras esse aspides, & in solo felle habere amaritudinem, declarat, quod sequitur, caput aspidum suget. Malim ego dicere, amaritudinem aspidum, sicut apud Mosén. Fel draconum, amaritudo draconum. Sed (vt dixi) fel appellant omnem amaritudinem Hebræi. Itaque fel draconum, & aspidum, est eorum lætalis amaritudo, quam in veneno præcipue habent. Ait ergo illam rapiendi, stuprandi dulcedinem, vertendam in lætalem, venenatamque amaritudinem. Tralatio à ventre, sicut superius à palato. Superius gustabat rapinas, stupra, flagitia, hic deuorat, in ventremque demittit. Ecce cuncta lætalia toxica, quia scilicet, quod & ipsum tralatio est ab homine, Deus E eripiet, extorquebitque è manibus eius prædam. Sicut vorauerat, in ventremque demiserat, sic etiam ex intimis visceribus extrahentur. Illic impetus, insanæque libido rapiendi, vt vocata sit, quasi luporum deuoratio, hic impetus Dei, certa ratione, modo, per hostem, aut aliud, ad extrahendas, è manibus eius opes. Addit fermè easdè metaphoras. Caput aspidum suget, & occidet eum lingua viperæ. Non videat riuulos fluminis torrentis, mellis, & butyri. Luet, quæ fecit omnia, nec tamen consumetur.] In capite aspidibus esse venenum, videlicet saluam, quæ in capite est, & dentibus, clarum est, sicut in aculeis, & in cauda apibus, scorpionibus. Linguam autem dixit, non dentes, per tralationem, & partem pro toto ore. Nam quæcunque venenum habent in ore, in lingua habent, in qua præcipue est salua. Itaque dentes rumpunt carnem, ex lingua defluit venenata salua, patefacta à dentibus carne, commisceturque sanguini, spargiturque in venas, quod mortiferum est. Caput igitur pro veneno dixit. Sunt item tria nomina per exaggerationem. Non videbit riuulos, aut eruptiones, vt Hebraicè *מַגְדָּלֵי* pelagòth, vnde pelagus Græcè. Non videbit eruptiones, sicut in torrentes mellis, & butyri. Latini quoque abundantiam vocant flumen, torrentem. Orationis flumen, torrentem verborum. In ingentem opulentiam vocauit pelagus, flumen, torrentem, præcipue, quod de lacte, & butyro fit sermo, quæ & ipsa exundant, inundantque. Sunt autem hæ diuitiæ Orientalium, in armetis, rurensibusque diuitiis, apibus, pecoribus. Sic à principio describens diuitias Iob, eas in armentis, gregibusque camelorum, pecoribusque statuerat. Quod autem noster dixit, Luet, quæ fecit omnia: Est clarius Hebraicè. Restituet, reddet laborè, Alios labores reddet, reddet quæ aliorum labore fuerant accumulata. Aut (vt ait Leui) laborè suum dabit aliis. Mirum est autem, cur noster dixerit: Nec tamen consumetur, cum sit Hebraicè luculenter, adherens antecedenti *עֵלֵי יְהוָה* velò iblâh. Et nõ deuorabit. Reddet (inquit) & nõ deuorabit, non deglutiet. Huic autè periodo, est hoc, quod sequitur adiunctum. Iuxta multitudinem, ad inuentionum suarum, sic, & sustinebit. Quod Hebraicè. Iuxta multitudinem *תְּמִינָתוֹ* themurath, retributio sua. Id est, sicut rapuit multum, multum item exoluet. Quatum prædatus est, tantumdem persoluet. Deinde vbi noster dixit. Sic, & sustinebit, habet Hebraicum *עֵלֵי יְהוָה* velò, ialds. Et nõ gaudebit. Vt tota periodus habeat: Iuxta opes, vel copiam, erit retributio sua, & non exultabit. Non fruetur rapacissimè partis diuitiis: exoluet, etiam cum tormento, & calamitate sui, suorumque. Superaddit rationem. Quoniam confringens nudauit pauperum domum, rapuit & nõ ædificauit eam, nec est satiatus venter eius. Et cum habuerit, quod concupierat, possidere non poterit.] Ordine verborum diuerso Hebraicè est. Quia confringit, reliquit pauperes. Domum rapuit, & non ædificauit eam. Frangere dixit, attrerere, vexare, euertere, vastare: siue opes auferendo, siue etiam diruendo. Ita domum fractam, attritam reliquit, euertit. Quod autem dixit. Et non est satiatus venter eius, Hebraicè aliud profus. Quia non cognouit felicitatem in ventre suo, in suo desiderio nõ euadet. Quorum sensum sic exhibet Rabi Leui. Quia non cognouit, quod perit felicitas, aut

abundantia

Abundantia in visceribus suis, sed erunt omnes fractæ, attritæ opes illæ, sicut ipse attriuit pauperes. Et nõ euadet in cupiditate & diuitijs suis quidquam, quod non pereat, eo quod rapuit, expilauit domum, in qua non laborauerat. Ex quibus apparet sensum esse, què noster reddidit interpres, quod tacti absorbit, deglutit diuitias non erunt suauis, nõ erit fructus, voluptas ex eis, non satiabitur, nõ habebit, ex eis satietatem: sed vertentur in venenum aut ita auferentur, vt eis minimè fruatur. Nam quod noster dixit, Non est satiatus venter eius, designat eum non habiturum voluptatem ex raptis diuitijs. Non remansit de cibo eius, & propterea nihil permanebit de bonis eius. Cum satiatus fuerit, ardebitur, aestuabit, & omnis dolor irruet in eum. Cibum eius dixit, vt est Hebraicè *לֶחֶם* leoch, deuoratiõis suæ. Non remansit quidquam quod non voraret, rapacissima, insatiabilis avaritia. cuncta absumpsit. Hunc etiam sensum agnoscunt Hebræi, quoniam (vt dixi) pro cibo, est voratio, quæ referatur ad ipsum voratorè: vt dicat. Nõ fuit residuum deuoratiõis suæ. Et quod ait, Non permanebit de bonis eius: Est Hebraicè, Non *יֵאֱכִיל* iakil, abudabit bonum eius. Idem etiam est Hebraicè, pro satiatus *שָׂבֵעַ* siphcè, sufficientia, abundantia eius. Cum fuerit, ait, expletus, cum multum vorauerit, procefferit, tum vero, abundantia illa reprimetur. Eoque Auen Esra dicit. Cum attigerit ad omnia, quæ sufficiat ei, tum minuatur, breuiabitur: Tunc erit ei (inquit Leui) czar, angustia tribulatio. Ad explicandum vim huius vocis, adiecit noster. Aestuabit, quod in Hebraico non est, vt designet angustiam illam. Et pro, omnis dolor, est: omnis manus laboras adueniet ei. Hoc est, (vt ait Leui) Omnes labores, omnes pauperes, vel omnis manus iniqua, & praua veniet ad ruinam eius. Potest esse sensus interpretis nostri, quia *אֵמַל* amal, sonat labore, & prauitate. Addit similia. Vtinam impleatur venter eius, vt emittat in eum, iram furoris sui, & pluat super illum bellum suum. Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum.] Quod noster fecit optatum, potest quidè imperatis esse. Hebraicè *יְהִי* iehi sit, at item futurum est, vt dicat. Erit ad satietatem venter eius, mittet in eum iram furoris sui, & pluet, vel plueret faciet super eum bellum suum. Cum fuerit (inquit) expletus, datæque fuerit facultas sese expledi, vt sese expleret, tum demum ei Deus indicet bellum. Et ille fugies hasta irruet in arcum, vt effugere non possit, quem mala diuersa inuicem inuitabiliter excipient. Pluere autem bellum, dixit, elegati tralatione. Siquidem, & Virgilius bellum tempestatem vocat. Parque per omnes, tempestas it. Grando quoque dicuntur tela, armæque volatilia. Tum bellum ruit, turbis in morem, ac tempestatis. Gladius eductus, & egrediens de vagina sua, & fulgurans in amaritudine sua. Vadet, & veniet super eum horribiles, omnes tenebræ abscondite sunt in oculis suis.] Hebraicè eodem sensu verbis diuersis, variatæque orationis ordine, sic. Nudauit, & exiuit de corpore, & fulgurauit. De felle eius vadet, super eum terrores. Erant igitur implicata Hebraica verba, & ancipitia, quo referantur. Gladius quidè in Hebraico nõ est, ac quanquam nudatione referunt Hebræi ad superius, id est iaculatorè, qui nudet sagittam, depromatque è pharetra, aptari tamè potest ad gladium, què noster apposuit, vt clarior esset oratio. Quam autem noster dixit vaginam, est Hebraicè *גִּהְוָה* gheuah, quod sonare corpus, consuetudo sermonis Hebraici demòstrat, vt dicat, de corpore impij gladius, vel sagitta exiuit: Et, quoniam, vt corpus est vagina animi, sic in vagina est gladius, potest fieri, vt tempestate Hier. hoc nomen Hebræi exponeret pro vagina, cui cum corpore sit magna similitudo. Fulgurans autè, vel ipsum verbum fulgurandi, potest referri tum ad ipsum gladium, vel sagittam hastamque fulgurantem, vt alibi quod fulgurare dicitur hasta: aut (vt exponit Auen Esra) ipse iaculator tanquam fulgur accurrens, insiliensque in eum. Et quæ noster dixit amaritudinem. Sonat etiam fel: Hebraicèque cum sit de amaritudine, aut felle suo, sensus est, (vt docet Rabi Leui:) de felle eius egreditur sagitta, iaculum, qui sit locus intus, vt qui ibi tactus fuerit, amplius viuere non possit. Quos autè dixit noster, Horribiles, nõ est diuersum, quod sit Hebraicè *מַגְדָּלֵי* emim, terrores; formidines. Quamquam vox sonat etiam calamitates, in teritum. Quod autem dixit, Omnes tenebræ, in occultis eius. Duo sensus, aut omnis impietas, omne scelus, clausum erat domi, tenebræ flagitiorum occultæ, quod exponit Leui: aut quod malim, omnes tenebræ, omnes pauperes, sollicitudines, tristis que curæ in arcanis conscientiarum, in pectore intimo. Describit eas calamitates, quæ bello importantur. Tum aliud genus. Deuorabit eum ignis, qui non succenditur, affligetur relictus in tabernaculo suo: Reuelabit cæli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum.] Quod dixit, Qui non succenditur, indicat noster alium ignem, quam nostratè, quem flatu succendimus: ignem repentinum subito corripientem. Potest, quoniam, quod dixit, Succenditur, est *נָפַח* naphach, quod sonat sufflare, designare ignem, qui nullo afflatu, aut vento, possit extinguui. Quod autem dixit, Relictus, est *שָׂרִיד* sharid, sonatque residuum,

R. iij

superstitemque, ut possit referri, vel ad ipsum impium, omni praesidio destitutū, vel residuum nepotem, qui propter impium patrem, affligatur, sicut superius dicebat, ut tota domus peccet. Reuelare autem caelum & terram, impietatem, & tanquam testes insurgere aduersus eum, luculenta locutio. Omnia enim plena Deo, nihil fit, quod ipse non videat. Omnia patent oculis eius. Mortalibus autem, qui hunc ubique inuisibiliter praesentem non cernunt, cernunt autem caelum, & terram sursum, & deorsum, dantur haec vniuersalia, ad cognoscendam maiestatem illam inuisibilem, quae sic ubique per omnia intenta est, & comeat, sicut ubique caelum est, & terra, & haec pro inuisibili Deo, ipsa visibilia ferre testimoniu duntur: videntia sua praesentia corporea cuncta, sicut inuisibiliter Deus aspicit omnia. Nemo igitur fit, qui facta sua, diuinā latere posse maiestatem, arbitretur. Vbi quae peccaueris, locus ipse feret in te testimoniu: quia etsi locus nescit, scit tamen Deus, vniuersalis in omni loco. Potest per antonomasiam, pro caelo, Angelos, pro terra homines dixisse: sed figurata locutio pulchra. Apertum erit germen domus eius, detrahetur in die furoris Dei. Haec est pars hominis impij à Deo, & haereditas verborum à domino.] Quod dixit, apertum erit, Hebraicè לִי אִגְּהֵל, nec designat hoc loco reuelare. Nam verbum galà, Hebraeis duo denotat, reuelare, detegere, & euoluere, migrare, alterumque ab altero nascitur. Nam migrare, est quasi aperiri, reuelari, denudari de loco suo. Hoc igitur loco dicendum. Migrabit germen domus eius, transmigrabit, transferetur. Inde vocant Hebraei exilium, & captiuitatē, galùth. Periturum igitur dicit, non ipsum impium modo, sed omnem item stirpem, ut nihil profus supersit, quod autē dixit, Detrahetur, est in fonte נִגְגָרֹתְהָ, vox Hebraeis testibus designat, praecipitantia rapidaque flumina, ut dicat eum velut rapidū fluium periturum, abiturum, euolaturum. Idque etiam noster expressit. Diem furoris, vocat, cum calamitas ingruit. Cum velut agmine facto incubuere mala. Partem autem dixit, id quod est in sequenti, haereditatem, portionem suam, praemium, id quod ei datur à Deo, pro sua parte, pro extrema haereditate. Quod vero noster dixit, Haereditas verborum: pro verborum est, וְיָמֵי דְבָרָיו, imrō verbi eius, ut dicat, & haereditas verbi ipsius impij, praemium locutionis, contra Deum: pro eo, quod contra Deum blasphemus fuit, insurrexit in eum, insolentēque Deum blasphemauit, maledixit, detraxit. In quo superbia clara est. Ac (ut ait Leui) Iob oblique designabatur.

CAPVT XXI.

RESPONSIO Iob, ut semper fit in hoc libro, destruit antecedentia, perstans in ea asseueratione, non esse rationem rerum gubernandarū, quam isti iactabant. Bene multos impios & flagitiosos, beatos viuere, felici navigatione usque in portum senectutis ferri. Ideo postulat auditorem attentum. Audite (inquit) longe alia dicentem vobis. Quod igitur transtulit: Et agite poenitentiam, Hebraicè idem est verbum poenitendi, & consolandi. Itaque hoc loco est & haec תַּחְנוּמֹתֶיךָ, tanchnumothekem, consolatio vestra: Estque (ut perhibet Leui) sensus. Audite quae verba mea, & tacete, & sit haec consolatio vestra, qua consolemini me, nempè si tacueritis. Quia plus mihi prodest vestra taciturnitas, quam responsio: quippe qui me incredibili molestia afficitis. Habes igitur sensum meum, ut ego arbitror, ut sit consolatio aetiuè intelligenda, qua ipsi consolentur ipsum Iob. Possit etiam sensus esse, Et haec sit consolatio vestra, estote contenti hac mea responsione; hoc sermone. Sustinete me, & ego loquar, & post mea (si videbitur) verba ridete. Nunquid contra hominem disputatio mea est, ut merito, non debeam contristari?] Tria proponit, ut eum audiant, tum attente diiudicēt, ut ex responsione sua cognoscant, irridendi sit nec nē. Audite (inquit) percipite rationes, vestra istam verbositatē refellentēs. Nunc ne contra me insurgite, ne carpate, ne lacerate, sed attendite diligentius quid vobis obici possit, quod me expurget. Atque ubi noster dixit, Ridete, est in singulari רִידֶה, talig, subsanabis, ridebis, quod aduersus Eliphaz dictum putat Leui, qui ceteris erat arrogantior & infestior. Nonne (inquit) cum homine est sermo, nō cum aliquo caelitū, quibus non est cum hominibus conuersatio? Cum homine loquor fragili, carneo, mei simili. Quae me igitur ratio prohibeat, cur nō loquar cum eo, audacter memet expurgās, offerensque rationes quibus eorum arrogantia refellam? & quoniam cum homine sermo est, & homo ego sum, nonne spiritus meus praese ferro dolore debeat? Qui enim fieri potest, ut non doleam, excrucier, audiens talia contra me ipsamque veritatē? Subiicit similia. Attendite me & obstupescite, & superponite digitū ori vestro. Et ego quādo recordatus fuerō pertimesco, & concutit carnē meam

Ameam tremor] Cum homo innocens (inquit) crudelia supplicia sit perpeffus, hoc obstupescite, hoc admiramini. Hic, ut super re inaudita, insolita, obmutescite, & ut fert humanus instinctus indolete, commoueamini. Requiritur causa, dolorem ostendentes. Sicut ille cum vidisset Deiphobum.

*Deiphobum vidit lacerum crudeliter ora,
Ora, manusque ambas, populatāque tempora raptis
Auribus, & truncas in honesto vulnere naues,
Vix adeo agnouit panitentem, & dira regentem
Supplicia, & notis compellat vocibus ultro.
Deiphobe armipotens genus alto à sanguine Teucri.
Quis tam crudeles optavit sumere poenas?*

Cui de te tantum licuit? Haec amicus ille bonus cum lachrymis. Simile quid affici illi debuerant tam crudelia fuisse perpeffum, ut recordatio pristinae gloriae, praesentium suppliciorū, efficiat illi tremorē, ossiumque concussionē. Terribilis recordatio. Haec vos considerare, & obstupescere debuissetis. Tremor quoque ossiū, & ingens animi aestus, potest ad id, quod sequitur referri. Quare ergo impij viuūt, subleuati que sunt confortati que diuitiis? Semen eorum permanet corā eis, propinquorum turba, & nepotū in conspectu eorū.] Quod dixit, subleuati sunt, est וְיָמֵי אֶתְקֻ, quod est senuerunt. Viuunt, inquit, impij, senescunt, non ut paulo ante iactabas breui extinguntur. Sept. quoque interpretes, hoc verbū transtulerunt בְּתַרְסָא וְלִשְׁוֹרְתָא, senuerunt. Quod etiam dixit, confortati sunt, id ipsum Hebraicè גַּבְרִי, roborati, inualuerunt diuitiis, creuerunt, inundarūt. Et quā eleganter, & clare dixit, propinquorum & nepotum turbam. Est זֶעְזַעְהֵם, zeezakhēm, quod est, germina eorum, propagines, eoque etiam Chaldaeus transtulit, filios filiorum. Et Septuaginta τοὶ τέκνα, filios. Vox à stirpibus & arboribus, virgultisque tralata, quae hac voce denotantur. Quae nunc quaritur Iob, etiam apud alios sacros Scriptores inuenies. Mei autem penē moti sunt pedes, penē effusi sunt gressus. Quia zelau super iniquos, pacem peccatorum videns. Quia non est respectus mori eorum, & firmamentum in plaga eorum. In labore hominū, non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos superbia, operi sunt iniquitate, & impietate sua. Et alia, quae sequuntur. Dem umque, Et dixi ergo sine causa iustificauit cor meum, & laui inter innocentes manus meas. Existimabam, ut cognoscerem hoc, labor est ante me. Sed, ut ille scriptor facer, concludit, Subito defecerunt, velut in somnium, eadem est conclusio apud Iob. Interim res dura, & dubia, florentibus impijs, bonis egentibus & gementibus. Cuius solutio est, quam illi quidē attulerūt, sed melior omnibus, quae de aeternitate vitae profertur, ad quam sapienter, bona, & mala refert Pater hominum, atque Deorum. Domus eorum securae sunt & pacatae, & non est virga Dei super illos. Bos eorum concepit, & non abortiuit: vacca peperit, & non est priuata foetu suo.] Describit res feliciter, & prospere, sceleratis cedentes proponens bona fortunae, in quibus principem locum habet copiosa proles, copiosa diuitia, quas superius proposuerat. Nunc alia fortunę bona describit, ea, videlicet, quae diuitia erant Orientalibus, quorum opes erant in armentis praecipue. Sed primum pacem & tranquillitatem, quae solet dulcia reliqua omnia efficere, sine qua nihil suaue est, & ut sapientes loquuntur, bellum fit propter pacem. Quippe quae sit vltimus finis. Nec multum refert, quod Hierony. retulerit ad foeminam, quod est mascule in Hebraeo: Bos eorū concepit, & non abortiuit, Hebraicè וְיָמֵי שְׁוֹרֵי תָוֹרֵי, shord taurus eorum, vel bos ascendit, & non proiecit, scilicet genitale semen. Secundū autem pertinet ad foeminam. Venuste vero dixit interpres: Securae, quod Hebraicè pax in domibus eorum à terrore. Secura Latinis, quae sine cura, terrore, metu malorū, vel praesentium, vel impendentiu. Hinc, quos Graeci ἀδείας sine timore, Latini securos dicant. Et μελ᾽ ἐδὸνες, curę vocantur, quod edant, absumantque membra. Spiritus enim tristis exiccat ossa. Animus autem lætus aetate floridam facit. Virga Dei flagellum, clades. Simile quid apud Poëtam de Deo suo.

Quam cum sanguineo sequitur bellona flagello.

Tribuunt, & ipsi Diis suis, sagittas, arma, hastas.

Arcus ex humeris sonat arcus. Ab Homero desumptum.

Actius haec cernens arcum intendebat Apollo.

Exin, prolem numerosam, foecunditatēque filiorum, descriptis diuitiis, bonisque fortunę recenset, ut solet plurimū, diuersis verbis eadem re proposita: quae cum sensus dubios, obscuraque verba non habeant, omittentur. Ad lætitiā, triūphos, chori, cantusque adhibentur,

vt apud Poëtam. Omnibus in templis matrum chorus. Quod autem dicit. Et in puncto ad inferos descendunt, Omni Hebræorū classe consentiente, est, eos leni morte, placidaq; dissolui, morte subita, velut cum poma matura lapsa cadunt, non morte, quæ diuturnitate doloris affligat. Illi cum diu beate vixissent, cum ἑστὶν ὑπὸ τοῦ οὐδοῦ. ad limina senectæ cōtigissent. Iam felicitate, rerūque secundarū successu, voluptatibusq; omnigenis, & vitæ diuturnitate satiati, naturæ concedunt. Hebraicè igitur nomē inferorum sheol, designat nunc inferos, nunc sepulchrū. Pro sepulchro est hoc loco. Sensusque est, Et cita, maturaq; morte veniunt ad sepulchrū. Quod autem sit is sensus, Hebræi testes. In puncto (inquit) Abrahā nimirū sine doloribus. Rabi vero Leui. Breui (inquit) velocique tempore obeunt, non longo dolore decedunt. Hoc etiam vidit Nicolaus. Hanc autē tam variam cunctisque bonis sitapatam, circumfusam beatitudinē, prædicat accidere malis, potius quā bonis, in subsequenti- bus duobus versiculis, quorū est clarus sensus, de contēptoribus Dei. Quod autem additur. Verumtamē, quia non sunt in manu eorum bona sua. Heb. dicitur. Et non sunt in manu eorum bona sua, non est in manu eorū felicitas eorum: non erit diuturna: non est perennis: arbitrio, ac potestati eorum non subiacet: non erunt quandiu voluerint felices, ac beati, sed eis inuitis auferetur. Verū enim est, quod non modo litteræ cælestes prodiderūt, sed quod omnes homines docuit natura, extantq; apud Cæsarem in commentariis, Consueffe Deos immortales, quo grauius homines ex cōmutatione rerum dolerēt, quos pro scelere eorum vlcisci velint, his secundiores interdum res, & diuturniorē impunitatem concedere. Quoniam hoc, inquit Iob, ita est, & felicitas impiorū non est diuturna, non sum adeo demēs, vt E tametsi dixerim eos felices, approbē hanc felicitatē, nec amplius requirā. Sit procul à me vanitas hæc: non sit hæc mea sentētia. Is sensus exponitur etiam ab Hebræis, nostrisq; concorditer. Quodque (ait) Lucerna impiorū extinguetur: lucernæ, lumini, faci, cadētiq; stellæ felicitatē hanc impiorum aptissimē comparat. Quod autem noster dixit. Inundatio, Hebraicè, מַבּוּל edam, ruina eorum, interitus eorū. Nam ed vbique sonat Hebræis interitum, vaporem. Idem tamen sensus. Et quod dixit: Dolores diuidet furoris sui. Iræ diuinę sagittas: vulnera illata impiis: diuisa, nempe distributa, importata, impacta. Quod autem comparat eos paleis, aptissimū interitus, excidiique eorum exemplum, vsque ad extremū euerforum. Maius etiam quod sequitur: in puluere eos, aut fauillā dissipandos. Est autem in Hebraico pro fauilla פּוֹחַ, idem fermē, atque fauilla. In paleis, & arca minutum quiddam, quod à vento, sublatis in altum frumentis à ventilantibus; tollitur, vt sit propinquum paleis exemplum. Hoc à nostris sæpe vertitur puluis. Simile quid vaticinatus est Dauid de impiis, & huic ipsi, siue pulueri, siue minutiis, ac quisquiliis eos comparauit. Non sic impij, non sic, sed tanquā puluis, quem proiicit ventus. Vbi pro puluere, est præsens vox. Quod autem sequitur. Deus seruabit filiis illius, dolore patris eius, Clarius Hebraicè. Deus seruabit filiis eius, וְיָשׁוּבֵם אֱלֹהִים דֹּלֶרֶם עֵינָיו. onò, dolorem eius, siue iniquitatē eius. Sciēdam vocem פָּחַם quam noster reddidit dolorem, modo sonare dolorem, modo scelus, iniquitatem, violentiā, scelere, & dolore aptissime sub eadem voce conclusis: quod ex scelere nascitur dolor acerbus, & nullum fermē scelus dolorem non haber comitē. Pro scelere & rapina, exponitur nunc ab Hebræis. Vbiq; autem in sacris litteris decantatur fore, vt iniquitas, aut sacrilegia, & rapinæ patrum, à filiis reddantur. Et tertiam generationem magnorum scelerum fore participem: quod de malis dumtaxat, sceleri paterno fauentibus verū est. Perfoluet igitur (inquit) omnia cum foenore, & puluisculo. Seruabit Deus filiis illius iniquitatē, scelusq; eius: vsq; in posteros eius pœnas demittet. Hoc experietur, hoc sentiet. Gustabit vere, non contemnere res humanas, hominumque, Deūque, patrem. Suis hæc oculis, adeo res erit clara, in propatulo videbit, contuebitur. Interfectionem autem noster dixit, quod Hebraicè חִידוֹ, nempe calamitas interitus, vastitas. Gustare autem & bibere furorē, tralationes Hebraicè. Attribuere quoq; Deo furorē, iram, pene Hebraicum est. Quāquam Philosophi, iram Deo tribuerint. Latantiusque eos, qui id pernegarent, refellit. Quod vero sequitur. Quid enim ad eum pertinet de domo sua? Nullam curam posteritatis habuerat: sceleri, flagitiis, noctes atque dies studuerat, nec cæcus videbat, quid posteritati proderet. Excæcauerat cor eius impietas, iniustitia, ad omnia bona caligabat, nescius hæc omnia super domum suam, filiosque recifura: tametsi in vita sua, pœnas ipse non dedisset. Quod autem ait Menses eius dimidiatos] Licet felix vitam traduxisset, delitiis circumfusus, voluptatibus, illecebrisque, quas rapina comparasset delinitus, annos exegisset, duo tamen mala consequetur, quod & posteri perfoluent hæc omnia, quanquam hæc eum cura, propter auidam improbitatem non tangit.

Tum

Atum vita ipsius non eum numerum explebit, quem expleuisset, ipso pie, iusteque viuente. Promittiturque longitudo dierum iustis, & piis, in sacris litteris. Tanta est profunditas (inquit in sequenti versiculo) iudiciorum Dei, tam impenetrabilis sapientia, vt omnia quidem iuste disponat, digeratque per annos, sed ab hominibus, nec animaduertantur, nec animaduerti debeant. Deus enim (inquit Plato) ineffabilis dictu, difficilis cogitatu. Quis igitur erit mortalium, qui meliora in iudiciis Dei, quasi docturus eum, quærat? Cuius ea est sapiētia: vt principes, sapientes & supremos quosq; diiudicet. Quos autē excelsos dixit, qui & in Hebraico dicuntur מַלְאָכִים ramim, excelsi, à Chaldæo, & à nonnullis Hebræis, exponuntur pro Angelis. Chaldæus pro excelsis posuit celos supernos, nempe supernas potestates: nonnulli Hebræi ipsos expresse nominant Angelos. Glossēma quoque nostrum: Angelos interpretatur. Nam tremunt videntes Angeli, & potestates, maiestati, iudicioque eius subiacentes. Potest de cunctis regibus, & principibus generatim intelligi. Quodque sequitur. Item moritur robustus, & sanus:] Reuertitur ad superiora contradicens amicis, sapientiam iactantibus, & in eum vociferantibus, aduersam fortunam, in malos dumtaxat & improbos, inuehi: flagitiosos modo, non bonos cadere: patrimonio, domicilio spoliari. Hoc abunde reuincit. Pars alia, quod quanquam sceleratis plerunque secundæ res, & diuturni impunitas concedatur: at refugit, execratur, improbat hanc eorum fallacem felicitatem. Rationēque adiecit superius, & nunc persequitur, & inculcat superiora, cum magna verborum exaggeratione. Eam igitur partem felicitatis describit, qua plerique nullis vnquam corpore morbis attacto, robusti, pingues, obesi, bene curata cute vitæ concesserunt. Sūntque aptæ tralationes ad eos, quos beatos Latini dixerunt. Opponit ex aduerso miseros omnes, in cineres vertendos, & in regione defunctorum æquales futuros omnes. Simile quid agens, quod Lucianus, in sua *secundā*. Illic fore diuites & pauperes, formosos ac deformes similes cunctos: nec Cræso diuitias profuturas, nec Iro pauperiem obfuturam. Quod autem sequitur Certè noui cogitationes vestras.] Spectat eo, quod vbique nugaces eos, ventosōsque coarguit, & in suam contumeliam de prouidentia diuina vaniloquos: quæ pro meritis omnes, vel supplicio plectat, vel attolat: Vt qui patitur aduersa, qui variis cladibus & iniquitate fortunæ premitur, iure & pro meritis ea patiatur. Hoc coarguit Iob, & comprobare sæpe bonos male perisse, malis bene processisse: Totūque locus clarissimus est, quod omni libro eadem incalcantur. Designant igitur ipsum Iob, cuius superbia iuste cecidisset. Quod in sequenti versiculo declaratur, & pares habet apud omnes interpretationes. Vbi vero dicit. Interrogate quemlibet de viatoribus.] Vocat horum præcipuè testimonium super re testata ac certa, quod hi diuersas pouincias obeuntes: vt is, qui mores hominum multorum vidit & vrbes, pleraque norunt, semper eandem sedes obtinentes, latentia. Quod vero dixit. Hæc eadem illum intelligere cognoscetis.] Hebraicè eodem sensu, sed non eisdem verbis, hoc modo. Et signa eorum non cognoscetis. Hæc signa Hebræi, casus, calamitatēque quotidianas interpretantur, quas viatores referunt, variis in locis auditas. Burgenfis maiora quædam de viatoribus philosophatur. Quod vero sequitur. Quia in diem perditionis seruatur malus] In fonte sic. In die perditionis subtrahetur malus. Ideo ponunt Hebræi contrarium sensum. In die calamitatis & cladis, pereuntibus bonis, malus, impius, flagitiosus, eripitur. Hoc (inquit) audire potestis ab eis, qui varias gentes vrbēque adeunt quotidie. Hoc (inquit) Hebræus interpres illi narrabunt, referent, aliqua die calamitosa, in vrbe, vel prouincia, subtrahitur est vir malus, ne clades illum contingeret: & propter incredibilem felicitatem, rerūque successum, è medio pereuntium creptus. Verbum igitur, quod Hieronymus transtulit seruatur פָּחַם iechashèch, signat Hebræis longari, protrahi. Quod ille accepit in eum sensum, sed sequentia declarant sensum Hebræorum esse veriore. Nam quod eodem versiculo dixit. Et ad diem furoris ducetur.] Hebraicè est. In die furoris, portabitur: Hoc (vt dixi) potest designari, quod noster transtulit: verum sequentes versiculi declarant, sermonem esse de scelerato cum cæteris non pereunte, vt constet vanitas amicorum Iob. Nicolaus sequitur, quod offerebat tralatio. Quodque ait. Quis arguet coram eo, vias eius, & quæ fecit, quis reddet illi? Is est sensus, quem etiam comprobant & efferunt Hebræi, cum malus, & improbus ille, beatè vitam traduxerit, ereptus ab omni calamitate fuerit, quid post illum futurum sit, quis indicabit, vt doleat de futuris,

vt norit pendendas esse pœnas? Vt interim dolore tabescat, adueniente aliquo Propheta, D
 qui ei prædicat ob antedictam vitam impendentes calamitates. Imò vero (inquit) fecit,
 quæ voluit, libidines expleuit: quis illi reddet paria? quis illum tantum dolere faciat, quan-
 tum lætatus fuisset? Is sensus, quem ex parte etiam nostri sequuntur. Quod autem ait.
 In congerie mortuorum vigilabit. Congeriem sentiunt, interpretanturque Hebræi sepulchrum,
 ad quod aggregantur vniuersi, & quasi quod Græcè νεκρῶν. Vigilare autem, sic
 interpretantur, vt designet, vsque ad corruptionem vigilabit: portatus ad sepulchrum
 vigilabit: permanebit vsque ad resolutionem: delatus inter cadauera computrescet. Lo-
 quendi modus & tralatio Hebraica. Quod vero dixit, Glarea cocyti. Cocytus in Hebrai-
 co non est, sed nomen ad omnes torrentes & valles commune נַחַל נָחַל. Eadem vox, de-
 signat etiam vallem demissam. Nam pro ea ponunt aliam clariorem ipsi Hebræi חַמִּישׁוֹר
 hamishor, planiciem. Abrahâque lingua Arabica ait eo vocari locum sepulchrorum. Ex tra-
 latione vero, quoniam sepulchra sub terra sunt, nunc pro sepulchro est. Dicitur ergo iux-
 ta expositionem Hebræorum, quæ vera est, mihi que probatur. Dulcis fuit ei statio sepulchri:
 Vsque ad sepulchrum, beatus fuit. Dulciter requiescit, non solum in vita, verum
 etiam in morte beatus: In sepulchro dulciter requiescit. Hanc eandem interpretationem
 mirum in modum concordet cum Hebræis, viderunt Græci, tamen tralationem habe-
 rent obscurissimam. Nam quod noster ait: Dulcis ei fuit glarea cocyti. Septuaginta tran-
 stulerunt ἐγγλυκώθησαν αὐτοῦ χάλικες ἐκ χειμάρρου. Dulce facti sunt eius chalices ex torrente.
 Hoc Græci exponentes ὅτι τῶ ἀσβεστοῦ, καὶ φιλαμαρτῆμον, καὶ αὐτὸ τὸ χειμάρρου ἐστὶν ὄρυγμα, τὸ μετὰ τε-
 λευτῆν, τὸ σώμα αὐτοῦ ὑποδέξασθαι, καὶ οἱ ἐπιελθόντες ἀνοθεὶ λάθοι καὶ χάλικες, γλυκῶσι δοκοῦσι. Impio,
 & scelus amanti, ipsa etiam fossa instar torrentis, quæ post mortem, corpus eius excipit, &
 lapides qui super imponuntur, lapillique dulce quiddam videntur. Hoc etiam Hebræi sen-
 tiunt. Et ante eum, & post, infinitus numerus, eadem lege resoluentur. Quocirca quæ ia-
 ctatis de prouidentia, ipsa experientia probat secus esse. Responso vestra, reliquum est,
 vt sit praua, peruersa.

CAPVT XXII.

RECURRIT in exordio capitis huius Nicolaus, quibus nihil amplius occurre-
 ret dicendum iam victis, quorumue sententia iam fuisset toties reiecta, repli-
 care eadem, & inculcare, ne victi viderentur. Itaque nil aliud fit hoc capite, quam
 quod superior omnis oratio retextitur. Dicitur Iob, vti malus & improbus, non
 immeritus tot clades pertulisse. Plena contumeliarum oratio. Principio, quod noster di-
 xit. Nunquid Deo comparari potest homo? Quod transtulit Comparari, Hebraicè קוּיִפִּי-
 con, Hebræis designat comparari, & prodesse, vtilem esse. Pro hoc postremo accipitur ab
 ipsis, vt dicat. Nunquid homo proderit Deo? vtilitatem afferet Deo? Et quod subiicitur.
 Etiam cum perfectæ fuerit scientiæ. Est in fonte. An afferet vtilitatem intelligentiæ? An
 proderit inquam homo ipsi Deo, dans ei scientiam, intellectum, qui dicitur Hebraicè מאִ-
 חִיל? Igitur Hebræi exponunt יסֶדֶן, per aliam vocem clariorem יוֹיִל, proderit, iuuabit.
 Sed quoniam eadem vox polysæma est, designas modo comparare, modo docere, fit, vt di-
 uersis sensibus exponatur. Nam Græci, Sept. οὐχὶ ὁ κύριος ἐστὶν ὁ διδάσκων σέβειν, Nonne Deus est,
 qui docet sapientiam? Significatum docendi, etiam Chaldæus posuit הִלִּיחַ iaaliph, dicens.
 An docebit homo Deum? Ergo poterimus iuxta varios sensus dicere. Nunquid Deo pro-
 derit, aut scientiâ afferet homo? Aut, nunquid Deo comparabitur, vel æqualis erit homo?
 Aut, nunquid docebit Deum homo? omnia dicuntur in contumeliâ ipsius Iob, quem quasi
 in ius vocare Deum, calumniabantur amici. Et quem de sua iustitia, integritate, innocentia
 adeo gloriari afferebant, vt videretur à Deo magna præmia probitatis suæ postulare, quasi
 emolumentum ingens dederit illi, quod iustè vixisset, quod peccare pepercisset. Huc igitur
 pertinet sensus omnes, qui sequuntur. Nunquid (ait Hebraicè) voluntas, cupiditas Dei est,
 vt sis iustus? Aut lucrum fiet illi, si vias tuas rectè institueris? Num timebit te, & trepide
 coarguet, & tanquam reo diem dices illi, tu accusator, ille φεύγων Accusatus, reus, erit? Red-
 diturus ratione tibi, quod te crudeliter oppræsserit? Nonne scelus tuum ingensest, & sine fi-
 ne flagitia extrema impietas? Imprimis, q̄ extrema fuit crudelitatis pignoraſti fratribus
 pecuniâ. Sine causa, vt Symmachus Græcè transtulit ἀμετρίως id est, vt Græci exponunt, nihil
 debentes;

A debentes: & qui nihil tibi deberent, ab his, pignus exigebas, vel pauperibus crediturus, pi-
 gnus accipere solebas, vt eos, & alios, ob vsuram, veste spoliaret. Nec fitienti, nec famelico
 misericors fuisti. Quodque sequitur. In fortitudine brachij tui possidebas terram, & po-
 tentissimus obtinebas eam. Hebraicè est Et vir brachij eius, est terra, & honoratus fa-
 cie, habitabat in ea. Hoc duos habet sensus, & hunc, quem reddidit noster, & alter,
 quem proponunt Hebræi, & quem Septuaginta & Græci norunt. Solos (inquit)
 eos habebas charos, gratosque, qui plurimum possent. Hi apud te valebant, hi domi-
 nabantur. Spretis, & contemptis debilibus, ac pauperioribus, plurimi faciebas po-
 tentiores. Hi domum tuam veniebant frequentes: hos suspiciebas. Leui interpres
 Hebræus. Viros præpotentes regnantisque honore afficiebas, qui sunt facie eleuati,
 vel honorati. His conuiuia Symposia parabas: hi in domo tuâ domini videbantur.
 Sic ille. Ad hunc sensum Septuaginta Græcè transtulerunt, ἐθαύμασας δὲ πινῶν τὰς ἀεὶ-
 σωσας. Suspiciebas autem facies quorundam. Hoc Græci referunt ad iudicia ποσο-
 πολίτητος γὰρ γέγονας. Acceptor (aiunt) personarum fuisti, ferens suffragium, pro po-
 tentioribus: humilioribus oppressis, damnatisque iudicio. Hæc omnia latent sub illo.
 versiculo, mihi cuncta probantur. Declarant melius sequentia improbitatem, vt qui
 pauperes, viduasque contempserit, siue in iudicio, non eripiens eos à diripientibus,
 & opprimentibus, imò fauens inimicis, siue in omni commiseratione. Propterea cir-
 cūsteterunt te clades, & insperato superuenerunt, quæ nunquam affore putasses. Præ
 tenebris non aspicias. Sicut est in Hebraico, quanquam noster, alium quendam sen-
 sum posuit, non multum ab isto distantem. Et inundatio calamitatum, miseriarumque
 cooperiet te. Is sensus est, etiam apud Græcos. Symmachus enim reddidit, & multi-
 tudo aquarum circumteget te. Ob hoc (inquit) ex luce ad tenebras reciderunt res
 tuæ, ex præclara felicitate, in horrendam, execrabilem infelicitatem. Nonne Deus
 est inuidiæ virtutis, maiestatis immensæ? In cælo maiestas eius elucescit: in cælo est
 sublimis, vt dicit Hebraicum: In cælo sublimis, quod in cælo maximè dicitur præsi-
 dere. Tendimus enim orantes, & deprecantes, omnes in cælum manus. In Hebræo
 igitur non dicitur Excelsior cælo. Sed, excelsus in cælo. Dicitur quoque. Et caput
 stellarum suspice. Nempe sublimitatem stellarum, considera vbi Deum habitare mor-
 tales credunt: hic (inquit) scito regnare potentem. Indelate terras, maria respicit.
 Hominum facta non latent illum. Tu vero tecum dicebas. Quid Deus nouit ex his
 quæ fiunt in terris? Nunquid per caliginem, quæ, vel obsidet terras, eripiturque cæ-
 lestibus prospectus rerum terrestrium, aut, quia facta latent humana, iudicare, immit-
 tere aciem possit? Tenebras quibus occultantur, quæ fiunt ab hominibus, nunquid
 oculus eius penetrare potest? Circūstant eum dicebas, nubes & caligo magna, siue
 illa quæ media interiact cælum ac terras, siue quædam alia, ignorantia, qua res homi-
 num perspicere, & tranare nequeat. Quos autem cardines cæli dixit Hieronymus
 Hebraicè est חֲוֵי שָׁמַיִם chûg shamaim. Gyrum cæli, & Septuaginta γύρον οὐρανοῦ ἀστέρων περι-
 C Gyrum cæli perambulat, & Græci exponentes. Nam cæli (inquit) circuitum peram-
 bulat. Sentit ergo definitionem cælestem: infra quam negat oculos diuinæ maiestatis
 tendere. Illic metas regni, maiestatis, & præsentium cælestium, & cælestium magnitudi-
 nari & circumfundi tenebris. Illud Epicuri, Deum, nec habere, nec facere cuiquam ne-
 gocium. Id & ille dubitabat.

Dixi si qua cælo est pietas, quæ talia curet,

Quod autem ait. Nunquid semitâ sæculorū custodire cupis? Melius, & clarius ex ipso fonte
 intelliges. Nunquid viam sæculi, viam mundi obseruasti? Num attendisti, mores hominū,
 retroactas ætates considerasti? Hebraicè igitur vox עוֹלָם olam designat modo sæculū, mo-
 do ipsum mundum. Via sæculi, siue via mundi, est vniuersalis hominum vita, mores, ratio
 vitæ, iuxta quod dicitur in Psalmo. Et deduc me in viam æternam, Hebraicè in viam muni-
 di. In viam vniuersæ carnis. Ergo monet, vt cōsideret vniuersi generis humani casus. Quid-
 dum egerint homines olim, quidquid eis acciderit. Visurum enim, apertè que cognitu-
 rum, impios, nefarios corruisse demū, tam maiore dedisse ruinam, quàm nequiores fuisset.
 Is est verus sensus, quem, etiam Nicolaus agnouit: exponens viam sæculi, vitam homi-
 num sæculariter, & dissolutè viuentium. Græci agnoscere non potuerunt propter trala-
 tionē Sept. quæ trās fert ἐλεῶν αἰώνιον viā æternā. Hanc illi putant viā diuinæ prouidētiæ: viā
 S

antiquam quoque ipsius Iob, qua secundum virtutem vixisset, cuius eum nunc admoneant. Sed non multis opus. Verus sensus enituit. Recte noster dixit. Viri iniqui, qui Hebraice. Mortales iniqui, mortales scelerati. Cetera quadrant cum Hebraico: Hebraisque explanatoribus. Nam & illi sentiunt hic designare Gigantes illos θεομύχους inuisisque Deo,

*-qui manibus magnum rescindere calum
Aggressi, superisque Iouem detruere regnis.
Quos inundatio, & horribile diluuium
Abstulit ante diem, & sumere meruit acerbo.*

Quamquam Nicolaus putat omnes generatim impios, quos, inundatio calamitatum opprimat insperatos. Vtrosque arbitror ipse posse designari. Pertinet maxime & quadrat Gigantibus, hominibusque sub diluio quod subiicitur. Recede a nobis & quid nobis faciet omnipotens? Nam & ille apud Homerum Cyclops, ex illo genere.

*Nos neque calicolas colimus, neque Iupiter ipse
Est curæ, calum nobis nam iuribus impar.*

Impleuerat autem domos eorum felicitate, quod illo sæculo, fertilitate tellus lasciuiabat: hominum proceras, formosas, morbos nescientia corpora: nihil non beatum. Iustos autem, quos exultare & subsanare asserit, illi quoque innocentem putant ipsum Noe, & domum. Nam & Chaldaeus interpretis, iuxta opinionem maiorum, hunc locum sic vertit. Exultabunt filii Noe iusti, & lætabuntur: Et Noe iustus irridebit eos. Quod autem sequitur. Nonne succisa est erectio eorum? Perplexa oratio in Hebraico, & vix intelligibilis נִכְחַד לִמְנַחֵם im id nichhad kimanu. Si non erectus fuit, stare fecit nos. Hinc variat sententia apud Hebraeos, Leuita Gerson putat χαιτω το στατω μιν locum intelligendum, ut dicat. Considera (inquit) an ereptus, liberatus sit ille, qui stare fecit nos: ille, a quo genus omnes homines ducunt. Nèpè Noe iustus ille, qui superstes fuit diluio, a quo cuncta humana progenies repullulauit. Considera an ille sit liberatus, Reliquias autem impiorum absumpsit ignis. Quamquam potius de Loth exponenda esset, qui conflagrationi Sodomæ subtractus est. Rabi autem Abraham, existimat sic intelligendum. Si non ereptus est innocens, & iustus, de quo superius dixi, Kimanu, fac stare nos, adhibe nos testes. An sit ereptus innocens, ubi calamitas insperato superuenit, adhibe non testes tu, qui secus superius contendebas, asserens innocentem cum impio cladibus eisdem auferri. Sciendum igitur chimanu, & preteritum esse posse, & imperatiuum, quemadmodum Græcè τω ωμει sola scriptura dirimit subiunctiuum a presenti. Sciendum tamen interpreti Chaldaei sequi sensum, quem posuit noster. Nonne (inquit) prohibiti, subtracti sunt ne starent, ne viuerent, ne superstitessent, scelerati illi, & reliquias eorum absumpsit ignis: Is fortasse sensus verior, minus scyripum, grypūque tenens. Quod autem sequitur: Acquiesce igitur ei. Hebraice fere simile נִשְׁכַח נַפְשְׁךָ hanc na himd. Assuesce cum eo. Quod ab Hebraeis eodè, & nostris accipitur fessu. Hortor ergo te (inquit Leuita) assuescas cum Deo: Nèpè, ut incedas in viis eius: Et tunc erit tibi pax. Nonne si ambulaueris in viis eius, prouentus tui boni, redditus tui vberes? Attende acerrimis oculis ad legem eius. Cetera clarent omnia, Græcis, Latinisque, & Hebraeis consentientibus, eademque interpretationes afferentibus, de vbertate, è iustitia proueniente, F quâ auro, & argento diffiniuit Eliphaz. ~~Quod noster dixit. Dabit pro terra silicem.~~ ~~Quod dixit Silicem, Hebraice est באַצֵּר, aurum: ut dicat. Reddet, reponet, pro puluere, vel limo, cæno, aurum. Quod nunc est limus, terra, vertetur in aurum. Hoc Hebraei vnanimes asserunt exponentes באַצֵּר, aurum, pro copia, affluentiaque, diuitiarum, (inquit Leuita Gerson) pro cæno, limo, Deus dabit aurum: Et pro silice torrentium, nèpè pro lapillis torrentis, reddet Ophir. Quanta est multitudo lapillorum in torrentibus, tanta erit auri, quod appellatur ophir, nèpè purissimum, in domo tua. Versiculus igitur sic habet. Reponet pro limo, vel puluere, aurum, & pro lapillis, qui sunt in torrentibus, ophir, aurum mundissimum. Eodèque Græci dicunt hoc loco χαλκὸς σωφειρ ἔνθα γίνεται χρυσὸς ἀλλήλοισι, ἅλιβοι τιμῆσι χαλκὸς χειμάρρην ῥέων ἐπειλεύσεται σοί. Et ex ophir, ubi nascitur aurum optimum, & lapides pretiosi instar torrentis profluentis ad te veniet. Quod autem sequitur. Eritque omnipotens contra hostes tuos. Sciendum Hebraeis nomen שַׁדַּי shadai, quod est hoc loco, nonnunquam designare Deum fortem, omnipotentem, interdum quidquid est, fortè, validum. Nomen quoque באַצֵּר bacer, potest esse integrum, & vnum, designabitque aurum, quemadmodum superius: Aut est disinctum, ba, præpositio in, czar, hostis. Pro postremo Hieronymus. Hebraei pro primo, ut dicat versiculus. Et erit fortè, validum, aurum tuum, nèpè copiosum, exuberans, iuxta~~

Aiuxta superiora. Ideo exponit Leuita: Et erit aurum tuum copiosum, graue: Et erit pecunia tua duplicata præ ea, quæ fuerat quoddam. Coaceruationem dixit noster Hierony. quod Hebraice fermè similiter תַּרְבּוּת thoaphoth, quæ vox modo sonat fortè, ingens, modo duplicatum. Quod expressit noster interpretis. Sciendum interpretationem, quâ posuit noster. Et erit omnipotens contra hostes tuos. Etiam ab Hebraeis adhiberi, sed probatur eis magis prior sensus, ut tota oratio consentiat, de auro & argento, & vbertate. Quod autem sequitur. Tunc super omnipotente delictis afflues. Ne sit error, secus est. Tunc super omnipotente delectaberis. Illæ delicta tuæ erunt. Ex eo, voluptas omnis, tibi. Quod autem noster ait. Et vota tua persoluens. Habet hunc sensum iuxta Hebraeos. Quidquid optabis, perficies. Nihil obstabit desideris tuis. Is verior sensus. Hier. secutus est, quod Sep. Græcè reddiderunt δώσει δὲ σοὶ ἀποδοῦναι τὰς εὐχάς. Dabit tibi, ut vota persoluas. Quod autem dicit. Decernes rem. Nèpè iuxta Hebraicum, pronuntiabis verbum, & illico aderit, quod postulas. Præfulgebit tibi diuina lux. Cetera quadrant cum fonte. Nam quod ad postremum, ait, Saluabitur autem in mundicia manuum tuarum. Variata persona describit eundem Iob. Liberabitur innocens ille. Nèpè tu ipse propter mundiciam manuum tuarum, qui castas, innoxias, non rapaces, non sanguinolentas habueris manus. Aut liberabit iustus insulam, ne mergatur, ne fluctibus alluatur, eousque poterit oratio eius.

CAPVT XXIII.

RESPONSIO Iob, ad ea, quæ disseruerat, calumniatusque fuerat Eliphaz de diuina prouidentia, de cladibus, quas boni pariter cum malis, nullo discrimine patiantur. Inculcantur, ut sæpius, eadem. Hypothesis cæteris similis, sermo quoque silumque orationis eadem sonans. Mihi maiora, veraque verborum ac sententiarum explanatio, cordi erunt, eorum, quæ possunt ab aliis suppeditari, non curiosus. Principio quod ait. In amaritudine sermo meus. Duobus sensibus, quod sermo tantus, querimoniamque assidua & indignatio: os reddiderat amarum. Aut orationem mestam, tristemque designat. Et quod sequitur. Manus plagæ meæ. Rectè Hier. addidit plagæ meæ. Cui in Hebraico sit tantum. Manus mea aggrauata, propter gemitum meum. Manum sentient etiam Hebraei, ipsam plagam, flagellum. Grauis (inquit) est calamitas, atrox vulnus, propter gemitum, aut cum gemitu meo super gemitu meo, aut quia tantum ingemisco, quæror, lachrymosis vocibus refono. Postulat autem ascendere in celum, præsensque fieri iudici celesti. Rectè enim noster dixit. Solium eius. Eodèque dicitur χαλκοβατὴς δῶ & στήρωμα ærata domus. Chaldaeus quoque hoc loco vertit בֵּית מִכְדֵּשְׁהֶעַח beith muchdesheeh domum sanctitatis suæ. Nèpè ipsum celum. Hoc quoque vertit Symmachus μέχρι τῆς ἐδρας αὐτοῦ. Vique ad sedem eius: quod obscure, & non intelligibiliter dixerant, Sept. εἰς τέλος, in finem, ut si Græci auxilio aliorum interpretum caruissent, verum sensum nunquam assequi possent. Cetera patent. Vtinam (inquit) daretur ut scirem quo in loco sit Deus æternus, eoque reperto, ad solium eius accederem. Quod si fieri posset, præpararem sisteremque ante eum causam meam: disceptarem cum eo validis rationibus. Tunc ego cernerem, quid responderet: intelligerem quid loqueretur: nossem veritatem. Reuera enim non congregaretur mecum, quemadmodum hi, calumniis falsis. Inuaserunt enim in me, multis flagitiis commemoratis, a quibus ipse prorsus alienus sum. Quod ergo noster interpretis dixit. Nolo multa fortitudine contendat mecum, magnitudinis suæ mole me premat. Est Hebraice. Nunquid magnitudine potestatis suæ mecum disceptaret? Minimè. Sed ipse poneret in me vim, robur: Adderet mihi robur. Quodque sequitur. Proponat æquitatem contra me. Hebraice. illic cum eo. Est veritas in propatulo, ipso pronuntiate, hæc autem veritas, veraque sententia liberaret me. Hoc autem est in Hebraico. Pro eo quod noster transfert. Et perueniat ad victoriam, iudicium meum. Hoc enim Hebraice. Et liberarem in æternum iudicium meum. Nam quod noster dixit, victoriam, Hebraice נֶזֶאֶךְ nèzach, victoriam æternitatemque sonat. Sed pro æternitate nunc accipiendum, Hebraei, Chaldaei, docet. Et quod sequitur. Si ad Orientem iero, non apparet. Quoquo (inquit) me verterem, nunquam appendam: auroram versus, & ortum ad dexteram, aut in occasum ad sinistram. Sciendum Hebraice quattuor partes poni. Ante, retro, ad dexteram, ad sinistram, quæ etiam ab Hebraeis referuntur ad ortum, & occasum, aquilonem, meridiemque. Sequitur, cur opto (inquit) præsentiam Dei: cur tribunal eius, quemadmodum in die supremo ostendit? Quia mendaces homines, calumniosi, malæ bestia: Deus autem nouit abscondita cordis: ideo vera decernens. Ille scit institutum vitæ meæ. Studia, mores, per semitas, quas ille præcidit, incessi: secus omnia, quam vos calumniati estis. Nec refert, quod Hebraice non sit.

antiquam quoque ipsius Iob, qua secundum virtutem vixisset, cuius eum nunc admoneant. Sed non multis opus. Verus sensus enituit. Recte noster dixit. Viri iniqui, qui Hebraice. Mortales iniqui, mortales scelerati. Cætera quadrant cum Hebraico: Hebræisque explanatoribus. Nam & illi sentiunt hic designare Gigantes illos θεομολογους inuisiſque Deo,

qui manibus magnam rescindere calum Aggressi, superisque Iovem detrudere regnis. Quos inundatio, & horribile diluuium Absulit ante diem, & funere merſit acerbo.

Quamquam Nicolaus putat omnes generatim impios, quos, inundatio calamitatu opprimat insperatos. Utrosque arbitror ipse posse designari. Pertinet maxime & quadrat Gigantibus, hominibusque sub diluuiio quod subiicitur. Recede a nobis & quid nobis faciet omnipotens? Nam & ille apud Homerum Cyclops, ex illo genere.

Nos neque calicolas colimus, neque Iupiter ipse Est curæ, calum nobis nam iuribus impar.

Impleuerat autem domos eorum felicitate, quod illo sæculo, fertilitate tellus lasciuebat: hominum proccera, formosa, morbos nescientia corpora: nihil non beatorum. Iustos autem, quos exultare & subsanare asserit, illi que innocentem putant ipsum Noe, & domum. Nam & Chaldaeus interpretis, iuxta opinionem maiorum, hunc locum sic vertit. Exultabunt filii Noe iusti, & lætabuntur: Et Noe iustus irridebit eos. Quod autem sequitur. Nonne succisa est erectio eorum? Perplexa oratio in Hebraico, & vix intelligibilis. *וַיִּשְׂמַח נֹחַ בְּבָנָיו הַיֹּשְׁטִים לֵאמֹר כִּימָנָה* im id nichhad kimanu. Si non erectus fuit, stare fecit nos. Hinc variat sententia apud Hebræos, Leuita Gerson *וַיִּשְׂמַח נֹחַ בְּבָנָיו הַיֹּשְׁטִים לֵאמֹר כִּימָנָה* locum intelligendum, ut dicat. Considera (inquit) an ereptus, liberatus sit ille, qui stare fecit nos: ille, a quo genus omnes homines ducunt. Nèpè Noe iustus ille, qui superstes fuit diluuiio, a quo cuncta humana progenies repullulauit. Considera an ille sit liberatus, Reliquias autem impiorum absumpsit ignis. Quamquam potius de Loth exponenda esset, qui conflagrationi Sodomæ subtractus est. Rabi autem Abraham, existimat sic intelligendum. Si non ereptus est innocens, & iustus, de quo superius dixi, *וַיִּשְׂמַח נֹחַ בְּבָנָיו הַיֹּשְׁטִים לֵאמֹר כִּימָנָה* Kimanu, fac stare nos, adhibe nos testes. An sit ereptus innocens, ubi calamitas insperato superuenit, adhibe non testes tu, qui secus superius contendebas, asserens innocentem cum impio cladibus eisdem auferris. Sciendum igitur chimanu, & preteritum esse posse, & imperatiuum, quemadmodum *וַיִּשְׂמַח נֹחַ בְּבָנָיו הַיֹּשְׁטִים לֵאמֹר כִּימָנָה* sola scriptura dirimit subiunctiuum a presentis. Sciendum tamen interpretet Chaldaeu sequi sensum, quem posuit noster. Nonne (inquit) prohibiti, subtracti sunt ne starent, ne viuerent, ne superstes essent, scelerati illi, & reliquias eorum absumpsit ignis? Is fortasse sensus verior, minus scyrum, grypūque tenens. Quod autem sequitur: Acquiesce igitur ei, Hebraice fere simile *וַיִּשְׂמַח נֹחַ בְּבָנָיו הַיֹּשְׁטִים לֵאמֹר כִּימָנָה* halsen na himd. Assuesce cum eo. Quod ab Hebræis eodē, & nostris accipitur sensu.

Hortor ergo te (inquit Leuita) assuescas cum Deo: Nèpè, ut incedas in viis eius: Et tunc erit tibi pax: Nonne si ambulaueris in viis eius, prouentus tui boni, redditus tui vberes? Attende acerrimis oculis ad legem eius. Cætera clarent omnia, Græcis, Latinisque, & Hebræis consentientibus, eademque interpretationes afferentibus, de vbertate, è iustitia proueniente, Equam auro, & argento diffiniuit Eliphaz. *וַיִּשְׂמַח נֹחַ בְּבָנָיו הַיֹּשְׁטִים לֵאמֹר כִּימָנָה* noster dixit. Dabit pro terra silicem. *וַיִּשְׂמַח נֹחַ בְּבָנָיו הַיֹּשְׁטִים לֵאמֹר כִּימָנָה* Quod dixit Silicem, Hebraice est *בַּצֵּר* bacer, aurum: ut dicat. Reddet, reponet, pro puluere, vel limo, cæno, aurum. Quod nunc est limus, terra, vertetur in aurum. Hoc Hebræi vnanimes asserunt exponentes bacer, aurum, pro copia, affluentiaque diuitiarum, (inquit Leuita Gerson) pro cæno, limo, Deus dabit aurum: Et pro silice torrentium, nèpè pro lapillis torrentis, reddet Ophir. Quanta est multitudo lapillorum in torrentibus, tanta erit auri, quod appellatur ophir, nèpè purissimum, in domo tua. Versiculus igitur sic habet. Reponet pro limo, vel puluere, aurum, & pro lapillis, qui sunt in torrentibus, ophir, aurum mundissimum. Eodēque Græci dicunt hoc loco *καὶ ἐκ οὐφίρ ἔσται χρυσὸς καὶ λίθοι τιμίαι* καὶ χεῖμα ῥέων ἐπιλεύσεται σοί. Et ex ophir, ubi nascitur aurum optimum, & lapides pretiosi instar torrentis profluentis ad te veniet. Quod autem sequitur. Eritque omnipotens contra hostes tuos. Sciendum Hebræis nomen *יְהוָה* shadai, quod est hoc loco, nonnunquam designare Deum fortem, omnipotentem, interdum quidquid est, fortè, validum. Nomen quoque *בַּצֵּר* bacer, potest esse integrum, & vnum, designabitque aurum, quemadmodum superius: Aut est disiunctum, ba, præpositio in, czar, hostis. Pro postremo Hieronymus. Hebræi pro primo, ut dicat versiculus. Et erit fortè, validum, aurum tuum, nèpè copiosum, exuberans, iuxta

Aiuxta superiora. Ideo exponit Leuita: Et erit aurum tuum copiosum, graue: Et erit pecunia tua duplicata præ ea, quæ fuerat quodam. Coaceruationem dixit noster Hierony. quod Hebraice fermè similiter *וַיִּשְׂמַח נֹחַ בְּבָנָיו הַיֹּשְׁטִים לֵאמֹר כִּימָנָה* thoaphoth, quæ vox modo sonat fortè, ingens, modo duplicatum. Quod expressit noster interpretis. Sciendum interpretationem, quæ posuit noster. Et erit omnipotens contra hostes tuos. Etiam ab Hebræis adhiberi, sed probatur eis magis prior sensus, ut tota oratio consentiat, de auro & argento, & vbertate. Quod autem sequitur. Tunc super omnipotentem delitiis affluens. Ne sit error, secus est. Tunc super omnipotentem delectaberis. Illæ delitiæ tuæ erunt. Ex eo, voluptas omnis, tibi. Quod autem noster ait. Et vota tua persolvens. Habet hunc sensum iuxta Hebræos. Quidquid optabis, perficies. Nihil obstabit desideriis tuis. Is verior sensus. Hier. secutus est, quod Sep. Græcè reddiderunt *δῶσει δὲ σοὶ ἅπαντα τὰς ἐπιθυμίαις*. Dabit tibi, ut vota persoluas. Quod autem dicit. Decernes rem. Nèpè iuxta Hebraicū, pronuntiabis verbum, & illico aderit, quod postulas. Præfulgebit tibi diuina lux. Cætera quadrant cum fonte. Nam quod ad postremum, ait, Saluabitur autem in mundicia manuum tuarum. Variata persona describit eundem Iob. Liberabitur innocens ille. Nèpè tu ipse propter mundiciam manuum tuarum, qui castas, innoxias, non rapaces, non sanguinolentas habueris manus. Aut liberabit iustus insulam, ne mergatur, ne fluctibus alluatur, eousque poterit oratio eius.

CAPVT XXIII.

RESPONSIO Iob, ad ea, quæ disseruerat, calumniatusque fuerat Eliphaz de diuina prouidentia, de cladibus, quas boni pariter cum malis, nullo discrimine patientur. Inculcantur, ut sæpius, eadem. Hypothesis cæteris similis, sermo quoque, silumque orationis eadem sonans. Mihi maiora, veraque verborum ac sententiarum explanatio, cordi erunt, eorum, quæ possunt ab aliis suppeditari, non curiosus. Principio quod ait. In amaritudine sermo meus. Quobus sensibus, quod sermo tantus, querimoniæque assidua & indignatio: os reddiderat amarum. Aut orationem mœstam, tristemque designat. Et quod sequitur. Manus plagæ meæ. Rectè Hier. addidit plagæ meæ. Cui in Hebraico sit tantum. Manus mea aggrauata, propter gemitum meum. Manum sentiunt etiam Hebræi, ipsam plagam, flagellum. Grauis (inquit) est calamitas, atrox vulnus, propter gemitum, aut cum gemitu meo super gemitu meo, aut quia tantum ingemisco, quæror, lachrymosis vocibus refono. Postulat autem ascendere in celum, præsensque fieri iudici celesti. Rectè enim noster dixit. Solium eius. Quod Hebraice *וַיִּשְׂמַח נֹחַ בְּבָנָיו הַיֹּשְׁטִים לֵאמֹר כִּימָנָה* thecunathò, stabilitatem eius. Ibi defixum, stabilitatem est solium eius. Eodēque dicitur *καὶ ἐπίσταται ἡ οὐρα* arata domus. Chaldaeus quoque hoc loco vertit *בֵּית מִשְׁכַּנִּי בֵּית בֶּתְחַמְדֵּשְׁהֶח* muchdesheeh domum sanctitatis suæ. Nèpè ipsum celum. Hoc quoque vertit Symmachus *μὲν χεῖρ τῆς ἐδρας αὐτοῦ*. Vique ad sedem eius: quod obscure, & non intelligibiliter dixerant, Sept. *ἐἰς τὸ τέλος*, in finem, ut si Græci auxilio aliorum interpretum caruissent, verum sensum nunquam assequi possent. Cætera patent. Vtrinam (inquit) daretur ut scirem quo in loco sit Deus æternus, eoque reperto, ad solium eius accederem. Quod si fieri posset, præpararem sisteremque ante eum causam meam: disceptarem cum eo validis rationibus. Tunc ego cernerem, quid responderet: intelligerem quid loqueretur: nossem veritatem. Reuera enim non congregaretur mecum, quemadmodum hi, calumniis falsis. Inuaserunt enim in me, multis flagitiis commemoratis, a quibus ipse prorsus alienus sum. Quod ergo noster interpretis dixit. Nolo multa fortitudine contendat mecum, magnitudinis suæ mole me premat. Est Hebraice. Nunquid magnitudine potestatis suæ mecum disceptaret? Minimè. Sed ipse poneret in me vim, robur: Adderet mihi robur. Quodque sequitur. Proponat æquitatem contra me. Hebraice, illic cum eo. Est veritas in propatulo, ipso pronuntiate, hæc autem veritas, veraque sententia liberaret me. Hoc autem est in Hebraico. Pro eo quod noster transfert. Et perueniat ad victoriam, iudicium meum. Hoc enim Hebraice. Et liberarem in æternum iudicium meum. Nam quod noster dixit, victoriam, Hebraice *וַיִּשְׂמַח נֹחַ בְּבָנָיו הַיֹּשְׁטִים לֵאמֹר כִּימָנָה* nezach, victoriam æternitatemque sonat. Sed pro æternitate nunc accipiendum, Hebræi, Chaldaique, docent. Et quod sequitur. Si ad Orientem iero, non apparet. Quoquo (inquit) me verterem, nunquam appendam: auroram versus, & orrum ad dexteram, aut in occasum ad sinistram. Sciendum Hebraice quattuor partes poni. Ante, retro, ad dexteram, ad sinistram, quæ etiam ab Hebræis referuntur ad ortum, & occasum, aquilonem, meridiemque. Sequitur, cur opto (inquit) præsentiam Dei: cur tribunal eius, quemadmodum in die supremo ostendi? Quia mendaces homines, calumniosi, malæ bestię: Deus autem nouit abscondita cordis: ideo vera decernens. Ille scit institutum vitæ meæ. Studia, mores, per semitas, quas ille præcidi, in cessis: secus omnia, quam vos calumniati estis. Nec refert, quod Hebraice non sit.

Quasi aurum, quod per ignem probatur, sed duntaxat. Quasi aurum egressus sum. Quod autem additur. Ipse enim solus est. Hebraicè *וְהוּא בַּעַחַד* vehù beechad. Et ipse in vno. Quod quem habeat sensum, difficile explicatu est: Et Abraham testatur sub hoc, altum latitare mysterium, nec à se explicari posse. Leuita censet, in vno, in vna re. Sed & id non consequitur cum tota serie. Mihi probatur sensus interpretis nostri, qui etiam extat apud Hebræos nonnullos, qui censent redundare præpositionem, in, dumtaxatque dicendum. Et ipse singularis. Interpretes Græci varium quiddam respexerunt *ἐὶς καὶ αὐτὸς ἐκεῖν ὄντως*. Si autem, & ipse iudicauit sic, Quis auertet? Ita in verbis ambiguis, ambiguas esse interpretationes accidit. Certe de potestate vnus ipsius inuicta, insuperabili, à nullo prohibenda, sermo est. Mihi que probatur, vt quoniam beth, & caph in scribendo posunt confundi, dicendum esse. Et ipse tanquam vnus. Nemo (inquit) potest ei præscribere: Ab illo, ad alium quenquam, nulla est prouocatio.

Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.

Et quod additur. Cum expleuerit in me, voluntatem suam. Hebraicè. Quia explebit, perficiet, *כִּי חֻקִי* chuki, decretum meum, fatum meum, sortem meam, quam super me definiuit. Is sensus idem cum interpretatione nostra, asserturque etiam ab Auen Esra, mihi que probatur. Quodque ait, demoliuit cor meum. Nempè reddidit molle, timidum, debile. Quod autem ait. Non enim perij propter imminentes tenebras. Hebraicè. Non enim perij extinctus sum, ante tenebras, vel propter tenebras. Et à facie mea, operuit caligo. Qui quidem sermonis ordo, & si varius est à nostro, idem tamen sensus. Nā Hebræi declarant locum. Optare Iob, interitum suū anteaquam ad clades has venisset: anteaquā ad tenebras dolorum, ad caliginem. Ad has miseras (inquit) parabar, nascebar, non solū ablatum anteaquā irruerent. Nec textit me, & defendit mors (quā nil timuissim) ab hac caligine.

CAPVT XXIIII.



Bomnipotentē non sunt abscondita tempora. Hebraicè non asseueratur hoc, sed per interrogationem dicitur. Quare ab omnipotente non sunt abscondita tempora? Quis autem sit sensus, docet Auen Esra. Si essent (ait) abscondita tempora ab omnipotente, non lamentarer, querererque aduersus eum, quia qui norunt eum nescissent, quid futurum esset. Nunc quoniam ipse scit futura tempora, in quibus impij operabuntur impietatem, quare tacebit? Sciendum igitur Chaldaicum interpretem, pro his quos Hebraicum vocat, qui norunt eum *יודעו* iodeau ponere sapientes. Erit ergo sensus, quare Deus æternus, præbet Philosophis, & omnibus ferè mortalibus, qui sciunt dies eius, id est, ea, quæ singulis diebus operatur, causam, vt querantur, lamententur? Nam cum sapientes habeant exploratum, Deum providere futura, necessario turbantur, & queruntur, quod prospiciens multa scelera euentura, conuiuet tamen, & tacet sciens, & prudens potensque prohibere flagitium, quod nefarius quis molitur. Quare optarim potius inquit eū nescire futura, vt sapientes quoque, qui vident ea, quæ facit, aut fieri sinit, hac perturbatione carerent, eadē inscitia, vtilitate illis afferente. Melior enim est inscitia rerū futurarū, quàm scientia. Est alia lectio iodeai cognoscentes me, quàm legit Chaldaeus *יודעו* iodeau qui norunt me, referturque ad amicos Iob, Quare non sunt abscondita tempora ab omnipotente, & qui non norunt me, non vident dies eius, nempè Dei, nesciunt, quid agat in mundo, rationeque providentiæ. Prosequitur flagitia, quæ Deus prospiciens auertere, si voluisset, potuisset, Græcum hoc loco, toto (quod aiunt) aberrat cælo, non affirmans, sed negans Deum præscire futura *διὰ πνεύματι ἐλάθον ἔργου*. Quare dominum latent horæ, tempora? Hinc nullus apud Græcos sensus. Recenset, vt dixi scelera, prædas iniquorum: quod transferunt terminos, populantur agros, terram, greges abigunt: & antiquis pastoribus eiectis, ipsi pascunt: Sic asinum, equum, bouemque pauperis, aut viduæ: nempè miserorum pignerantur. Quod autem ait. Subuerterunt pauperum viam. Hebraicè est, declinare. fecerunt pauperes è via: in ambulantes scilicet, eos per summam contumeliam de via deiecerunt. Id fit interdum à violentis, aut celant se à conspectu eorum, ne ferant egenis opem. Quodque eodem versiculo dicitur. Et opprefferunt pariter mansuetos terræ. In Hebraico est. Simul *חֻבְבֵי* chubei, recti sunt, absconditi sunt mansueti terræ. Nimirum (vt aiunt Hebræi explanantes) quoniam mites, humiles, debiles, videbant superbum illum iactabundum, ventosum, violentum, norantque violentiam, abscondebant sese, deuitabant aspectum eius. Hactenus descripsit prædiuitem, superbum, crudelem, violentum. Exin proponit exemplum domesticum. Nam Onagri

A Onagri, nempè asini syluestres, ignauissimum pecus, & ad nihil vtile, in regionibus Orientis visuntur gregatim in syluis pascetes: visoque homine extemplo diffugientes, omnes agros deuastant. His comparat prædones, rapaces, qui sua putant aliena, & in bona aliorum impetum faciunt. Apud quos viuitur ex raptis. Quod autem ait eodem versu. Vigilantisque ad prædam, præparant panem liberis. Hebraicè ad hunc præcise modum. Desertum ei panis pro pueris suis. Nimirum, desertum, solitudoque illa, vbi prædas abigunt, est panis, est victus filiorum suorum. Nam cum Iob esset Arabs & Ismaëlita, describit latrones illos domesticos, nomades, & shenitas Græcè dictos, quod vagantur sedibus incertis, tum sub tentoriis degunt. Hinunc quoque visitant præda, viatores, omnesque in quos inciderunt (eunt enim gregatim) adorientes, eos, & quidquid ferunt secum, abducentes. Hos abominatur Iob, iustissimus vnus, qui fuit in illis, & seruantissimus æqui. Illis autem mos est non modo prædas abigere, sed agros, vineasque inuadere: populantque ingentem farris aceruum. It nigrum campis agmen, prædamque per herbam conuectant calle angusto: & in sylvas pennis ablata recessit. Quodque eodem versu dicitur. Et vineam eius, quem vi opprefferant, vindemiant. Hebraicè aliud quiddam: & vineam hominis scelerati deserunt, præteruolant. Diripiunt (inquit) bonos, at improbis, sui que similibus parcunt. Nullumque genus latrocinij, quod ab illis non admittitur, omittit. vt sunt indumentorum ablatores, qui Græcè dicuntur *λωποδῖται*. quodque sequitur. Quos hymbres montium rigant, & non habentes velamen amplexantur lapides. Etiam Hebræi assentiuntur huic sensui, designari extremæ paupertatis homines, qui domiciliis, quæ diripuerunt violenti prædones illi, carentes, necessario, saxa speluncasque montium amplexantur: vt sunt Eremitæ, quos ob hanc ipsam miseram habitationem, sæpe Hippocrate indigere testatur Hieronymus. Et quod sequitur. Et vulgum pauperum spoliauerunt. Hebraicè nescio quid diuersum. Et super pauperem pignerantur. Quod ab Hebræis ad vestimenta, de quibus paulò ante. Tanta (inquit) horum crudelitas, vt hyeme pauperes expolient pignus accipientes. Quod autem profequitur. Nudis, & incedentibus absque vestitu. Clarius, & dilucidius, Hebraicè. Nudum incedere fecerunt sine indumento. Spicas autem, notissimum est in lege præcipi, vt pauperes dimittantur colligere in messe superantes. Quod ab illis nulla ratione seruatur. Septuaginta quod Hieronymus dixit, Spicas. Hebraicèque, est *אמר* omer, dixerunt Græcè *σάπρον*. nempè annonam, cibum, quod idem est, si referatur, ad mensuram, qua triticum mensuratur. quodque sequitur. Inter acruos eorum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt. Quod noster dixit acruos, Hebraicè, est *שורש* shurdeth, parietes. Dicitque Hebraicum. Intra parietes suos, meridiantur, nempè pauperes illi, oleum, aut vinum conficientes, in torcularibus sitiunt. quia superueniunt latrones illi, vinum, oleumque illorum diripientes. Is est verus sensus, proponiturque etiam ab Hebræis. Hæc non attingit Nicolaus. Septuaginta ad omnes insidias, quod sequitur Nicolaus, retulerunt, *ἐν σελήναις ἀδικίας ἐν ἡδύπνευσται*. In angustiis, iniuste insidiati sunt. Sed, vt dixi, sermo est de pauperibus, qui vinum, aut oleum intra parietes conficiunt, quod mox latrones illi diripiunt. Quodque sequitur. De ciuitatibus fecerunt viros gemere. Hebraicè dicitur ad sensum, clamant, vociferantur miseri mortales in vrbibus vulnerati, aut interfecti. Et quod ait. Et Deus inultum abire non patitur. Ironice, quasi, dictum. Et quomodo (inquit) ais tu ò Eliphaz, Deus abire non patitur inultum: vt Hebraicè, frustra, in vanum: Vides tot cædes in vrbibus, quis vlciscitur, quis prohibet eas? Quis adest, qui flagitiosos, aut nocere bonis non sinat, aut vbi nocuerint vlciscatur? Is sensus etiā Hebræorum est. Quos autem vocat rebelles luminis, luci, etiam Hebræi fatentur improbos esse Deo, quem lucem hic appellari assentiuntur, qui sit lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Non est malum, quod Nicolaus dictamentum rationis ait lucem hic vocari. Quanquam affirmant Hebræi, & mihi quoque probatur, Lucem diuinam, hic designari, quam, qui male agunt, odio habent. Qui male agit, odit lucem. Noctu grassatur: noctu lupus obambulat. Idque indicant sequentia. Describit duo genera malorum: eorum, qui in propatulo perperam operantur, cædes appetentes: & eorum, qui rapinis inhiant noctu. Tamen, quod dicitur. Mane confurgit homicida. Hebraicè est, Ad lucem confurgit. Leuita interpretatur, propter lucem venturam, confurgit è stratis homicida præuenit aduentū lucis: timet videri. Id mihi non displicet. Cætera clarent de adulteris, noctem adamantibus induta persona. Perfodere autem domos, aut de his latronibus dixit, quos ob hoc

ipsum Græci vocant *τεροφύγος*, aut certe perfodere, penetrare dixit, adulterorum more. Quod autem dixit noſter in dimidio verſiculi, Et ſic in tenebris, quaſi in luce ambulat.] Hebraicè dicitur. Cùm viderit, aut agnouerit, quaſi terror umbra mortis. Id ſcilicet, quod paulò ante: Auroram, aduentantem que lucem timent, execrantur, deteſtantur, pauore, trepidatione ſollicitantur cùm cognouerint, cùm alter alterum incipit dignoſcere. Proſequitur. Leuis eſt ſuper facie aquarum,] De fugiente, & auerſante lucem, & timente fraudes ſuas apparere dicitur. Comparatque eum aquis, quas ille velocitate præuerrat, velocius rapidiſſimo fluuio, & præcipiti torrente diffugiens. Pedibus timor addidit alas. Fugit ocyus euro. Citior aqua diffugit, aut ea re, quæ ſuper aqua fertur. Hic ſenſum etiam Symmachus reddidit Græcè, ſed à Græcis ſecus intelligitur. Dixit enim Symmachus *ἐπιπλάων ὕδατι*. Supernatans aquis. Græci vero *ὡς περ φοῖοι τὰ κοῦφα τὰ ἐπιπλάωντα τῷ ὕδατι ὑπὸ τῆς φορέας τῶν ὑδάτων, οὐ τὰ ἑαυτοῦ πᾶς ἡσυχουρῆς ὑπὸ πειρασμῶν ἔλκεται*. Quemadmodum (inquit) leuia ſupernaugant aqua, ab impetu aquarum, ſic omnis improbus, à tentationibus rapitur. Hebræi vero non ad tentationes, ſed fugam improbi, adulteri, furis luce appetente, referunt: quod quadrat magis vniuerſæ lectioni. Proſequitur. Maledicta ſit pars eius, in terra, nec ambulet per viâ vinearû.] Obscurus ſenſus, ſed verus Hebræis aſſentientibus, eſt, quòd maledicta eſt pars eorum nempè, quòd illi nò eunt niſi per terram maledictam, nempè in cultam, inaratam, deſertam. Et quòd non ambulat per viâs vinearum, nempè cultas, habitatas, tritas, ne inueniatur. Is eſt vnus ſenſus. Poſſe eſſe quoque vt impreceretur eis omne malum, quod Hebræis non diſplicet. Quòdque ſequitur. Ad nimium calorem tráſiet ab aquis niuium, & vſque ad inferos peccatum illius.] Hebraicè dicitur. Siccitas & calor auferunt aquas niuis, inferos vel foſſam peccauerunt. Quorum eſt ſenſus iuxta Hebræos. Ecce peccatores & ſcelerati illi, quantum vis iniquè vixerint, nullas in vita pœnas pertulerunt: ſed quam facile calor liquefacit niues, tam foſſa reſoluet hos, qui peccauerunt. Is eſt ſenſus Leui. Abraham ſic interpretatur. Quam facile diſſoluit calor niues, tam facile deſcendent ad inferos hi qui peccauerunt. Eſt, vt ſæpius dixi, amphibolum, *שְׂדֵי שְׂדֵי* ſhedl, ad inferos, & ſepulchrû. Is mihi ſenſus placet magis, quàm ille ſuperior. Cui applaudit ex parte noſtri. Cetera clarent. Quod autè ait, Paut enim ſterilem, & quæ non parit.] Duo ſenſus. Nâ paſcere, Hebræis eſt, etiam vorare, depaſcere. Latine quoque. Et miſeros depaſcitur artus. Sic hoc loco, paut, nimirum deuorauit, abſumpſit eam, quæ non parit, viduam ſcilicet marito carentem, aut (vt ait Leuita Gerſon) quæ tam affligitur, vexatur, vt non pariat. Paſcere quoque ſterilem, poſſet intelligi de meretricibus, quæ ſibi foecunditatem medicamentis adimunt. Illud Leuitæ mihi arridet. Quod vero ſequitur. Detrahit fortes in fortitudine ſua, & cùm ſteterit, non credet vitæ ſuæ.] Hebraicè dimidium verſiculi. Et cùm ſteterit, nò credet vitæ ſuæ. Eſt ad hunc modum. Exurget, non credet vitæ. Quorum eſt iuxta Hebræos ſenſus. Crudelis ille & violentus, adeo robuſtus erat, vt etiam fortes vinceret & perimeret. Quocirca quilibet eorum pertimeſcens, nec vitæ ſuæ confiſdens, auſugiebat, deuitabat ſuperbû, immanem. Quare in Hebræo non eſt, Cùm ſteterit, ſed pro eo, Exurget. Quod autem ſequitur. Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbia.] Longe ſecus intelligitur locus ab Hebræis. Eſt enim Hebraicè. Dedit ei ad confiſdendum, & innixus eſt, & oculi eius ſuper vias illius. Locus obſcurus. Primum ſic intelligit, & exponit Gerſo Hebræus, Dederant munera improbo, nefario illi, fidebant, ſecure ociabantur. At ille non percipit vlli, ſed oculis intentis obſeruabat, quo pergerent, vbi pedem ſiſterent. Auen Eſra vero alium ſequitur ſenſum, Dedit illi Deus quidquid vellet, & confiſdebat, quòd poſſet vlciſſi eum, & oculi eius ſuper vias illius. Oculi, inquam diuini, qui obſeruarent, quo pergeret improbus. Ita in ambiguis verbis, diuerſas ſententias eſſe contingit, quemadmodum nonnunquam apud Homerum, Virgilium. Sanctes Pagninus addit multa, quæ non ſunt in Hebraico. Qui velit interpres eſſe, nò paraphraſtes, nec plus, nec minus debet, quàm in fòre eſt ponere. Quod autè ſequitur Eleuati ſunt modicû, & nò ſubſiſtent, & humiliabuntur ſicut omnia, & auferentur.] In fonte hoc modo. Eleuati ſunt Paulû, & nò eſt ipſe, & humiliati ſunt omnes, congregabunt, & ſicut caput ariſtæ ſuccidentur. Quorum eſt ſenſus iuxta Hebræos. Receſſerunt paululum, amouerunt ſeſe viri iſti, de quibus dixi, quos ille ſuperbus, truculentuſque tyrannus inſequitur in vrbe, non adefſt ille: ſed oculi eius veſtigant, quo pergant, vt eos interficiat. Itaque capit tyrannus eos, interficitque, & caput in terram decutit, vt excutitur ariſtis. Hunc ſenſum adhibet Gerſon, & ex parte Abraham. Iob, vt ſæpe dixi, eſt tenebroſus totus, velut Lycophron quis, qui magis arridet ſenſus is

ſus is melior eſto. Quod ad extremum additur. Quasi ita non eſt.] Etiam Hebræi aſſentantur, ad poſtremum concludere Iob contra Eliphaz, qui dixerat impios ſine fauore diuino eſſe, & tandem ſcelerum perſoluere pœnas: quam orationem ipſe vbique reſellit. Quis (inquit) ſecus oſtendet, cùm ſenſus adſit teſtis? Vbi autem noſter dixit. Et ponere ante Deum verba mea.] In Hebraico, diſtictio *וְ* diuerſis ſubnotata punctis deſignat Deum: & eſt negatio, non. Hieronymus legit *וְ* El, Deus, at nunc legitur *וְ* al, non: Vt dicat Hebraicum. Et ponet ad nihilum verba mea. Qui ſenſus mihi magis probatur.


CAPVT XXV.



XORDIVM reſponſionis huius, congruunt interpretes omnes Latini, Græci, & Hebræi, fuiſſe de magnitudine, poteſtate, maiestate diuina: vt quoniam Iob arrogauerat ſibi eximiam probitatem, & innocentiam, quam ſuſpicarentur amici, diuinæ bonitati, & integritati voluiſſe conferre, parte alia ad ſolium Dei prouocauerat, tribunal eius deſiderauerat, dicere cauſam ante eam poſtulauerat: hinc Baldad Suchites propoſuit reſponſionem de diuina maiestate. Græci quoque ſuperaddunt, hac terroris diuini prædicatione, Iob inuitari ad pietatem, cuius initium, vel ipſamet eſt timor domini. Id minus, quàm ſuperiora, placet. Terror autem & poteſtas, ſunt perinde ſi dicas formidanda poteſtas. Tremunt videntes Angeli. Tremunt poteſtates. Et apud antiquiſſimum vatem Homerum *ἐλάλιζεν ὄλυμπον*, Nutu tremefecit Olympum. Et noſtrum. Vultu, quo calum tempeſtateſque ſeruat.

Italicus autem Poëta. Solo nutu componit elementa. Hoc igitur Baldad dixit: Poteſtas & terror apud eum eſt. Quod autem ait: Qui facit concordia in ſublimum ſuis. Et illud, quod modo noſtrates Poëtæ canebant, Cælum tempeſtateſque ſerenat: Componit elementa. Hebræi ex philoſophia, moueri ad nutum, imperiumque eius, ordines cæleſtes: Solem, Lunam, omnemque molem. Moueri autem ſumma concordia: cunctis ad vnus imperium, motus ſuos peragentibus. Quod pulcherrimè ab Ariſtotele deſcribitur in compendio philoſophiæ. Res clara eſt, nec multa diſquiſitione, quemadmodum laborat Nicolaus, deſudandû. Chaldæus ad ſpiritus ſupernos aduolat, nominatim appellans, Michaelem, Gabrielem præfectos elementis, in quibus Deus faciat pacè. Quod autè ſequitur. Nunquid eſt numerus militum eius?] Diuinè dixit, Milites, ſiue cæleſtes ordines, ſiue cæleſtia corpora deſuper lucentia. Appellatur enim in ſacris litteris, militia cæleſtis, aut exercitus, omnis Angelorum multitudo. Item omnes Stellæ, vt cùm prohibentur adorare militiam cæli. Sic Græcè dicitur *κοσμοὶς, ἀγγελόμοιοις*. Idque tum de Angelis, tum ſideribus. Hos appellat milites eius. Quibus non eſt numerus: quia millia millium aſſiſtebant ei, & decies centena millia miniſtrabant, Stellæ quoque innumerabiles. Et quod ait Super quem non furgit lumen illius.] Propter multitudinem ſiderum toto cælo ſuper vniuerſum terrarum orbe lucentium. Accenſa ſunt ab eo hæc lumina: Ab eo niteſcunt, vt aiunt Hebræi. Cùm ſit eius tanta diuinitas, homo quid erit præ illo? Quod autem ſequitur, Ecce Luna non ſplendet.] Refertur etiâ ab Hebræis ad deliquia Lunæ, & decremента. Luna deliquium patiente, indicium eſt fuiſſe, & eſſe qui eâ ſic inſtituerit. Eſſe aliquè ſemper in maiestate ſua relucentè, nò quemadmodum illa, cuius lumè ſæpe deficit. Creſcit, & dicreſcit aliquo huc ordinè moderatè. Nec de Luna ſolum, cuius lumen opacatur, id dico, verum etiam contendo ſplendorè luminum cæleſtium, cunctarumque Stellarum, tenebras eſſe, præ claritate Dei. Longe igitur magis deiectus eſt & debilitatus homo infra creatorem ſuum. Cuius lumen eſt æternum, à quo lucent ſidera cæleſtia. Quem tremunt Angeli, iuſſis eius elementa, maria, terræ obtemperant. Præ tanto, quid eris ipſe homo animal imbecillum, diurnum, hortus Adonidum, mane florens, veſpere areſcens & decidens?

CAPVT XXVI.



VPERIORE capite is, qui diſſerebat, quaſi pro Deo cauſam ſuſcepiffet, eique ſuppeticas latum veniſſet, ita ſe geſſerat, vt contra Iob, multa de maiestate eius locutus, pro eo depugnaret. Reſellit igitur Iob, irridens inanes, nec vſquam pertinentes orationis eius conatus. Et ne videretur ſolus Baldad ſapere, quæ de ſummo Deo diſſeruit, locupletat ipſe latius. Nunquid (ait) accuriſti, auxiliium, vt ferres ei,

qui nil possit, qui si imbecillis sine robore, brachiis debilitatis? Ea, que sunt clariora, nos docere voluisti, quasi nesciremus hæc omnia, quæ tu ore grandiloquo profudisti. Quod noster dixit. Et prudentiam tuam ostendisti plurimam.] Hebraicè est. Et legem, aut sapientiam ad multum scire fecisti. Est autem pro eo, quod noster transtulit prudentiam, in fonte חושבנות thushigia pro quo Chaldæus vertit חוכמת choemetha, sapientiam, Et Græcè Septuaginta σοφία, Quod docuerit Baldad sapientiam, non Deum, sed ipsum Iob: quanquam Græci interpretes, in Deum referunt τὴν σοφίαν, ἢ πᾶσα σοφία. Cui consuluisti? nonne ei, cui est omnis sapientia? Sed rectius de Iob. Et quod sequitur. Quem docere voluisti? nonne eum qui fecit spiramentum?] Alio ordine, & alio sensu legitur in fonte. Cui nuntiasti verba? & spiramentum, cuius, vel quod exiuit à te? Iuxta magistròs Hebræorum, vim locutionum suarum apprime callentes, hoc sapit Auè Esra. A quo suscepisti sermones hos quos locutus es? Videtur autem esse ἄσπετος, ut dicat. Quod spiramentum, quæ ventositas exiuit à te? Quæ iactantia hæc tua est?

Larga quidem Drauce, semper tibi copia fandi.
Hæc mihi magis probatur explanatio. Quod vero sequitur. Ecce gigantes gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis,] Locus obscurus, alio longe sensu ab Hebræis intelligitur. Quos noster, & Septuaginta apud Græcos transtulerunt Gigantes, Hebraicè autem גיפתיים harphaim, sunt quidem in sacris litteris eo nomine vocati Gigantes, sed rursus eadem voce sæpe vocantur mortui. Rephaim ergo significat mortuos. Quod autem dixit Hieronymus Gemunt, Hebraicè, ילדו יעחוללו, quod designat, interfecti sunt. Quod Septuaginta nescio quo sensu vertunt, μὴ γυνήσονται, obstetricabuntur, nempe renascuntur, parturientur, ut Græci lucubrantur. Itaque Hebræi, non admittunt hoc loco Rephaim pro Gigantibus, sed pro mortuis. Mortuos autem interpretantur grana & semina, quæ Deus faciat nasci sub aquis, ut Deum, etiam in abditissimis mundi partibus, mira inoperari fateatur. Hoc proponit Auè Esra, eumque sequitur Gerson dicens, sermonem esse de plantis, quæ sub imis aquis & in profundo pelago, fluminibusque nascuntur. Diuinæ potentiæ mirabile argumentum, ut aquæ non prohibeant incrementum harum plantarum. Proponit etiam Gerson alium sensum de mineralibus, quæ vocentur hoc loco rephaim. Sed expositiones hæc mihi nulla ratione probantur. Neque enim decet tam longinquos vocum petere significatus: ut quod denotat vilitate Gigantes, aut mortuos, pro plantis, aut mineralibus accipiatur. Quinetiam non est quemadmodum inferius vlla diuinæ potestatis prædicatio de seminibus sub aquis pullulantibus. Non cohæret cum sequentibus, nec quadrat ad prædicationem diuinæ potestatis. Quare ego malim rephaim, Gigantes appellari, designarique Gigantes illos, quos diluuium abstulit. Ingressus enim Iob, ad prædicandum diuinam potentiam, primum recenset, quemadmodum Poëtæ nostrates, ut vasta illa corpora deiecerit. Quorum tanta fuit arrogantia, ut,

*Ter sint conari imponere Pellion ossè. Et
Hic, & Aloidas geminos immania vidi
Corpora, qui manibus magnum rescindere celum
Aggressi, superisque Iouem detrudere regnis.*
Similiter de viribus Herculis.
*Hic iuuenum chorus, ille seruum, qui carmine laudes
Herculeas, & facta ferunt, ut prima nouerca
Monstra, manu geminosque premens eliserit angues.
Ut bello egregias idem disiecerit vrbes
Tu nubigenas inuictæ bimembris.
Hileumque, poliumque manu, tu Cresia mactas
Prodigia.
Te Stygij tremuere lacus, te ianitor Orci*

Similes laudes ingressus decantare Iob cepit à Gigantibus, diluuiò sublati. Quod ergo noster ait. Gemunt, Hebraicè dicit, ילדו יעחוללו, interfecti sunt, Gigantes etiam dixit, editio Chaldaica nêpê גיפתיים ghibaraià, Et quos dixit idem noster. Et qui habitant cum eis est omnis impia manus. Omnis societas eorum, quemadmodum Chaldæus trãsfert, משרתו mashriathethó. Omnis illa impiorum manus: Castra aquis extincta, qui superis detrudere regnis, Iouem conabantur. Exin profectur laudes alias, sed prior hæc proposita, ut infringeret Iob arrogantiam criminantium suorum, simile quid illis intentans, quod Gigantibus

A tibus oblatum est propter superbiam. Aliæ laudes sunt de naturali potestate Dei, primum decat, quale diuinus Orpheus de eodem æterno Deo,

*παντ' ἐφραεθῶς, ἅπαντ' ἐπακοῦεις, ἅπαντα βεβηλεῖς.
Cuncta vides, & cuncta audis, & cuncta gubernas.*
Sic ait Iob, ante oculos eius apparere omnia quantum vis abdita, à luce, ab aspectu remota, tenebris altissimis circumseptæ. Non est autem locus vilis à luce remotior, quam infernus, qui, & אבדון abadon, id est, interitus, perditio vocatur. Hanc, ait, quanquam sit abditissimus sub terra locus, apparere Deo. Profectur aliud miraculum. Qui extendit aquilonem super vacuum.] Est autem laus hæc, qualis apud Ouidium, & Claudianum. Priorem *Principio terram ne non aequalis ab omni Parte fovet, magni speciem glomeravit in orbis.* Claudianum autem, *Terram medio liberauerit axe.*

Super vacuum autem dixit, innuens terram è nihilo creatam: super nihilo fundatam, atque erectam: non quemadmodum præcorum quidam, qui mundum quidem creabant, materiam autem sempiternam subiiciebant, quæ proposita esset opifici. Aquilonem autem dixit, pro vniuersa terra, quod respectu nostri, qui supernum hemispherium incolimus, aquilonarius magis, quam australis sit habitabilis. Hebræi quoque locum interpretantur, quod Deus detenderit vniuersum orbem terrarum, super centrum, punctumque medium mundi. Et quod terra nulli corpori nitatur, sed nutet in seipsam, ob quam causam, super nihilo fundata prædicetur. Mirabile certe prodigium. Græci vero dant alium sensum, non multo dissimilem: quoniam Septuaginta reddiderunt aquilonem βορρην boream, Deum cuius sit æterna potestas repleuisse, & referuisse aeris tenuitate, totum intra cælum, terramque spacium, quod vacuum sit, si cogitando ipsum æra submoueas. Illud Hebræorum rectius, lectioque consonantius. Declarat id dimidium eiusdem versiculi, quo repetitur id ipsum miraculum. Et appendit terram super nihilo.] Quod vero sequitur. Qui ligat aquas in nubibus suis.] Coactas pluuias in nubibus & constipatas innuit, profectur vniuersam philosophiam. Intra leuissimum æra, tot flumina, tanta vis aquarum, tot nimbi, qui delapsi rapiunt montes, & obiecta queque, continentur. Id plane miraculum. Quod sequitur. Qui tenet vultum solij sui, & expandit super illud nebulam suam.] Vultum solij sentit superficiem conuexam, vel concauam, solium autem vocat cælum, quod est sedes Dei: super cælum per vniuersam regionem æriam longe, lateque nubes effundit expanditque Deus. Denatur aer, & constipatur in nubes, omnique sublimis aspectus inhorrescit. Quod vero ait. Terminum circundedit aquis usque dum finiatur, lux & tenebræ.] Hebraicè totum hoc dicitur. Decreuit, vel ordinavit circulum, vel orbem, super aquis. Vel hoc modo, terminum, vel decretum circumduxit super aquis. Hoc primum ab Hebræis intelligitur. Deum posuisse legem mari, decretis suis ipsum circundedit, ne transiret fines datos: ut appareret pars hæc terrarum habitabilis aquilonaris, in qua tot res viuunt, & subsistunt. Id autem est vbiunque vicissim dies ac noctes succedunt. Vbiunque nox & dies, partibus æquis, tempora diuidunt. Alius est sensus, ut apparuit in Cosmopœia. Circundedit orbem super aqua. Orbem celestem super aquas illas immensas primordiales, extendit. Orbem inquam lucis, per quem rotando. Sol dies, ac noctes diuidit. Hunc orbem Deus æternus à principio super aquis extendit ut per ipsum, dies ac noctes succederent terris. Proponitur enim hic tota creatio ferme iuxta ordinem Mosaicum. Primum de fundatione terre: Tum de ære circumfuso terris, quod firmamentum, vel æria diffusio vocatur apud Mosén: Tunc fonte illo, qui ascendebat è terra, qui vocatur Hebraicè Ed, vapor, exalatio maris & terrarum. Demum de creatione siderum, Solis, Lunæ, quorum circulis circum cælum & terras rotatis, definitur nox & dies. Hæc fortasse verior interpretatio, quæ etiã in antiqua translatione Chaldaica reperitur, quia dicitur. Definiuit habitare למשחית firmamentum, superficies aquarum. Prior est apud Hebræos, Latinos, & Græcos. Nam Septuaginta locum transtulerunt ἀεὶς ἡμέρας ἐν ἕρπασσιν ἐπὶ τῷ ἀεὶς ἡμέρας ἕδατος. Imperium circumduxit super faciem aquæ. Sed Symmachus dilucidius ἕρον περιέγειται, Terminum circumscripsit. Quod autem profectur. Columnæ cæli contremiscunt, & pauent ad nutum eius.] Columnas cæli nonnulli Hebræi sentiunt, eas terræ partes, quæ terræ motu quatuntur, quem visceribus eius inclusus aer efficit. Dictas columnas cæli, quod cælum quasi terris inniti videatur: ut terræ motum nunc innuat Iob. Mihi probatur magis expositio Græcorum, quadam translatione di-

ctas cæli columnas, firmas eius sedes, firmitates cælestes, quibus niritur, ac consistit inter duos cardines cælum, vertunturq; semper sidera eius, & partes omnes. Corpus autem eundem tuctur locum. Chrysoſtomus hoc edisserens *καὶ αὐτὰ φησὶ τοῦ οὐρανοῦ τὰ στεῖρα καὶ αὐτὰ οἰοῦντι ὑποβάθραι.* Et ipsæ (inquit) cæli firmitates & quasi sustentacula, & firmamenta descendunt, quatuorq; cum ipse imperaverit. Sic ait, per metaphoram igitur cælo columnas dedit, quæ ad nutum Dei quatiantur. Illud videlicet Homeri, & Poëtarum *ἠέλιξεν ὄλυμπον*

Attauit, & nutu totum tremefecit Olympum,
Solo supercilio. Horatius. Idem primo Odiseas quasdam cælo, ingentes tribuit columnas. At Nicolaus longinquius cæli columnas Angelos interpretatur. Quod autem sequitur. In fortitudine eius repente maria congregata sunt, & prudentia eius percussit superbum. Quod noster dicit. Congregata sunt. Melius significatur Hebraicè de potestate Dei. In fortitudine (inquit) eius mare *מַר רָגָה*, quiescit, sedatur. Fluctus, qui sæpe sidera tangunt: & mare quod fluctu nonnunquam verberat astra, intra montes, sinuq; suos continetur, & quiescit. Stat quasi iussa timens, vocemq; terribilem, seq; intra suas metas premens. Recte igitur Gerson Hebræus, verbum linguæ suæ raga, quod sonat fluctuare, sonat & quiescere, sedareq; pro hoc postremo sumpfit. Id etiam transtulerunt Septuaginta *ισχυὶ καὶ τεπαιωσε τὴν θάλασσαν.* Quem autem noster dixit, superbum, Hebraicè est *רָהַב* rahab, hunc Septuaginta interpretes, vt superius transtulerunt *κίτος* Cetum, quoniam de mari sermo est. Vox Hebraica sonat superbum, fortem, vt transtulit Chaldæus *רָהַב* Hunc superbum, nonnulli Hebræi sentiunt ipsum mare tumescens, iratum, fremens, quod & monstrum à Poëta nostro vocatur.

*Me ne salis placidi, vultum, fluctusque quietos
Ignorare inbes? me ne huic confidere monstro?*
Hac ratione fortasse vocatur hoc loco, superbus, elatus, mihiq; probatur. Illud Græcorum licet arrideat, remotius à nomine. Et de ceto inferius sermo est. Quod vero prosequitur. Spiritus eius ornauit cælos & obstetricante manu eius, eductus est coluber tortuosus. Nihil cælo fieri potuit absolutius. Vere ob hanc causam vocatum *κόσμος* ornamentum mundus, nomen proprie cæli. Dixit, & facta sunt. Spiritus item nunc, sapientia. Quod autem ait, obstetricante manu eius. Obstetricatio, nunc est creatio, formatio. Idq; sonat magis Hebraicum verbum *חָלַל* chalal: coluber autem tortuosus mihi non displicet, iuxta sententiam Gerson, vt sit ille stellarum aspectus in cælo, quem Græci, ac Latini serpentem, siue colubrum vocant, de quo Poëta.

*Maximus hic flexu sinuoso labitur anguis,
Circum, perque duas in morem fluminis arctos.*
Nam cum de cælo philosophetur Iob, non debuit tam repente in mare descendere. Sunt enim etiam ex Hebræis, qui serpentem tortuosum exponant, qui sæpe in sacris litteris celebratur. Cetum marinum, alio nomine dictum Leuiatan, propter corporis vastitatem, apud Prophetas inter miracula, prodigiaq; Dei commemoratum. Tortuosum dixit, quod Hebraicè bariach, id sonat, nunc vectem, ob quod noster dixit Tortuosum, nunc à verbo *בָּרַח* barach fugere, fugacem, velocem, ab Oceano ad Oceanum vagum, pelagus fecantem. Probatur mihi hæc quoque interpretatio. Fuerunt, qui diabolum intelligerent nimium allegoricè. Denique concludit. Hæc pauca locutus sum super potentia, maiestategue eius. Longe plura dici potuissent. Et cum vix paruam stillam sermonis eius audierimus. Idest, vt clarius, lucidiusq; legitur Hebraicè: & quàm exiguum est, quod in hoc omni sermone complexi sumus? Quis poterit tonitrum magnitudinis eius intueri? Hebraicè melius & clarius. Et tonitrum maiestatis eius, quis intelligat? tonitrum sentit vocem quandam diuinam, cælestem, qua prodigia diuina referantur. Ac fere concludit Iob, quale post multa visa sibi prodigia, dixit Sibylla apud Poëtam.

*Non mihi si lingue centum, sint, ora que centum
Ferreæ vox, omnes rerum comprehendere formas:
Omnia nature percurrere nomina possim.*

A

CAPVT XXVII.



ONGRUIT inter omnes, quòd nullo amicorum Iob quicquam respondente, iam calumniis, & obiectionibus deficientibus, audacius reperit rationem de iustis & iniustis, piis, & impiis in hac vita. Exaggerat felicitatem improborum, clades, & incommoda bonorum. Demum, quid sentiat proponit, veluti illi, apud Ciceronem de natura Deorum differentes. Quod primum dicit, Qui abstulit iudicium meum. Duobus sensibus: aut quod solium, tribunalq; quod toties postulauit, vbi coram Deo diceret causam, non obtulit, non dedit, aut si vera dicunt aduersarij, bona, & mala diuinitus esse, mihi præter, fas, procul omni iure, iudicio, calamitates inflixit: contra omne iudicium, his miseris implicuit. Ac secundum designat primum: in amaritudinem adduxit animam. Quod vero affirmat. Quia donec superest spiritus in me. Est velut illud Virgilianum.

*Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus:
Semper homos, nomenque Dei, laudesque manebunt.
Nunquam scelus ex ore sonabit.*

Persto in hac sententia: viribus totis, pietatè innocentiamq; retineo. Absit vt vos, qui me sceleratum impiumq; prædicatis, veros esse sinam. Omnem dabo operam, quo mendaces lycophantæq; conuincamini. Nullum enim est flagitium, cuius conscientia diuerberet animum. Inimicus mihi, planeq; aduersarius esto, qui malefactis applaudit suis. Quæ enim demum sunt præmia scelerum? Quid hypocrita, vel vt Hebraicè melius *חָנֵף* chaneph, nefarius, flagitiosus, assequitur rapinis, & auaritia? Et non liberet animam eius, Deus. Melius Hebraicè *יֵשֶׁל* ieshel. Et felicitet eum Deus. Faciat eum in hac vita beatum, fortunatum, quo tandem desinet hæc felicitas? Quanquam potest esse sensus illius verbi, rapiat, auferat. Quid (inquit) assequitur improbus, ob ante actam turpiter vitam, cum Deus rapuerit, segregauerit animum eius à corpore? Is quoque sensus mihi probatur, Verbum enim Hebraicum *יֵשֶׁל* ieshel potest esse à *שָׁלַל* shalal, rapuit, & à *שָׁלַח* shalah, felicitatus est. Vnde Latine salus. Hoc (inquit) impij præmium ferunt improbitatis, quòd adueniente super eis repentina calamitate, Deiq; opem implorantes, minime exaudiuntur. Idq; erit, quoniam super omnipotente non est delectatus, non ei cohaesit. Eoq; vocem eius implorantes propter desuetudinem, inimicitiamq; cum eo, non exaudiet. Nam dixerat antea Eliphaz aduersarius. Er super omnipotente delectaberis. Confirmitur igitur (inquit) etiam ipse malos male perire, si quis vniuersa respiciat non solum præsentibus intendat. Quod autem ait. Docebo vos per manum Dei. Nempè quæ diuinus spiritus efflauit. Nam nobis quoque insidet Deus. Aperiam arcana Dei. Vos enim ipsi vidistis. Ante oculos, intèrque manus, sunt omnia, vestras. Quare tam ventosa loquacitas infumitur, in re perspicua? Verba prodigitis cum sit res in aperto de bonis & malis, de finibus eorum. Hoc enim datur improbo diuinitus, hanc habebunt mercedem scelerati ac perditii latrones, violenti, rapaces. Totam cum stirpe videbis, procubuisse domum. Ferro, fameq; conficientur: Heredes, ac posterii, morte vorabuntur, absumentur: Vidua vero non plorabit: aut quòd cum maritis tollentur, aut quòd periisse iuuabit: nefandos illos, perditosq; Gigantes, Sodomæq; viros, vtriusq; diluuij, quorum me numero inique vos aggregastis. Ego vero tantum abest, vt approbem, si quid feliciter vixerunt, vt hanc, de stirpe, posteritateq; illorum: vixerint illi, quantum velint, beate, sententiam pronuntiem. Possunt ne igitur cum eiusmodi sentire? Quantum velit ditescat, auro argentoq; fulgeat: opum cumulos exaggeret: suppellectile splendescat impius: ad iustos, innocentescq; tandem omnia deuoluentur, redibunt opes ad eos, quibus fuerant ablatae. Domus eius luculenter ædificata, velut aranea, velut domus tinearum, quæ morfu, voracitateq; victitant deiicietur. Similiter vmbra cælum, quod custodes vinearum faciunt, breue ad tempus tollitur.

*Nam qui diuitiis soli incubuere repertis,
Nec partem posuere suis, quæ maxima turba est,
Inclusi expectant poenas.*

Tum profectis eis è vita: velut montano gurgite torrens, Tollest tempestas diuitias omnes, quam cito quis aperit oculos, tam fluent omnia velociter, vt si remearet ad superos, nihil sit prorsus reperturus. Apprendet eum sicut aqua, inopia. Pro quo, Hebraicè. Appre-

hendent eum terrores aquæ: tempestas atra, repentinus nimbus, terrores omnes, circum- stabunt illum. Pro inopia igitur sunt כליהו balahoth. Nocturna tempestas furabitur eum. Eurus, aut qui est Hebraicè קדים kadim, ventus vrens, calidus, veluti auster (hunc Septuaginta καύσων) vi magna corripier: è sedibus eius opes & illum, Deus proiciet, accumulabit super eum calamitates, quas ille velocissime fugiet. Terga dabit, trepidulq; repente refugit cedentem, tollentemq; super eum manum. Quod vero noster ait: Stringet super eum manus suas.] Melius Hebraicè קפח ispoth, plaudet super eum manibus: nempè quicunq; intuebitur illum. Hoc etiam reddiderunt Septuaginta Græcè κροτήσιν ἐπὶ χεῖρας αὐτοῦ plaudet super eum manum suam. Et Græci optime interpretantur, ἐπὶ αὐτῷ χάνεται κρότος χερῶν, ἡ σελήνη. Super ipso fit plausus manuum, & derisio. Vel vt nonnulli Hebræi sentiunt, fiet plausus manuum, ex stupore, admiratione calamitatum. Sic etiam Sibilus, ab his, qui intuebuntur illum.

CAPVT XXVIII.



ROBONIT exempla rerum terrestrium, quibus res humanas aperiat, quemadmodum, natura fines quibusq; rebus dedit, omniumq; rerum fontes & origines reperiuntur, sistendumq; est alicubi, sic omnia hominum facta, finem suum esse habitura, mala malum: bona bonum. Philosophatur ergo de naturæ varietate. Sic Græci rationem horum exemplorum eam afferunt, quod quemadmodum fuit qui naturæ dedit ordinem, eodemq; sic multo magis idem res humanas gubernabit, earumq; curam suscipiet, nec temere, quemadmodum nec in natura, patietur fieri quicquam. Argentum igitur, omniq; generatim metalla, suas habent origines, vnde suscepta in glebas conflantur. Ferrum effoditur è visceribus montium, æs autem eadem ratione fit, aut conflatur è terra, sed in fornace, quod Hieronymus in editione adiecit dicens. Et lapis solutus calore, in æs vertitur.] Alioquin Hebraicè est. Et lapis conflabitur, defluet æs. Terra scilicet lutulenta, aut lapides quosdam fulgentes dicit, in venis & lapidicinis montium nascentes, quos in fornacibus soluant in æs, Vasta fornace liquefcunt. Sed quod noster interpret transfulit æs, Hebraicè autem vocatur נחשת nechushah, ferunt Hebræi esse ferrum validissimū. Attamen Septuaginta verterunt & ipsi χαλκόν, æs. Quod autem noster dicit. Tempus posuit tenebris.] Hebraicè dicitur. Terminum posuit tenebris. Et quoniam Septuaginta transfulerunt, τὰ ἔσθ' ἐθετο σιόττει, ordinem posuit tenebris. Aquila, Theodotio, & Symmachus ediderunt, prior quidem τέλος, finem, alter πέρας terminum. Postremus ἀπεθεσμίαν, definitionem. Ordinem autem tenebris datum, fortasse spectat eo, quod agit de his quæ in tenebrosis, abstrusisq; terrarum partibus progenerantur. Terras profundis tenebris abscondi, vsque ad eum locum, finemq; quem Deus iudicauit aptiorem. Multi de vicissitudine noctis atque diei sentiunt, miraculum prodigiumq; esse: densissimas noctis tenebras habere terminum, non tendere in æternam noctem. Quid noctis dico finem constitutum? imò cunctarū rerū Deus excogitauit, deditq; ad quos vsque procederent, non vltius, terminos. Hocq; est quod ait. Et omniū fines ipse cōsiderat.] Lapidē aut caliginis & vmbrae mortis, iuxta sermonis Hebraici morē, senties metalla sub altissimis tenebris, & in visceribus terræ nascencia. Inde fodinæ & lapidicinæ & cunei, intra mōtiū viscera tēdētes, vbi ad lucernā operæ fodiunt, à Sole summoti. Appellatur autē v̄sitate semper vmbra mortis Hebræis, densissima caligo, crassaq; tenebræ: qualiscunq; horrenda tenebrositas: horror tenebrarum. Hoc sentiunt pariter Hebræi, & Græci, qui vmbra mortis exponunt ἐν τοῖς κρητοῖς, ἢ ἐν βαθύτατοις σιόττει. In profundissima, & in altissima, obscuritate nascentem, effosillamque tellurem, quæ in ferrum, aurum, argentumq; conflatur. Is sensus verus. Quod vero ait, Diuidit torrens à populo peregrinante.] Nunc refert aliud miraculum, sed obscure, & verbis ambiguus. Philosophatur super eo, quod apud Philosophos vulgo iactatur.

Vidi ego quod fuerat quondam solidissima tellus

Esse fractum, vidi factas ex equore terras.

Idem perhibet Iob. Rapidū torrentē, aut fluuiū, qui pleno alueo profluere, cui nusquam esset vadū, nec vestigia sentiret: ita exaruisse, ita profundas illas aquas abiisse, vt deinceps calcaretur. Hoc autem ambigue, & obscure sic dicitur Hebraicè. Diuidit torrens, siue grandescit, tumescit, & quia tumescit, diuidit à peregrinante viatore. Diuidit, disiungit semitam, procul viatores submouet iuxta ripas, sepe etiā longius, quod stagnasset. Submouet igitur

A igitur viatores stagnans, & tumescens, torrens. Parte alia aquæ, quas pes humanus nesciret, obliuioni hominibus essent, auolarunt, abierunt, exaruerunt. Hoc ergo Hiero. obscure dixit. Nam quod scripsit, Pes egentis.] Non est egens in Hebraico. Nam דלל dallu nūc nō sonat egenū, sed verbū est, q; sonat exhauriri exarscere. Egenus aut dicitur דלל dal. Populus quoq; nō est hoc loco, sed prepositio עמ im. Populus autem dicitur עמ am. Ad verbū ergo versus habet. Diuidit torrens, separatq; à peregrino, quæ sunt in obliuione, à pede, exaruerunt, ab homine discesserunt. Quod autem sequitur. Terra de qua oriebatur panis, in loco suo, igni subuerfa est.] Memorat aliud ex philosophia. Terram frugiferam quondam, hominumq; alumnam, ab imis radicibus, ruptis fornacibus ignis, & sulphuris exaruisse late fruges, vt nullas proferret deinceps. Hoc tempestate nostra fuit perspectissimum puteolis. Flammarumq; globos, liquefactaque voluere saxa Vidimus feraces agros. Quodque legitur. Locus sapphiri, lapides eius, & glebæ illius aurum. Semitam ignorauit auis, nec intuitus est eam oculus vulturis.] Sensus est iuxta Hebræos. Memorans omnia naturæ miracula: super quibus, oculos, etiam Philosophi aperuerunt, in admirationem prius commoti, refert, quemadmodum terra frugum alitrix, post temporum tractum, ab imis fundamentis, emicāte igne, exaruisse: sic alias esse terras, lapidū pretiosorum, gemmarūq; feraces: vbi nascitur sapphirus: ibi quoq; glebas auri resurgere, quod vna sit ambobus origo. Hæc aut loca, adeo inculta esse & hominibus incognita, vestigiūq; humanis calcari nescia, vt auib quoq; ignorētur, quibus nō sit in his locis habitatio, quod nō habeat vbi nidus fingat, nec quibus alatur cibus: memoratq; præcipue vulturē, quemadmodum auit Græci, q; hi sint acerrimis oculis: qui desuper altissime cernāt in imo iacentia. Quod autem sequitur. Non calcauerunt eum filij institorum.] Quos Hiero. dixit. Filios institorum. Hebraicè est פרוץ בן יי bene shachaz, Melius est, & cum Hebræis, Chaldæoq; magis concordat, quod transfulerunt Sept. Non calcauerunt eam יין אלא צ'ונון, filij superbiorum, Superbos autem interpretantur Græci maiores bestias, præcipue leones. Itaque etiam Chaldæus, filios superbos interpretatus est יין ארי בן יי bene ariuan, Filios leonum. Feras quoque cæteri Hebræi exponunt. Et vox Hebraica shachaz, sonat superbum, elatum. Cui quadrat, quod subditur, Iecna. Prosequitur de potestate diuina. Ad silicem mittit manum suam.] Est scilicet, quale cecinit David. Tange montes, & fumigabunt. Si vellet, editissimos mōtes euerteret. Quod autem ait. In petris riuos excidit.] Est id ingens miraculum. Sepeq; ego vidi & obstupui, vt flumina medios secantia montes, hinc, atque hinc altissimos, in calūmque minantes scopulos relinquunt, ipsa magno fragore per saxa, rimantur iter. Hoc vero mirabile. Quod autem ait. Omne pretiosum, vidit oculus eius.] Nullum est vsquam miraculum, cuius à Deo non fuerit origo: cuius inuentio non fuerit ex mente diuina.

Impiter est quodcumque vides, quodcumque moueris.

Exemplū scilicet maiestatis, sapientiæq; eius: Omne pretiosum Hebræus Auen Esra interpretatur, & bene, fontes è petris prorumpentes. Quod vero sequitur. Profunda quoque fluuiorum scrutatus est.] Hebraicè paulo secus. Ne fluerent flumina, prohibuit. Nam quod Hieronymus dixit, Profunda, est Hebraicè מביחי mibechi, quod sonat, ne fleant, ne fluant. Quod Abraham exponit recte, ne currant. Sic quoque Gerson exponens hunc locum, ait. Fuit quoque tempus quando Deus, cursus fluminum repressit. Et quod esset in profundo eorum, extraheret in lucē. Sic vere locus intelligitur ab Hebræis. Id etiā Sept. priores, qui transfulerant ἀνεκάλυψεν καὶ βάθη ποταμῶν. Et profunda fluminum reuclauit. Reuelatio igitur profunda, & alueorum, designat sensum antecedentem, quem afferunt Hebræi, esse veriorē. Ideo enim fundum fluuiorum, alueusq; reuelatus est, quia Deus prohibuit aquas ne fluerent. Sistere aquam fluuiis, & flumina vertere retro. Quod vero sequitur. Sapiētia vero vbi inuenitur, & quis esse locus intelligentiæ?] Propositis tor miraculis, quibus infinita Dei maiestatem comprobaret, nunc de sapientia vera philosophatur, ostendens eam nō aliam esse quàm hunc ipsum, cuius miracula recensuit, colere, venerari. Hos esse deniq; thesauros veros, & incomparabiles diuitias. Id autem elaborat Iob contra aduersarios, qui ei sapientiā hanc non modo non concederent, vt etiam detraherent. Ex his autem comprobatur, quoniam boni possident sapientiam veram, mali autem non possident: solos esse bonos beatos, miseros autem solos malos. Quod in nostris habetur. Nec inuenitur in terra suauiter viuētium.] ~~Difficilis inuentio. Difficilis~~ simpliciter. Nec inuenitur in terra viuētium: Nempè in hoc mundo, Difficilis inuentio. Itaq; neq; in profundis terrarum partibus, quæ admodum, aurum, gēmaq; reperitur. Quāquā Heraclitus dicebat in puteo latitare verita-

praescribat, consulebat, docebat, & docens primus concilio praesidebat. Quod ait ad postremum. Eram tamen moerentium consolator.] quoniam

Cunctis iura dabat, legesque equabat in omnes.

Moerentes, afflictos solabatur, ignarosque viae, docebat. Detrahendum est, tamen, nihil nunc vtile.

CAPVT XXX.



Quod primum ait, Non dignabar ponere cum canibus gregis mei. Nempè ad custodiam, ut Hebraei nonnulli interpretantur, ut cum canibus domù afferuarent: Sed rectius, ut cum canibus, velut vilissimis animalibus, & ad dedecus. Nos item Arabas canes, itidemque illi, nos appellat. Optimù, quod & Graeci, Nò eos dignatus fuisset praeficere canibus, dare custodes canù.

Qui canes gregis aleret. Munus vilissimù. Cetera clarèt, eos tato deiectiones minoresque se fuisse, ut còtènere posset quidquid valeret. Nullo scilicet numero homines. Hæc, & quæ sequitur omnis còtumelia, atque descriptio: spectat in amicos Iob praesentes, qui nunc eù, quem olim verebantur, magis irridèt, quàm consolàtur. Quod vero nostra editio dicit. Et vita ipsa putabantur indigni.] Hebraicè dicitur. Super ipsis אבאד קאלאך abad calach. Perit tempus, vel senectà. Sic exponunt communiter Hebraei: sensusque est. Tanta fuit egestas horum, tanta inopia semper imbecillitasque, ex quo in lucem venerunt, ut perierit eis omne tempus nihil valentibus. Illud scilicet ἐπίσκοπον ἀχθὸς ἀπορίας. Terræ inutile pondus. Et senex ille apud Poëtam.

Iam pridem iniustus diuis, & inutilis, annos,

Demoror.

Quod autem sequitur. Egestate & fame steriles.] Est Hebraice: penuria, & fame solitarij. Egestas, ait Gerson, & fames, qua premebantur, cogebat eos persequi loca deserta & inculta, ubi celarentur, conspectumque hominum vitarent. Quare totum hunc locum paulò secus à fonte reddidit noster. Quod vero sequitur. Et mandebant herbas.] Pro communi nomine herbarum, est particulare, Hebraicè מלואח maluach. Nonnulli putant vriticam. Probat mihi, ut sit malua, & ab Hebraeo, nomen ad Latinos venisse. Pro hac, Sept. posuerunt herbam, quæ dicitur ἀλίμα, nempè sine fame, de qua scribunt Graeci ἀλίμα βοτάνη τις ἔστιν ὡς φασὶ τελεχὶ παρροῦσα τὸν ἐσθίουτα, καὶ κέρων ἐμπροσθοῦσα. Alima herba est, ut ferunt, celeriter implens edentem, & satietatem efficiens. Similiter quod noster dixit. Et arborum cortices, Symmachus ἀποκλιζόντες φλοιὸς τῶν φυτῶν. Vellicantur cortices arborum. Nam pro hoc in Hebraeo, minus clarum est. Super virgulto. Quamquam nonnulli Hebraei sic sensum accommodant. Pre fame, cedebant, terebant maluam super arbore, ut comederent eam: omnia parum inter se distat. Cetera sunt eadem apud omnes. Quod vero dicitur. Qui de conuallibus ista rapiètes, cum singula reperissent, ad ea cum clamore currebant.] Longe secus à fonte, hoc modo. De medio expellebantur, clamabant super eos, veluti fures. E medio, Gerson exponit, ex media ciuitate. Abrahà, ex medio hominù. Quod mediù concorditer Hebraei exponunt, Hebraicè dicitur ג'העו, quod sonat etià vallem si addideris iod & aleph, nempè ג'העו ghe. Hoc videtur legisse Hiero. Melius, quod affertur ab Hebraeis. Nam & editio Chaldaica, & sensus testimonio est, eos recte interpretari: totaque periodus nostra variat à fonte. Veritas est quam ostendi, clarusque sensus: illos adeo contempribiles fuisse, ut è medio reiicerentur, superque eius, velut furibus, omnes conclamarent. Sequitur. In desertis habitabant torrentiù.] Pro desertis, est Hebraicè ארוז aroz, idest, in foramine, fissura, fossa, at testanturque Hebraei, fossas esse, quas efficiunt torrentes. Quare dicendum. In fissuris torrentium, habitabant: concauas scilicet quasdam effectas à fluminibus cauernas, tenebant. Et quod dixit glareas, est צפחם chephim, petris. Vnde cepha, petra. Quod autem sequitur. Qui inter huiuscemodi lætabantur.] ~~Qui~~ in fonte. inter arboreas rugiebant, fremebant, gemebant, scilicet velut onagri, feri & agrestes, solitudines colentes. Fames eos, egestasque murgire, rudere, cogebat. Et quod in eodem versu dicitur. Et esse sub sentibus delicias computabant.] Hebraicè sic. Et sub sentibus cògregabàtur. Omnis eorù familia, domos has: nò alias obtinebat. Quamquam verbum, quod ab Hebraeis exponitur congregabantur, יפאחו iesupachu, testibus eisdem designat quoque, vulnerabantur. Sub sentibus (inquit) eorum caro vulnerabatur, sauciebatur. Et quod noster in dimidio sequentis versiculi dixit. Et in terra

A in terra penitus non parentes,] etiam Hebraei interpretantur hos, inferiores, debiliores ipsa terra. Dicitur enim Hebraicè, ונין מן הארץ nicheu min haarec, Elisi, debilitati sunt, praeter terra: Humiliores, quàm ipsa terra. Et quod in altera periodo dicitur. Factus sum eis proverbium.] Hebraicè est. Factus sum eis in orationem, in verba: nempè de me dumtaxat loquuntur: sermo de me ubique populo iam fabula factus. Quodque paulò post ait. Et faciem meam conspuere non verentur.] Est Hebraicè etiam eodem modo. Et faciem meam non verentur conspuere. Quod autem sequitur. Pharetram enim suam aperuit.] Potest ex Hebraico colligi duplex sensus. Is quem noster, & Graeci posuerunt, pharetram suam, siue arcum, ut est Hebraicè יתרו ithro, quod Auen Esra testatur sonare arcum. Graeci autem ἀνοίξας γὰρ φάρετρα αὐτοῦ ἐνέκλωσεν ἐμέ. Aperta enim pharetra sua, vulneravit me. Potest inquam is esse sensus. Est alter Hebraeorum. Resoluit, aperuit, lentum reddidit arcum meum: nempè vires meas: Omne robur populatus est. nuius autem omnis versiculi sensus est fortasse, quem posuit Rabi Gerson, videlicet. Horum omnium malorum causa, omnique hæc irrisio mihi fit, quia Deus resoluit funem meum, quo homines ante hac alligati tenebantur, timorem videlicet, quo me timebant. Itaque unusquisque insectatur, vexat, cruciat, enecat me, quia frenum timoris, quod erat eis, depulerunt. Hæc ille. Is sensus de freno, dependet ex eo, quod in Hebraico dicitur. Et frenum propter me, vel à facie mea abiecerunt. Ut frenum sit timor. Quod autem sequitur, Ad dexteram orientis calamitates meae illico confurrexerunt, & oppreserunt, quasi fluctibus, semitis suis.] Longe aliud in Hebraico est. Quod enim noster dixit, Orientem, Hebraicè est פירחאך pirchach, Hebraeis testibus designat puerum, germen, plantam. Idque transfulerunt etiam Sept. ἡ δὲ δεξιῶν βλαστῶν. Super dexteram germinis. Itaque Abraham ait. Hoc nomine designantur pueri, qui quasi florent, pullulant. Sensus igitur est: Ad dexteram pueri confurrexerunt, pedesque implicuerunt, impulerunt, ut laborer, ut corruerem. Direxerunt super me vias contritionis suae. Hoc est. Struxerunt semitas, quibus ruerem, quibus offenderem. Hunc etiam sensum animaduertent, & reddiderunt Sept. καὶ ἔδοποιήσων ἡ δὲ ἐμὴ ἡρεῖβας ἀπολείας αὐτῶν. Et strauit aduersum me semitas perditionis eorum. Quare sensus clarus. Et mirum tam diuerse nostrum transfulisse. Prosequitur. Dissipauerunt itinera mea, insidiati sunt mihi.] Nempè, ut ait Gerson. Cum quid pararem extemplo subuertebant consilium meum, vias impediabant, ne fieret, quod apparabam. Et ubi noster dicit, Non fuit, qui ferret auxilium, dicitur Hebraicè non erat eis adiutor. Sensum hunc habet iuxta superiora. Non erat eis auxiliator. Tanta erat eorum imbecillitas: Adeo debiles erant. Et quod ait. Quasi rupto muro.] Potest quidem, ruptura muri intelligi, sed melius Hebraei sentiunt rumpentes aquas, impetum quarum, ruptura muri intelligi, sed melius Hebraei sentiunt rumpentes aquas, impetum quarum, cui similes esse aduersarios suos queritur. Quod vero apud nos dicitur. Redactus sum ad nihilum.] Hebraicum est, conuersi sunt contra me terrores. Nam בלחוח balahoth, sonat terrores. Et quod ait. Abstulit quasi ventum desiderium meum,] est Hebraicè. Velut vêtus, sequitur desiderium meum: videlicet. Aut auolauit sicut ventus, aut ipsi terrores persequuntur animam meam: Vbi que adfuit velut ventus, ac nubes aduolantes. Itaque salus mea, Spesque omnis fugit ocyus euro. Et quod ait. Nunc autem in memetipso marcescit anima mea.] Dicitur in fonte. Nunc effusa est anima mea. Quod Hebraei interpretantur iuxta superiora. Effusa, euerfa est vita mea: atas mea transit impete vasto, secus quàm putaram, cum me perpetuo felicitatis cursu prouehendum crederem. Quodque sequitur. Nocte os meum perforatur doloribus.] Est, ut clarius intelligatur. Noctu doloribus perforantur ossa mea. Quod autem noster ait. Et qui me comedunt, non dormiunt.] Dicitur in origine. Et persecutores mei non requiescunt. Nam Hebraei exponunt hanc vocem ערבים orchim, fugere facientes: ponentes loco eius notiosem דופחם dophchim, idest pulsantes, Et quoniam designat etiam pulsus, pro eo accepit Gerson dicens. Orchim, pulsus sunt, qui non quiescunt, quod motus eorum non interquiescit omnino cum somno, propter doloris magnitudinem. Graeci interpretes, quos iste pulsus, illi nervos transfulerunt τὰ δὲ νεῦρα μοῦ ἀγάλωνται. At nervi mei resoluti sunt. Ego cum Hebraeis sentiam. Quodque sequitur. In multitudine eorum consumitur vestimentum meum.] Dicitur in fonte. In multitudine potestatis mutatur vestimentum meum.] Hoc Hebraei exponunt. Pre nimio sudore, quem dolor, & indignatio efficit, totus immalesco. Sicque vestimentum immutatur, marcescit. Et quod eodem versiculo subditur, Et quasi capitio tunicæ succinxerunt me.] Hoc sentit, ut ora vestimenti, astringit, totumque premit corpus, sic sudor & dolor astringunt, tenent me totum. Huc etiam sensum Hebraei admittunt. Quod autem sequitur. Comparatus sum luto,]

Hebraicè. Proiecit me in lutum. Nam Gerson, & prior Abraham verbū *הורתי* horani, quod Hier. transfuit. Comparatus sum, exponunt, proiecit me. Idq; designat. Cætera clarent, vt præ nimis sordibus, sanie, & fursure plagarum, cinereus factus sit, aut quod vilis ipso nihil extet. Est deinceps apostrophe, quale sæpe apud Poëtas, ad omnipotētē, qui res hominumq; Deumq;, æternis regit imperiis, quod versus sit in eum, factusq; crudelis: quod manus, quibus inflictæ clades designantur, posuerit super eum, quod contemnatur à Deo, siue clamet, siue taceat: nō esse, qui clamores exaudiat, nec qui tacentis calamitates consideret quod illū extulerit, prouexitq; supra nubes: Velut ille, fama super æthera notus: vanitate, rapidiq; ventis inequitare, vt est in Hebraico, fecerit. Erant enim vana omnia, cito ad excidium rapiēda, quæcunque nobilem, insignemq; eum redderent. Aut quemadmodum ait Gerson, maximis velut vëtorum motibus ludibriisq; raptasti me: eoque consilium, prudentia excussa peccatore est: Aut velut Hebræi, ritum illum, splendorem, constantiamque vitæ abstulisti. Et breui se periturum vaticinatur. Quod vero ait. Verumtamen non ad consumptionem eorum, emittis manum tuam.] Sensus est, iuxta Hebræos, Neque vero est, qui manum suam porrigat sibi ad auxiliandum in sepulchro, nemo est, qui possit euadere. Dicitur autem hoc in Hebraico. Verum non consumptioni, aut sepulchro mittet manum. Volunt autem Hebræi, eum, qui mittat, siue porrigat manum intelligendum esse vnūquēque mortalium, qui nequeat ferre sibi suppetias in sepulchro. *וְאֵיךָ יִשְׁמַחַתְּ בְּמֵתִים* Et in dimidio eiusdem versiculi. Si corruerint, ipse saluabis.] Hoc pacto est in fonte, Si in calamitate eius, illis clamor. Quod exponitur ab eisdem. An proderit mortalibus, in calamitate vociferari? Quis audiet? Quis eripiet, cum vis inimica propinquat? & cum te fata impia tangunt? Is est sensus. *וְיִשְׁמַחַתְּ בְּמֵתִים* Hebraicè *שׁוּא*, sonat clamorem, at cum *יִשׁוּא*, & *יִשׁוּא* iesuah, salutem. Similiter quod transfuit consumptionem, Hebraicè est *בְּהִי*, sepulchrum. Itaque magis sequor nunc, quod Hebræis, vim sermonis sui sentientibus, placet. *וְיִשְׁמַחַתְּ בְּמֵתִים*: Quo prosequitur. Flebam quondam super eo, qui afflictus erat.] At ego inquit, quanquam sum tor cladibus circumuentus, quanquam se mihi crudelem Deus ostenderit: nil vnquam gessi tale: Ad aliorum calamitates vehementer commouebam, penes me dolor omnis idem erat, qui penes alium. Itaq; eandem misericordiam, cōdolentiam, charitatēq; expectabam. Hoc expectanti, lucēque bonorum speranti, sæuities, crudelitas, tenebrosus aduenit horror. Tantus est dolor, tanta cōmotio, vt viscera ferbeant, rugiant: inuadere enim in me clades gregatim. Flens igitur obambulo. Sine feruore, non furore, vt in nostra legitur editione. Sine feruore Solis, vt aiunt Hebræi, in tenebris scilicet & solitudine. Quod noster dixerat superius mœrens, Hebraicè *קֹדֶר* koder, niger, horridus. Huic quadrat sine feruore, vt indicet se nigrum, palentem effectum, non ob Solem, sed calamitates, dolorem, mœrorem. Nec in turba, certūque palam vociferari (tantus dolor) erubescō. Solitudines appeto, inter dracones, struthionēsq;. Ob quam causam, cutis aethiopiis facta: succus omnis exhaustus: omnis letitia in lutum versa.

CAPVT XXXI.



ROSEQVITVR hoc capite, reliqua generis eiusdem, referens recte facta sua, nobis item breuiter percurrēda, quod in his, non sit à fontibus Hebraicis discrimen multum. Præter omne genus probitatis, adiecit castitatem, continentiam magnarū virtutū principiū ac fundamentū: vt ne cogitaret quidē prætereūdo, vel quoq; tēpore de virgine, nedū eā: cōtingeret. Nil cogitaret, nil designaret, rapere eā: quale sæpe fit à principibus. Quæ est enim (inquit Hebraicū) pars, quod præmiū, quæ spes in Deo, bonorūq; expectatio ei, qui scelus hoc perpetrarit. Formidine pœne, & amore virtutis abstinēbat. Nōne pspiciū est (ait) perire malos, & grauib; pœnis in eos animaduertēdū: Quod autē dixit. Et alienatio operatibus iniquitatē.] Supplicia scilicet insolita, inusitata, inaudita iuxta Hebræos. Et q; Græcis *ἀλόκοιτο* enorme, horribile, stupendum. Ea dicitur nūc alienatio. Etenim, quis est, qui nō naturali instinctu, inquit, pernoscat, Deū cūcta desuper aspicerē? Vias gressusq; nostros, quo tendere pergant, obseruare, numerare? Verū an ego ad vana cucurrerim, an ad dolos, fraudēsq; properauerim, Deus ipse perpendat, libretq; omnia facta mea,

Acta me velut in statera. Videat innocentiā, integritatē (Id enim est, quod noster dixit simplicitatem) num à recto deuiarim, num quodcunque vidissem simul appetuerim, simul apprehenderim, rapuerim. Tum vero mihi terra dehiscat. Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras. Diripiant alij, quæ seminavi, germina, id est prolem, vel agros populentur excendant, si ad aspectum mulieris cor meum deceptum raptūque est illecebra: & amore inconcesso ludificatum: specie, quæ debuit relinqui, comprobata, vt noctu fit ab adulteris, insidiose ad fores amata delitui. Tum vero sit, quod in proverbio est. Ab alio expectes, alteri quod feceris. Scelus est adulterium, & iniquitas maxima.] Quod Hebraicè, iniquitas *פִּלְלִים* pelilim, quod interpretantur, grauius animaduertenda: iudicio vendicanda, à verbo palal, iudicauit. Quocunque enim inuasit zelotypia, cædes videas & sanguinem: inflammāt que domos rabies, Vel, vt Hebraicè, imperat, ac deuouet. Is ignis deuoret, excindat, absumat omnia germina mea, tum in agris, tum totam domum. Proponit aliud scelus. Si sum, inquit, aspernatus audire causam serui mei, vel ancillæ, ire in forum si diem dixisset domino, ob debitum, vel offensam,] Quæ enim ei, qui sic deliquerit, apud iudicem rerum humanarum fides erit, quin simili ratione condemnatur, vel contemnatur, qua debiles inferiorēque ipse contempsisset: Quod vero noster ait. Nunquid in vtero fecit me.] Hebraicum sic. Nonne qui fecit me, fecit illum? Non sunt pauperes, serui, ancillæ contemnendæ, qui fecit nos, illos etiam creauit, vnus est eorum, atque noster creator. Rabi quoque Gerson, hoc exponens. Nonne qui fecit me in vtero materno, fecit etiam illum? Et creator vnus Deus æternus, qui nos formauit in vtero materno. Quocirca nefas est, me sic efferri, insolere contra seruos, vt contemnam, aspernerque iudicium, si mecum disceptent, Quod vero sequitur. Si negaui, quod volebant, pauperibus.] Eodem modo Hebraicè. Nam quod ait. Et oculos viduæ expectare feci, Hebraicè ferme similiter. Er oculos viduæ *אֵינִי אַחֲלֵה* achaleh, id est consumpsi. Quod etiam Septuaginta translulerūt *χρησις ὀφθαλμῶν οὐχ ἔστρεψα*. Oculum autem viduę, non lique feci, non consumpsi. Id rectè Græci declarant. Vel inquit, ob paupertatem non permisit lique fieri, vel præ lachrymis, aut quod attente respicerent, & nō assequerentur, sed potius despicerentur. Cætera clarent, quod misericors fuerit erga pupillos, vt eos aleret: quod ab vtero cum eo creuit commiseratio: quod prætereuntes nudos protexerit: vestem præbuerit. Verum quod noster dixit. Ab infantia creuit mecum misericordia,] ab Hebræis paulō secus, locus exponitur iuxta fontem. Quia ab adolescentia mea creuit mecum, sicut cum patre. Creuit (inquit) pupillus apud me, velut proprium parentem. Non nominatur igitur in Hebræo miseratio, sed simpliciter ponitur quod creuerit. Ex antecedente autem intelligitur pupillus, qui creuerit apud eum, veluti parentem. Quem sensum etiam Septuaginta in Græco translulerunt. *ὅτι ἐκ νεότητος ἐξέστρεψον ὡς πατέρα*. Quoniam ab adolescentia nutriui tanquam pater. Et Græci locum explanantes. Vsq; inquit, in perfectam ætatem, educaui, artes docui, donec cura mea, non magnopere indigerent. Hoc illi. Similiter aliud dimidium eiusdem periodi. Et de vtero matris meę, egressa est mecum.] Hebraicum dicit, & ab vtero matris meę, ducebam illam. Hoc ab Hebræis refertur ad viduam, de qua etiam superius. Miserebar (ait) viduam semper, ex quo lucem videre cœpi. Hęc veritas est. Exponiturque ab Hebræis. Duxi, docui viduam, præscripsi quid faceret. Hoc verbum etiam Septuaginta posuerunt *ἀδηγοσα* Duxi, docui, viā ostendi. Licet de vidua non sentiant Græci. Hebraicū claret. De vestimento quoque, quod præberet pereuntibus frigore, quosque vexabat egestas: & quod latera, siue vt habet Hebraicum *חֵלֵי* chalazau, lumbi eius, protecti à frigore benedicerēt quadam translatione: clarū est. Quod vero ait. Si leuaui super pupillum manum meam.] Exponitur à cunctis, ad flagellandum, cedendum. Dimidium autem eiusdem orationis. Cū viderē me in porta superiorum.] Hebraicè fere similiter: cū viderem in porta auxilium meum. Nimirum iuxta Hebræos, quia viderē me præpotentem, viderem seruos circumstantes, qui mihi ferre possent opem, eoque non timerem eum offendere. Cætera clarent de imprecatione, qua sibi cadere, abscondique humeros, & ossa confringi imprecatur. Quod vero sequitur. Semper enim quasi tumentes super me fluctus, tumui Deum.] Hebraicè dicitur. Quia paor super me, contritio Dei. Nimirum, vt aiūt Hebræi, his sceleribus omnibus abstinui & caui, quod timerem, ne Deus induceret super me calamitatem: vastitatem. Itaque Hieronymus reddidit fluctus timentes, vocem Hebraicam *תַּד* Ed, quæ sonat contritionem, calamitatem: idque facit sæpe. Symmachus, hic eam conuertit in Græcam, eiusdē ferè significatus. *βάρως* pondus, grauitatem. Sep. dixerant *λήματα*, captionem, iacturam. Sonat, vt sæpe vidimus, cala-

mitatem ruinam. Quodque sequitur. Si putavi aurum, robur meum, Nihil ferme dissimile, quod Hebraicè est. Si putavi aurum, fiduciam meam. Hæc abominatur, scèque diuitiis incubuisse repertis negat, quod auertant à Deo, & fiducia in eum, quo posthabito, diuitiis fidimus, genus idololatriæ. Eòque subdit genus aliud impietatis. Si vidi Solem cum fulgeret. Pro Sole Hebraicè *אור*, lux, sed & Hebræi Solem interpretantur. Sept. quoque *שֶׁלֶם*. Solem posuerunt. Hincque confirmatur lucem illam primogenitam fuisse Solem, vt in Cosmopœia fuit expositum. Quod item dicit noster. Et Lunam incedentem clare, [Hebraicè præcisè sic. Et Lunam pretiose, luminosoque euntem. Auen Esra refert ad medium mensis, & plenilunium, cum pleno lumine Luna terris ostenditur, Tunc tota claritate progreditur, quantam frater ei largitur. Quod subiicit. Et lætarum est in abscondito cor meum,] Proprie dicitur Hebraicè. Et deceptum est cor meum *רַבִּי* vagiphthe. Id etiam Græci posuerunt *καὶ κεντρήθη ἡ καρδία μου*. Et deceptum est cor meum. Eodem verbo designatur dilatio, sicut in iaphet. Et Symmachus id trāstulit *καὶ ἐπλατύνθη ἡ καρδία μου*. Dilatum est cor meum. Hòcque secutus est noster. Hebræi, deceptionem volunt designari. Bene igitur appellata est deceptio. Si, inquit, vt explanat Gersonites, visa claritate Solis & Lunæ, deceptus sum arbitratus eos, quemadmodum pene cuncti quondam exceptis Hebræis, Deos & dominos mundi, maxime Solem, qui lucem largiatur Lunæ, quam fundat in terras, eòque Deos esse suspicatus, quod ad mouere os non poteram, manum procul sum osculatus, ad orationis & cultus indicium: id vero scelus, iniquitas *יָבִיל* pelili, animaduertenda, grauius vendicanda, idololatria, negatio veri Dei, qui lucem illas accendit, indignas honore Dei, opus mutum, simulacrūque magnæ sapientiæ. Prosequitur detestans lætitiā, inimico ruentē, quod, & ille sapiens prohibuit.

Morte repentina, noli gaudere malorum.

Negat se mortem ruinamque inimicorum expetiturum. Quod subiicit, Si nō dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius, vt saturemur? Hoc sensu, & hac consecutione dictum est. Nunquam cædes cladisque inimicorum expetiui, nec eis cadentibus sum lætatus: & tamen adeo crudelēs, acerbosque hostes habui, vt etiam mecum habitantes, domesticique sanguinem exorberē meum, vorare carnes optarent: Nullo tamen odio sum eos persecutus. Recenset deinde hospitalitatem, vt peregrino viatorique domus eius, præcipue noctu patuerit. Quodque ait. Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celauī in sinu meo iniquitatem meam. [A'ia virtus, insignis probitas. Non fuit (ait) opus, quemadmodum exponit Gerson, vt celarem mea crimina, quippe quæ non perpetrasset, nec velut implanator, impostor, hominūque deceptor, quales hypocritæ, celauī peccata, perpetrans ea secreto. Hoc dicto, tum detestatur hypocrisim, falsam probitatem, tum crimina quædam, quæ, qui patrant, propter eorum fœditatem, quàm maximè possunt, abscondunt. Vterque sensus, alter ab Hebræis, alter à Græcis ponitur. Quanquam iidem putant etiam pœnitentiam, & confessionem designari, iuxta illud. Dic tu prior peccata, vt iustificeris. Bene egregieque facta inquit celabā, delicta erant palam. Quodque sequitur. Si expaui ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorum terruit me, & nō magis tacui, nec egressus sum ostium. [Hebraicè ad verbum, hac ratione. Quoniam expaui multitudinem multam, & despectus familia terruit me, & tacui, & non sum egressus ostium. Quorum is sensus apud Hebræos verus. Non sum veritus efferre in publicum, quasi timens multitudinem si quid patrassem, quin etiam dedi copiam ei, qui me vellet arguere, tametsi despectior & contemptior genere, vt me palam conuinceret: tacebamque, & aduersus eum non egrediebar. Stabam immotus, patiens, licet potentior. Est alius sensus, etiam apud magistros. Timeo multitudinem, qui prius ob robur, solebam exterrere multitudinem ingentem. Ecce versis fatis, abiectus familia & ignobilis terret me. Hoc contra amicos effudit, qui eum contemnerent: quos ait ignobiles esse. Itaque ad eorum contumelias taceo, foras egredi non audeo. Oprat deinde Deum iudicem, audientemque hæc omnia, & an vera sint diiudicantē, & contumelias aduersariorū attendentē, eū peccasse, & ob peccata, mala ei superuenisse. Vbi vero noster interpret dicit. Vt desiderium meū audiat omnipotens, & librum scribat ipse, qui iudicat. [Hebraicè proprie dicitur. Ecce signum meum omnipotens respondebit mihi, & liber, quem scripsit vir iudicij mei. Est autem sensus. Me nō peccasse, & deliquisse, quemadmodum calumniantur amici, signum est, quod Deus respondebit pro me: ipse meus testis, meus iudex. Dixerat enim superius. Ecce in celo testis meus. Liber quoque testis est, quem scribit vir iudicij mei, videlicet Deus, scrutator cordis.

Aut

A Aut ipsi aduersarij, qui quasi librum calumniarum scribebant, ei oblatrantes: malefacta eius numerant es. Ea, inquit, singulatim refutata, diluta, testabuntur me nihil harum perpetrasse. Sciendum Hebraicam vocem *און* thauī, quam Hieron. transtulit desiderium, à verbo *און* iuah desiderauit, ab Hebræis quibusdam exponi *און* siman, signum. Auen Esra vult designare desiderium, vt dicat. Ecce desiderium meum: omnipotēs respondeat pro me. Hoc opto (ait) hoc concupisco, iudicem, arbitrumque illum esse. Vtraque mihi probatur, Græci longius eunt. Hunc librum adeo osculor (inquit) vt super humeris sim gestaturus appensum. Quodque sequitur Per singulos gradus meos pronuntiabo illum: [Hoc Hebraicè est. Numerum gressuum meorum dinumerabo. Si Deus (inquit) afforet, numerarem illi facta mea singula: numerarem gressus, quid fecerim, quo perrexerim, quid gesserim, non absconderem: vt videret veritatem, iudicaretque quod æquum est: in libro illo ponerem omnia: accederemque ad eum, tanquam ad principem. Imprecatur deinde, vt superius sæpe. Si terra vociferetur contra eum, ob prædam abreptam, aut quod affixerim, vexauerim colonos eius. Sic enim intelligunt Hebræi declarantque sequentia: terram, & fulcos flentes, propter colonos afflictos, vexatos: si comedi fructus eius absque pecunia, nempe non data pecunia, mercedēque operis, ablata mercenariis mercede sua, merito precatur pro tritico, lolium, tribulos.

CAPVT XXXII.

B



LA RET exordium, & hypothesis huius capituli, eodem tenore: Græcis, Latinisque cum Hebræis, super eo scribentibus: claret etiam tres amicos, quod veritas eos tacere coegisset, finem tandem loquendi fecisse. Quartum autem nomine Eliu contra eos exarsisse, qui non haberent, quid responderent contra ea, quibus Iob sibi vindicata iustitia ac probitate id superesse monstraret, immeritum se, & cōtra rationē prouidentie fuisse tam sæue percussum. Zelo igitur raptus Eliu, incanduit aduersus eos, qui non defenderint prouidentiam, qui sceleratam orationem Iob, vt ille putabat, non refellerint, qua Deus iniustitiæ, crudelitatis accusari videbatur. Ponitur autem nomen, Eliu: cognomenque, Buzites: Hunc, Buz, à quo Buzites, vt à Græcis obseruatur, genuit Nacor, frater Abraham. Ab eo forsan genus deduxit Eliu, in regione Ausitide, in Eremo Arabiæ, vbi habitant Arabes Shenitæ. Id etiam scribitur, asseueraturque ab Auen Esra. Vbi igitur nostra editio dicit. Quod se iustum esse diceret coram Deo. [Hebraicè non coram Deo, sed *און* meelohim, præ Deo. Qui se diceret iustiore Deo: qui magis sibi, quàm Deo, iustitiam vindicaret: qui magis, vt Hebraicè proprie est, iustificaret animam suam, quàm Deū. Animam suam, nempe seipsum, dumtaxat autem in accusando Iob, amici versarentur. Cetera clarent nulla expositione iuuanda. Hoc primum dicere Eliu, non semper seniores, esse sapientiores, sed spiritum, nempe sapientiam, ingenium, vbique esse. Venire diuinitus affatum sapientiæ, non ab annis. Hinc homines sapientes, non à senectâ, non ætate prolixa fieri posse, sæpe in multis annis non esse sapientiā. Quos noster dixit, longæui, Hebraicè *און* rabim, sonat multos. Nempe multi temporis, vt verit Hieronymus etiā graues, honestos, magistros. Non sunt (inquit) hi quibus ætas grauior, eo sapientiores. Reliqua clarescunt, vt dicat se tacuisse, vt iuniorem, ad eorum sermones conticuisse: quid dicerent considerasse. Vbi vero ait. Ne fortè dicatis. Inuenimus sapientiam, Deus proiecit illum, & non homo. [Nimirum, Nolim vos idcirco reticere, nil amplius super calamitatibus Iob loquētes, quasi sint diuinitus illata: vt Græci dicunt, *θεοδότην*, non ab hominibus: perinde quasi super re arcana humanis oculis imperuia, sit tacendum. Hancque esse sapientiam dicatis: tacere, dissimulare. In Græco vero, est alius sensus, non huic aptus loco, quia in Hebraico nō est. Quod sequitur. Nihil locutus est mihi, & ego non secundum sermones vestros respondebo illi. Nihil varium in verbis, at sensus iuxta Hebræos, non ero multus, quemadmodum vos, in arguendo, refellendo Iob, perennis, vt vos in contumeliis: Alius dicēdi mihi nascitur ordo. Vos ita perfregit oratio Iob, vt necessario taceatis: Compescuit ille vestram loquacitatem, ego suspensus expectaui, vos audire respondentes. Verum obmutuistis. Itaque dicam, & ipse nactus hanc occasionem, meam sententiam. Magnam verborum vim concepit vterus meus: nempe mens, animus, tanquam vento, cogitationibus tumescit & premitur. Vt vina noua feruent in doliis, exundantque spuma, nec iam capit se liquor: sic oratio gestit

erumpere. Eloquar igitur, non accipiam personam viri: id est, eloquar nullius habita ratione: magis enim amica veritas quam Iob. Vbi noster dicit. Et Deum homini non æquabo. Nō sic in fonte. Sed, & ad hominē אכפי לֹא אֶחָנֶה, non cognominabo, iuxta Hebræos videlicet non longo verborum ambitu, designabo quenquam, occultans eius nomen, sed illum suo nomine compellabo, suis depingam coloribus. Dicam aperte & libere, quæ mihi in eo reprehenda videantur. Non quemadmodū vos, qui in vniuersum dicebatis: Hæc sunt quæ consequitur improbus à Deo, non exprimentes ipsū Iob, sciendum dictionem Hebræicam אֶחָנֶה si diuersis notulis subscribatur, varios etiam dare significatus. Cum duabus notulis, quæ dicuntur cere, hoc modo אֶל, sonat Deus, cum tribus, quæ dicuntur segol אֶל־עֵל, est præpositio ad. Sonus quidem idem in punctis tantum noscas discrimen. Hiero. legit, vt sonat Deus, cōque dixit. Et Deum homini non æquabo. At legitur nunc, vt præpositio est. Verior sensus Hebræorum. Qui etiā est Græcorū. Nā Sep. hunc innuentes transfulerūt אֶל־עֵל מִן, אֶל־עֵל בְּרֹאשׁוֹ, אֲנִי מִן עֲרֵבָא. Sed enim neque hominem erubescam, quo minus scilicet vera dicam. Posset etiam is sensus deduci ex nostra tralatione. Nam Nicolaus, sentit hoc dicere Eliu. Nō ita credam homini contradici non posse, quemadmodum nec Deo. Quod sequitur in nostra tralatione. Nescio enim quandiu subsistam.] Lōge secus Hebraicè אֶל־עֵל אֶחָנֶה chi lō iada thi acanē. Hoc est, quia nescio cognominabo. Nunquam is mihi mos fuit, vt adularer, vt veritatem absconderem. Hunc sensum etiam Sep. posuerunt in Græco, & ἄρ' ἐπισημαί θανμύσαι ἀρβωποῖν. Neq; enim scio personā admirari, suspicere. Chaldeus quoque eodem sensu. Quia nescio אֶל־עֵל־מִן אֶחָנֶה leisthemodha admiratione cognosci. Sciendum quod verbum Hebraicum acanē, potest deduci à verbo אֶחָנֶה cana, denominauit, cognominauit, at etiam posset aliqua ratione descendere ab altero verbo אֶחָנֶה canan, quod sonat, stabilire, firmare. Hunc significatum secutus est noster. Nescio quandiu subsistam. Ad postremum quod dicitur. Et si post modicum tollat me factor meus.] Hebraicè est. Ad modicū, breue ad tempus אֶחָנֶה אֶל־עֵל אֶחָנֶה issaēni ossēni, tollet me, vel comburet factor meus. Sciendum verbum Hebraicum אֶחָנֶה issaēni. Auen Esra, cui plurimum deferunt Hebræi, exponere, comburere, incendere. Affertque exemplum. Et combussit ea Dauid, vbi est hæc verbum. Hūc secutus est etiam Gersonites. Priorem significationem amplexus est Chaldeus, transferens hunc locum. Ne forte אֶחָנֶה ifaber, auferat me, אֶחָנֶה apin, furor eius, qui fecit me. Sep. vero hūc locū verterunt אֶל־עֵל מִן, אֶל־עֵל מִן אֶחָנֶה אֶל־עֵל אֶחָנֶה. Quod si non, etiam tinea deuorat me. Huius causa fuit, quod Hebraicè, tinea dicitur אֶחָנֶה assass, & per apocopen, אֶחָנֶה ass, participium autem quod sonat, Creator meus, hoc loco, si notulas subtrahas, eodem ferè modo scribitur אֶחָנֶה. Hinc alterum pro altero Septuaginta sumpserunt.

C A P V T X X X I I I.

N V N Q V A M finis erit proceriorum. Iure hoc accidit his, qui se sapientiores aliis arbitrantur, non desinunt nugari, auribusque obstrepere. Totum superius caput consumptum est præfando. Ne nunc quidem finis. Præfatur se vera dicturum, & pectore veridico locuturum, quia spiritus Dei fecerit eum. Cum in Genesi de primo homine dicitur. Et inspirauit in faciē eius, spiraculum vitæ: Ob hanc causam inquit arrige aures, esto respōdere paratus. Repetit, inculcātque se quoque diuinū opus, esse. Sed vbi dicit noster interpres. Ecce, & me, sicut, & te fecit Deus.] In Hebraico, nescio quid aliud אֶחָנֶה אֶל־עֵל hen ani chephicha lael. Ecce ego sicut os tuum, ad Deum. Quod ab Hebræis exponitur. Ecce ego sicut os tuum ad loquendum, propter Deum, & ad disceptandum tecum. Sic, inquit, paratus sum loqui de Deo, & pro Deo, quemadmodum, & tu. Vt os tuum promptum est, audaxque, sic ego quoque libere loquar. Ex eadem enim materia formati sumus, idem primordium amborum, sicut, & creator idem. Apud Græcos variant omnia. Quod subditur. Verumtamen miraculum meum non te terreat.] Quod noster dixit miraculum, Hebraicè אֶחָנֶה emathi, terror meus, formido mea. Nempè terror, quo te pauēfaciā. Non est, inquit, cur timeas sermone congrēdi mecum. Non terribilis, expauendus, pertimescendus sum. Hunc sensum, & significatum vocis huius, etiam Sep. melius, quam noster posuerunt אֶל־עֵל אֶחָנֶה אֶל־עֵל אֶחָנֶה. Nō te terror meus torquebit. Et Græci exponentes. Dixerat d' Iob de Deo, & terror tuus, non me exterrēat. Non est locus huic formidini, nunc mecum loqueris. Non sum Deus ille formidabilis, mortalis, sum, quemadmodum tu. Miracu-

A raculū, Nicolaus exponit, scientiam diuinitus datam. Nulla ratione probō. Nā quod sequitur statim, indicat terrorem illum designari, non miraculum sapientiæ. Et eloquentia mea nō sit tibi grauis.] Pro eloquentia, Hebraicè אֶחָנֶה acphi. Quā vocē perhibent designare percussionem meam. Et Abrahā testatur esse, qui putet hac dictione dici אֶחָנֶה דָּבָר דָּבָר dabar chashe, rem duram, difficilem, Gersonites quoq; fatetur idē esse achpi, atque capi, manus mea. Manum autem designare percussionem, vt respondeat ei, quod superius dicebatur à Iob. Manū tuam longe fac à me, & terror tuus non me exterrēat. Hanc significationē viderunt etiam & posuerunt Sep. אֶל־עֵל אֶחָנֶה אֶל־עֵל אֶחָנֶה אֶל־עֵל אֶחָנֶה. Neque manus mea grauis erit super te. Benēque locum intelligunt Græci. Et neque, aiunt, suspicēris אֶל־עֵל אֶחָנֶה אֶל־עֵל אֶחָנֶה. quod plagā inducā super te. Ecce manū pro plaga acceperunt. Chaldeus quoque pro voce Hebraica posuit tuni, onus, flagellum. Quod autem transfulit Hier. Fuerunt etiam ex Hebræis, qui suspicarentur. Testatur enim Auen Esra nonnullos superiore dictionem legere separatim, vt sit אֶל־עֵל אֶחָנֶה ac pi, quod sonabit, verūtamen os meū, ipsūm q; versiculū, sic legit Hier. Attamen os meū super te non grauabitur. Erat autē durū dicere Latine, os non grauabitur. Pro ore, posuit eloquentiā. Hoc, vt Hebræis non displicuit, sic ne mihi quidem improbatur. Cætera clara sunt, vt dicat Eliu, Iob sibi probitatē, innocentiam vendicasse. Quod vero noster dicit. Ecce querelas in me reperit.] Pro querelis Hebraicè אֶחָנֶה tenuoth: Hanc vocē alibi noster interpres transfulit vltionem. Numerorū libro. Et sciētis vltionem meam. Hōc q; probat designare nunc, Auen Esra. Rabi autem Leui Gersonites iuxta aliud B eiusdem vocis significatū, ait designare apostasiā: discessionem à præceptis ipsius Dei. Chaldeus autē eandē vocē reddidit iuxta significatū interpretis nostri אֶחָנֶה tarumatha, id est querelam, indignationem, fremitum. Id etiā Sep. אֶל־עֵל אֶחָנֶה אֶל־עֵל אֶחָנֶה. Querelā, accusationem contra me reperit. Vides ergo Hier. transfulisse quod à superioribus fuerat comprobatum. Potes ergo dicere. Ecce querelas, aut vltionē, vel discessionem à præceptis suis in me reperit. Quod q; profequitur, posuit in neruo pedes meos.] Etiā Hebræi testantur vocē Hebraicā אֶל־עֵל אֶחָנֶה ad, sonare compedem, neruum. Alia quæ dicit clarescunt: vt Deus vestigia gressūq; eius consideret, vt hoc non iuste questus ipse Iob fuerit. Cūm q; Deus sit homine maior, longe supra mortales eleuatus, quo necesse est, nos homunculos prudētes esse, non ad subitas cogitationes, querelas effundere: cū Deus pro sua sapientiā, ordine certo cuncta dispenseret: quare cōtendis aduersus eū, & exostulas, quod d' tātus ille, tibi homūculo nō respōdeat: Semel loquitur Deus, nō inculcat. Hoc autē dicit, nō quod præcise sciat nō repetere Deū. Probat enim ex sacris litteris, eū sapissime oracula sua inculcasse: sed ait breuiora esse diuina monita, diuina oracula, cūctāq; præcepta. Vt nuntius ille apud Poetā.

*Varium, & mutabile semper,
Fœmina, sic fatuq; oētis se condidit umbris.*

Subito ex oculis ablatu. Etiam vero Græci bene locum interpretantur, hoc esse Dei, semel quod velit facere, non paulatim. Nonnunquam per insomniū, visionēque nocturnā, cūm seffos sopor irrigat artus. Hoc genus in sacris litteris crebrū. Quod noster in dimidio versiculi dicit. Et erudiens eos instruit disciplina.] Hebraicè אֶחָנֶה אֶל־עֵל אֶחָנֶה vbmofarā iachtōm. Et vinculis eorū, claudet. Sciēdū vocē Hebraicā mussar, duo, propter varias origines, à quibus deducitur, habere significata. Alterum est disciplina, alterū ligamē, vinculū. Sunt ergo duo sensus, vt dicat. Et vinculis eorum alligat eos, nēpe somno, sopore, quo quasi vinculo motus corporis sopiūtur, ligātur: Alterū disciplinæ, flagelli: quod noster est secutus. Postremū Hebræi, & Chaldeus, qui ligamen eorum, expresso nomine trāstulit אֶחָנֶה אֶל־עֵל אֶחָנֶה marduthehon, flagellū eorū. Dicitur ergo, & in ligamine, aut flagello illorū signabit. Id est vinculis sōni comprimet eos. Aut flagella eorū signabit. Nam verbū iachtōm, sonat signare, claudere. Quod vero sequitur. Vt auertat hominem ab his, quæ fecit.] Clarius ex Hebraico noscitur quid sentiat. Vt auertat, aut recedere faciat hominem ab opere: nēpe opere malo, vt addidit Chaldeus paraphrastes. Ab opere malo prohibeat, auertat. monetur in somnis homo, vt caueat: docetur, eruditur, vt pericula, scelerāq; vitet, vt ille apud Poetam per insomniū.

*Nate Dea, pates hoc sub casu, ducere somnos?
Nec quæ circumstant te deinde pericula cernis?*

Hoc ergo dicit Eliu, moneri diuinitus homines per insomniū, vt ab opere malo, vt à superbia, arrogantia, videlicet opere, quod animo crudeli, sæuo præparatur: vt homicidium, rapina, caueat, auertat sese. Dicitur autem Hebraicè. Et superbiam ab homine abscondat. Pro eo, quod noster, Et liberet eum de superbia. Hæc omnia melius in sequentibus decla-

ratur,quod eruit eum ab interitu,à cæde. Alia admonitio,per dolores, morbosq; in lectu- lo, quibus multi redeunt ad sanitatē. Hinc in Psalmo dicitur, vt ait Gersonites. Confitebor tibi domine, quoniā iratus es mihi. Conuersus est furor tuus, & cōsolatus es me. Quod nos- ter dicit. Et omnia ossa eius marcescere facit.] Pro hoc minus durū. Et omnia ossa eius in- ethan fortis: Nēpè dolor. Hoc est, vt exponitur ab Hebræis. Ipseq; noster assentitur inter- pres. Et in omnibus ossibus eius vehemens dolor. Hæc admonitio est, hæc vox Dei. In hac ægritudine, cibum, potūq; omnē detestatur, inquit. Caro contabescit, consumitur, abit, vt non videatur, vt ait Hebraicū. Nudabuntur itē ossa, quæ quōdam pinguedo cōtegeret. Sic demū ad interitū propius accedet, ad manes, ad mortē. Pro quo Hebraicè מִמִּיתִים memith- im, mortificantes, mortiferos. Angelos mortis quidā Hebræi interpretatur. Apud Poetas.

Parce, vt extremâque Laufo, Parce fila legunt.

Quod autē sequitur. Si fuerit pro eo Angelus loquens, vnū de similibus.] Pro similibus, di- cendū millibus iuxta fontē חֲמִשָּׁתַּי eleph. Sensus autē totius orationis huius est, etiā iuxta He- bræos, vt memorauerat genus diuinæ monitionis illud, quo Deus per insomnia monet, sic nunc aliud, quo per Angelū præsentem, affantēq; corā, vt Abrahā Loth, Iacob: vnus autem de millibus eo spectat quod superius dixerat. Semel loquitur Deus. Vnū scilicet de milli- bus, aut vnū Angelū dicit ex millibus, quorū maxima fertur in sacris litteris multitudo. Sic quod ait. Vt annuntiet hominis æquitatē.] Hebraicè. Ad. annuntiandū homini, rectitudi- nē suā. Mittitur, inquit, Angelus, vt annuntiet homini viā rectā, vias equas, ad rectū callē in- ducit Angelus, docet, cōmonefacit. Nō video cur Sep. transtulerint hunc locū ἐν ἑσπέρῃ χίλιοι E ἀγγελοι θανατηφόροι, εἰς ἑμὴν πρῶσει αὐτοῦ, si fuerint mille Angeli mortiferi, ne vnus quidē vulne- rabit eū. Hoc in Hebræo nusquā est. Quanquā Auen Esra profert ex Talmud, ex hoc versu- culo, sententiā. Multos Angelos esse, qui querant hominis interitū, vnū autē, qui assistat, pro- tegat, seruet. Quinetiā Chaldæus interpres huiusmodi quandā exhibuit opinionē, vertens hunc locū. Si fuerit super eo probitas, innocentia, Angelus vnus paracletus, consolator de medio milliū accusantiū, ad accusandū homini rectitudinē. Sed hæc quicunq; velint sen- tiant, mihi sacras extorquere litteras nunquā placuit. Post hoc sequitur, vt Angelus missus miserebitur docens, monefaciens, dicens, quasiq; imperas morbo, aut aduersæ fortunæ. Li- bera eum, faceffe ab eo. Absiste, ne descendat in interitum: sit liber, sit saluus. Miserebitur eius igitur, Angelus, aut Deus, vt sentit Auen Esra, qui mittit Angelū, quiq; imperet Ange- lo, vt liberet eū. Quod autē noster. Consumpta est caro eius à suppliciis:] longe secus in fō- te. hoc modo נִשְׁחַתְּתָה בְּשֵׁרֵי נַפְשְׁךָ נִשְׁחַתְּתָה בְּשֵׁרֵי נַפְשְׁךָ rutaphas beffarō mindar. Tenera est facta caro eius, præ pueri- tia. Tenerior, mollior, delicatior reddita est caro eius, quàm puerorum: vt de Amā dicitur, qui cūm se septies Eliseo iubente in Iordane lauisset, sanatus à lepra est, & restituta est caro eius, sicut caro pueri, vt ait scriptura. Hoc item exponit Gersonites. Ecce tandē, inquit, reso- rescet, virebit magis, quàm in adolescentiā: & redibit ad incolumitatē, quæ fuerat in adole- scentia. Is est verus sensus, vt vel dicat fore carnem eius pulchriorē, quàm in adolescentia fuisset, aut quàm vllius adolescentis. Etiam vero Sep. apud Græcos hunc sensum transtule- runt. ἀναλώσει δὲ αὐτοῦ τὸ σῶμα, ὡς περ ἄλοιφον ἐπὶ τοῖς γ. Renouabit autem eius corpus, sicut pin- guedinem, vel vnctionem super murum. In eo tātum variant, quod posuerunt vnctionem, quod in Hebraico non est. Postea canit reditū, ad Deū, alacritatem, nouam amicitiam: vt visurus sit faciem Dei, quasi prænuntiet de ipso Iob, cū Deus illi demum apparuit, locutus est cum eo. Variatur autem oratio, nunc Deo loquente, nunc homine. Nā quod ait. Respi- ciet hominēs.] De Deo sentit Gersonites, quem dicat, prospicere, cōsulere rebus humanis. Vbi autem scribitur. Et dicet peccauī. Sic ab illis exponitur, annectiturq; superioribus. Res- piciet Deus res hominum, quas æternis regit imperiis, respiciet illum, qui dicat. peccauī, deliqui, qui crimen agnoscat. Quod autem noster. Et vt eram dignus non recepi.] Hebrai- cè לֹא כִּי אֵינִי וְלֹא שְׂוִי וְלֹא שְׂוִי veld shauah li. Et non equauit mihi. Nimirum, vt ait Auen Esra, & non fuit equi- tas in me, non feci, quod æquū esset. Nam paulō ante posuerat contrarium הֵעֻתִּי hecueti, perueri, feci peruerse: Huic simile subdit, & non feci æque. Sunt enim contraria הֵעֻתִּי hec- uethi, atque שְׂוִי shauah. Alterum iniquum, peruersum. Alterum æquum, rectūque desig- nat. Quod autem subiicitur. Liberavit animam suam, ne pergeret in interitū.] Clarius ex fonte. Liberavit animam meam. Vt perseueret in eadem consecutione. Quod autem se- quitur. Tribus vicibus per singulos.] Numerus frequens apud Scriptores, vt Poeta.

*Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter frustra compressa, manus effugit imago,*

Et

Ter

A *Ter sese attollens, cubitōque immixta, lenauit,
Ter reuoluta toro est.*

Is pro omni numero deseruit illis. Quod Burgensis & Nicolaus ex Rabi Salomone sen- tiant, tribus vicibus tantum recipi peccatorem à Deo, cū sit alienum ab ipso contextu commentum, nil super eo loquendum est. Inculcat eadem Eliu, liberat eum ab interitu, ab aduersa fortuna, morbis incidentibus. Cætera clarescunt.

CAPVT XXXIII.



RINCIPIVM huius capitis clarum, perspicuumq; est, vsque ad eum lo- cum. In iudicando me, mendacium est, violenta sagitta mea absque vlllo peccato.] Hoc Hebraicè sic proprie dicitur. Super iudicio meo mentiar, dira vulnera mea, sine peccato. Hunc locū sic exponit Auen Esra. Quo- niam requiro iudiciū meum, dicent me mendacē esse. Gersonites autē. An vero mentiar, cūm me iustū dixerō: Ecce vero plaga mea crudelis est, sine peccato. Hæc duæ interpretationes non multū inter se distant, modo illud constat, alium esse sensum in fonte, quàm in nostra tralatione. Quomodo vero potest intelligi? In iudicando me, mendaciū est. Quis sensus? Mentiri linguæ est: iudiciū Dei alia ratione fit. Nec potest de iudicio arcano, secreto, dici mendaciū. Verius igitur est, vt sit ora- tio mutila, vt referat Eliu verba Iob, quibus queratur. Mēdax sum de iudicio meo. Quæfor ait Iob, dico me nulla mea culpa, fuisse graui sententia percussum. Hoc me querentem, de- plorantēq; aiunt mentiri: mendaciū hoc esse. Secutus est autem noster Græcos, qui tran- stulerūt ἐφ' ἑσέωτο δὲ τῷ κρίματι μου. Mentitus est in iudicio meo. At Hebraicè, prima persona est, non tertia. Quā autē dixit sagittā violentā, etiam in eo secutus est Græcos, qui transfe- rūt βλάση τὸ βέλος μου Hebraice vero אֲנִי אֲנִי חִיכִי, desperata, grauis, dira, sagitta mea, nempe vulnus meum. Hoc exiguum discrimē. Quod vero sequitur. Quis est vir, vt est Iob, qui bibit subfanationē quasi aquam?] Hoc ab Hebræis exponitur. Qui talis est, qualis Iob, dignus est vt irrideatur, bibat irrisionē: hauriat affatim: ferat cōtumelias omnes vbertim: vt fluūt aquæ. Quis est vir sapiens cordatusq; vt Iob, qui dicat verba irridēda: Hæc clara sunt. Nam apud Græcos is sensus habetur, vt quasi laudetur constantia, patientia Iob. Quare superiora propius ad verum scopum accedunt, vt declarant sequentia. Et graditur cum viris operantibus iniquitatem.] Hoc sic exponitur ab Hebræis iuxta fōntem. Impiorum collegio se Iob aggregauit, qui tam impie blasphemet, accusetque patrem hominum, at- que Deorum quod quantum velint recte homines opereantur, nunquam ei placebunt. Per vestigia iustitiæ, bonitatisque eius ingrediantur, non erunt ei grati: Vbi igitur noster ait. Non placebit vir Deo.] Pro placebit est יִשְׂכַּח, quod ab eis vno ore exponitur יִשְׂכַּח יוֹהָל, proderit, vtile erit. Non proderit ait hæc pietas. Hæc omnia diluit Eliu, & quasi causa Dei contra Iob suscepta pro eo cōcionatur rhetoricatur: Prodesse benefacta: Iniqui- tatem, iniustitiāmque abesse à diuina maiestate: Dari ab eo vnicuique pro meritis: iniu- stitiæ, iniquitati apud eum non esse locum. Vbi vero noster ait. Quem constituit alium, su- per terram, aut quem posuit super orbem?] Hebraicè proprie dicitur. Quis constituit, aut visitauit super se terrā: Et quis posuit orbem terræ totū? מִי בָרַךְ אֶת אֶרֶץ אֱדוֹם וְיִשְׂרָאֵל וְיִשְׂרָאֵל וְיִשְׂרָאֵל Quis est, inquit, qui prospiciat terrarū orbi, quem creauit? Quis est alius ad quem spectat hu- manarum rerum cura? Quis alius cōditor orbis terrarum, eoque etiam moderator, custos? Hunc sensum etiam interpretes Græci posuerunt. Quomodo Deus peruerret iudicium ὅς ἐπαίσιον ἐστὶν ἡμῶν, τίς δὲ ἐστὶν ὁ ποιῶν ἡμῶν ὑπερβόλαιον, καὶ τὸ ἐπινοῶντα πεποιῶντα. Qui fecit terrā: Quis autē est, qui creauit omnē, qui cælo subiacet orbis, quæq; in eo existit: Aduertendū igitur præposi- tionē Hebraicā אֲלֵי אֵלֶּיךָ, quæ sonat, super ipsum, posse referri, tū ad ipsum Deū creatorem, tū ipsam terrā: vt dicat. Quis visitauit, prospexit, ordinauit, super ipsā terrā? Hūc locū Ger- sonites etiā sic exponit. Quis est, qui super se ordinauit, cōstituit hæc omnia, quæ inueniū- tur in terra: Quodq; sequitur. Si direxerit ad eum cor suū, spiritum illius, & flatū ad se tra- het.] Verba quidem non secus habent Hebraicè, at sensus obscurus. Sed ad Hebræis vim suorū verborum agnoscentibus, sic declaratur. Sidirexerit ad eum cor suū: si Deus ipse be- nedictus, ad id voluntatem suam fleteret: vt esset malū, vastitas, impietas, iniustitia in hoc mundo: si cuperet malum, vt tu ais à Iob: si super calamitatibus humanis lætaretur: vtq; ad se spiritum vitamq; cunctorum colligeret: vitā ipsius mundi cunctā aboleret, vastaret: dis- solueret omnes animantes: homōq; ipse in cinerē, limūq; pristinū rediret. Hunc sensum vidit etiam Nicolaus exponens: si direxerit voluntatem suam ad quemcunque destruedū.

Intellexerunt etiam Græci. Si solum hoc, inquit, Deus vellet, colligere spiritum, vitam-
que quam cunctis est largitus, vastitas ingens in vniuersa terra. Quod vero sequitur.] Nun-
quid qui non amat iudicium, sanari potest?] Hoc quoque clarius ex fonte cognoscitur.
Nunquid, qui odio habet iudicium, regnabit? Vides quid loquatur? Nunquid imperaret
mundo Deus, si iudicium odisset? Non esset regnator mundi, non cælum, ac terras mini-
me torquens, si iudicium, rationem, rectum, odio persequeretur. Neque enim mundus
esset. Est enim mundus, ordo, concinnitas, harmonia. Sciendū igitur verbū Hebraicū וְיָמֵי
iachabòsh, quod noster interpretatus est, sanari, ab Hebræis concorditer exponi per aliud
clarius, וְיָמֵי imshòl, regnabit, imperabit, dominabitur. Nā proprietates huius verbi est, alli-
gare, astringere. Ac quæadmodū Græcis κρατῆν est tenere, atque etiā dominari: simile quid
verbū Hebraicū præ se fert. Quoniam vero id ipsum verbum designat, vt dixi alligare, strin-
gere, refertur in Hebraico ad morbos vulnera, quæ alligantur, sanantur. Hanc significatio-
nem secutus, est noster, imitatus, in hoc, alios Græcos interpretes. Nempè Aquilam, Sym-
machum, qui transtulerunt ἀεὶ δὲ μισῶν κρατῆν ὀπιδῶσαι εἰς ἴασιον. Nunquid, qui odit iudicium
augebit ad sanitatem? Cui versiculo dant Græci eundem, atque nostri, sensum. Si persua-
dent, aiunt tibi hæc, efficerisque modestior, bene habet: sin minus, scito Deum esse iusti-
ssimum. Volunt igitur nostri Latini, hunc esse sensum. Si perstas odio habens iudicium, iu-
stitiam, quæ spes est, vt redeas ad pristinam incolumitatem? Mihi vero magis probatur sen-
sus Hebræorum, quoniā de Deo omnipotente, creatore, regnatore, sermo est: de Domino
rerum, qui sit iustissimus. Id declarant sequentia. Qui dicit regi apostata.] Is, inquit, qui po-
testatibus malefacta, sceleraque eorū exprobrare, redarguere principes scelerū. Pro apo-
stata, Hebraicè בְּלִיַּא Belial, nomen dedecorosum, probri plenum, inutilis, malus πονηρός.
Qui non accipit personas principum] Hebraicè בְּשֵׁי אֲנָשִׁים nassa penè sarrim. Honorat
facies principum, non æstimat, vultus principum, vestes, pompas, diuitias: Non veretur,
non pluris, quàm ceteros facit. Nec cognouit tyrannū, cū discerparet contra pauperem.]
Bene tyrannum, qui Hebraicè שׂוֹר שְׂדָא, Hebræi declarant principem opulentum. Si cum
paupere veniat diues ad tribunal Dei, non proderunt diuiti diuitiæ, vt magis ferat pro eo
Deus sententiā. Omnes enim diuinū opus. Quodque sequitur. Subito morientur, & in me-
dia nocte, curuabuntur populi.] Illi ipsi principes, illi duces superius memorati, nec non
omne vulgus hominū, morientur: mortales sunt omnes, longe infra creatorē suum. Media
nocte, nocte intempesta, cū quiescunt, silētque omnia. Quod dixit, curuabuntur, He-
braicum יִגְוֹאֲשׁוּ iegoashu, ab Hebræis exponitur, mouebuntur, fiet (ait) in populo tumultus
cedente Deo. Potestatemque suam (modo velit) ostentate: Aut mouebuntur volente Deo
ad euerionē tyranni, violentūque Dei contemptorem. Absque manu autem, siue, vt ait
Gersonites, absque conatu humano, sed sola diuina voluntate, siue quod à tyrāno discedet
omnis manus, omne robur, deseretur ab omnibus. Nāmque diuinus oculus, quem dixit Or-
pheus ἀλλομεν ὄμμα, fortissimum, perspicit omnes humanas vias. Considerans, quo tendere
pergant. Nullæ tenebræ, latebræque abscondent illi, quidquid in terris fiat. Per tenebras om-
nes penetrat oculus eius, scelera cernens omnium. Quod autem subiicitur. Neque enim
vltra in hominis potestate est, vt veniat ad Deum in iudicium.] Hebraicè dicitur. Quia
non super homine statuet, ponet amplius, ad veniendum ad Deum, in iudiciū. Cuius is sen-
sus est iuxta Hebræos. Facit: quod vult, nō ponit in hominis potestate, quæ futura præordi-
nat. Non est hominis, impedire, quæ Deus præstruit. Aut non præscribit homini certa, vt
impediat eius voluntatem, omnia arbitrio eius permittit, vt possit omnis homo venire ad
Deum in iudicium. Non posuit Deus super homine, aliquod vinculum, quo voluntas eius
impediretur: poterunt omnes ad tribunal eius accedere. Fortasse prior sensus verior. Et
quod noster ait. Conteret multos, & innumerabiles.] Hebraicè pro multis כַּבִּירִים cabirim,
fortes, præpotentes, principes, innumerabiles quoque, ea est vis eius, ingens, destruet præ-
sentes, aliōsque eorum loco sufficit. Omnium enim facta cernit. Tollit eos è medio. No-
cte eos inuoluet.

*Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicit, aut possit lacrymis equare dolorem?*

Noctem eis miseriarum inducet: vt impios, sceleratōsque eos percussit, talia meritos, in
conspetu omnium, cunctis aspicientibus, vt timeant: vt cernant, illos sibimet autores fuisse
malorum, quod à mandatis sanctissimis eius, à cultu vero & amicitia sponte descuerint
violantes ius humanum: miseros, viduas, pupillōsque vexantes, quorum clamor diuinas
appellit

Appellit ad aures. Deus autem protegit: & protegentē, pacemque dante, quis aduertabi-
tur? ille causam pauperum suscipit. Huius enim est cura. Nam si is auerteret sese, oculosque
amoueret, quis alius mortalia attenderet? Is est qui regnare facit hypocritam, propter pec-
cata populi. Hypocritam dixit, qui Hebraicè est, חָנֵף chaneph, sceleratus, facinorosus: Hy-
pocritam dixerunt Sept. Facit regnare improbū, vt castiget, animaduertat in eos, qui vio-
larunt humana iura, pauperes, inopēsque vexauerunt. Vbi dixit noster, peccata populi, He-
braicè מַעֲשֵׂי שָׂרִים mochshè àm, deceptiones, fraudes populi, iniurias, vt doceat, quo genere
peccati Deus cōmoueat, præficiatque populo principes malos. Aduertendū, hunc locum
totum, Auen Esra exposuit iuxta translationē hoc modo, וְיָמֵי אֱלֹהִים velò iamlich. Et non cōsti-
tuet regem hominem improbum: nisi propter violentias populi, vt vlciscatur ea. Similiter
Sept. sic transtulerūt βασιλεύων ἀθροῦν ὑποκριτῶν, ἀπὸ δυσκολίας τοῦ λαοῦ. Qui regnare fecit ho-
minem hypocritā, propter difficultates, acerbitates populi. Eodēque modo locus expo-
nitur à Græcis. Verbum igitur, quod est in textu Hebraico מִמְלֹכָה mimlòch, ab omnibus ac-
cipitur fere, velut sit transitiuū, non quemadmodum vertunt quidam. Eoque regnat homo
impius. Quod sequitur. Quia ergo ego locutus sum ad Deum, te quoque non prohibebo.]
Difficilis locus in Hebraico, his verbis & hac obscuritate. Quia ad Deum dicitur, abstuli
& non destrua. Hoc Chaldæus sic transtulit. Quia ipsi Deo possibile est, vt dicatur, peperi,
non destrua. Horum igitur hunc esse volunt Hebræi sensum. Ille idem, qui castigat popu-
los, impositio crudeli tyranno, poterit cū voluerit, parcere delinquentibus, & dicere, pe-
perci, non destrua: sit finis pœnarū. Hoc autem dicit, cū peccare populi desissent. Tunc
poterit dicere, Deferbet indignatio, parco, nolo pœnas vltius procedere. Hæc interpre-
tatio mihi placet. Sept. Omnino à fonte diuersæ transtulerunt. Verū à Symmacho sic fue-
rat editum. ἵππῳ περὶ θεῶν, ῥῆσιν ἀνὴρα λαοῦ, ἐχέω ἀμολύτως. Quoniam ad Deum sermonem sumpsi,
non habebō impedit. Hæc interpretatio, potest ex verbis Hebraicis fluere, quoniam חָמַר
heamar, quod Hebræi, & Chaldæus verbum esse crediderūt, à Symmacho verbale nomen
putatur ῥῆσις, dictio, sermo. Quod Hebræi exponunt, dictum est, dicitur. Deinde aliud ver-
bum in Hebraico נָשַׁח nassachi, quod signat auferre, tollere: Hebræi exponūt auferre, tol-
lere peccata, parcere. Symmachus autem accommodauit ipsi sermoni. Assumpsi sermo-
nem. Tertium verbum, quod in Hebraico est עָחַבְדִּי echbdì, sonat duo, destruere, vastare,
euertere. Aliis autem punctis sonat illigare, prohibere. Hoc Symmachus est secutus, idem,
& noster. Mihi probantur, quæ sentiunt Hebræi, præsertim cū & Chaldæus addit testis.
Possunt quidem & illa defendi, sed in tanta varietate, sequamur Hebraica, & dilucidiora,
& quibus subsunt sensus meliores. Ad hoc filum prosequitur. Si erravi, tu doce me, si ini-
quitatem locutus sum, vltra non addam.] Hebraicè proprie dicitur. Præter quod video, tu
doce me. Cætera consentiunt. Hoc Hebræi ad superiora sic accommodant, vt personarum
fiat mutatio, quale sæpe fit à Poëtis. Loquebatur Deus dicebatque. Abstuli peccatum, pe-
perci, condonavi. Nunc proponit aliam personā nempè delinquentis & peccantis: qui dicat.
Vltra id, quod video, tu Deus ostende, tu lucem tuam diffunde, vbi non suppetit mea.
Facio quod possum, quod video: Cætera tu doce. Fac abscondita, luce tua clarescere. Hi
duo versiculi sunt obscurissimi, cōtenti simus explanatione Hebræorum, licet aliæ possent
fortasse meliores excogitari. Nam forsā melius iuxta Symmachum. Ecce ego Eliu sum-
psi sermonem ad Deum, vel pro Deo, non prohibebo linguam meam loqui. Fertur oratio,
præcipitant verba, non demorabor, non impediam: Fluat impetu suo. Si quid autem erit,
quod me lateat, tu doceas. Quæ non videntur à me, declarentur à te. Quod si loquedo pec-
caui, si male locutus sum, non addam errorem, non iterabo, in hoc delicto, non persistam.
Deinde sequitur. Nunquid à te Deus expetit eam, quia displicuit tibi.] Hoc Hebraicè dicitur.
Nunquid à te restituet ipsum, vel ipsam, quia spreuisti, contempisti? Et hoc per obscu-
rum, magis, quàm quæ loquitur Lycophron, aut Heraclitus tenebrosus. A Gersonite datur
sensus. An vero fas est, vt à te veniat verbum, quod sit causa cur in te Deus animaduertat,
quia abiicisti vitam tuam, neque fatigisti accedere ad Deum, & supplex petere, vt à te ca-
lamitates has auerteret? Hæc Gersonites. Hoc autem clarius sic intelligitur ex Hebraico.
וְיָמֵי אֱלֹהִים הָמַעֲמֵחָ hameimecha ieshalemennah. An ob te, causa tui, reddet ipsum, scilicet Deus.
An eris tu autor, vt Deus reddat tibi malum? Hæc autem interrogatio designat indigna-
tionem, reprehensionem. Cur à te ipso nascitur, efficitur, vt Deus reddat malum? Ob in-
dignationem, blasphemiam. Hoc sensu, & si multos afferet Auen Esra, mihi satis est. Non
est enim hic vllum mysterium, vt sit desudandum. Hieronymus nescio quomodo posuit,

expetit eam, quod Hebraicè restituet, reddet. Nam verbum petendi, non est shalam **D** שלם sed שאל saal. Deinde quod sequitur. Quia displicuit tibi, tu enim cœpisti loqui, & non ego.] Dixi superius Hebræos id quod Hieronymus transtulit, displicuit, Hebraicè מאסא maasta, exponere, Contempnisti autem, nempe te ipsum, desperationi te tradidisti: animum despondisti. Et quod Hieronymus dixit. Tu enim cœpisti loqui. Hebraicè est, Tu תבחר tibchâr, elegisti, quod ab eis exponitur. Tu elegisti, vt Deus tibi aduersus esset. Tua hæc voluntas. Vbi autem noster ait. Quod si quid melius nosti, loquere.] Hebraicè dicitur. Et quid nosti loqui? Et quid scis loqui? Quidquid, ait, loqueris, vanum est, inutile, perniciosum. Exponit etiam illud, quod dixit. Quia repudiasti, nimirum conuerti ad creatorem tuum, & humiliari in conspectu eius. Hoc tu repudiasti. Hanc viam aduersam elegisti, hos mores suscepisti, non ego. Sint procul à me. Quid nosti respondere mihi: Quid poteris respondere? Prosequitur. Viri intelligentes loquantur mihi, & vir sapiens audiat me.] Ex hoc, superiora magis clarescunt. Nam contemptum, indignationemque, quam murmurabat, mussitabatque Eliu, nunc aperte arrogantemque profudit. & contumelia quidem manifesta. Iob autem stulte locutus est.] Quod Hebraicè dicitur. Iob sine scientia locutus est, & verba eius sine intelligentia. Quod autem sequitur. Pater mi probetur Iob vsque ad finem.] Quod dixit. Pater mi, Hebraicè dicitur אבי abi. Hoc duobus modis ab Hebræis exponitur, vt sonet, Pater mi. quemadmodum transtulit Hieronymus Deinde, vt sit à nomine אבא abah, voluntas, voluit, vt dicat. Voluntas mea, vt probetur Iob, quia locutus est stulte. Probetur in his doloribus, in æternum, vt sint responsa **E** eius ad viros iniquos. Nempè vt admoneantur quoties iniuste egerint, intueantur ipsum Iob dolentem, sub calamitatibus gementem, propter linguam blasphemam. Quod si dixeris, Pater mi, iuxta Auen Esra, ad Deum patrem hominum, atque Deorum perorans flectit sermonem: orat, vt probetur Iob, in æternum: doloribus æternis crucietur. Sic enim transferendum est, quod noster interpres dicit, vsque ad finem, Hebraicè עד סוף ad nezach, vsque in sempiternum. Quod autem potius designet voluntatem meam, quam pater mi, superior vox, apparet ex Chaldæo, qui pro abi, posuit אבא cebinà, complacentia. Quod vero prosequitur. Ne desinas ab homine iniquitatis, qui addidit super peccata sua, blasphemiam.] Hoc Hebraicè longe secus. Totus versiculus sic legitur. Pater mi probetur Iob in æternum על תשובת theshubòth, super responsis, in hominibus iniquis. Dixi sensum esse, vt probetur, propter blasphemiam, propter impia responsa. Probetur autem & crucietur in hominibus iniquis: nimirum, vt discant, doceantur, admoneantur homines improbi, qui similiter loquuntur. Cur autem Hieronymus dixerit, Ne desinas, causa est, quod cum sit magna in vocibus similitudo, videtur legisse, pro על al, quod sonat super, potius אל al per aleph, quod sonat ne, negationem. Aliam vocem תשובת teshubòth putauit esse à verbo shabath, quiescere, in futuro, thasbòth, addita Thau littera. Hebræi putant venire à verbo שב shab, vnde nomen verbale תשובת theshubàh, numero multo theshubòth. Stat vtraque interpretatio: Vtraque bona, vt dicat iuxta translationem nostram. O pater hominum, ne quiescas super hominibus iniquis, castiga eos, vt meriti sunt. **F** Quod vero subiicit noster, Qui addidit super peccata sua blasphemiam.] Hebraicè. Quoniam, inquit, addidit super peccata sua blasphemiam, scelus, impietatem. Hebraicè אש פשה pesha. Chaldæusque dixit מרד merad, recte dixeris apostasiam. Quod sequitur. Inter nos interim constringatur.] Longe secus à fonte בנינו יפדח benènu ispdch, inter nos plaudet, nempè manibus, vt exponunt Hebræi. Inter nos plaudit Iob manibus, iugiter, queritur, perstrepat. Et dimidium eiusdem versiculi, vbi noster ait. Et tunc ad iudicium prouocet sermonibus suis Deum.] Hebraicè sic legitur: Et multiplicat verba sua ad Deum. Perstrepat, plaudit manibus, queritur Iob aduersus Deum verbis multis, multa oratione decertat, sciendum tamen hunc versiculum habere posse & hunc sensum. Nam verbum plaudendi פסח saphac Hebræis sonat etiam, satis est, sufficit. Hoc Hieronymus dixit. Constringatur, nempè teneatur firmum, sufficiat, satis sit. Verbum autem, quod transtulit, prouocare, רבב rabab, in futuro ירבב sonat prouocare, contendere, litigare, & multiplicare. Stat igitur vtraque expositio, sed prior longe clarior.

CAPVT

CAPVT XXXV.

A



BRINCIPIVM capitis manifestum, clarumque est. inuehitur in Iob, impia, flagitiosa cogitantem: se Deo iustiore prædicantem: qui dixerit, nec illi prodesse benefacta nostra, neque obesse crimina: quasi illud Epicuri: se responsurum, & illi, & cæteris amicis pollicentur, qui non obmutuerint. Hortatur primùm cælum, æthera, nubescque suspiciat, quâ illo ipso celsiora sint. Sed verba singula ponderemus. Quod noster dixit. Ethera.] Hebraicè שחקים shechachim, nubes, idq; etiam transtulerunt Sept. νεφέλαι **E** μαθε δὲ νεφη ὡς ἡ γη ἀπὸ τοῦ οὐ. Contemplare nubes, vt sunt celsæ præ te. Quamquã eadem vox sonat interdum æthera, cælum ultra mundanum. Cur autem ad hunc suspectum cohorteretur eum, persequens declarat. Nempè nihil nocere Deo sublimi, superno, humana peccata posse. Quidquid peccaueris, nil ei nocebit. Aloidæ corpora vasta manibus magnuum rescindere cælum, conati, nil profecerunt. Similiter iustitiã, ad maiestatem, decusque Dei, nihil addituram. Ex his intelligimus verbosam hanc responsionem Eliu, qui se cæteris sapientior fore pollicebatur, inanem esse, in qua cõfirmantur ea, in quibus Iob superius reprehendebatur. Quod noster dixit. Homini, qui similis tui est, nocebit impietas tua.] Hoc humanã, mortalemque naturam designat. Mortalibus, inquit, cuiusmodi tu es, nocebit iniquitas tua: alicui mortali, similiter iustitia proderit: at Deo minime. Quod vero prosequitur. Propter multitudinẽ calumniatorum clamabunt, & eiulabunt propter vim brachij tyrannorum.] Confirmat quod superius dixerat. Mortalibus nocere calunias, contumelias, cedes, violẽtias tyrannorum, rapinas, quales Dionysius peragebat, His accidẽtib; clamant, ingemiscunt ad superos, ad sydera iactant voces miserabiles: Deorum fidem implorant: obtestantur Deos immortales. Quodq; sequitur. Et nõ dixit, vbi est Deus, qui fecit me, qui dedit carmina in nocte?] Duobus sensibus potest intelligi: Aut Deus ipse non habet, ad quẽ prouocet, quemadmodum mortales: Non habet cuius fidem impleret: Nec inuocat creatorem suum, qui creauit omnes, increatus ipse: aut refert voces tyrannorum Deos negantiũ, contementium, vt Dionysius ille, qui in Deos, quorum statuas sacrilega manu diripuerat, cauillatus dicitur. Et contẽptor diuum Mezentius. Diagorasq; atheos. Horum vox est, vbi est Deus, qui fecit me? Qui dedit carmina in nocte?] Hoc ab Hebræis sic intelligitur. Qui facit mirabilia magna solus, facit laudes res laudabiles, admiradas, ob quas in laudes eius mortales prorupunt, admiranturq; eum, vt Philosophi, quibus pietas cara fuit. Tyranni autem dicunt, vbi est Deus creator hominũ: rerum mirabiliũ, laudabilium repertor: quẽ Poetę multique celebrat carminibus? Deum vocant illi, sentiunt potentiã, brachium. Nam Mezentius dexteram suam, Deum dicebat. in nocte autẽ datur carmina, cum mortales canunt, celebrantq; eum, admirantur, speculantur, philosophantur, nocte quicquid quicquid, laudibus apta. Mirum est quod Sept. interpretes transtulerunt φύλακας, custodias, dicentes custodias noctis, quod Hebraicè est זמירות zemiròth, cantica. Ad hunc sensum prosequitur. Qui docet nos super iumenta terrę.] Hęc Claus, hæc philosophia, quod soli omnium animantium, agnoscunt homines laudes eius. Hocq; sunt omnibus animantibus, tam terrestribus, quam cælestibus sapientiores. Repetit, inculcatque, vt solent nugaces isti in hoc libro. Miseri oppressiq; illi clamabunt, ingemiscunt. Ibi clamabunt, & non exaudiet propter superbiã malorum. Clamabunt afflicti, oppressi, vexati, bonis suis spoliati, & non est qui exaudiat, quoniã apud mortales, & non infra nubes, res geritur. Clamabunt autem ingemiscuntque propter potentiã, superbiãque tyrannorum. Quod autem sequitur. Non enim frustra audiet Deus, & omnipotēs causas singulorum intuebitur.] In contrariũ Hebraicè, איש מן ach shau, sed frustra, videlicet clamabunt. Clamant vulnerati, bonisq; multati, vociferantur, ingemiscunt, sed frustra, quia Deus non exaudiet. Et omnipotens non cõsiderat. Auen Esra sic exponit locũ. Quia falsum est, non exaudiet Deus, quod clamor eorum sit frustra, quia Deus omnipotens retribuet eis retributionem suam. Ex hoc intelligimus, verum esse fortasse sensum Hiero. vt sit sensus. Clamant, vociferantur miseri. Verum nõ frustra Deus exaudiet, Nam reddet, quod meretur, sceleratis illis. Quamquam Rabi Leui legit, & exponit, vt superius demonstratum est, dicere Eliu, Deum non attendere ad singula in particulari, sed in vniuersum. Sed melius primum. Quodque sequitur. Etiam cum dixeris, non considerat, iudicare coram illo, & expecta eum.] Hebraicè longe clarius his verbis. Etiam cum dixeris, non intueberis eum, iudicium coram eo, & expectabis ipsum. Quod à magistris intelligitur. Quamquam non sit facultas tibi videndi

Deum, iudicium tamen est coram illo, hoc tu expecta. Si prouoces ad tribunal Dei, vt fu-
perius fecisti, non eo pacto prouoces, vt cupias eum prodire palá, manifestum. Neq; enim
mortalis oculus intueri potest illum, sed potius iudicium maiestatis eius, quod antecedit
eum, expectes. Non deerit tibi, licet inuisibiliter. Inuisibilis ipse dabit iudiciú manifestum,
palá. Hoc tu expecta, hoc præstolare, non illud, vt Deus appareat, & inuocatus de cælo ante
oculos tuos descendat. Inconsiderata & stulta postulatio. Subiicit simile. Nunc enim non
infert furorẽ suum, nec viciscitur scelus valde.] Hebraicè dicitur. Et nunc quia אבן בקר אבן
A in pachad apd. Non visitauit ira eius. Sequitur aliud dimidiú versiculi אבן בקר אבן אבן
iadah, bapàs medd. Et non cognouit in multitudine nimis.] Verba sunt obscura. Volút He-
brej mutilá esse orationẽ. Et nunc, quia non cognouit, non sapuit, nescius fuit Iob, infert fu-
rorẽ suum, exaggerat iras: impotentia rapitur, & non cognouit, quòd merces, præmium q;
laború rantorú ingens est, inestimabilisq;. Potest iuxta alios Hebræos sic exponi. Quoniã
non expectasti eum, accensus est furor eius super te. Visitauit te indignatio eius. Est, & ille
sensus bonus. Et nunc nõ visitauit, non accendit iram suam, Deus scilicet: & non cognouit,
non adhibuit mentem ad plectendum in multitudine. Declarant sequentia hunc sensum,
arguitq; eum loquacitatis, vanitatis, quòd vane, imprudentérque locutus sit.

CAPVT XXXVI.



DOLLICETVR nunc quoque causam Dei suscepturú Eliu, similiter fa-
ciens, vt si quis contra Epicureos, aut Diagorá atheon, diuinum numen,
maiestatẽque eius, & prouidentiam defenderet. Vbi primum ait. Re-
peram scientiam meam à principio.] Pro à principio, Hebraicè קדמון ל
lemerachoc, A longe, Auen Esra exponit à Deo, qui sit celsissimus: eòque
subdit. Et operatorem meum, iustum comprobabo.] Operatorem dixit,
Creatorem, conditorem, artificem. Est item sensus apud eosdem, à longe
nempè tollam vocem in altum, exaudieturque oratio mea procul. Ventose enim semper
loquitur Eliu. Vbi vero ait. Et perfecta scientia probabitur tibi.] Hebraicè, est עתה רעות עתה
temim deoth imach. Perfecta sunt scientiã tecú. Hoc refert Auẽ Esra ad ipsum Deú om-
nipotentẽ, cuius sint sciẽtiã perfectã, vt sit quasi apostrophe, relicta persona priore. Possit
sic intelligi, perfectã sciẽtiã tecú, nẽpè cernes perfectã sciẽtiã meam apud te. Apud te, in
còspectu tuo, scientiã perfectã. Quod vero subdit.] Deus potentes non abiicit, cum sit &
ipse omnipotẽs.] Hebraicè melius & clarius. Ecce אבן בקר אבן אבן El cabir, velò imeàs. Deus
præpotens, non spernet. Ecce, inquit, Deus est omnipotens, gloriosus, vt aiunt Philosophi,
benedictus, vt Hebræi, Deus sanctus, non spernet iudiciú, vt tu dixisti, non est iustitias con-
temptor, vt tu prædicasti. Ad hunc sensum, Chaldæus dicit in editione sua. Ecce Deus ma-
gnus, princeps אבן בקר אבן אבן lð irchach czadichà, non elongabit iustum, non contemnet, nõ
aspernabitur iustum, vt tu prædicabas. Quare non est sensus, quem præfert nostra tralatio.
Subiicit eodẽ versiculo אבן בקר אבן אבן cabir còach leb. Fortis potentia cordis. Ille, inquit, idem
Deus præpotẽs, maiestatis ineffabilis, inauditẽ sapientiã, non solú robore fortis, sed etiam
corde, nempè sapiẽtia, vt exponunt magistri. Sensus igitur manifestus, quem nostra editio
non ostendit: neque etiam in Græco est sensus verus. Prosequitur. Sed non saluat impios, &
iudicium pauperibus tribuet.] Hebraicè similiter. Non viuificat impium: non parcit, non
sinit viuere. Iudicabit, feret sententiam pro pauperibus, sumet vindictam pro illis, quicun-
que eos læserit, hos grauibus pœnis affliget, vexabit. Prosequitur dicens, eum non remoue-
re oculos suos à iusto, iuxta illud psalmi. Ecce oculi domini super iustos. Ille idem adeo præ-
potens est, vt colloctet reges in folio, ipse reges facit, principes ipse creat. Et illic eriguntur,
prouehuntur, exaltantur. Quòdque sequitur. Et si fuerint in catenis, & vinciantur funibus
paupertatis, indicabit eis opera eorú, & scelera eorú, quia violenti fuerunt.] Hebraicè eodẽ
modo dicitur. Funis autẽ paupertatis, melius ex Hebraico intelligitur, q; habet אבן בקר אבן אבן be-
chable òni, funibus afflictionis, angustię. Optimo nomine vocatis funib; afflictionis, cathe-
nis, & vinculis ipsis. In his ipsis vinculis, ostẽdet regibus, omnib;q; tyrãnis, quos cadere in
laqueos, captiuosq; fieri coegit, quã scelerati, quã violenti fuissent. Annútiabit eis, ostẽdet
scelera eorú, quã fuerunt magna, vt ipsi tyrãni, sic opera tyrãnica, dira, ingétia. Tunc eis per
còsciẽtiã reuelat, qua pulsata, diuerberatq; animos eorú vox tacita, cogitationú mœstariú,
quas carcer, dolorq; excitat, pullat, monetq;, corripit, & castigat. Illi sunt duplo meliores,
si modo

Asi modo correctiones illas æquis animis tulerint, nec meliores modo, sed beatiores longe
sunt, propagatis vitæ metis: eòque decreto diuinitus obfignatis: vt tranquille, felicitérq;
transigatur reliquum tempus. Beati enim sunt sapientes. Sapientia vero sepe rebus aduer-
sis comparatur. Quod si impotenter tulerint: si voces blasphemias, è pectore exhalauerint
tumultuare cogitationes, inflammari animum permiserint: aut non se corripuerint, ab im-
pietate non desciuerint: veniet dies calamitosus, gladio diuinæ vindictæ sæuiente, eosque
in sua stultitia finem imponere vitæ cogente. Atque ita demum verú est, hypocritæ simu-
latores probitatis אבן בקר אבן אבן iasimu aph addent furorẽ, prouocant in se maiorem indigna-
tionem, sunt hi, quos nulla calamitas emendat. Aut addunt, faciunt indignationem diui-
nam, vehementiorem, quod nõ propter sua delicta, sæuiente Deo quæruntur sibi male ac-
cidisse. Neque clamabunt cum vincti fuerint, nempè non orabunt, non flectent animum
ad Deum, in preces nõ descendunt. Ecce morietur in tempestate anima eorum.] Pro tem-
pestate, melius Hebraicè אבן בקר אבן bandar, in iuuentute, in adolescentia: morte immatura tol-
lentur, & cadent ante diem. Hoc etiam Septuag. posuerunt ἀποθάνει τὸν αἶμα ἐν νεότητι. Morie-
tur igitur in adolescentia: Et vita eorú inter effœminatos.] Pro hoc Hebraicè, sunt אבן בקר אבן
bachedeshim. Inter sanctos, aut effœminatos. Sciendú Hebræis nonnulla esse nomina quæ
Græcis etiam dicuntur μέσαι, media, vt δελφίμων τὸ γένος. Sanctus Hebraicè duo contraria, nunc
bonus, castus, purus, nunc inhonestus, infandus. Priorem significationem Hebræi quidam
sequuntur. E quibus Auen Esra, vocem hanc ait duplici sensu intelligendam, sentiens quod
B diximus. Chaldæus similiter, pro chadeshim posuit אבן בקר אבן ech marè zenui. Quemadmo-
dum scortatores. Moriẽtur vt scortatores. Eo sine claudet vitam, inter fordidos, adiectos,
Deo, hominib;que inuisos, execratos, detestabiles. Secundam significationem sequitur
Leui Gerson, exponens. Inter sanctos morientur, nimirum inter adolescentes, qui propter
innocentem, nec malis adhuc imbutam ætatem, sancti dici possunt. In tenera, inquit, ætate,
auferentur. Septuag. vero sanctos, Angelos dici putauerunt, sic transferentes. אבן בקר אבן
πνευμασιολογίαν ἑστὸ ἀγγέλων. At vita eorú, ab Angelis vulnerata. Prior significatus aridet mag-
is, quòd & Chaldæus testis, cui plurimum deferunt Hebræi, nec sensus alius stat verius.
Prosequitur. Eripiet pauperem ex angustia sua.] Ex aduerso scilicet, vt illos reliquerat, ca-
sibus, calamitatibus expositos esse sinebat, sic eripiet pauperem, mitem, placidum, huic de-
teget, reuelabit, quid agat, quo pergat, qua se ratione ab omni clade subducatur, in aduersa
tempestate protector, defensor. Saluabit te de ore angusto latissime.] Hebraicè clarius. Sal-
uabit, eripiet te, de ore angusto. Nimirum pressura, angustia, quæ nunc dicitur, os angustú
per tralationem, qua premitur animus, & corpus, impendente super pondere miseriarum.
Seruabit autem latissime, quia in apertam lucem te recipiet, & in æthera apertum: An-
gustia, pressura dilatabitur: te vero calamitas relinquet. Huic latitudini dicit non subesse
fundum. Magnam salutem, magnam liberationem innuens, latissimam, apertam, patefa-
ctam, per tralationem. Sic eadem tralatione. Requiã autem mensa tua plena vberrate.]
Circumfusus, vndique exuberante felicitate, copia. Vbi noster dicit. Requiã, Hebraicè
C אבן בקר אבן nachath, quòd est requies: Exponiturque ab Hebræis אבן בקר אבן אבן ma scetaniach
beshulchanchà, id est quod quiescit super mensa tua, nempè, mèsam tuam faciet pinguem,
opiparam, ambrosiam, nectárque propinabit. Quod autem infert. Causa tua quasi impij
iudicata est, causam, iudiciúque recipies.] Proponit contrarium horum omnium, quæ
dixit. Tu vero, inquit, quoniam secus egisti, nec te dignum beneficentia diuina reddidisti,
factum est, vt iudicium scelerati אבן בקר אבן אבן malètha, impleuisti, videlicet iudicasti, vt scelesti so-
lent, censentes, prædicantes non attingere terras diuinam prouidentiam: sed circumscri-
ptam esse supra sidereos orbis. Deo contumeliam, improvidentiam, incuriam, negligen-
tiam rerum humanarum tribuisti. Vbi autem noster ait, in dimidio supradicti versiculi, cau-
sam, iudiciúque recipies. Hebraicè secus, meliúsque. Iudicium & iustitiam אבן בקר אבן אבן
ichmò-
chu sustentat. Tu, inquit, iudicium abesse è mundo dixisti, imò vero, iudicium, ratióque re-
cta summi Iouis sustentat hunc mundum, gubernat, regit. Is sensus datur ab Auen Esra di-
cente. Et noris, quod iudicium & iustitia sustentant vniuersum. Hoc iudicium tu abesse ne-
gasti, teque in numerum male iudicantium posuisti. Vbi autem noster ait. Non te ergo su-
peret ira, vt aliquem opprimas, nec multitudo donorum inclinẽt te.] Hebraicè clarius di-
citur. Quia furor ne forte אבן בקר אבן אבן iesithchà bessaphec, recipiet te cum flagello, plaga. Re-
spice, inquit, attende, respice, caue ne te de mundo furor diuinus auferat. Is est verus sen-
sus, ab omnib;que Hebræis proponitur. Vbi vero in altero dimidio dicitur. Nec multitu-
V iij

do donorum, inclinēt te: Melius Hebraicè, clariorque Multitudo מוֹרֵם còpher, propitiatio-
 nis, non declinet, id est eripiet, non tollet te. Superueniet, ait, angustia, calamitas: nulla te
 propitiatio poterit erucere: nulla clementia aderit. Superiorē vocem etiam Chaldaeus tran-
 stulit propitiationem מוֹרֵם מוֹרֵם purchanā. Eadē signat pretium: Poteritq; intelligi. Nec pre-
 tium vllum te redimet. Superueniet clades, tempestasque atra, nullo pretio si adesset, redi-
 mi posses. Declinare igitur facere, designat tollere, auferre, eripere. Chaldeo quoque teste,
 qui pro eo posuit clarius יעילנאחא iecilinācha, delinare faciet, te eripiet. Vel melius, vt trāsferit
 Hierony. Ne te indignatio rapiat transfuerum, & multitudo salutis, clementiā. Quod au-
 tem prosequitur. Depone magnitudinem tuam absque tribulatione, & omnes robustos
 fortitudine.] Hebraicè, הַיַּאֲרֹחַ שׁוּאֲחָהּ, hāiaaròch shuachā, lō bezār vechdōl
 maamacè chōach. Nimirum an aestimabit diuitias tuas, nō aurum? Et omnes robustos for-
 titudine? Clarum est, quid loquatur, assentientibus etiam Hebraeis. Nam Auen Esra expo-
 nit. An proderunt diuitiæ tuæ? Non aestimabit, neque diuites, neque potentes robore: Cō-
 sentiant igitur cum superioribus. Nec te pretium redimet, nec tibi profuerint diuitiæ, aut
 auxilium cuiusquam prapōtētis, vt iuuare possint in tempore. Similia Plato diuinitus scri-
 psit. Ad tribunal Dei, non affore patronos, qui coram iudice causam tuam defendant: non
 propinquorum, domesticorumque cateruas, quorum fretus auxilio, iudicium nō pertime-
 scas. Quare longe alius sensus in fonte. Similiter quod sequitur. Ne protrahas noctem, vt
 ascendant populi pro eis.] Hebraicè sic clarius אֵל תְּשִׂאֵהוּפּ. Ne desideres noctem
 ne respicias, ne satagas ad noctem. Nempè, vt aiunt Hebræi: Ne dormias, ne dormites, som-
 no nec deditus esto, ne cor tuum inclinēt ad lectum: vt ascēdat populi pro eis, quasi ven-
 turi sint, qui te eripiat: quasi expectes populos, qui te protegāt, liberent. Pro eis autem me-
 lius Hebraicè, & à Chaldaeo declaratur תַּחְתָּאם tachtām, in loco suo. Chaldaeus בְּאֵתְרֵיהֶם bea-
 threhōn, in loco suo. Et Gersonites בִּמְקוֹמָם bimcomām, loco eorum. Dicit ergo ne nocte
 amplectaris, dormiens in vtranque aurem securus, quasi congregentur populi in loco suo,
 vt tibi ferant opem cateruatim, atq; agmine magno. Hoc autem expectans, dormias, ster-
 tas: Imò satagendum, vigilandum. Is est verus sensus. Quem subsequētia clarius osten-
 dunt. Caue ne declines ad iniquitatem, hanc enim cœpisti sequi post miseriam.] Hanc ini-
 quitatem recte magistri interpretantur: ne vendicet Deo, quemadmodum superius, iniu-
 stitiam, negligentiam humanarum rerum, quarum curam non suscipiat. Hoc caue opine-
 ris. Hanc proiice mentem. Hanc iniquitatem, ex calamitatibus tuis peperisti, vt te in aper-
 ta mala lapsus vidisti, continuo contra superos exclamasti. Hæc iniquitas nata est, & par-
 ta, ex calamitate, miseriāque tua. Hanc igitur fuge. Noli propter plagas has, impius fieri:
 Noli erumpere in blasphemias, quas hæcenus propter aduersam fortunam, effudisti. Ad
 hunc sensum prosequitur. Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in le-
 gislatoribus.] Proponit quantum Deus sit, ne quis hominatio audeat ei obrectare. Si Deus
 tantus, si iustissimus est, quis illi obganniat? Vbi autem dicit. In legislatoribus.] Hebraicè
 dicitur. Quis sicut ille מוֹרֵם מוֹרֵם morèh, docens, doctor. Similiter editio Chaldaica cum nostra
 concordans dicit. Quis sicut ille מַלְיָהּ תְּרִיזוּתָא maliph therizuthā, docens rectitudinem, ve-
 riratem. Si Deus igitur docet alios veritatem, doctor cælestis, quis illi vendicet iniustitiam,
 humanarumque rerum negligentiam? Vbi nostra editio habet. Ecce Deus excelsus in for-
 titudine sua.] Hebraicè paulò secus יַאֲסִיגְהִי iassghib, exaltabit, prouehet, videlicet hominem,
 curam eius suscipiet. Ideo dixit eum doctorem, legislatoremque hominibus esse. Stat etiā
 primus sensus, eumque Chaldaeus proponit. Habes igitur, quomodo intelligas legislato-
 res. Declarant sequētia similem sensum, esse vias eius, sapientiam, maiestatem, consilium
 inscrutabile: neminem ei posse prescribere, arguere, quòd male sit operatus: Id autem pro-
 pter rerum eximiam pulchritudinem. Quòdque mox sequitur. Memento quòd ignores
 opus eius.] Pro hoc in Hebraico est. Memento, vt יַאֲסִיגְהִי iassghib, magnifices, exaltes, extol-
 las opus eius. Quare secus est, quàm nostra editio transtulit. Sunt autem duo verba in He-
 braico idiomate שָׁגַגַּג shagàg, ignorare. Alterum שָׁגַגַּג shagàg, exaltare, extollere. Aut igitur
 hanc ambiguitatem noster interpres (quod nefas est) nesciuit, aut quòd melius id, in suo
 codice legit. Dicendum igitur iuxta fontem: Memento, vt exaltes opus eius: Memineris
 maiestatem eius excelsam, eminentem, superantemque omnia. Hoc tu de illo prædica. Mi-
 rum est superius verbum, Hieron. posuisse, cum Septuag. interpretes legerint, vt est in He-
 braico מְרִיבֵי עֵינַי מֵרֵאשִׁית מֵרֵאשִׁית. Recordare, quòd magna sunt opera eius. Dimidiū-
 que eiusdem versiculi habet. De quo cecinerunt viri.] Hoc declarat superiorem sensum
 esse,

A esse, quem nos posuimus. Hortabatur, vt magnificaret, attolleret, nō deprimeret opera di-
 uina. Hoc ait, fecerunt viri iustissimi. Et Philosophi admirati opera Dei, continuo super
 his philosophari, & creatorem laudare cœperunt. De hoc ait, cecinerunt viri. Chaldaeus
 superaddit, Viri צַדִּיקִים czadichim, iusti: quales veri, insignēsque Philosophi. Quod nostra
 editio dicit: Cecinerunt Hebraicè שׁוֹרֵרִים shorerū, viderunt, intuiti sunt: sicq; exponit Ger-
 sonites, Auen Esra. Sed idem verbum sonat etiam canere: hocque sequuta est editio Chal-
 daica, ponens pro eo שָׁבַח sbachè. Laudauerunt, cecinerunt. Prosequitur similia. Omnes
 homines viderunt eum. Potest Hebraicum, quod est בּוֹ bo, exponi. Viderunt illud, vt refe-
 ratur ad opus. Omnes mortales vident hoc diuinum opus: per omnes mundi partes diffu-
 sa est, parètque diuina maiestas, ex opere mundano, clara. Procul sidera, cælumque stella-
 rum suspicimus, semper ordines, modòsque suos, astra seruantia cernimus. Diuina mente
 gubernari videmus. Ecce Deus magnus, æternus, cuius vita nullis temporibus, sæculisque
 definitur: qui fuit antequam essent cælum, ac terra, & homines: ætas eius innumerabilis.
 Vbi sequitur in editione nostra. Qui auferit stellas pluuia, & effundit imbres ad instar gur-
 gitum.] videlicet serenator, & hymbrificus.

Vultu, quo cælum, tempestatesque seruat.

In cuius potestate sit, pluuias cohibere, terris auferre nubes, hymbre graues:

Rursus in pluuias totum effundere cælum.

Gurgites, flumina, dimittere cælo, latè super homines, terrasque inundantia. Qualis, quan-
 B rāque hæc tempestatum moderandarum potestas? Si voluerit extendere nubes, quasi ten-
 torium suum, & fulgurare lumine suo desuper. Cardines quoque maris operiet.] Hebrai-
 cè totum hoc proprie dicitur. Etiam intelligit varietates, partitionesque nubium, tonitrua
 tabernaculi sui. Ecce diuisit, extendit super ipsum, lumen suum, & radices maris operuit.
 Horum omnium sensus est. Pulchrè enim Gersonites ostendit quæ sunt hæc varietates nu-
 bium, aliàs esse ventorum genitrices, aliàs hymbriferas, aliàs elisas, & fractas inardescere,
 tonare, aliàs niues gignere. An hæc, inquit, intelliget homo, noscētue illum, quem vocat
 antiquissimus vates Homerus ἰσχυρὸν ἄλκον altitonantem. hoc illi dat etiam nunc epitheton,
 tabernaculumque, siue tentorium suum: cælum nūcupat. Quémque vocat idem vates ful-
 minatorem, eodem ab Eliu insignitur epitheto, lumenque eius fulmina vocauit, radices au-
 tem maris dixit Hebraicum, quas noster Cardines. Id duos habet sensus, vt radices appel-
 let fundamenta maris, late, tantis aquis subiacta, tantis culminibus aquarum cooperta,
 idque nunc referat Eliu, Deum inter alia prodigia, miraculāque potestatis suæ, fundamen-
 ta maris, tantis aquis cooperuisse, tantam aquæ vim superextendisse sedibus imis. Aut cer-
 te per tralationem, radices maris, dixit adusque littora per sinus omnes tendentes aquas, vt
 mare quasi, quibusdam radicibus ab alto pelago sese, adusque littora protendat. Qua trala-
 tione historici, Poëtæq; brachia, sinusque tribuunt mari. Has autem radices, omnemque
 maris latitudinem, quæ littoribus, quasi radicibus extremis definitur, canit Eliu vaporibus,
 nubibusque offundi perstans in decantandis mercois. Radices quoque maris transtulerūt
 C Septuag. καὶ ἐξώμαται τῆς θαλάσσης ἐπέλυθεν. Et radices maris operuit. Græcique exponunt,
 neminem scire, quibus radicibus mare sustineatur, quòd Deus eas operuit. Latini nihil di-
 cunt. Sciendum est, superiora etiam ad hunc modum explanati posse. Primum quòd super
 ipsas nubes extenderit lucem suam, scilicet vel coruscationes, vel Solis lucem, per nubes
 fulgentem amplexamque omnes desuper irradiare terris, tum mare quoque cooperire,
 vel scilicet vaporibus exalatis, & nubibus offusis, aut eadem ipsa luce. Scilicet, Deum pro-
 digiorum artificem per omne cælum, nubēsque desuper candentes per omne mare, lucem
 Solis, quem creauit, ipse diffundere. Quòdque subiicit. Per hæc enim iudicat populos, &
 dat escas multis mortalibus.] Non dubiū est, quin iudicare, vocauerit nunc providere, pro-
 spicere: prospicit per hæc, nempè, vt aiūt Hebræi, pluuias, lucemq; quibus viuitur in terris.

Nam Iupiter plurimus hymbre

coniugis in gremium late descendit, & omnes

Magnus alit, magno permixtus corpore fetus.

Multos autem mortales dixit, qui dicitur Hebraicè לֵמַחְבִּיר lemachbir. Hoc exponitur, vt,
 vel multis, vel multum, affluentēque, copiosēque dicat prodesse Deum summum. Et Sym-
 machus hoc transtulit παρὶζει τροφῶν παμπόλλων præbebit escam copiosam. Quòdque sequi-
 tur. In manibus abscondit lucem.] Pro manibus, Hebraicè est יָמַי yamim. Ea vox desi-
 gnat interdum manus, aliàs sonat nubes: sicq; nunc ab Hebræis accipitur, vt dicat, in nu-

bibus abscondit, tegit lucem.

Et inhorruit unda tenebris.

Tenebrarum ex oculis pontum nox eripit atra.

Hocque melius. Quanquam etiam Sept. sicut & Hierony. ... In manibus abscondit lucem. Potuit per translationem dixisse manus, quoniam manibus omnia absconduntur. Græci manus potestatem interpretantur. Dimidium autem eiusdem versiculi. Et præcipit ei, ut rufus adueniat. Quod noster dixit, adueniat, Hebraicum habet bemaphghia, in occurrente, vel orante, aut occurfu, vel oratione. Præcipit super ipsa luce propter orantem, aliquo viro sancto deprecante, fugiunt vasto æthere nimbi. Hoc Chaldæus transtulit. Et præcipit super ipsa ... Vt descendat propter orantem. Auen Esra vero superiorem vocem exponit hagheshem, id est pluuiam. Quid sentiat non video. Superiora clarent. Gersonites quoque nihil non dicit, sed nimium violenta, coactaque. Placet igitur etiam, quod transtulit Hierony. Sept. transtulerunt, ut superius diximus ... Et præcepit de ea, in occurrente. Quod cum esset obscurum, Symmachus clarius, quem secutus est Hieronymus, transtulit ... Et præcepit ei, ut occurrat. Præcepit scilicet luci, lumini, ut adueniat.

Tunc me discussa liquerunt nocte tenebrae.

Is verus sensus, non alius. Quodque sequitur. Annuntiat de ea, amico suo, quod possessio eius sit. Hoc totum Hebraicè habet. Annuntiabit super ea reho, nempe amico suo. Sed sciendum, eandem vocem ab Auen Esra exponi theuathò, veche haraam. Tonitrum strepitum suum, & est tonitrus. Designat igitur ea vox non modo amicum suum, sed etiam rumorem, fragorem. Cæteri, & Græci, & Hebræi, & Chaldæus, exponunt pro amico, socio. Sed socium Gersonites aliud vaporis genus interpretatur, quasi socium, amicumque nebulae. Mihi vehementer aridet expositio Auen Esra, propter subsequentiā. Dicitur ergo in versiculo. Annuntiabit super ipsa nube, fragorem suum. Faciet, ait, exaudiri inter nubes fragorem. Dat, scilicet Deo solitum Poëtis epitheton altitonans ... indicantque sequentiā eiusmodi sensum. Namque pro eo, quod dicitur ab interprete nostro, quod possessio eius sit, & ad eandem possit ascendere, Hebraicè est micnè aph al olè. Indignatio, furor super ascendente. Ecce declarat strepitum, fragorem inter nubes. Vocat eum furorem, indignationem. Ascendentem autem vocat nubem excelsum, rapratamque ventis, discussam, elisamque, inter æstum, frigusque discussam. Clarius est igitur versiculus, quo dicitur. Annuntiabit super ipsa nube, fragorem suum, furorem, indignationem, super ascendente. Sciendum autem vocem micnè, posse designare possessorem, à verbo chanà, unde Chàin possessio. Est eiusdem vocis alius significatus. Zelus, indignatio: Hocque transtulit Symmachus, ... Indignationem, pro iniquitate. Transtulit autem Symmachus, iniquitatem, quod Hebraicè est holè, quod sonat ascendente, sonat etiam iniquitatem. Ideo iuxta Symmachum, posset esse sensus. Annuntiabit fragorem, fulmenque suum demittet, furorem, indignationem contra peccatorem. Torquet in sceleratos sua fulmina. Si quoties peccant homines, sua fulmina mittat Iupiter, exiguo tempore inermis erit. Et quod Latinus Poëta

Tunc pater omnipotens, aliquem indignatus ab umbris

Mortalem infernis, ad lumina surgere vitæ.

Ipsè repertorem medicine talis & artis

Fulmine Phæbigenam Stygiis detrusit ad undas.

Simile quid dicitur hoc loco iuxta editionem Symmachi, quæ forte vera est. Ecce igitur in hoc versiculo, magna est vorum amphibologia, & ... Vna vox red, sonat amicum suum, & fragorem suum. Altera micnè, sonat possessorem, & zelum, indignationem, eoque modo transtulit eam Chaldæus, ponens clariorem rugzà. Tertia olè, designat, ascendente, & iniquitatem. Hæc æquiuocatio facit varietatem editionum. Sed omnibus adhibitis, eligenda sunt meliora, ac potiora.

CAPUT XXXVII.

PER hoc expanit cor meum, & emortum est de loco suo. Prosequitur Eliu miracula. His ait miraculis naturæ consideratis, obstupui, quale veri Philosophi, qui cunctis perspectis exclamarunt. O altitudo sapientiæ, & scientiæ Dei. Quod vero sequitur. Audiet auditionem in terrore vocis suæ, & sonum de ore illius proceden-

Aprocedentem.] Hebraicè scimhù inuitat. Audite auditionem. Vocem autem eius, & sonum de ore eius, Hebræi tonitrum, fragoremque supernum interpretantur. Græci simile quid, ex ira diuina contra mortales de super allatas clades considerandas, nempe fulmina, nimbos, coruscationes, ventos: idque genus meteora. Quæ ferme concordant cum Hebræis. Explicat apertius quid sentiat. Subter omnes cælos ipse considerat, & lumen eius usque ad extremum terræ. Hoc Hebræi referunt ad fulmina, coruscationes, propter antecedentia, & subsequentiā. Nam sequitur. Post eum rugiet sonitus. Atque hoc in miraculis Dei recèsetur, quod, ut ait Gersonites, duplex miraculum appareat in fulmine: nasci, gigni inter nubes aquosâ ignem, subitoque inflammari in regnis aquosis: alterum cuius natura sit ascendere, cõtra præcipitare in terras. Hoc prodigium. Fuerunt ex Hebræis, qui lumen hoc, Dei lumen, claritatem, diuinitatem, quæ per omnes terras commet, & decurrat, interpretarentur, quod Abraham propter superiores & inferiores versiculos, minime placet. In his etiam Nicolaus est. In Græcis non est is sensus. Lumen eius igitur senties coruscationes, fulgura: Sed verbum quod noster transtulit, considerat, Hebraicè ishrehu. Designat etiam rectitudinem, directionem eius, ut dicat. Subter omnes cælos rectitudo eius, scilicet fulminis. Dirigitur, ait, fulmen subter omne cælum: cælitus in terras impete vasto fertur rapidum fulmen. Hoc etiã transtulit Chaldæus ponens loco eius therizuthè, rectitudinem eius. Sunt alij vocis eiusdem, quos affert Auen Esra, & Gersonites, significatus: sed hi vero propiores, minusque coacti, ut, vel designet rectitudo eius, vel considerat, intuetur, poteritque id etiam de fulmine dici, quod sese ostendat terris, & videatur. Nec est subter omnes cælos, in fonte, sed tantum subter cælum. De lumine diuino, non credo intelligi posse, proptet ea, quæ sequuntur. Post eum rugiet sonitus, tonabit vocem magnitudinis suæ, & non inuestigabitur cum audita fuerit vox eius. Vocem magnitudinis suæ senties, vocem, fragorem vastum nubium collisarum, qua nulla vox terribilior, potentior. Quod autem dicit. Et non inuestigabitur. Hebraicè icachebè, non tardabit eas, iuxta expositionem Auen Esra, & Gersonitæ. Non tardabit scilicet voces illas horribiles. Simul coruscet, simul vox horribilis auditur. Nulla mora, imò verò cum lumine fragor uno, eodemque tempore frangitur, sed oculus præcurrit ad lumen, auris non potest præcurrere, expectat ad se per aëra, traiciuntem fragorem. Dicendum igitur. Et non tardabit quæ ishamaè cold. Quia auditur vox eius. Subiicit eandem sententiam, ut solet sæpissime. Tonabit Deus in voce sua mirabiliter. Prosequiturque omnia miracula, cum primis, ea quæ sublimibus locis, ob quam causam Græcè dicuntur metæœta, gignuntur, nix, tonitru, fulmen, pluuia, nimbus, himber. Himbrem autem fortitudinis suæ dicit, himbrem fortissimum, vehementem, procellosum. Quod autem sequitur. Qui in manu hominum signat, ut nouerint singuli opera sua. Quod noster interpres transtulit signat, Hebraicè est iachtòm. Hoc autem duo denotat, aut signat, sigillat, aut claudit, abscondit. Et quod dicitur in nostra translatione, ut nouerint singuli opera sua, dicitur Hebraicè la-daath, ad cognoscendum. Duos igitur habet sensus iuxta expositionem Hebræorum. Locutus erat de nimbis, de pluuia vehementi. Tunc, inquit, cum pluuia magna per agros decurrit, præcipitque cadunt, ex æthere nimbi, auferuntque hominum, bouumque labores. Tunc claudit, prohibet homines exire ad opera sua cognoscenda. Coguntur domi sedere. Atque Rabi Gerson exponens supradictum verbum iachtòm, interpretatur, ... Isgòr, veistòm, adsheld iuchal ish, lazèth lachùz, merdb hamatà. Quæ sunt, prohibet, vetat, ut non possit exire quisquam extra, propter ingentem pluuia. Similiter Auen Esra, ipsa pluuia, inquit, prohibet eos exire ad cognoscendum opera sua in agris, cultus agrorum suorum. Is est vnus sensus. Alter est, ut dicat ipsum Deum omnipotentem designare in manu vnus cuiusque opera ab eis gerenda, ponere in libertate, potestatemque illorum, quæ dicitur Hebraicè manus, quid operentur, quid velint. Hoc autem nunc, ubi sermo fit de pluuia, ut doceat ex pluuia dari facultatem, potestatemque hominibus serendi, colendique agros, iuxta illud, quod alibi dicitur. Si audieritis, dabo pluuia in terris vestris. Hac opinione proposita, Auen Esra magnus apud Hebræos interpres subiicit. Mihi, inquit, videtur, de semente, de satu agrorum loqui hoc loco, quia post pluuia, seminant homines. Et Deus designat in manu cuiusque quid futurum sit ex semine. Ecce duos habes apud Hebræos, quibus linguæ suæ proprietates notissima est, sensus: colere bonos, & veros. His expositionibus assentiens Nicolaus, sequensque ea, quæ dixit Auen Esra testatur, per manum, quæ est organum organorum, designari potentias operatiuas. Huic ipsi manui, & his

potentiis operatoriis, temporum varietates Deum assignare. Facultatibus operationibusque nostris Deum, signa quædam rerum gerendarum dedisse: eoque Moyses, ait sidera Deum fecisse, ut essent in signa, tempora. Sic alibi testatur. A signis cæli nolite timere. Et circulus per quem Sol decurrens, efficit anni varietates, temporaque rerum gerendarum terris ostendit, vocatur signifer. Taurus, Virgo, Capricornus, reliquæ ex duodecim, signa dicuntur, quod his nascentibus, aut occidentibus in terris tempora variatur, signaque dantur mortalibus rerum gerendarum. Poëta quoque noster, hæc signa cecinit,

*Sol quoque, & exorietis, & cum se condet in umbras
Signat dabit.*

Dat igitur (dicit diuina scriptura) Deus signa cælestia in potestate nostra: designat manibus nostris, quando operentur: ostendit manibus nostris signa de cælo, signa serendi, signa pluuiarum: quæ vates doctissimus in suis Georgicis copiose profecutus est. Is quoque verus sensus, Græci priorem, quem Gersonites Hebræus posuerat, sequuntur. Namque Sept. sic ediderunt ἐν χειρὶ παντός ἀνθρώπου καὶ ταφραγγεῖ. In manu omnium hominum sigillat. Quid autem hoc denotet, docent Græci, ἐ quibus Apollinarius, & Olympiodorus ὁ ἁγίων φησὶ καὶ ταφραγγεῖ καὶ οἰονεὶ καὶ ταφραγγεῖ τὸν ἀνθρώπων τὰς χεῖρας, καὶ τὸν ἔργων ἀποκαλύπτει, ἵνα γινῶ τῆς ἀδραπῆς πλὴν αὐτῆς ἀδένειαι. Tempestas, inquit, hyémisque sigillat, & quasi ligat, deuincit manus hominum, & ab operibus prohibet: ut vnusquisque imbecillitatem suam intelligat. Vides quæ admodum locum interpretentur. Ex omnibus igitur hæc propositis interpretationibus, quas ego volens, prudensque addidi, potest conuinci, refelli, irrideri, non modo scelerata, & impiæque, sed falsissima, vanissima quorundam superstitione, qui Chiromantia propter summam mentis imbecillitatem fauentes, ei petunt, aucupanturque fauorem ex sacris litteris, non modo inepti, quia talem superstitionem profitentur, sed etiam quia volunt sacras litteras, quas peruerse intelligunt, & interpretantur, de ea fuisse locutus. Omnes enim hæreses olim simili morbo laborantes, impietates suas, falsis sacrarum litterarum interpretationibus adiuuabant, colorabant. Nemo igitur, ut vidimus, neque Hebræorum, neque Græcorum, neque Latinorum, locum huc sic intellexit, aut exposuit, ut diceret Deum posuisse in manu nostra signa Chiromantia: quod Hebræi, quos vbique superstitiones deprehendas, & apud quos Chiromantia celebris est, maxime arripuissent, si vidissent eiusmodi quippiam prætendi. Chiromantia vanissima superstitione, de qua neque Plato, nec Aristoteles, nec Philosophus bonus vnquam, vel verbum quidem fecit. Quod Aristoteles de lógis, aut breuibibus lineis manuum locutus est, hi ad omnes lineas, operationesque humanas, magna superstitione, retulerunt. Sed his ommissis, Cætera profequamur. Ingreddietur bestia latibulum suum. Ex hoc, superiorem Græci, Hebræique expositionem, quod signat, sigillat, ligat manus Deus, niue, vel pluuia cadente, posuerunt. Fugiunt enim etiam ad antra, speluncasque suas feræ. Quod dicitur. Ab interioribus egredietur tempestas, & ab arcturo frigus. Interiora quemadmodum superius, sunt interiora austru. Ab imis austris partibus, à polo antarctico, nobis incognito fertur pluuiosus auster, madescuntque maria, & terræ nostræ, collectis nubibus aquosis, ab austro. Gersonites non male, hæc interiora exponit, interiora nubis madidæ, è qua ventus erumpit, inclusis intus vaporibus contrariis. Ad priorem sensum transtulerunt Septuag. ἀπὸ ταμίαν ἐπέρχεται ὁ δόρυ. A thesauris, à penitissimis partibus, dolores veniunt. Dolores appellant aliene nimis, tempestatem. Pro eo autem, quod noster dixit, arcturum, Hebraicè est מזרימ mezarim. Multæ sunt huius vocis apud Hebræos expositiones, quas vbi proposuisset Auen Esra, demum, ait, sibi placere, stellas esse, quemadmodum inferius apparebit, vbi dicitur: Nunquid educes, proferes arcturum in tempore suo? Hæc expositio est sensus interpretis nostri. Græci nil tale. Gersonites, quia mezarim potest Hebraicè designare dissipantes, à verbo מזרימ zarim, putat appellari, designarique ventos boreales, aquilonisque, qui dissipant propelluntque nubes, clarescuntque cælum. Ab his aquilonibus frigus efficitur. Vterque sensus mihi probatur, suas habet rationes. Nam Auen Esra testatur quosdam putare hac voce designari partem Septentrionalem. Quod autem profecutus, Flante Deo, concrescit gelu, & rursum latissime funduntur aquæ. Hebraicè dicitur. A flatu, Deus dabit frigus. Nempè spirante Borea, quem Deus autor omnium spirare dedit, frigus, gelu, glacies concrescit. Sunt, qui flatum Dei, voluntatem eius interpretentur, non male. Dimidium autem eiusdem versiculi. Et rursum latissime diffunduntur. Hebraicè dicitur. Et latitudinem aquarum בְּמִזְאֵחַ bemuzach. Hanc vocem exponunt, Auen Esra quidem terram, quæ sit tanquam punctum in medio orbium cælestium. At Gersonites

senti r

sentit hanc vocem designare, ut certe designat, angustiam, locum angustum, sicut dicebat etiam Auen Esra, de puncto terræ. Sefum autem vult esse, ut dicatur. Et latitudinem aquarum in angusto: hoc autem fieri, quando gelascit ros, fitque pruina, ut sit sermo de glacie & pruina, quæ ex multa aqua, in angustum coarctantur. Hæc cum ex suorum verborum, quæ habent perfectissimam proprietate colligant, nobis vehementer probantur: ut vel dicar Deum demittere latitudinem aquarum in terram, quæ nunc dicitur muzach, vel congelationem facere pruina. Quod vero profecutus, Frumentum desiderat nubes, & nubes spargunt lumen suum. Quod noster dixit, frumentum, Hebraicè בְּרִי beri, designat clarum, purum, perlucidum. Et quod dixit, desiderat, est יַטְרִיחַ iatriach, laborare faciet. Ac primum dicit, puritas & serenum, sudumque cælum laborare faciet nubes, nempè dissipabit, differet, inu tiles esse coget nubes: quoniam fit sæpe, ut nubes collectæ toto cælo, ad effundendas in terras pluuias, nihil effundant, repentina serenitate cunctas diffundente, purgante. Serenitas igitur, tempusque serenum, purum, laborare faciet, turbabit nubes: Fugiant vasto æthere nimbi. Ideo subiicit. Et nubes spargunt lumen suum. Apertæ scilicet, patefactæ, purgatæ grauibus nimbis, Hæc expositio, Hebræorum est, eaque bona, Sciendum tamen, vocem supradictam, quam Hierony. transtulit frumentum, non solum designare, purum, ut diximus verum etiam, ut transtulit Hierony. frumentum: ut illud in psalmo. Erit frumentum in montibus, vbi est præsens vox. Ac quod Hierony. dixit, Desiderat. Credendum est potius eum transtulisse, iuxta translationem Symmachi, quem sæpissimè sequitur, irrigat, ut dicat. Frumentum irrigat nubes. Aquosa nubes irrigat, fecundat frumentum. Nam Symmachus, quem Hieronymus hoc loco secutus est, sic transtulit

Ἄλλὰ καὶ καὶ ἁγροῦ ὄπισθε βίσει νεφέλη.

Sed & frumeto, siue frugibus nubes impendebit. Exponitque hoc Græci ἐπελεύσεται ὄπισθε βίσει. Superueniet, superfunderetur. Is etiam sensus mihi probatur, quoniam duo contraria videtur posuisse, primum cum nubes demittunt flumina cælo, implentur fossæ, sternunt fata læta, boumque labores. Sic dici poterit, quod nubes aquosa, madida, quæ nimbos in terram demittit, laborare faciet segetes, quas irrigat affatim, & in terras decumbere cogit. Alterum vbi terris serenitas redditur. Sept. quoniam eadè vox בְּרִי beri, designat etiã electum, nempè purum, præclarum, transtulerunt ἐπιλείπον καὶ ταφραγγεῖ νεφέλη. Electum obstupefacit nubes. Sed Græci electum iuxta translationem Symmachi, sentiunt frumentum καὶ ἁγροῦ segetes, fruges. Nicolaus exposuit, naturaliter desiderare nubes frumetum, quia finis earum sit irrigare fata. Hoc & si verum, nimis remotum. Profecutus. Quæ lustrant cuncta per circulum, quocumque eas voluitas gubernantis duxerit. Hoc designat epitheton magnorum Poëtarum νεφέλη καὶ ἁγροῦ. Et Serenator, Et

Vultu quo cælum, tempestateque serenat. Et,

Sed pater omnipotens speluncis abdedit atris.

Quod autem noster dicit, Siue in vna tribu, siue in terra sua. Quod dixit, in vna tribu, Hebraicè est, שבט־לֵשֶׁבֶת leshèbet, Hæc vox shebet, sonat quidem tribum, sed etiam sceptrum, virgam, flagellum. Quocirca etiam præter sensum translationis nostræ, potest aliud esse, quem etiam Sept. apud Græcos ediderunt, ut dicat. Siue ad flagellum, siue in terram suam pro flagello. Sept. παρῆειν, eruditionem, correctionem: Sicque Græci optime sentiunt has pluuias, nimboque ingentes, interdum dari diuinitus ad vtilitatem, interdum ad correctionem peccatorum: quando sepe sternunt fata læta boumque labores. Et spes interit anni. Grando sæpe tollit vinum, pariter cum frumeto, tollit oleum. Hæc ad emendationem diuinitus eoque interdum שבט־לֵשֶׁבֶת leshèbet ad flagellum, castigationem, interdum לַחֶסֶד lachèsed, ad misericordiam, beneficium. Quod si dixerit in vnam tribum, designabit particularem terræ virorum bonorum irrigationem. Postremus sensus proponitur ab Auen Esra ad flagellum, exponens שבט־לֵשֶׁבֶת lehaschith hazera, ad corrumpendas sementes. Exinde inuitat eum, ad rerum, quas dicturus est, contemplationem. Nunquid scis, quando præceperit Deus pluuiis, ut ostenderent lucem nubium eius? Hebraicè sic verius. Nunquid nosti quando Deus præceperit לַחֶסֶד alché, super eis? Non sunt igitur in Hebraico pluuiæ: referturque magis ad nubes, quàm pluuias: Eritque sensus. An percipisti, an ea philosophia tibi patefacta est, qua Deus congregat nubes, totoque mundo sparsos vapores, subito collectos, ostentat terris desuper? Aut cum disiectis tenebris pluuiarum, serenat cælum, lucemque per medias nubes, quanquam inter nos, solemque obiectas, sed nimbis exoneratas, demittit in terras late? Dic, ait, quonam id artificio fiat. Is est verus sensus. Nã sensus translationis nostræ quomodo

X

stet, non video. Quomodo enim pluviæ lucem ostendant, cum magis tenebris inhorrescat
 cælum, cum pluit? Superior autem sensus ab Auen Esra, & aliis Hebræis proponitur. Plu-
 uia nusquam est in Hebraico. Symmachus quoque transtulit iuxta Hebraicum *לעז גיבוי*
נֹתֵם עִתָּהּ עֵשֶׂה דְּהֵדִים עַל אֲוֵתָיו. Nunquid nosces quado Deus ordinavit, decrevit, super
 ipsius? Prosequitur. Nunquid nosti semitas nubium magnas, & perfectas scientias? Quod
 noster dixit. Semitas, Hebraicè est *מִפְלֵסֶה* miphlesè, quæ vox per aliam notio-
 rem exponitur ab Hebræis *מַפְרֵשֶׁה* maphreshè, nimirum differentias, discrimina nubium.
 Hoc etiam transtulerunt Sept. *ἄπειραις δὲ ἀέρας ἰσὺν νεφέων*. Nouit etiam discrimen nubium: Hocque
 Græci edifferentes. Ille (aiunt) præscribit, decernit, vt aliæ pluant, aliæ irrorent,
 aliæ ningant. Hoc, ait, artificium, tu qui tantum insolescas, vt iudicia Dei incuses, nosti ne? Quanquam
 id fortasse, non sit adeo difficile. Ecce Aristoteles homunculus, perinde vt omnes
 has differentias, causasque rerum sublimiù, nouit, & explicuit. Sed multa
 defunt, quorù causas nunquam scire poterit mortales. Quas autem noster
 dixit, perfectas scientias, Hebraicè, mirabilia, perfectas scientias. An scilicet
 nosti totam hanc altissimam, absolutamque philosophiam? Quod autem sequitur.
 Nonne vestimenta tua calida sunt, cum perflata fuerit terra austro? Hebraicè
 dicitur. Quod vestimenta tua calida sunt, cum requieuit terra ab austro. Hoc
 Hebræi ad eam philosophiam, bene prudentérque referunt, cum Sol relictis
 partibus australibus, cum relictis antipodibus, accedit propius ad aquilonem,
 terrisque in hemispherio nostro, refert ætatem, calorémque reducit.
 Requiescit interim recreaturque à tantis arboribus australis orbis.
 Nunquid, ait, nosti Solis cursus, & quas Græci nuncupare solent *πεπῆς*
 conuersiones Solis, cum se conuertit ad boream, deserens capricornum,
 qui sub profundo austro vltimas Zodiaci metas occupat? Tum se
 conuertit ad nos vsque ad Cancrù, extemplóque facit, vbi huc peruenit
 aliam conuersione ad antipodas? Quare non refertur hoc ad flatum austri,
 vt putat Nicolaus: potius & melius ad conuersiones Solis annuas, propter
 verbum, quò dixit: Terra requiescit ab austro: Sicque exposuit ex parte Auen Esra,
 & Gersonites. Quanquam idem Auen Esra, dat etiam hunc sensum. An
 vero calefcunt vestimenta tua, si tellus quiescit ab austro? Nisi flauerit
 aufer super terra? Sed prior sensus magis mihi probatur. Prosequitur
 maiora. Tu forsitan cum eo fabricatus es cælos, qui solidissimi, quasi
 ære fusi sunt. Hebraicè proprie dicitur, extendisti cum eo, *לִשְׁחַחִים*
לִשְׁחַחִים lischachim nubes, fortes, sicut rei muzac, speculum per-
 lucidum. Atque Auen Esra exponit hunc locum his verbis. Shechachim,
 inquit, sunt nubes, sic appellatæ, quòd sint ær extenuatus, eoque
 etiam dicuntur rachia, extensio, diffusio: subiacentque orbibus
 cælestibus: éstque sensus. An tu auxiliaberis illi ad effundendas
 nubes, & ad efficiendas eas fortes, & vt sint velut speculum,
 eoque ex eis lumen transmittat in terras? Sic ille. Ecce vocem
 supradictam shechachim, non pro cælestibus orbibus, sed pro nubibus
 leuissimis, candidis accepit. Fortes, & solidas, eas dicit, quasi
 còpactas, cohærentes inter se, non dissipatas. An vero Gersonites,
 quoniam shechachim, & si sit proprie nomen nubium, designat
 tamen etiam cælestes orbis, quemadmodum cælum est nomen
 æris, & item machinæ cælestis, exposuit eam vocem, vt designet
 orbis, substantiamque cælestem: datque hunc sensum iuxta tralatio-
 nem nostram. An tu extendisti cum eo cælos, qui sunt robusti,
 duri, supremo robore, vt eorù còpago nulla ratione dissolui
 possit? Sunt igitur duo sensus, alter de nubibus, alter de sub-
 stantia orbium cælestium, quem postremum sensum Hebræi, & Græci
 proponunt, & edifferunt. Illud vero, quod noster dixit. Qui
 solidissimi quasi ære fusi sunt. Primum in nostra editione
 vere positum est, quòd sint solidissimi, iuxta Hebraicù *חַזָּאִים*
חַזָּאִים chazachim. Sed pro ære melius Hebraicè, & clarius *כֶּרֶי*
כֶּרֶי chereì muzac, tanquam aspectus speculi, tanquam species
 speculi. Nam Chaldæus cui subscribunt Hebræi, pro voce
 Hebraica muzac, posuit Latinam, nescio qua ratione dicens.
 Quorum, inquit, aspectus est *כַּסְפַּאֲרִיא* cheispaclaria,
 sicut speculum. Hinc pro ipsis Hebraicis vocibus obscuris
 in textu Gersonites posuit clariores *כֶּרֶי וְכֶרֶי שֶׁהֵם כֶּרֶי וְכֶרֶי*
כֶּרֶי וְכֶרֶי kerèi vtriusque. Quæ sunt, Sicut aspectus
 fusibilis. Et ipse est sicut aspectus crystalli, aut vitri,
 qui est sapphirinus, & per què traicit lux. Ecce omnes, vocè
 Hebraicam muzac, quæ designat rem fusam, liquabilem,
 à verbo *נָצַח* n azac, non referunt ad æs, sed eam
 potius materiam, quæ dicitur Græcè *διαφανής* diaphana,
 tralucida, pellucida. Hæc materia crystallina est,
 instar sapphiri. Huic sensui, & significationi etiam Græci
 adhæserunt. Nam Aquilas totum hunc locum cuius hic
 editionem proferunt, & sequuntur transtulit *αὐτὸς ἔσπευσεν
 τὸν ἄερα εἰς τρεπῆς ἐν ἰσχυροῦς ἀεὶ ὄρασις αὐτῶν*. Ipse
 firmavit cælù robusta compage, velut aspectus fusionis.
 Quem sensum autem hæc habeant, Græci sic exponunt.

Aponunt. Sensus horum inquirunt. Ipse à principio firmamentum fecit robustum, & firmum,
 ex fusili, defluâque natura aquarum, suntque *πῆξις καὶ κρυστάλλωσις*. Congelatio quædam
 instar crystalli. Et quanquam gelata sit aqua illa, atque compacta, ἀλλ' ὁμοῦς ἢ ὄρασις αὐτῶν, ὡς
 ὄρασις ἐστὶν ὄρασις, τὴν ἰσχυροῦς καὶ κρυστάλλωσις ὄρασις. Attamen aspectus eius, velut fusionis
 est nempè aquaticæ, & fusæ substantiæ. Ecce igitur omnes exposuerunt
 vocem muzac, rem effusam, liquabilem: vt duas qualitates,
 opifex diuinus iuxta philosophiam Eliu, orbi cælesti addiderit:
 Duram, robustam, vnde vocat Homerus cælum *χαλκοβατὴς δὲ*,
 domum, solum æratum ἀσφαλῆς, semper securam, incorruptam.
 Hinc dicitur firmamentum. Altera qualitas, quod
 quanquam cælum sit robustum, solidum, est tamen perspicuum,
 velut dura crystallus, aut adamas. Is est verior vocis illius sensus.
 Sed quoniam vox illa muzac, interdum signat rem
 liquabilem, duratam, compactam, posset stare sensus
 Hierony. vt dicatur. Robur sit cæli sicut species æris.
 Nam æs funditur primum, inde durefcit, vt Poëta,
Fluit æs riuus, aurique metallum.

Habes duos sensus. Prior à pluribus approbatur. Posterior ab Hierony. Prosequitur vt nos
 simus magnis insitiæ tenebris obuoluti. Mortalia cuncta crassis occultata,
 & circumfusâ tenebris, eoque nos arcana Dei scrutari non posse. Quod autem dicit.
 Quis narrabit ei, quæ loquor? etiam si locutus fuerit homo, deuorabitur,
 at nunc non vident lucem. Obfcura sunt. Is autem sensus etiam iuxta
 Hebræos, & Hebraicum. An erit quispiam, qui referat Deo,
 te velle loqui cum eo? Sic enim dicitur Hebraicè. An narrabitur
 illi, quòd ego loquar? Hæc illa difficultas mysteriorum diuinorum:
 solus ille nouit, perspectaque habet. Siquis hominum accedat
 velut ad oraculum ab eo docendus, quis erit nuntius proferens
 mandata, me foribus altare suspensum, responsa expectantem?
 Dixerat enim superius, nos magnis tenebris obuolutos.
 Quod si voluerit, mortalis, imbecillus, ignarus, cum eo
 disserere, ad mysteriorum profunda penetrare, ne ille demens,
 cum periculo sui capitis, id facturus. Deuorabitur, absorbebitur,
 vt Plato diuinus ille de Deo, eum esse velut Solem, si
 procul cernas, videas quoad fas est. Si propius accedas,
 calliges, tenebrisque oculos obfufos reportes. Sic prohibiti,
 ne montem propius contingerent, qui gloriam Dei vidissent,
 interficiendi. Hæc omnia præfatur nunc Eliu. Subiicit similia.
 At nunc non vident lucem, subito ær cogetur in nubes,
 & ventus transiens fugabit eas. Reuertitur ad meteora,
 paulò ante conuersus per apostrophem ad Iob, & homines imbecillos,
 qui scire miracula, naturæque arcana prohibeantur. Non videri
 lucem in terris *בְּהַרְבֵּי* bahir, puram, vt est in textu.
 Nam pro, subito ær cogetur in nubes, Hebraicè dicitur.
 Nō vident lucem purâ, clarâ *בְּהַרְבֵּי* hu bashchachim,
 quæ est in nubibus: lucè purâ, quæ sit in nubibus, in ære.
 Inhorrescit, ait, interdù terra tenebris, nox atra polum
 circûolat vmbra: tenebrisque densissimus aufer, cogit
 vapores, terris eripiens lucem puram. Ecce autem ventus
 aduersus exoriens, fugat cælo toto nubes, diemque reducit.
 Et claro cernes syluas aquilone moueri. Inculcat igitur
 eadem, atque superius miracula: idque Hebræi, Græci que
 sentiunt. Et quod subiicit. Ab aquilone aurum venit,
 & à Deo formidolosa laudatio. Pulcherrimè vocat aurum,
 vt ait Auen Esra, serenitatem, candorem, puritatem cæli:
 quam pulsus nebulis parit terris aquilo. Et Sep. Græce
 transtulerunt *ἀπὸ βορρᾶ νεφέλη χρυσαυγένηται*.
 Ab aquilone nubes velut aurum candentes, lucentes.
 Ipsiq; Græci declarant vento aquilone cogi nubes micâtes,
 puras. Sed de serenitate cæli, sermo est, non nubibus,
 quas ex omni mundo fugat aquilo, propellens in austrum,
 mittensque ad antipodas: dans illis pluuias, qui nobis
 serenum dedisset. In contrarium aufer purgans
 hemispherium inferius, terrisque antipodù sereniens,
 ad nos quicquid vaporum, nubiumque vbique sit
 remittens. Hoc diuinum artificium, nobis nox, illis
 dies, dies nobis, nox illis. Sic pluyente nobis cælo,
 serenus ær illis, transmissis ad nos totius mundi
 vaporibus. Ex aduerso nubes, cælo nostro relicto,
 illic colliguntur. Quod autem ait. A Deo formidolosa
 laudatio. Recte, prudentérque interpretantur Hebræi.
 Laudem Dei apparere terribilè, nempè admirabilem,
 stupendam, cum Sol egreditur super terras,
 aut ob omnia miranda opera eius. Tunc mortales
 admirantur, admirantes incipiunt philosophari,
 & collaudare Deum summum, æternum opificem,
 cuius sapientiæ nullus est finis: penes quem spes
 omnes nostræ, cunctæ curæ, omnis admiratio
 sequitur. Digne cum inuenire non possumus, perorat
 super maiestate eius. Quod dixit: Digne,
 explicauit nomen diuinum *שַׁדַּי* shadai, sonat
 omnipotentem, sonat etiam, quod Græcè
αὐτάρκων sibi sufficiens, Hieronym. quem non
 sufficit os nostrum laudare recte. Et quod dixit:
 Enarrari non potest, Hebraicè *לֹא יִנְתֵּן* lò icanèh.
 Non respondebitur, non

poterit enarrari. Aut non affliget, quia dicit eum iustum. Duo sunt ergo sensus, propter
 נב anah. Cætera clarent, caligare mortales ad contemplationem eius.

CAPVT XXXVIII.

RELICTIS aliis personis, quoniam in infinitum sermo processisset, responden-
 tibus inuicem & calumniantibus, necessario proponitur Deus, qui lites omnes,
 controuersiasque dissoluat, per caliginē, Iob alloquitur, quemadmodū, Mosi, &
 Eliæ, multisque aliis Prophetarum namque; Elię Prophetarū maximo, apparente
 Deo, præcessit vêtus, & tempestas. Sic in Mose totus mons caligabat, coruscationes vide-
 bantur, tonitruūque tremiscunt ardua terrarum. Hæc signa pompæque venturi Dei. Quod ex
 parte mortales, qui sibi nomen quoque diuinum vsurparunt, imitati pulsare lebetes vastos,
 tonitrua columnis areis mitti, strepitūsque magnos cieri iubent principē veniente. Allego-
 ricè vero Auen Esra, quod hæc miracula, quæ recensuit, aëria, sunt, vt designetur æstus, &
 turbo miseriarum, quas perpeffus Iob sit. Sed primum præstat. Quid putes in sua maiestate
 veniente Deo? Respondit igitur ipsi Iob, quoniam sermoni finis aliquis debebatur, de tur-
 bine, de caligine, de aëre illo & tempestate, quam maiestas eius, per visum, & theoriam, ex-
 presserat. Quod dixit. Inuoluens sententias sermonibus imperitis.] Hebraicè מַשְׁחֵחַ עֵזָאח
 machshich ezah, obscurans consilium. Duo sensus, aut obscurans consilium meum, quem-
 admodum transtulerunt Septuag. κρύπτω μὲ βεβλή. abscondens meum consilium: Idque etiam
 Auen Esra posuit. Aut certe, quod Hierony. imitatus Symmachum, obscurans sententias
 suas: Loquens tenebras, obscura, sine luce, sine lumine sapientiæ. Hoc exprimens Symma-
 chus, cuius editio Græcis auxilio est ad sensus veriores. Quis is σκοτεινὸς γνῶμην. tenebricosus
 mente, sensu: Postea iubet eum parare sese ad respondendum. Magna philosophia propo-
 nitur, quam mortales partim explicauerunt, partim dumtaxat admirati, intactam relique-
 runt. Iure quæstio rerum tatarum, tanquam ignotarū, Deo naturæ totius artificii tribuitur.
 Vniuersa philosophia repetitur altius. Nihil in mūdo vetustius origine terræ. Terra creata
 rerum corporarum, visibiliūque prima, fundamentum mundi, cui machina mundi tota
 superstructa est. A fundamento terræ prior quæstio. Docetur, quæ diuina maiestas, quæ sa-
 pientia, solertia, vt hinc intelligant homines, cū Deo contendere, in ius venire cum eo, ne-
 fas esse. Terræ creatio, vt in Cosmopœcia docuimus, vocatur fundatio: Deus æternus artifex
 aderat, homines nusquam. Quis posuit mensuras eius?] An velut artificium humanum po-
 sita? Eadem requirit Epicureus apud Marcum Tullium. Quibus enim oculis intueri potuit
 vester Plato, fabricam illam tanti operis, qua construi à Deo, atque ædificari mundum facit?
 Quæ molitio, quæ ferramenta, qui vèctes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerūt?
 Quemadmodum autem obedire, & parere volūtati architecti aër, ignis, aqua, terra, potue-
 runt? Hæc eadem ferè nunc apud Iob. An facta quemadmodū ædificia mortalium ad per-
 pendiculum, ad mensuram? Ne non æqualis ab omni parte foret, magni speciem glomera-
 uit in orbem? An bases, libramentaque habeat? tum si habet, vbi cohæreant? Vbi primus la-
 pis, prima materies posita? Vnde exordiū totius molis? Super nihilo enim fundamenta ter-
 ræ. Ipsa in se tota cohæret, grauiaque tendunt deorsum. Ergo prima terræ fundatio, nullo
 in loco ponebatur. Super nihilo fundabatur. Eoque mirabile, quod cum omnia corpora indi-
 geant, ob grauitatem, cui nitantur, grauiissimum terræ pondus non erat cui niteretur. Lineā
 vocat, vt ait Auen Esra, circulum orbis terrarum, columnas, montes. Mihi id non placet. Po-
 tius per similitudinem nostrorum ædificiorum, & perpendiculum, id est lineam, qua for-
 ma molis dirigeretur, & columnas, quibus sustineretur, attribuit. Similiter lapidē angula-
 rem, cui latera nituntur. Cuncta ex similitudine nostrorum, idque; Hebræi, Græci, cuncti con-
 tendunt. Quod autē ait. Cū me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei.]
 In verbis discrimen nullum. Sensus duplex: Primum, vt omnem creationem rerum terre-
 strium, ac cælestium, pariter extitisse, demonstrat: Dum fundaretur mundus inferior, re-
 rum terrestrium exordia ponerentur, ecce desuper cælum, cunctūque astrarum chorus,
 quem vesperi, manēque suspicimus, oriebantur: Orientes creatorem laudare cœperunt.
 Omnes item angeli, quorum est cælestis habitatio, laudabant, afferebant omnibus præ-
 coniiis, maiestatem, sapientiāque eius, quod crearet mundum, quod sciret, qua ratio-
 ne creandus. Consentiant enim Hebræi astra matutina esse, cælestes orbem, ipsas acies
 cælestes. Matutina autem, quod maxime mane suspiciantur. Laudare dicuntur, vt opus
 laudat.

A laudat opificem: & vt sæpe inuitantur ad laudem Dei, etiam sensu carentia. Laudate eum
 Sol, & Luna, laudate eum Stellæ, & lumen. Id ait Burgensis. Filios Dei nemo est, quin
 Angelos sentiat. Nam pro filiis Dei, Chaldæus posuit acies Angelorum explicans He-
 braicum. In tempore, quo me laudabant Stellæ matutinæ, & iubilabant כֹּל כֹּל מַלְאָכָי
 chithè malachiia. Omnes acies Angelorum. Hoc quoque est apud Septuaginta ἄγγελοι
 με μεράδι πρωῆ πάντες ἀγγελοι με. Laudarunt autem me voce magna cuncti Angeli mei. Is
 est vnus sensus, & verus. Vno eodémque tempore cælestis, & terrestris creatio. Super-
 næ familiæ laudabant nascentes, quod & eas Deus creasset, & quod terram fundaret. Sed
 ex hoc deducit Chrysofomus, prius Angelos fuisse, quàm mundus inferior crearetur. Lau-
 dem eorum pulcherrimè declarat, stuporem, admirationem operum diuinorum, qui cer-
 nerent copiam, venustatem, positum, vsū, varietatem, splendorem, concentum, cæterā-
 que omnia, quæ longe quàm nos exquisitiū cernerent. Is est vnus sensus Hebræorum, ex
 parte Latinorum, Græcorūque. Nam etiam nostri, filios Dei, qui terrā fundari cernerent,
 diuinis operis adessent, Angelos interpretatur. Possent quidem ex hoc loco theologia dedu-
 ci, fuisse cū conderetur mundus terrestris, Angelos, cunctāque diuinorum animorum
 gentem: at & illud possit affirmari, vno tempore filios Dei, sursum in cælo, & terram deor-
 sum apparuisse. Alter est sensus, vt filios Dei, sentias id quod prius ponitur, astra matuti-
 na, quæ quasi filios suos, nempè opera sua, partus suos Deus appellat. Stellæ, quæ Deum
 semper laudent, exultentque nempè cælestes orbem, in quibus stellæ defixæ sunt, quia col-
 laudabant, efferebantur læticia cum Angelis, & hoc erat cū corpora cælestia conderentur,
 tum terra tanquam eorum medium ac centrū supponebatur. Stellæ matutinas septem
 planetas, Auen Esra dicit vocatas stellæ luminis, aut lucis in Psalmo. Filios Dei, cælestes
 acies, ordinēque stellæ scilicet collucentes, laudem eorum, & exultationem motum, or-
 dinēque interpretatur. Habes secundum sensum, vt filij Dei sint ipsa sidera.

Vos æterni ignes, & non violabile, vestrum

Testor nomen, ait.

Prior ab antiquioribus, quibus res diuinæ notiores erant, proponitur. Post foundationem
 terræ, maris inundationem, & orbium, stellarūque creationem. Prosequitur. Quis cœclu-
 sit hostiis mare?] Venuste vocantur etiam in fonte, hostia maris, termini, circumscriptio-
 nes totius maris, fluctibus oppositi montes, littorāque, quibus quasi ianuis Deus mare cir-
 cumquaque claudit. Tunc hi termini dati sunt, cū mare, quasi de vulua procedens erum-
 pebat. Nam cū nesciret alio explicare modo creationem maris, eam vocauit eruptio-
 nem, exundationem, vt cū ex vtero matris infans prorūpit. Erumpebat autem mare, nul-
 lo ex vtero, aut vulua, sed ex fecundissima Dei sapientia. Terræ creatio dicitur fundatio,
 maris eruptio, profusio, cūque impetu vehemēti, iubente Deo prorumpet: futurū erat,
 vt terras allueret. Sed pater omnipotens, quasi quibusdam hostiis littoribus cœrcuit. Fue-
 runt è Græcis, qui vuluam interpretarentur abyssum, vnde mare prorumperet: sed iidem
 melius adhibent secundū sensum, potestatem diuinam: & vt nos diximus fecundissimam
 Dei sapientiam, quæ fuit cunctis rebus origo, atque mater, vuluam interpretantes.

Prima fuit genitrix sapientia, amorque.

Prosequitur. Cū ponerem nubem, vestimentum eius, & caligine illud quasi pannis in-
 fantiæ obuoluerē.] Vnum, idēque dicit bis, vt ait Gersonites. Nubes hæc, & caligo, duo-
 bus sensibus exponitur, aut vapores illi, quos è mari superimpēdentes cernimus, quod
 opinatur Gersonites: idque etiam Græci sentiunt, qui & vapores nominant è mari surgen-
 tes: & item aëra, qui circumambiat mare. Philosophus Latinus, exinde, inquit, finitimus
 mari est aër. Itaque est elementorum situs. In fundo, centrōue terra. Secundus locus est mari.
 Tertius aëri, qui quasi panno, inuolucroque circumuestit mare. Pānos infantæ, per circū-
 scriptionem dixit, quod Hebraicè מְלִיחַ chathulath, fasciam eius, qua scilicet obuoluitur
 infans. Nam & superius matricem, vuluamque vsurpauerat. Alius est sensus, vt caligo intelli-
 gatur, tenebræ, quas Moses quoque vastis aquis, abissūque incubare dixit. Et tenebrę, inquit,
 erant super faciem abyssi. Hæc illa fortasse, quæ dicit Hebraicum, אֶרֶץ אֶרֶץ אֶרֶץ araphèl, tenebrofi-
 tas, horror. Erant enim super aquis creatis, quæ terris omnibus, montibusque innatabant,
 (Nam super montes stabant aquæ, ait de hoc ipso Dauid) horror, & tenebrę. Fortasse prior
 sensus melior, vt vel nubes, vel aër, qui vestiat mare, dicatur in hac philosophia. Quod autē
 sequitur. Circundedi illud terminis meis.] Pro hoc in Hebraico וַאֲשֶׁר יַעֲשֶׂה בְּעֵינֶיךָ. Et præcidi
 super illud decretum meum. Nimirum ordinavi, institui. Vcetes, & hostia, vt superius, ex si-

militudine, montes, rupesque fluctibus oppositos, & littora, margine circumdantia terras. D
Inde mare dicitur, Amphitrite, quod circumfuset orbem, quod definiat terras. Tanto autem
munimine, tam secura custodia vincit, stringi, coerceri que mare, ne profiliat in terras, ait, ut
veluti vectibus obserari contendat. Hocque decretum Dei summi, terminos hosce rebus
esse, decernentis, eoque terras fluctibus aquoreis, quanquam minacibus semper, allui non
poterunt. Prosequitur omnia creatione, terrarum, maris, siderum, reliquum diuinum opificium,
iuxta theologiam Mosaicam. In qua cum principium rerum post fundatam terram, effu-
samque desuper abyssum, luci dedisset, denuo retulit lucis, nempe Solis creationem. Sic nunc
cum prius astra matutina commemorasset, repetit aurorae, & lucis exortum. Nunquid post
ortum tuum, praecipisti diluculo, & ostendisti aurorae locum suum?] Hoc cum primis
commemoratum vel singulare miraculum, obseruant Hebraeorum, & Latinorum non-
nulli, quod non idem semper sit ortus aurorae, sed nunc ortus aestiuus, nunc hyemalis, dimi-
dium caeli Sole mensibus senis peragrante, ortusque, & occasus, varianti. Super hoc, velut
miraculo, Deus sciscitatus est, ut quaestione physica, profunda, qua lucis mirabiles ordi-
nes, totum annum variantes ostenduntur, ut omnis locus, regioque fursum, ac deorsum, sit
eius particeps, illaque temporum designatur harmonia, qua mundus omnis mirificis mo-
dis conseruatur. Namque nobis aestate calores efflante, frugesque nostras maturante, sub
pedibus iacentes terras grauidat hyems, praeparatque ad partum mox aestate reditura. Ec-
ce autem cum redit ad illos aestas, nostras inuisens terras hyems: succis radices replet, reie-
cto in viscera calore nativo. Mirus ubique ordo, concentusque lucis. Quod autem prosequi-
tur. Nunquid tenuisti concutiens extrema terrae, & excussisti impios ex ea? Non videtur
is sensus ex fonte. Dicitur enim, וְיִחַדְתָּ אֶת־הָאָרֶץ בְּנִיחַתָּהּ לֵעֵחֹזֶבֶת בִּיחַנֶּפְחֹתֶיךָ. Ut appren-
dat alis terram. Sensus igitur verus est, quod hoc refertur ad auroram, cui datur alae in hac
sacra poësi. Nam pennas, siue alas diluculi, commemorat etiam David in Psalmo. Noctis,
simili modo noster Poëta, quibus amplectatur terras.

Nox nix, & fuscis terris amplectitur alis.

Sic nunc dicitur: Nunquid nosti locum, ortumque aurorae, cum terras amplectitur alis?
Nosti ne, quibus alis, terras amplectitur aurora? Si sumpsero pennas diluculo, dicitur
in Psalmo. Imò sic verius. Si sumpsero pennas diluculi, pennas aurorae. Is sensus etiam
extat apud Septuag. quanquam alio modo ἡ ἀπὸ τοῦ ἀνατολῆς πτερύγων γῆς. Ut apprehendat alis ter-
ram. Eoque modo exponitur à Grecis. Impios autem excussos sentias, referatque ad lucem
ipsam, aut terram, lucis exortes impios: luce carentes: priuatos luce: excussos ex luce. Eo-
dem imperio lux funditur super terra, atque impij ea saepe priuantur. Is verior sensus.
Quod autem sequitur. Restituetur ut lutum, signaculum, & stabit sicut vestimentum.]
Quod noster dixit, restituetur, in Hebraico est, וְיִחַדְתָּ אֶת־הָאָרֶץ בְּנִיחַתָּהּ לֵעֵחֹזֶבֶת בִּיחַנֶּפְחֹתֶיךָ. Vertetur, versabitur,
ut terra. Sensus autem horum. Locutus fuerat de terra, quam lux vbi que diffusa peragret.
nunc iuxta philosophiam praedicat terram, in varias formas se vertere, vocas terram, ipsam
materiam subiectam cunctis formis, quas induit iugiter, ac velut sigillu. (Id enim est in He-
braico וְיִחַדְתָּ אֶת־הָאָרֶץ בְּנִיחַתָּהּ לֵעֵחֹזֶבֶת בִּיחַנֶּפְחֹתֶיךָ) suscipit figuras omnigenas, artifice naturae, imprimente. Haec sen-
tiunt, exhibentque Hebraei: hocque mihi magis probatur, quam quod Nicolaus de ter-
ra motu. Quod autem in dimidio eiusdem versiculi dicitur. Et stabit sicut vestimentum.
In fonte numerus multus וְיִחַדְתָּ אֶת־הָאָרֶץ בְּנִיחַתָּהּ לֵעֵחֹזֶבֶת בִּיחַנֶּפְחֹתֶיךָ. Et stabunt: Id Auen Esra sentit de homini-
bus, qui stent, cooperiantque terram, velut vestimentum. Habitatores vbi que diffusi. Ger-
sonites autem sentit de formis ipsis, quibus materia perenniter induat sese, stantibus, ve-
lut vestimentum, inuolucrum, quo terra vestitur ad omne tempus, alias formas suscipiens,
alias exuens, & deponens. Vtrique mihi probatur magis, quam, quod Nicolaus de terrae mo-
tu, & de scissuris per terrae motum. Hinc subiicit poenas impiorum, sub hac varietate cadentes.
Ut auferatur ab impijs lux sua.] Alia nempe pars diuinae prouidentiae, quam vigilat ad
perennem rerum instaurationem, tam ad supplicia scelestorum: Proponit aliud miraculum.
Nunquid ingressus es profundum maris?] Quatum videlicet distet inter humanam, atque
diuinam sapientiam, quam ne profunda quidem demersaque sub altissimis latebris lateat
abyssus: cui pateant ab oculis humanis disunctissima: cuius conspectum non aufugiant, quae
profundis aquis absconduntur. Scrutatur scilicet inscrutabilia, eius, ut prisca dixerunt ἀλ-
μυνοβύσσου. fortissimus oculus: per omnia secreta, profunda, latitania, peruius. Dixit autem no-
ster, maxima, quod Hebraice וְיִחַדְתָּ אֶת־הָאָרֶץ בְּנִיחַתָּהּ לֵעֵחֹזֶבֶת בִּיחַנֶּפְחֹתֶיךָ. dixit recte, scrutatio, secretum, arcanum. Et in
arcanis abyssu deambulasti. Prosequitur. Nunquid apertae sunt portae mortis? Portae mortis,
& hostia

A & hostia tenebrosa, consentiunt omnes esse centrum terrae, vbi densissimus horror, & ca-
ligo, vbi mors regna tenet. Vbi Pluto, Tartarus, Herebus, Cocytus stertibus redundas, Acha-
ron inamabilis, nescius gaudij: Pyriphlegeton, ignea flumina. Haec portae mortis, hostia
tenebrosa, ad quae, quantum velint à luce, Sole, aethere, & alto disuncta, diuinus oculus aspi-
rat, haud obstantibus altissimis tenebris, spaciòque immenso à caelo, quo minus illuc perueniat.
Videt igitur inferos, videt abyssum, penetrat ad centrum terrae. At nos, quae sunt ante pe-
des, nemo spectat. Hostia igitur tenebrosa dixit, quale illud nostri Poëta.

Vt tristes sine Soledomos, loca turbida adires,
Per loca senta situ, noctemque profundam.

Alia quaestio proponitur de latitudine terrae, quae quidem nihil non audentes mortales me-
tiri conati sunt. Vbi autem noster ait. Indica mihi si nosti omnia.] Refertur iuxta Hebrai-
cum, ad ipsam terram, ut dicat. Considerasti latitudinem terrae: indica mihi, si nosti מַלְאָכָא
totam ipsam nempe terram. Prosequitur. In qua via habitat lux: & tenebrarum quis locus
sit.] Haec quaestio pulcherrima spectans ad ordines, vicissitudinesque dierum, ac noctium
totius anni pulcherrimum concentum: cum dies nobis, antipodibus nox, cum saeuit hy-
ems nobis, illis aestas serena. Vicissum nostra aestas, hiems illis, ob discessum, vel apul-
sum Solis, à quo, noctium, dierumque mirabilis ordo. Nunquid, ait, nosti semitas,
quibus Sol incedens, noctes, atque dies variat in omne tempus: efficitque nonnullis in
locis, nempe sub verticibus ambobus, ut vna dies sex menses effulgeat, nox sex alias in-
horrescat? Quid hoc ordine pulchrius, mirabilius? Hunc tu nosti? inquit. Atque hic, ut
ait Nicolaus: omnis trestribus, ascendit ad meteoza, ad aëria. Quod autem noster in-
terpres ait. Ut ducas vnumquodque ad terminos suos.] Hebraice est clarius וְיִחַדְתָּ אֶת־הָאָרֶץ בְּנִיחַתָּהּ לֵעֵחֹזֶבֶת בִּיחַנֶּפְחֹתֶיךָ
chi thicachennu elghebuld, ut appendas terminos eius, ut noscas, lucis, atque noctis
terminos. Vidisti ne, inquit, semitas Solis, dici, noctisque cursus, terminos eorum nosti? qua
ratione dies, noctisque, nunc maiores, nunc minores? Huc pertinet, quod subiicit. Et intel-
ligas semitas domus eius.] Solis scilicet semitas, & domum, quomodo defixus sit in caelo: quis
fluuius tantae lucis, quis ordo, quo terris distribuitur: quae lucis tanta perennitas: quod dixit il-
lum sapientissimus vates Homerus ἀχλύμαρτα, in defatigabile. Prosequitur. Sciebas tu, quod
nasciturus esses, & numerum dierum tuorum noueras?] Eo sensu dictum vel Hebraei contē-
dunt, quod ex eo quærit ea, quae sensu, & praesentia, percipiuntur, neceat esse: ut si quis non
adesset, naturam vimque eius edificij, ac molis, exordium quoque nequeat assequi cogitatio.
Affuisti ne, inquit, tu, cum Sol rapidus crearetur? Scis ne te affuisse tunc? ediffere numerum
dierum tuorum. Quantum temporis vitae tuae cursus obiuit, ut adesse posses, cum flammæ
caelestes efferuescerent certissimis motibus, insistere iuberentur. Is est sensus verus, ut di-
cat. Sciebas ne hoc, quae te rogauit: propterea, quod iam natus esses, & numerus dierum tuo-
rum, multus est? Longeuses, propter ea nosse poteras. Perinde, ac roget cum, an Sole nascentē,
sideribusque toto caelo efferuescentibus, quemadmodum magnus Deus, & opifex ipse quoque
interesset. Nicolaus, & Burgensis paulo secus, sed is verior sensus. Descendit ad alia. Nunquid
Cingressus es thesauros niuis, aut thesauros gradinis aspexisti, quae preparauit in tempus hostis,
& in die pugnae, & belli?] Clara sunt, nihil à fonte dissonantia. Recte vero thesauros niuis,
ac gradinis dixit, quod velut in thesauris abscondantur, depromanturque: interdum praeter
opinionem, expectationemque mortalium. Saepe caelum niues, aut gradines effudit, quas vbi
cõditas haberet (namque serena facies erat) nemo scire posset. Nullae per omne caelum nubes
apparebant procul aspiciunt puras caligine colles: Ecce autem repente ruit aethere grandio,
aut albescunt omnia niue. Quibus haec igitur thesauris depromuntur? Certe diuinis, arca-
nis. His vtitur Deus nonnunquam contra sauos hostes, his armis depugnat. Dextraque, potenti,
terrifica iacit in terras, fulmina. Aut obruit exercitus impiorum grandine, lapidibusque aëriis.
In Aegyptiis lapides ingentes caelo, grandinemque missam, Moses testis. Et Chaldaeus
aperte nominat Pharaonem, Aegyptiosque, contra quos his telis Deus depugnauerit. Ni-
colaus & alios ex sacris litteris adducit, deletos his telis. Prosequitur. Per quam viam spar-
gitur lux, diuiditur aestus super terram?] Repetit quod superius memorauerat. Ac primum
dicitur Hebraice, per quam viam וְיִחַדְתָּ אֶת־הָאָרֶץ בְּנִיחַתָּהּ לֵעֵחֹזֶבֶת בִּיחַנֶּפְחֹתֶיךָ, diuiditur, distribuitur lux? Quis, ait, diui-
nus ille, & mirabilis ordo, quo Sol quotidie variat ortus, occasusque suos, distribuens om-
nibus terris lucem, atque calorem? Qua via, qua ratione geritur haec admiranda varietas, ac
distributio? Ex hac mirabili vicissitudine, fit distributio caloris, omnibus terris datur aestas,
quam totus orbis habere non potuisset, nisi Sol, ortus, locaque variasset, nunc ad hos,
X iij

nunc illos propius accedens. Vna eademque opera, diuiditur lux, diuiditur æstus super terra. Pro æstu, in Hebraico est כַּדִּים cadim, quod æstum quidem sonat, sed item, ventum vrentem, nempe orientalem. Itaque fuerunt ex Hebræis, qui sensum huius versiculi asserent esse, vt lux sit pro pluuia, quæ distribuatur omnibus terris, ventus item dicatur distribui. Sed nimis violente. Clara nomenclatura lucis in Hebraico. De vento cadim concedi possit, vt, & distributionem lucis, & Euri venti, qui flat ab ortu: eoq; vocatur subfolanus, philosophetur: Chaldausque expresse dixit כַּדִּים רִיחַ רִיחַ רִיחַ ruach cadimà, ventum orientalem, siue australem à quo pluuia, de cuius distributione, nunc sit sermo. Prosequitur. Quis dedit hymbri cursum, & viam sonanti tonitruui, vt plueret super terra absque homine in deserto, vbi nullus mortalium comoratur? Proprie dicitur. Quis diuisit ad inundationem תְּהַלָּה thealah, aquæ ductum? Appellat vt par est, idq; etiam vidit Hier. inundatione, nimbium præcipitem, vberimã aquam: eandem item vocat aquæ ductum. Lapsum vehementis, largiq; hymbri è cælo, quasi per canale, & aquæ ductum. Etiam Symmachus, & Aquila transtulerunt supradictam vocem Hebraicam ὑδραγωγόν, aquæ ductum, transfereutes τις δὲ ἐξελθὼν καὶ ταλασσοῦ ὑδραγωγόν. Quis autem diuisit, aut misit diluuiò aquæ ductum? Quod autem ait. Et via sonanti tonitruui. Pro quo Hebraicè, & viam יַחַזִּיז יַחַזִּיז lachaziz coloth, coruscationi tonitruorum. Sonat enim chaziz, vt superius demonstratum est, coruscationem, apparentiam, fulgetram. Quamquam Aquila, & Symmachus prior; eam κρόνον, alter ἄστρον, strepitum, boatu, reddiderunt. Sed Hebræi cõstanter asseuerant, eam designare fulgetram: idq; vere, vt ex aliis locis probatur. Nam חַזַּז chazà, sonat videre, licet sine altero E zain. Chaldaus vero, qui tribus modis transfert hunc versiculum, semper eam vocem traducit אַנָּא ananà nubes, vapores, dicēs. Quis parauit viam etiam nubibus, à quibus descendit pluuia cum tonitru? Verum Gersonites existimat dici. Quis parauit viam coruscationi, & tonitruui? subaudit scilicet coniunctionem. Verior igitur significatus est coruscatio. Quod autem ait, pluuia cadere in deserta loca, & solitudines, redditur etiam ab Hebræis vera causa: vt pabula pecoribus, ferisq; succrescant. Et quia feriūt summos fulmina mōtes: in super, vt hic clare significatur, quia solitudines Arabia, vbi hæc scribebantur, siti, & squalore laborant, atque cælestis hymbri inopia, siccata tellus infrugifera, tantum fabuli, lapillorumque aggeres ostentat, iure nunc beneficium diuinum locis arentibus, pluuia dicitur. Eoq; nūc eremus illa vasta vocatur inuia, desolata. Nam duas hæc voces שׂוּאָה shoà, vmsuà, quas noster, inuiam, & desolatam dixit, Hebræi sonare contendunt desertu, arentiaque loca. Sept. quos sequitur noster, transtulerunt ἀκατονησίτοισιν, inuiam, & inhabitabilem, & id vero sensu. Sciscitatur deinde super genitore pluuia, rorisq; nocturni, quo nam hæc genitore creantur. Quod à philosophis cognitum, & declaratum, ipso Deo lumen humanæ rationi præferente. Pluuia causa exalatio maris & terræ. Hæc exalatio siue, vt Græcè dicitur ἀτμός duplex, altera crassior, altera exilior, prior nubes, rorēque gignit: posterior ventos. Verum profunda, supremãque horum cognitio, non datur mortalibus, multãque super his remanent incognita. Rogat deinde super glacie, quo ex vtero prodeat. Id quoque perceptum est. Quod autem noster ait. Et gelu de cælo quis genuit? Pro gelu in fonte פֶּחַף chephor, ros, pruina. Nec vero dicitur, Et gelu de cælo. Sed. Et pruina celi, quis genuit? Sept. quoque clare posuerunt pruina, פֶּחַף מִן הַשָּׁמַיִם דֵּי עֵץ הַטֶּרֶקֶן, Pruina vero in cælo, quis genuit? Prosequitur. In similitudinem lapidis aquæ duratur, & superficies abyssi constringitur. Proprie dicitur Hebraicè sicut lapis, aquæ יַחַבְבָּו jthchabàu, absconduntur. Declaratur ab Hebræis eo sensu, quem noster interpret adhibuit, eo vsque durescere conuertique aquas in aliam naturã, nempe lapideam, glaciale, vt amplius aquæ non videantur. Quod ait. Superficiem abyssi constringi, res eadem, atque prius. Id maxime perspiciunt experiunturque gentes, oceano boreali finitimæ: gelascit illic mare, fluminãque ingentia: super astricta glacie, currus agunt, orbita rotarum gelatũ frigus designat. prosequitur alia generis eiusdem miracula. Nunquid coniungere valebis, micantes stellas pleiadas, aut girum arcturi poteris dissipare? Stellæ micantes, pleiades, assentiuntur etiã Hebræi, tales nomine Hebraico, quod est hoc loco, designari כִּימָה Kima. Aiunt enim esse stellas in parte Septentrionali. Quas autem noster dixit arcturum, Hebraicè כֶּסֶל kesil, esse in parte australi. Priores dicuntur Septentriones nempe septem stellæ bouis. Prisci namque boues, triones dixerunt. Testatur etiam Auē Esra priscos Hebræos prodidisse Kima esse septem stellas minores in fine arietis. Ipse putat vnicum sidus ingens, luminosum, qui dicatur aspectus bouis. Arkesil ingens astrum, cor scorpionis. Multãque alia vana suæ professionis effutens. Sed non multis

A multis opus, res clara, hæc signa esse cælestia, pleiadas, scilicet & arcturum, vt Sept. aliique transtulerunt, quæ ex congregatione multarum stellarum perficiuntur. Hoc ergo percunctatur, an potestatis suæ sit, stellas illas congregare. Quis eas congregauerit in vnum aspectum. Quis fecerit illarum stellarum collectionem. Hoc sentiunt Hebræi. Et Symmachus apertius transtulit hunc locum εἰ συνέσεις μέρη πλειάδος. An, inquit, congregabis, coniunges partes pleiades? Hoc Græci declarantes. Quæ inquiunt necessitas ποῖος συνδυσμός, quæ collectio, eas stellas cõgregauit, fecitque eas stellas vnitas esse? Secunda quæstio est, an possit diiungere stellas, quæ dicuntur arcturus. Vt prius quærat, an possit pleiadas cõgregare, deinde, an possit alias stellas, quæ dicuntur arcturus, diffociare, diuidere ab inuicem. Vtrunque fuit diuina potestatis fecisse, vt stellæ, siue astrã multa, in vnum aspectum coirent, in cælòque proxime inter se, & quasi coniunctæ apparerent. Is est verus sensus, etiam iuxta Hebræos. Nicolaus item vidit, & exposuit. Septuaginta pro arcturo posuerunt Orionem, quæ eundem ferunt esse, qui dicitur βοώτης, bootes. Hunc autem esse collectionem viginti duarum stellarum. Sunt autem iidem arcturus, Orion, Bootes, arctophylax. Namque is postremus est custos vrsæ. Bootes à bobus, & curru, & trionibus, nempe bobus, & plastro circum verticem borealem. Proponitur alia quæstio. Nūquid producis luciferum in tempore suo, & vesperum super fines terræ confurgere facis? Quod noster dixit luciferum, Hebraicè est מַזָּרְתְּח mazaròth, hæc esse quoque stellarum coniunctione, asserunt Hebræi. Et Gersonites putat, aspectum esse siderũ australium, quæ non videntur in terra Iob, nisi breue ad tempus. Eoq; dixisse. Nunquid producis in tempore suo? Auen Esra quoque asserit, esse stellas multas. Sunt item in hac sententia Græci, quoniã Sept. ipsam vocem Hebraicam mazaròth, intactam reliquerunt. Hanc Chrysothomus, Olympiodorus, & Cyrillus declarantes μαζάρθηδ πλῆθος ἄστρων, ἢ ἐν τῇ συνθεσὶ λέξις καὶ οὐκ ἄλλοι. Mazaròth (aiunt) cetus astrorum sunt, quas vsus obtinuit, vt zodia, nempe signa zodiaci, animalia parua vocarētur. Querit igitur Deus, quã sapientia, signa hæc quorũ maxima pars latet, paulatim in lucem proferuntur: nuncque Sol est in ariete, nunc in tauro, cæterisq; signis. Hæc illi sentiunt veriora, fortasse etiã cum Hebræorũ opinionibus non discrepantia. Nam prohibet, quo minus mazaròth sit lucifer, quod noster putauit interpret: quia mazaròth, est numerus multus, multitudinem stellarũ designans, Lucifer vnicũ sidus. In re autem obscura, valeat testimoniũ plurimorũ. Insuper vbiq; solēt Hebræi signa zodiaci, vocare mazaroth, quæ paulatim promuntur. Secundũ sidus, quem noster fecerat Sep. transtulit vesperum, Hebraicè dicitur מַשְׁמַשׁ aish. De hac quoque quædam diffensio. Arbitrantur nonnulli congeriem stellarum, in cauda vrsæ, quæ dicatur Græcè arcturus, nempe cauda vrsæ. Et hæc vox in Hebraico sonat collectione. Superius capite nono, transtulit eã Hier. Orionem. Ecce igitur incertus ipse, quod sidus hac voce denotetur, certus autem designare sidus. Illic igitur verius sensit, & significatum illud à pluribus approbatur. ἕσπερος vt dixi, tarduxerunt Sept. quos sequutus noster, satis bene haud scio. Nanque etiam Rabi Leui dicit esse aspectum siderum Septentrionalium, quæ nunquam nobis occultentur.

C Arctus Oceani metuentes æquore tingi. Dicitur autem in Hebraico, pro eo, quod noster, Et vesperum super fines terræ confurgere facis.

Et arcturum אַל בַּנְעָא al banca, cum filiis suis minabis, duces. Filios arcturi vocat stellas minores, quæ circumstant eum, velut filij. Prosequitur. Nunquid nosti ordinem cæli, & pones ratione eius in terra? Quod dixit noster (nam cætera clarent ratione, est Hebraicè מַשְׁמַשׁ mistard, id sonat imperiũ dominatum, Dicitq; num pones imperium, dominatumque cæli super terra? Dicitur enim in Genesi de Sole, & Luna. Vt dominarētur diei, ac nocti. Circũ terras cingit cælũ, & à superioribus corporibus reguntur inferiora. Arbores, animalia, humores, hymbres, sola ratione sui Domina. Prosequitur. Nunquid eleuabis in nebulã, vocem tuam, & impetus aquarũ operiet te? Clarũ est, de pluuiis cælitus euocandis, quæ velut imperante Deo, iussisque eius audientes, ruant, agros fœcundis hymbribus irrigantes, diffudit arator. Hinc rogat de fulminibus, fulguribus, quæ ab altitonante imperata præcipient in terras, & quasi dicentia, præsto sumus, parere parata. Quod autem ait. Quis posuit in visceribus hominis sapientiã, vel quis dedit gallo intelligentiã? Quod noster dixit, viscera, Hebraicè est בַּטֹּחַת batuchòth, id sonat occulta, abscondita, vt dicat. Quis posuit in occultis, arcanis, sapientiã? Recte igitur hæc occulta. Hier. interpretatus est viscera. Nam & Chaldaus, pro ea voce Hebraica, posuit alterã notiorẽ. Quis posuit בְּעֵינַי becolia, in renibus, sapientiã?

Hoc rogat, & inter altissimas quaestiones recenset, quod non minus miraculū, atque superius memorata, cum corpore crasso, coniunctum fuisse caelestem, spiritualēque partem. Illud vinculū, quo vincitur, heretq; anima cum corpore, inenarrabile. Quod autē noster ait. Vel quis dedit gallo intelligentiam? Pro gallo, Hebraicē est *שׁוֹכֵן* secui, ea vox duo designat, nunc ipsum cor, intellectuūque, ut ait Auen Esra, Gersonites: nunc gallū. Ob hanc duarum significationum amphibologiam, Chaldaeus duplicem posuit interpretationem. In priore dicit. Aut quis dedit *לֵבִיבָה* lelibba, cordi intelligentiam. In altera, aut quis dedit *לֵבִיבָה* le-tharnegol, gallo, intelligentiam. Et subiicit *לֵבִיבָה* lemachlesā lemarēe, inuocare, laudare Dominū suum. Est enim vox Graeca *καλέσαι*. Mirabile vero, locum hunc Sept. transtulisse. *πῶς δ' ἔδωκεν γυναιξὶν ὑφ' ἄσματος σοφίαν ἢ ποιητικὴν*, Quis autē dedit mulieribus texendi sapientia, aut artem, qua vestes distinguuntur? Hæc quidem illi. Sed verius est, quod antecessit. Itaque Hebræi sequuntur primū significatum, ut repetat, quod ante dixerat prius. Quis dedit visceribus sapientia, subiicit simile, aut quis dedit cordi sapientia: Hoc mihi magis probatur. Prosequitur. Quis enarrabit cæli rationē, & concentū cæli, quis dormire faciet: Hebraicē proprie dicitur. Quis edisseret, quis enarrabit *שֶׁחַחִים* shechachim, nubes, aut æthera, cum sapientia? Quis enarrabit sapienter, cælos, rationē, naturamq; cæli? Eoque duabus interpretationibus hoc explicat interpres Chaldaeus. In priore dicit. Quis enarrabit septem cælos, cum sapientia *וְיִלְוֹתָם* vechiluoth, & vasa cælorū, quis *יִשְׁרֵם* isre, habitare fecit, collocauit, tetendit? In altera. Quis enumerabit stellas cæli, cum sapientia, & nubes *לִקְוֵי* l'k'v' quæ similes sunt vento, quis posuit, statuit? Prior igitur pars perspicua est. Quis enumerabit stellas cæli? Quis cæli rationē edisseret? Altera pars obscura, propter vocum amphibologiam. Nam quod Hier. transtulit concentū, est Hebraicē *נִבְלָה* niblè, id significat in numero vnico *נֶבֶל* nèbel, interdū psalteriū, organū. Est alia significatio, quæ designat nubes hymbriferas, ipsamq; pluuiam, à qua voce dicitur *מַבּוּל* mabul diluuiū, cataclysmus. Pro hoc igitur accipitur hic constanter ab omnibus: estq; vero propius. Atque Auen Esra *נְבִילֵי הַשָּׁמַיִם הֵם הַעֲנַנִּים* Nible, inquit, cæli, sunt nubes cæli, quia sunt plena aqua. Vult scilicet innuere, quoniam Hebraicē nèbel, sonat vtrem, lagenam, vocatas nubes caelestes, per translationem, quasi vtres aquæ plenos. Impedent enim nubila pluuiis onusta velut vtres. In exonerant sese in terras. Vtres igitur cæli senties nubila cæli plena aqua. Sic quoque locutus est Gersonites. Nible, inquit, sunt *הַשָּׁמַיִם* hageshamim pluuiæ terrestres, delabètes desuper in terras. Chaldaeus quoque transfert eam vocem *אֲנָנָה* ananá nubes, quanquam prius transtulit *כִּילְאוּת* kileuoth instrumenta, vasa, eo scilicet significatu, quo vox Hebraica est. Sed secūdo declarauit, quæ hæc vasa, nubes scilicet. Quinetiam Sept. supradictam vocem transtulerūt nubes *πῶς ἔδωκεν σοφίαν παρὰ τοῦ οὐρανοῦ, ἕως τῆς γῆς*. Qui parat nubes congelari, cælum autem in terrā declinās. Et forte ab hac Hebraica voce niblè fluxit (vt aliq; plerq; Latina, nubila, nubes. Is igitur est verus significatus. Cui quadrat ipsum verbū, dormire faciet. Nempè quiescere faciet, aut locare, ponere. Quis, inquit, nubes aquosas, quæ fundunt nimbos in terras, & flumina, quiescere faciet? Quis è medio cælo fugabit, ne diluuiō terras alluant? Aut quis eas posuit, locauit in cælo? Eoque rogauerat. Quis enarrabit cælorū, vel vt habet Hebraicē nubium rationem cum sapientia? Quis explicabit hoc miraculū, quo nubes per magnum inane iactantur, & cum grauissimis hymbribus alluunt terras, quo miraculo subito coercētur, ne dirum terras alluat diluuiū? Is mihi videtur verior significatus. Et quoniam verbum supradictum, dormire faciet, sonat etiam descendere *שָׁכַב* shacab, erit etiam is sensus. Et nubes aquosas, quis descendere faciet? Hoc exposuit Auen Esra. Nam de concentu cæli, nulla mentio in sacris litteris. Nec intelligi quidem potest, quid sit concentus cæli. Quippe sententia Pythagoræ, vel ab ipsis Philosophis explosa. Nicolaus enormiter super his eloquitur, gallum semper habens in ore; & ad eum, totum hunc sermonem applicans. Prosequitur. Quando fundebatur puluis in terra, & glebæ eius compingebantur. Hoc eo sensu videtur intelligendum, an intelligat rationem cæli, an rationem pluuiarum, postremo an intelligat, quomodo fundebatur humus (idē enim est Hebraicē) *לַמּוּזָאֵךְ* lamuzac, in fusionem, aut duritiem. Quomodo scilicet terra, quæ fundebatur, fusilis erat, & limus, cœnosa, madida, tremens, duruerit, facta durissima, solidissima fuerit. Qua ratione, soliditatem acceperit, vsque adeo vti pateretur vestigia. Is videtur sensus. Agitatur enim profundissime de cunctis rebus hic quaestiones. Descendit nunc his omnis ad animantes terræ. Quis parent cibos earum, quod & ipsum miraculū est. Incipit à leonibus carnioris, qua ratione sibi parent escam, prædāmque auertant, mirabile est, plenum sapientia, quam dedit feris illis, natura.

Anatura. Super hac ferarū illarū venadi sciētia percūctatur, qua probatur fuisse, qui dedit eis ad salutem sui generis, ingeniu. Similiter de coruo. Quod in Psalmo quoq; extat. Et pullis coruorū inuocātibz eū. Et in alio Psalmo. Qui parat escā omni carni. Hæc ad vniuersalem prouidentia, rerū mundanarum gubernatricem spectat. Et à Philosophis ad cōprobationē prouidentia late differta, vt apud Ciceronem de prouidentia, diuinoq; spiritu, qui per omnes mundi partes pertineat, differens Balbus.

CAPVT XXXIX.



ARTVS ibicum in petris. Quas dixit ibices, Hebraicē sunt *יָהֳלֵה* iahalè, forsā à verbo *אָלַח* alach, ascendit, quod sint perniciosissime, & ad altissimos scopulos ascendentes. Caprarum genus, de quibus hæc Plinius. Sunt ibices perniciositatis mirandæ, quanquam onerato capite vastis cornibus, gladiorūq; vaginis, in hæc se librant, vt tormento aliquo rotati, in petras potissimum è monte aliquo, in alium transilire, quærentes, atq; recessu perniciosius quo libuerit, exultant. Ecce in his Hebraici nominis explicatio: quæ sint perniciosissime: quod dexiliat, quod è monte in aliū mōtē transiliant: quod petras, rupeq; vt hic dicitur, colant. Pariunt igitur in petris, naturæ miraculum. Sed Sept. transtulerunt tragelaphos: quod nominis compositio declarat mistum animal ex hirco, & ceruo: Latine hircoceruus. Eius etiam extat apud Plinium descriptio: barba tantū, & armorū villo dista. Bre à ceruo. Sed ab ibice ad hircoceruū nō magnū interuallū, si corporis, cornūq; habitum cōsideres. Subiicit animal simile, nēpè ceruas. Loquitur potissimū de partu, q; eas natura vi deatur (omissis magnis super his fabulis Rabenorū, quibus nec ipsi Hebræi fidē habent) in eo à ceteris animalibus distinxisse. De pariendi quoq; difficultate, & tempore: quo ferunt conceptus, multus apud eos sermo. Plinius quod ante partū, herba se purgant, quo faciliore vtero vtantur. Dicitur autē Hebraicē. Incuruantur foetus suos, aut filios *תִּפְלֵחְנָה* thephalèchna, elidunt, conterunt, premunt. Hoc Hebræi exponunt, ne fugiant, ne sese prori-piant. Ego malim, premere eas filios editos desiderio, dulcedine amoris. Quanquam Gersonites bene, quod rugitus, vel, vt est in Hebraico, dolores edant, parientes. Ideo foetus elidunt, premunt dolore quo parientes ob vuluæ angustiam, vexantur. Prosequitur de ceruis. Separatur filij earū. Pro hoc in Hebraico *יַחֲלֵמוּ* iachlemu, roborantur crescent filij earū ad pabula, nec curant amplius matres. Sed alia multa mira retulit Plinius, & Aristoteles de ceruis. Hic de conceptu, partuq; duntaxat, Quæritur dein de onagro, nempè asino syluestri, qui vagus, suaq; libertate fruens, non seruiat homini. De libertate hac quæritur. Frequēs animal in Arabia deserta. Quod autem dicit eum habitare in terra saluginis, est loci nomen, cuius alibi fit mētio. Ea est in Arabia, loca salinarum, mare salissimū dicit interdū Hier. Hic ferus habitat. Prosequitur. Cōtemnit multitudinem ciuitatis, clamorem exactoris nō audit. Refugit scilicet multitudinē: deserit locis, & solitudine sua tātū lætus. Quod aut ait eū clamorem exactoris nō exaudire: Durū agastem, vrgentem, & singulis diebus Operā exigētē designat. Laudauerat aut libertatem, cui nō sint humanæ suppetiæ necessariz, sed liber, pascuisq; duntaxat intentus, vireta perquirat, montes circūuagus sicubi pascuus locus sese offerat. Ad aliud animal descendit. Nūquid volet rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuū? Rhinoceros Graece dicitur q; in naso cornu gerat, cornu vice nasi. Ac fortasse vocatur hoc animal, Hebraicē *רֵם* rem, quod eo nomine, naris, nasusque dicatur, Graecè *ρήν, ρηνώς*. Animal nasutum, vastum, liberum, vagum, contemptor hominum. Plinius, quod magnitudine elephantis, quod illi inimicus, quod colore buxeus: quod aluum petat, quam sciat esse molliorem. Hic de libertate duntaxat, quod non patiatur quemadmodum bos, asinusq; humanam seruitutem: quod ei non possit aratrum imponi: & qui vastus, robustus sit, labores humanos tamē nō adiuuet. Hoc animali relicto, accedit ad struthionem. Penna (inquit) struthionis similis est pennis Herodij, & accipitris. Quem noster dixit, struthionem, Hebraicē vocatur *רֵנָנִים* renanim. Ea vox designat exultantes, canentes. Et pro, similis est, Hebraicē *נֵעֵלָסָה* neclasa, nimirum, vt exponitur ab Hebræis, exultat, gaudet, vt dicat. Penna Renanim, exultat. Est autem renanim, auis quidem, etiam iuxta Hebræos, sed hanc alij sentiunt pauonem, qui pennis lucentibus, ad Solemque patefactis exultet, lætetur, animal gloriosum. Chaldaeus autem transtulit, gallum syluestrem, qui pennis plaudat, exultet. Ideo Sept. & Symmachus melius, & Hebraico vicini, priorem vocem transtulerunt, priores penna *τρυπομέλιον*, exultantium, lætantium. Alter

πτερὸν ἀγλαΐσμις Penna exultationis. Quamobrem nemo dixit, similis est. Nam Chaldaeus D quoque, pro Hebraico נעלף neclafa, posuit מנשא messabechà, quod expresse designat, laudat, exultat. Pro struthione quoque melius est pavo, vel gallus, quorù pennæ exultent, hylarescant. Herodius autem, & accipiter. prior Hebraicè dicitur חַסִּידָה chasidàh, posterior נֹזָחַן nozàh. Herodium, vel ciconiam transtulit priorè vocem, Aquila tralator ex Hebraico in Græcum, vt Græci testantur. Sed mea sententia rectius ciconia, quàm herodius. Vox enim Hebraica chasidàh, designat misericordem, benignam. Ea est ciconia, quæ senes parentes in nido decumbentes pascit, reddens beneficium, quod ab eis accepisset. Hinc Græcè ἀντιπελαργεῖν quoties beneficia rependimus. Secunda nozà, accipitrè reddidit Aquilas interpret. Hebraicè quidem נֹזָחַן dicitur accipiter, & omne נֹזָחַן sed item hoc verbù נֹזָחַן nazah sonat volare, vt dicat iuxta veriore sensum, eumq; etiam Hebræorù totus verficulus. Penna, aut ala pavonis, aut galli exultat, etiam penna ciconiæ volat, vt duas insigniores aues assumat. Alteram cuius pennæ mirabili varietate distinguantur, alteram quæ multis de causis sit apud omnes nobilis. Fuerunt tamen apud Græcos, qui transferrent ὀρνιθιαίς passeribus, aut omnes generatim auiculas, fuerunt qui renanim, auem nocturnam interpretentur, vlulantem, quod mihi ex hoc loco non videtur. Struthio, Latine magis dicitur struthiocamelus. Quare de struthione non videtur hic sermo. Quod autem profequitur. Quando derelinquit oua sua in terra, tu forsitan in puluere calefacies ea? Hebraicè sic verius dicitur. Derelinquit in terra, oua sua, & super puluere calefacit ea. Nam quod Hier. secundum verbum applicet ad personam Iob, non probat sensus, sed potius de eadem fœmi- E na aui sermo est, cum dicit חַסִּידָה tehamèm calefaciet ea, ipsa auis non Iob. Sic quoq; Sept. verterunt. וְעַל הַרְגֵיזוֹן יִבְלֵהָ. Et super puluere calefaciet. Hoc ergo dicatur ne de pavone, an ciconia, vel accipitre, incertum. Nam ciconia, in excelsis locis nidificat. De pavone melius intelligitur, illo præcipue Indico, cuius nuper in Italia magna copia procreata est, cui cum gallina quædam similitudo. Ea in Aphrica, locisq; calentibus in puluere, in terra, nidificat, quales nostrates coturnices. Vbi oua posuerunt, auolant, sed tamen filios, & oua reuifunt. Auolat autem ipsa timens ea, quæ filiis non timuisset, priuata intelligetia, quod non quemadmodum aliæ volucres suspendat nidù in excelsis, aut locis, aut arboribus, quo mater cum filiis secure degat. Ostenditur his naturæ mira varietas. Stoliditas quidem pavonibus, & struthiocamelis alia datur à scriptoribus, quod vbi caput occultauerint, reliquum corpus latere putent. Quod autem sequitur. Cum fuerit tempus, pennas in altum erigit, deridet equum, & ascensorem eius,] Hoc de struthiocamelo dici non potest, qui supra terra, præ vastitate corporis nunquam tollitur, sed cursu velocissimo, alis extensis, aufugit: calcitrat in aduersos equino more. Dicitur ergo de pavone, quanquam nec ille volat multum, sed tantum, dum se fuga propriat tecta petens, vbi nidificare, parare proli securitatem, si sapuisset, potuisset. Profequitur. Nunquid præbebis equo fortitudinem? Equorum natura, alacritas, animus, sensus quidam similis humano multis scriptoribus, decantata. Quod autem ait. Nunquid fuscitabis eum quasi locustas? Hebraicè liquidius, sensuq; aptius. Nunquid נֹזָחַן tarishènnu, cômouebis eum, exterrebis, pauefacies, vt subito diffugiat strepitu tuo exaudito, velut locusta? Imo si propius, accedas, te calcibus petat, proculque submoueat. Quod autem ait. Gloria narium eius terror.] Hebraicè dicendum. (Quanquam bene reddat noster) חֵד הֶדְד, gloria, sonitus, strepitus narium eius, terror. Strepit naribus, vt exterrear. Perflat terribile, stare loco nescit: pulsat pede terram: non timet arma: obuius ire parat: nullus terror: haud retro fugit à gladio. Sonat super ipso pharetra, quam ferunt equites sagittarij, tela, clypeusque. Quod autem ait. Feruens, & fremens sorbet terram.] Eadem ferme dicuntur Hebraicè. Absorbere terrà, per tralationem dicitur, vt apud nostrates carpere iter, radere littora. Sic equus velocitate terram, spaciàq; absument. Hocq; exponunt etiam Hebræi, pro eo, quod est in contextu נֹזָחַן iegamè, quod noster dixit sorbet, ponentes aliud clarius נֹזָחַן bolèa, quod manifesto sonat deglutire. Virgilius de his ipsi equis, præcipiti certamine campum, corripuere. Hoc à Sep. non recte editum est, eoq; nec recte à scriptoribus expositum וְעַל הַרְגֵיזוֹן יִבְלֵהָ. Et ira delebit terrà. Hoc illi de inimicorù terra dictum putant. At de velocissimo cursu sermo est. Illum ad tubæ sonitum exultare, quod & à doctissimo vate proditum est.

Primus & ire viam, & fluvios tentare minaces,
Audet, & ignoto sese committere ponto.
Tum si qua sonum procul arma dedere,

Stare.

A Stare loco nescit, micat auribus, & tremat artus.
Collectumque premens voluit sub naribus ignem.
Canatque tellurem.

Hæc omnia nunc in sacris litteris referuntur. Quod dicat vah, interiectio exultantis, aut irridetis. Hucusque de equo. Profequitur de accipitre, qui dicitur Hebraicè, vt superius memorauimus נֹזָחַן nez, de plumis eius rogat, quibus ad miraculum plumescit, cum nudus esset. Sed enim Hebraicè videtur alius sensus, aliterq; ab Hebræis exponitur. Nà quod noster dixit plumescet, Hebraicè נֹזָחַן iaaber, id sonat, auolabit. Nunquid, ait, ex intelligentia, & prouidentia tua volabit accipiter versus austrum, quærens videlicet prædam, & loca calidiora, vbi frigidus annus,

Trans pontum fugat, & terris immittit apricis?

Hinc Aphrica dicta, quod frigore, qui Græci φεβον, careat. Huc versus aues ire parat. Sciscitatur de aquila, quæ ad imperiù Dei volet altissime, & in altissimis montibus, quales Apennini montes, vbi sedes aquilarum, nidum figat: quod in scopulis, præruptisq; silicibus commoretur: quod sit acerrimis oculis, procul despiciens cadauera, prædâque, quod pulli eius sanguine, cadaueribusque vitent. Quod autem ait Deus ad Iob, vbi nihil Iob responderet. Nunquid qui cõtendit cum Deo, tam facile conuiescet? Pro hoc postremo Hebraicè. Nunquid qui contendit cum Deo נֹזָחַן isor, eruditus erit? Num sapientiæ est, doctrinæ est, contendere cum Deo? Et an congruit, vt Deus cù homine disceptet? Vel sensus est, quæ noster adhibuit: qui cum Deo disceptare voluit, iudiciùm, fidem quæ eius implorauit, vtq; respondere debet. Tunc demum Iob locutus est. Qui leniter locutus sum.] Pro quo Hebraicè, eiusdem ferme sensus נֹזָחַן kalothi, nempè vilui, vilescio, vilissimus sum, Quid respondebo? Quid respondeat mortalis Deo summo?

Eoque conticesco, digito compecto labellum.

CAPVT XL.

RESPONDIT Deus ipsi Iob de medio turbine.] vel quemadmodum transferunt Rapertius Sept. ἐκ τοῦ νέφους ex nube. Respondit quoniã Iob ad iudiciù eius prouocauerat, dare se Deù mortali in conspectù deprecatus, apud quem querimonias omnes exoneraret, ratione prouidentia, qua res hominù æternis regit imperiis exposceret. Nunc iubet eù esse paratù ad respondendù, fortè animo (cõsiderat enim quemadmodum auit Græci, atq; terror inuaserat Iob, astate Deo in maiestate sua) inuictò. Queritur Deus, quod iudiciù suù ac prouidentia dictis insectatus fuerit: dormitare, aut abesse procul à mudo, prædicare ausus fuerit. An tu, inquit, æquitati, iustitiæq; meæ detrahes, quod tibi probitatè, quæ nõ debuerit subitis calamitatibus opprimi, vèdices? An tibi virtus diuina inest, an vox, quemadmodum Deo terribilis, tonitruisq; instar? Vestire igitur, si tatus es, maiestate, gloria, decore diuino. Sic enim Hebraicè. Vestes, in Hebraico non sunt. Sed, vestire maiestate, celsitudine, gloria, decore. Exequere velut Deus cælestis: ius prouidentia, qua Deus in impios arrogantesque iratus, è sublimi deiicit in terram, eorumque superbiam Cuertit ἀντιθέτως θεομῶχους, cyclopes, & gigantes, quorum violentia grassatur in terra, funditus impellit in ruinã. Et vsq; in tartara mittit, dedecorat, deturpat, defædat, qui superbi quondam, omniumq; contemptores incederent. Hæc prouidentia diuina, hic vigilat. Hoc si feceris, te Deù, dextrâq; tuã omnipotentè pronuntiabo. Accedit hoc exordio præfatus, ad miracula naturæ, maiestatis, sapientiæq; suæ testimoniù: loquiturq; late de duabus bestiis, altera terrestri Behemoth, altera marina Leuiathan. Vocis prioris Behemoth duæ sunt significationes, inde duo sensus deducuntur. Prior est, vt Behemoth sit nomè multitudinis è singulari behema, id designat, bestia, numerus multus behemoth, bestie. Hoc primum sequitur Chaldaus interpret, & Sep. apud Græcos. Prior pro behemoth, posuit in Chaldaeo נֹזָחַן beiraia, bestias, pecudes. Sep. vero dixerunt. ἀλλ. δ. δι. ἰδὺ θελῖα παρὰ σοι, χόρτον ἴσω βουσὴν ἐ- δῖε. At enim inquit. Ecce feræ apud te, fœnũ æque, atq; boues pascuntur. Vides vt trãstulerint θελῖα feras, quod Hebraicè behemoth. Iuxta igitur hæc significatione, dicitur in cõtextu, opificè mundi cù hominibus, creasse bestias terræ, quas ipsa terra pascit, quos edidisset, pabulis enutriis. Magnæ profecto sapientiæ prouidentiaq; argumentù. Nec Græci aliud scẽtũ agnoscut. Hoc tantũ cù nonnullis, è nostris cõsentientes, quod non defuerit apud eos, qui similiter, atq; nostri longius vagarentur, Behemoth, & bestias dæmones interpretates, cù tota descriptio, quæ videbitur inferius, animantem terrestrem representet. Benèq; idè. Græci monent. Olympiodorus πολλοὶ περὶ τοῦ ἀβελῶν εἰρηάζου νομίζουσι, κατ' ἀναγωγὴν ἐκλαμ- βάνοντες. δὲ ἰδὲ ἀπό τῆς ἰσοπέδου ὅτι μετὰ θῆρας, καὶ τότε ἐπὶ τὸν ἀεροειτὴν ἀφελῶν, καὶ ἐκ τῆς ἀναγωγῆς μὴ

Y

παρδέν. Multos suspicari dicta hæc de dæmonibus per anagogiam. Oportere autem primū accurate quid historia scribat perpendere. Tum auditorem ex anagogia iuuare. Recte quidem hæc Olympiodorus. Mihi vero nulla ratione hæc anagogia probatur: quæ de sensibilibus clarissime traduntur, ad inuisibilia, nulla necessitate cogente transferre. Nā ea quæ in hac descriptione, Nicolaus in animantē terrestre referri non posse scribit, ob quā causam catholici coacti fuerint, hæc de diabolo interpretari, ostendemus recte verbis consideratis in animantem terrestrem duntaxat, spectare. Principiū autem hæreseon, falsarūq; opinio-nū est allegoria, si perperā intelligatur. Alter igitur est sēsus, & altera significatio, vt behemoth, sit animal vastū, eximiæ magnitudinis, quo non sit in omnibus animantibus grandius. Is est iuxta nonnullos elephas, siue rhinoceros. Sed potius elephas, quoniam de rhinocero te scripserat superius. Nicolaus elephantem sentit, cui propter corporis vastitatem nomen mulrarū bestiarū est inditū. Describit primū omniū pabulum, quod non sanguine, & carnibus, sed sceno viuat. Ad hæc, quod vigor, & robur ei sit in renibus, & umbelico. Putat id Nicolaus spectare ad genituram, vt post pabulū describat generationē Gersonites quod vel in his partibus sit robustissimus, quæ sint in aliis animantibus debiles. Cæterum sciendum pro renibus, Aquilam fortasse melius transtulisse γάρον, tergus, dorsum, vt dicat, fortitudo eius in dorso. Symmachus transtulit ἡλαρών coxendices. Hæc magis quadrant, quā renes, quanquam Hebraicum רינים sonat renes. Prosequitur. Stringit caudam suam quasi cedrum, nerui testicularum eius perplexi sunt. Quod noster ~~translulit~~ dixit, stringit, ~~(ἡλαρών τὴν αἰχμήν αὐτοῦ ὡς τὸν κέδρον)~~ Hebraicè est יָחַפּוֹז iachpoz, id exponitur à magistris vere per aliud notius יָחַפּוֹז iania, mouebit, agitabit, vt cedrus agitatur à vento. Huc illuc flectit caudam vastam, eximiæ magnitudinis, qualis cedrus. Haud secus ingens cauda, ab ingenti belua circum agitur, flectitur, quā cedrus excelsa, ventorum turbine propellitur. Is est vnus sensus bonus, & is Rābi Gersonitæ. Tunc hoc verbum legetur non per zaddi in vltima, sed per zain יָחַפּוֹז iachpos, nempè accelerabit, celeriter mouebit. Alter est, vt rectius, & æqui, bonique cōsulamus, quod transtulit Hieronymus si stringere dixisse pute-mus eum, vt intelligitur ab Hebræis, & Sep. Nam Auen Esra exponit supradictum verbum iachpoz per aliud notius יָחַפּוֹז iaamid, videlicet stare faciet: ariget caudam. Hæc cauda membrum genitale est, hoc habere beluam, erectum, ingens qualis cedrus, comparat ip-sum cedro excelsæ, erectæ. Locutus enim est de renibus, de umbelico, tum de membro genitali, exin de testiculis. Chaldæus igitur etiam ipse transtulit יָחַפּוֹז caphin, stringit, intendit caudam: tentigine magna tenditur pēnis eius. Sep. quoque transtulerunt ἔσπασεν οὐρανὸν ὡς κωπὴν ἰσσὸν. Silit, arigit caudam, vt cypressum. Is est verior sensus de membro genitali, ingenti, vasto, enormi, duro, robusto: Eoque statim subiicit, Nerui testicularum eius perplexi. Nempè fortissime concathēnati, astricti, deuincti. Descendit ad ossa. Ossa eius velut fistule æris. Hoc proprie dicitur in fonte. Ossa eius ~~וְהָאֵפֶיכָה אֵפֶיכָה אֵפֶיכָה~~ aphiche nechusa, fortia, robusta, vt æs. Ossa ænea, ferrea. Et quoniam אֵפֶיכָה aphiche, sonat etiam vincula, iūcturas, possit dici ossa eius iūcturæ æris, æneis vinculis, vincitūtur ossa eius. Repetit idem. Cartilago illius, quasi laminæ ferreæ. Pro cartilagine sunt ~~וְהָאֵפֶיכָה אֵפֶיכָה אֵפֶיכָה~~ gheramau, ossa eius, eiusdem, atque superior vox significatus. Ossa eius ærea, ossa eius, & iūcturæ ferreæ. Pro lamina est ~~וְהָאֵפֶיכָה אֵפֶיכָה אֵפֶיכָה~~ metil, baculus. Ossa eius velut baculus ferreus. Prosequitur. Ipse est principium viarum Dei. Hæc illa sunt quæ non intellecta deduxerunt homines Hebraici sermonis imperitos, ad peruersas, fabulosas, ne dicam impias, allegorias. Recte, verèque exponitur hoc ab Hebræis, idq; ex libro Geneseos facile intelligitur, cum scribitur, creauit Deus cete grandia, creauit bestias terræ. Simile quid refertur hoc loco. Ingentem beluam behemoth, Deum creasse. Inter omnes animantes hanc fuisse priorem creatam. Aut cum omnes crearentur è terra, inter omnes, hanc fuisse memorabilem, incredibilis magnitudinis. Principium viarum. Nimirum inuentionum diuinarum. Diuinæ potestatis præcipuum, principale testimonium. Vt enim in descriptione marinorum, Moses præcipue commemorauit, propter corporis vastitatem, cete grādia. Et Dauid loquens de marinis beluis. Draco iste, quem formasti ad illudendum in eo, nempè cetum in mari: sic Iob cum de potestate Dei, in creandis animalibus scriberet, in his maximum, eximiæq; magnitudinis monstrum memorauit, ipsūque principium, nempè præcipuum, principale opus Dei, ob hanc causam dixit. Vias igitur Dei hoc loco, quemadmodum semper vocat, inuentiones diuinas, opera, officia. Principium autem horum operum dicit, primū opus, principale, non tēpore, sed proceritate, vastitate, magnitudine, eximium, ac stupendum. Atq; loquitur nūc sacra scriptura, quemadmodū cū

Iacob

A Iacob benedicens filios, de Ruben dixit. Principium doloris mei. Idest primogenitus, primus inter filios. Sic behemoth primus inter bestias terræ, non tempore, nam simul cuncta creabantur, sed proceritate, magnitudine. Is est verissimus sensus etiam iuxta Hebræos synceriores. Septuaginta quoque clare ἀρχὴ τοῦ πλάσματος. Quod autem subiicit. Qui fecit eum applicabit gloriam suam, huic montes, herbas ferent. Dicendum, accommodandāque hoc modo oratio. Ipse est principium viarum Dei, qui fecit illum, applicabit gladium eius. Dicendum gladium suum. Hocque refertur ad Deū creatorem: dicitque iuxta Auen Esram. Qui fecit eum יָחַפּוֹז iaghesh, charbo, admouebit gladium suum. Nimirum, qui creauit, potest interficere, beluam immensæ magnitudinis, robustam, vastam: potest qui creauit, conficere. Quod autem ait, montes huic pabula sufficere, clarum ex seipso. Nam & superius fenem, vt bos comederet, designat voracitatem: pabuli copiam, qua vescitur. Quod autem sequitur. Omnes bestię agri ludent ibi. Pulchrè & verè ab Hebræis exponitur, cum belua non sit carniuora, sed herba vescatur, minores beluæ non timent eam, in eisdem pascuis versantur, ludunt, lasciuunt iuxta illum. Exin describit accubitum. Sub vmbra dormit, in secreto calami, in locis humentibus. Hebraicè parum dissimiliter. Sub arboribus opacis accumbit. Inter calamos, arundines secretos. Nempè, vt ait Auen Esra, inter caretæ, paludēque iuxta fluuios. Eoque in locis humentibus in limo, in paludibus. Prosequitur. Protegunt vmbra, vmbra eius. Ambitus corporis, arboribus opacis absconditur: regitur salicibus, quas humor, palūque producit. Prosequitur. Absorbebit fluuium, & non mirabitur, & habet fiduciam, quod influat Iordanis in os eius. Hebraicè sic. Ecce rapiet, absorbebit fluuium, & non יָחַפּוֹז iachpos, non festinabit, non accelerabit. Primum putat Auen Esra eo spectare, vt dicat. Tantus est behemoth, tantæ magnitudinis belua, vt timeat cum bibit, ne fluuius deficiat. Eoque rapit, absorbet, properat. Bibit autem non accelerate, quod nec hominem, nec aliam beluam timeat. Eoque securus bibit, habet fiduciam, quod Iordanis in os eius influat. Posset esse & is similis. In paludibus, & propter ripas affluentis amnis habitat, bibit securus, non timet sitim, & æstum, quoniam aquæ suppetunt. Circumstat agmen aquarum. Non quemadmodum reliquæ bestię, quas sitis, & aquæ inopia exasperat. Eoque non accelerabit (id enim dicendum est, pro eo, quod noster dixit, mirabitur) nam semper affatim potus suppetit, cui data sit propter fluuios, habitatio. Aut quemadmodum ait Gerson. Non festinabit fluuius, dum corripitur à belua. Haustus beluæ fluminis impetum remoratur. Quod autem subiicit. In oculis eius, quasi hamo capiet eum, & in sudibus perforabit nares eius. Hebraicè sic ad verbum, in oculis suis, (neque enim ad vilius alterius oculos, nisi ipsius beluæ refertur) rapiet eum. Rapit, inquit, belua, fluuium ante oculos suos, corripit totam aquam, absorbet, rapit fluuium ante oculos suos fluentem, corripit fluuium præsentem. Et dum corripit, immittit nares inter caretæ, iuncosque, quorum aculeis, nares eius perforantur. Nanque impetum agno corripit aquam, non timens rapidum fluuium, hinc sudibus, & iuncis nares eius perforantur. Is sensus Hebræorum etiam est, quem obuoluit, obscurūque fecit noster interpres. Nam nusquam est in Hebraico hamus, vt dicat, quasi hamo capiet eum, sed vt diximus. Eoque factum est, vt Nicolaus exponat absurde totum locum. Græci quoque in dæmonem referentes dissident à vero. Omisso autem behemoth terrestri, accedit ad Leuiathan marinum: ac primum ait. An extrahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius? Leuiathan piscis ingens, quem Sept. interpretes vocitare solent alibi cetum. Qui parati sunt suscitare Leuiathan, ipsi Græcè dixerunt, magnum cetum. Et hoc loco Græci fatentur Leuiathan eundem esse, atque cetum. Eum Sep. transferunt, nunc draconem, de quo in Psalmo. Draco iste, quem formasti ad ludendum in eo. Sunt ergo nomina eiusdem maximi piscis, Leuiathan, cetus, draco, & balena. Hunc suæ libertatis propter incredibile robur prædicat, nō obnoxium humanæ prædæ, quemadmodum reliqui pisces. Quod noster dixit, hamo, Hebraicè חַכְכָּה chacca, Hebræi rete interpretantur. Prosequitur. Nunquid pones circulum in nares eius? Pro circulo est אֶמְנוֹן agmon. Hebræi sentiunt hamum. Non multum discriminis ab alterutro. Et quod noster dicit. Armilla perforabit maxillam. Pro armilla est חֹשֶׁת choach spina. Sicque à cunctis Hebræis exponitur. Spina, qua solent piscatores maxillas piscium perforare. Sep. dixerunt ~~וְהָאֵפֶיכָה אֵפֶיכָה אֵפֶיכָה~~ Et freno teres maxillam eius: sed facilius sequor Hebræos. Prosequitur per tralationem, vt nō sese precibus ad homines inflectat, nec quemadmodū cicures, alimētis hominū indigeat. Quod non feriat patēt, scdūq; velut seruiturus æternā seruitutē. His docetur, quā vastus

X. ij

robustus, insolitus hominibus capi. Quod non sit velut auicula, quo cū ludere possis, Quod D abs te ligatus ancillis tuis, quę ludant cū eo, tradi nequeat, quemadmodum plerique aliorū animantiū. Quod vero ait, Concident eum amici, diuident illum negociatores.] Hoc eo sē- su dicitur, & quasi ironicē, an captus comedetur ab amicis in conuiuio, vt alij pisces, cōci- fāq; carnes eius negociatores inter se partiantur. Hęcq; cū sensu Hebræorum quadrant. Vult enim probare hunc piscem non posse à piscatoribus capi. Prosequitur. Nunquid im- plebis fagenas pelle eius, & gurgustium pisciū capite illius? Conueniunt cum Hebræis, ex- cepto primo, quod quas dixit fagenas (est autē genus retis) Hebraicē שוחרו suchoth, Ger- sonites interpretatur gladiū. Et quod noster dixit, implebis, Hebraicē לוחם themalē. Nūquid, ait, cedes gladiis lanistarum pelles eius? posset autē supradicta vox designare etiā fagenas, quoniā שושח, sonat sepire, circumuallare. Idq; sentit Auen Esra. Quod autē noster di- xit, Gurgustium, (est autē Hebraicē גרגז zilzal) Auen Esra fatetur esse spinā in piscibus, per quam capiatur piscis. At Gersonites, putat esse gladiū piscatoriū, quo pisces cādunt ur. Nō defunt qui putent esse fiscellam, vt noster trāstulit. Diuersę igitur sententię super re non magni ponderis. Tantū constet nostrū interpretem ab Hebræis cōprobari. Prosequitur, vt ponat super eū manū suā, si possit, videlicet negās eum nō posse. Memento belli, nec addes vltra.] Nimirū si propius ad eū accesseris, bellum erit tibi mortiferū, lātale, nec addes vltra, quoniā extēplo belua te vorabit, cōficiet. Ad primū congressū deglutieris, quemadmodū Iona à ceto absorptus est. Quod vero superaddit. Eccespes eius frustrabitur eū, & vidētibus cūctis præcipitabitur.] Verus sensus est, quē noster interpretes obscurauit. Illū eundē, qui pi- scē capere voluerit, qui cū eo congredi conatus extenderit ad eū manus, frustrabitur. Spes sua falsa erit, spes eius vana, quoniā ad primū aspectū, aut tremefactus, aut occisus, & absor- ptus à belua concidet, præcipitabitur. Dimidiū igitur superioris versiculi. Et videntibus cū- ctis præcipitabitur, Hebraicē paulō secus. Nōne ad מראו marau, aspectū eius, scilicet beluę vastę שוית, tolletur, asportabitur? Quare verus sensus apparuit de eadē terribili belua, cuius voracitatē etiā profani scriptores celebrāt. Quod sepe naues cū viris absorbeat: quod insulę instar superextare mari videatur: quod ingentes clades locis quibus apparuit, edat. Hęc cū sint clara, aperta, exposita, cur violentis ne dicam impiis allegoriis ad dæmones trahuntur? Vere monuit os autem φεύγε βελία σμύνας ἀλλήλοειας fuge coactas allegorias. Sed si cui libeat, modo veritas historię maneat incolumis, ludere, iocari allegoriis, & anagogiis per me liceat. Vel nauim qui velit oneret allegoriis.

CAPVT XLI.

NON quasi crudelis suscitabo eū,] Nō est in fonte vero, capitis in ch oatio, sed sermo connexus superiori narrationi, & quod noster trāstulit, multo secus, & fortasse verius intelligitur ab Hebræis. Dicitur enim proprie לו אכזר lo aczar chi ichirennu. Non est crudelis, aut fortis, qui suscitaret eū. Quamobrē in eo videtur noster variasse, quod putauit אכזר aczar, esse verbum propter litteram aleph, sed nomen est, vt apparet ex omnibus locis, cui cōsonat suscitabo. Nam Hebraicē nō est prima persona, sed ter- tia יחירני ichirennu, suscitabit eum. Itaque Hebręi locum exponūt vere. Nemo est tā durus, tāq; robustus, & crudus, qui suscitaret hęc beluā: suscitaret, exterrat, mouere loco faciat, in fu- gam vertat. Quod autem subiicit. Quis enim resistere potest vultui meo?] Hoc eo expe- ctat, quod negauerat hominem hunc beluę posse resistere, licet sepe capta fuerit ab ho- minibus, & interfecta, Deus autē cuncta valet. Licet, inquit, belua crudelis sit, & sēua, Deo tamen nihil resistit. Hebraicē igitur. At quis resistet vultui meo? Ante oculos meos, quis stet? quis obstat meis viribus? Eōq; subiicit. Quis ante dedit mihi, vt reddam ei?] Deus, in- quit, largitur omnibus, accepit à nemine. Nemo est, qui gloriari possit se Deo donasse prio- rem, & pro meritis collatis expectare rātumdem. Deus est, ait prisca philosophia, ἀντελεγκτης suorum magnorum bonorum fons, & principiu. Hoc maiestas eius perspicitur. Omnia sūt imperiis subiecta eius. Dicitur autem hoc in Hebraico. Quis præuenit me, & retribuam?] Præuenit me beneficio, attulit prior opem indigenti, & ego non immemor reddam, repe- tam. Non ita, ego dominus omnium quęcunq; cęli ambitu continentur. Is est verior sen- sus. Quem Hebręi non ponentes, non videntur vidisse. Nā Gersonites, qui putat hęc sen- sum, Quis præuenit me operādo, & ego אשלם ashalem, perficiam (id enim etiam sonat He- braicum

braicum verbum, nempē perficere, & reddere) non mihi placet. Neque spectat ad exemplū diuinę potentię. Prosequitur. Non parcam ei verbis potentibus, & ad deprecandum cō- positus.] ~~Μην εὐνοῦν τὸν ἄνθρωπον ὁ θεὸς ἰσχυροῦς ἐστὶν ἐν ἰσχυροῦσι, ὡς ἐν ἐκείνοις, ὡς ἐν ἐκείνοις, ὡς ἐν ἐκείνοις.~~ Quod dixit, Non parcam, In fonte, non שׁוחרו acharish, tacebo, silebo. Vt taceant ad me in- sulę. Vbi presens vox שׁוחרו. Quod vero transtulit, verbis potentibus, est בדי badau, membra eius, deinde, & verbum potentiarum, & vim structurę eius. Totūque versiculus habet. Non tacebo membra eius, & verbum facultatum, & vim structurę eius. Verus igitur sensus est. Reuertitur ad beluam, copiosius super ea loquens. Nō tacebo, ait, badau, membra eius, vt Hebręi declarant, nec potentiam, facultatēque membrorum, nec robur compositio- nis eius. Is est verus sensus, etiam testibus magistris. ~~Ἰσχυροῦς ἐστὶν ἐν ἰσχυροῦσι, ὡς ἐν ἐκείνοις, ὡς ἐν ἐκείνοις, ὡς ἐν ἐκείνοις.~~ Gręcos variant omnia. Prosequitur. Quis reuelabit faciem indumenti eius, & in medium oris eius, quis intrabit?] In his quędam à fonte dissonantia. Nam quod dicit. Et in medium oris eius, quis intrabit? Est in fonte melius & clarius בפתל רישו mi ia- bo. Cum duplici freno suo, quis veniet? Is est verus sensus. Nam Gersonites, de nomine re- sen dicit. Est quod adhibent ori bestię, quo ducunt eam quocunq; volunt. Hieronymus non video, cur tacuerit frenum. Sēsus igitur clarus. Quis releuabit faciem indumētī eius?] Facies indumenti, ipsum indumentum. Vt facies aquarum, facies terrę, facies cęli. Ipsa nempē apparentia, ipsa res apprens. Indumentum eius, aut vocat, vt ait Auen Esra, pro- fundum, pelagus, vbi tegitur belua, vestiturque, & absconditur ab aquis: aut maxillas ipsas absconditas, vt dicat. Quis deteget, aperiet locum, vbi bestia vasta decumbit? Quis labi- bulum eius efferet in lucem, quo cūm peruenit imponat ori eius frenum? duplex duplica- tum propter maxillas vastas, extrahātque in lucem? Aut quis aperiet secretas oris partes, quę teguntur intrinsecus, quibus ipsa composita est, vestiturque, & has freno constringat? Is est sensus clarus, bonus. Prosequitur declarās hoc ipsum. Portas vultus eius, quis aperiet? per gyrū dentium eius formido.] Hoc erat, quod paulō ante, faciem indumenti eius. Recte portas oris, de ceto dixit. Si enim vt perhibent, vorat naues, hiatus necesse est maximum, latissimumque esse. Formidabilem, terribilēque prædicat, ordinem dentium quantum par est, tātę magnitudinis beluam, cuius vbiq; celebratur apud scriptores voracitas, pos- fidere. Subiicit. Corpus eius quasi scuta fusilia, & compactum squammis se premētibus.] Hebraicē proprie dicitur, vastitas, magnitudo, fortia scuta. Structura, seu squammę densa, stricta. Hoc totum etiam in tralatione nostra, eo excepto, quod Hebraicē non sunt scuta fusilia, (quid enim est scutum fusile?) sed scuta אפחה aphiche, quod ab omnibus constanter exponitur חזקים chazachim, fortia, robusta. Sed Hieronymus secutus est Aquilam, qui principium huius versiculi transtulit.

~~Σώμα δὲ αὐτοῦ ὡς πτερύγους θηρέων~~
Corpus autem eius superfusio scutorum. Huius causa est, quod aphich, non solum for- tem designat, sed etiam fluctum, inundationem, fontem. Sed perspicuum est, vel Hebræis testibus, fortia scuta dicendum, non fusilia, quadratq; magis scutis fortitudo, robur, quàm fusio. Cætera conueniunt. Prosequitur, vt altera squamma deuincta sit alteri: vt nec spiraculum quidem per eas traiciat. Et super hoc exaggeratur oratio, eadem inculcatur. Quod autem ait. Sternutatio eius, splendor ignis.] Ab Hebræis ex ipso fonte melius, & ad intelli- gendum facilius proponitur. Est enim in fonte. Sternutationibus eius acceditur ignis. Sic- que exponit Gersonites quod ex sternutatione eius accenditur ignis, propter vehemen- tem calorem, qui velut ignis è naribus exeat. Posset hac ratione dixisse. Tanta est efflatio flatus adeo vehemens, cū sternutat, vt ignis possit accendi, flammęque corripī. Eoque oculi eius, velut palpebrę aurorę splendent, cū lucefcit aurora, roseęque crines exoluit. Monstra in Oceano boreali immensę magnitudinis perhibent esse, quibus oculi flam- mescant, eoque indicio procul nauatę diffugiūt. Quod vero subiicit. De ore eius lampades procedunt quasi tedę ignis accensę.] Quod dixit (nam cætera cōueniunt) tedę ignis, He- bręi vocem suam כידוד chidode, splendores, scintillas interpretantur, & melius. Hoc autem cur dixerit, mox subiicit apertius. De naribus eius procedit fumus, sicut ollę succensę, atq; feruentis.] Clarent omnia, id obseruandum, quod postremo dixit, atque feruentis. Sic di- cendum. Sicut ollę accensę, & אגמון agmon, lebetis vasti, cacabi. Exaggerat, inculcātq; ea- dem. Halitus eius prunas ardere faciet.] Simile, vt de naribus. In collo eius morabitur for- titudo.] Ceruices robustę, grandes, latę. Quod vero in dimidio eius versiculi. Et faciem

eius præcedet egestas:] Hebraicè proprie dicitur. Et ante faciem eius תרדז דמרה thaduz dea bah. Lætabitur dolor. Cuius esse sensum voluit Hebræi, & vere. Ante eum non est dolor, nihil illum dolere facit. Nihil illi resistit, à nulla re aduersa oppugnatur, à qua dolorem perperiat. Quod cæteris animalibus dolor, hoc illi lætitia. Omnis dolor in lætitiâ illi vertitur. Continet enim omnia. Corpus illi robustissimum, ferreum, doloris expertus. Hos hyperbolicos. Nullum enim animal nō dolet. Is verus sensus. Prosequitur. Membra carniū eius cohærentia sibi.] Quod dixit membra. Hebraicè ממשפלי mapele, partes, particulas, Hebræi interpretantur, quæ sunt in aliis separatæ ab inuicem, in ceto autem vitæ, connexæ, cohærentes sibi. Quod autem dicit. Mittet contra eum fulmina, & ad locum aliū non feretur.] Mirabile cur ad hunc modum Hieronymus reddiderit, cum sit clarum in fonte, hoc modo יצוק עליו בלי יאזעו iazuc alau, bal imor. Corroborabitur super ipso, non mouebitur. Loquitur de carnibus eius piscis, de membris inter se constipatis, cohærentibus. Corroborabitur, ait, vnaquæque particula super se, aut super ipsum piscem: non mouebitur, non luxabitur. Fortiter inter se vincuntur. Hoc beluæ robur. Nusquam hic sunt fulmina. Nec sensus vllus. Prosequitur similia, quibus antecedentia declarantur. Cor eius indurabitur quasi lapis, & stringetur quasi maleatoris incus.] Cætera conueniunt. Quod dixit, Incudem maleatoris, est Hebraicè מלה תחתית pelach tachith, mola inferior. Nam pelach sonat fragmen rei cuiuscunq; Exponitur ab Hebræis, pro lapide inferiore, è duobus lapidibus molaribus fortiore, & duriore. Quamobrem neque maleator, neque incus hoc loco. Secutus est Græcos, qui posuerunt σφύραυ malei. Sed reclamatur ab Hebræis. Peius in nostra tralatione, E quod sequitur. Cùm sublatus fuerit, timebunt Angeli, & territi purgabuntur.] Sciendum longe secus in Hebræo haberi, quàm reddiderit Hieronymus quem vocum amphibologia videtur abduxisse. Quod dixit, sublatus est משהו misetho, propter elationem eius, propter sublationem eius, nimirum superbiam, altitudinem, vt Hebræi cōcorditer exponunt, qui pro setho, ponunt duas voces clarioreס רוממו romamto, & tichpho, quæ sonant expresse, altitudinem eius, & fortitudinem eius. Hoc ergo clarum. Deinde, quod dixit, timebunt Angeli. Pro Angelis in Hebraico מלי elim. Id duo denotat, aliquando Deos, Angelos, nonnunquam fortes, robustos. Pro hoc vltimo, recte, & vere accipitur ab Hebræis vnanimiter. Nam loco eius posuit Gersonites manifestiorem vocem מים חזקים chazachim fortes. Et Auen Esra exponit. Ob ipsum, inquit, timebunt מים חזקים haghborim fortes. Et Chaldæus תחפיה tachiphia, fortes, robusti. Est igitur sensus verus. Propter beluæ vastitatem, proceritatem, robur, timebunt etiam fortes, vel illi ipsi gigantes, & bellicosi. Timebunt item ob elationem eius, cùm sese supra pelagus extulerit. Tunc belua conspecta, timebunt etiam animosi, fortes milites quotidianis præliis exercitati. Dimidium autem eiusdem versiculi. Et territi purgabuntur] Hebraicè sic יתחשבוו מים חזקים mishebarim ithchatau. Nimirum, à contritionibus purgabunt sese. Contritiones Hebræi exponunt fractos fluctus, motūque ingentes, quos belua ciet in mari. Propter hos, timebunt, expauebunt. Purgabuntur autem, quia Deum summum, qui ferat opem implorabunt. Contritiones etiam, pauorem cordis, & ingentem cōmotionem, si dem recte interpretantur. Alij ferunt esse sensum, qui mihi quoque probatur, vt verbum ithchatau, designet iniquationem. Inquinabuntur timentes resolutis præcordiis. Chaldæus autem dixit: aspergent, proiciant super se, nempè contritiones, pauores, formidines. Aut ipsæ beluæ, fluctus instantes efflabunt, vt ait Auen Esra. Fluctibus, & vndis eos aspergent. Prosequitur. Cùm apprehenderit eum gladius, sustinere non poterit, & hasta, & gladius, neque hasta, neque thorax.] Is sensus etiā testibus Hebræis. Si gladius admouebitur, quo piscis cedatur, vt apri, leones, ceruicæ feriuntur à venatoribus non poterit subsistere. Nam belua correptum gladium franget, tantum ei robur. Similiter nec hasta, nec quodcunque telum, quod Hebraicè משהו massa, vesceria, hasta scilicet Macedonica. Reputabit hæc arma, & omne ferrum, belua illa immanis, velut paleam. Eoque sagittas, lapides funditorum nauci faciet. Quasi stipulam existimabit malleum. Pro malleo est משהו tothach. Hanc machinam bellicam, qua lapides immensæ magnitudinis ad ruinam ædificiorum iactantur, suspicatur Gersonites. Alij arietem. Omniaq; quadrant, quàm malleus ad bella, cedensq; inutilis. Cætera clarent. Quod autē subiicit. Sub ipso erunt radij Solis, & sternet sibi aurum, quasi lutum.] Mirum cur hoc Hier. transtulerit. Hebraicè melius, & clarius ad hunc modum. Sub ipso, משהו חדרו chadude charesh, acutæ petreæ. Sciendum Hebraicè chadud, designare acutum. Radium autem nunquam. Alterum nomen charesh, amphibolum ad Solem, & testa, quanquam testa dicitur משהו cheresh. Sol autē משהו chares.

A chares, Rectius igitur, & melius iuxta Hebræos, locus is intelligitur, vt dicat. Sub ipso acutæ petreæ. Nimirum recubat super acutis petris, quæ latent in profundo. Super his bestia recumbit, nec petrarum sentiat acumen. Hoc illi cubile. Tanta autem pellis durities, vt asperitatem scopulorum non sentiat. Quocirca radij Solis, nulla ratione intelligi potest, quid significet. Et longe clarius transtulerunt hoc Græci, Septuaginta ἢ πρόμνη αὐτοῦ ὀβελισκοὶ ὄξεις. Cubile eius acuti obelisci. Obeliscos vocat, acutissimas petras. Teodotio vero, cubile eius σιδερέϊ τεκτονισ, velut ferrum artificis, aut cubile ferreum. Nempè acutissimum velut ferrum, quo cedunt artifices ligna. Nam charash ad superiores significatus, sonat etiam artificem. Apparuit igitur verus sensus. Dimidium autem eiusdem versiculi Sternet sibi aurum quasi lutum.] Quod noster dixit, aurum, Hebraicè פרה charuz, id sonat acutum, acuminatum, dentatum. Isq; erit sensus. Sternet sibi petras acutas, dentatas super lutum, in profundo scilicet pelago, sub altissimis harenis, vt sit etiam descriptio cubilis. Si vero charuz (quoniam significat etiam aurum) pro auro accipi placeat, erit sensus, (latent enim in profundo mari venæ auri) Sub se sternat harenas aureas. Hæ cubile eius sunt. Sed quoniam de petris acutis sermo est, quas habeat pro cubili, melius, ac rectius est illud primum. Quod sequitur, Feruere, atq; estuare facere beluâ profundū maris, ob exalarionem eructationemq; aquarū, quas euomit, & quasi vas vnguentarium ebullire, clarum est. Id enim faciunt beluæ marinæ, Delphines, Testudines multo magis belua vasta ruētans aquas halitu ingenti. Fit sonitus spumate salo. Quod autem subiicit. Post eum lucebit semita, æstimabit abyssum, quasi senescentem.] Verus sensus Hebræis consentientibus. Fertur belua per mare impetu vasto ebullit, feruet mare, illa pelagus secante, & magna se mole mouente. Relinquitur semita, apparent, lucentq; vestigia, quacunque belua incessit. Hoc Hebræi cum Latinis pariter. Quod vero dicit. Quasi senescentem. Probatur mihi maxime sensus Hebræorum. Tanta est vndarum concitatio, belua secante mare, vt tum vestigia, semitaq; exprimatur, tum sit tanta spuma, tanta canicies vndarum, vt qui respiciat, existimat mare canum, velut senes, quibus canicies incompta iacet. Referunt igitur Hebræi, æstimabit abyssum, quasi senescentem: Non ad ipsam beluam, sed eum qui viderit, aspexeritq; mare. Cuius vndæ, propter ingētē beluæ motū canescāt velut canicies senis. Is verus sensus, ac proprie Hebraicè æstimabit, debet esse impersonale, iuxta morū Hebraicæ dialecti, vt dicat æstimabitur: reputabitur, abyssus velut senilis canicies. Is sensus verior, quàm vt dicat æstimabit abyssum debilem, inualidam, vt senes, quod opinatur Nicolaus. Subiicit. Nō est potestates super terra, quæ cōparetur ei, qui factus est vt nullū timeret.] Hebraicè melius, & citra causam sensus absurdioris. Non est super terra משהו moshlo. Hoc duo sonat, nunc similitudinem, nunc dominatum, imperium. Sensusq; est. Non est super terra dominatio eius, sed in mari. Est belua maris, monstrorum marinorum, quasi domina. Non in terra, sed mari præsidet. Non in terra, non super beluis terrestribus. Hunc sensum proponit Auen Esra, & ex parte Gersonites. Proponit etiam Chaldæus, pro voce Hebraica æquiuoca subiiciens manifesto designantem dominatum משהו shultance, dominatio eius. Symmachus quoque hoc sequitur משהו משהו משהו משהו משהו. Non est super terra potestas eius. Alter est sensus, vt dicat. Nō est simile super terra. Nō est super terra cōparatio eius. Hoc sequitur Sept. משהו משהו משהו משהו משהו. Nō est quicquā super terra simile illi. Quod autē dicit, eū factū vt nihil timeret. Si dominatur in beluis marinis, iure nullā aliā beluā timet. Cōgrue igitur refertur ad beluas pelagi, quarū cū cetū sit maximum, iure nullam earum extimescit. Superius quoq; demonstratū est robustissimos quoq; timere bestiam. Quamobrem nulla superstitione cogit hæc referre in demones plana, perspicua de belua marina. Similiter clarescunt, quæ sequuntur de eadem maxima balena. Omne sublime videt, ipse est rex super omnes filios superbiæ.] Pulcherrimè ab Hebræis exponitur primum. Tanta est beluæ magnitudo, vt cū sese supra fluctus extulerit, tanquam mons appareat in mari. Inde sublato capite vasto, velut è monte, è mole sua circumspicit omnia. Videt procul distita. Circumspicit. è sublimi loco, quoniam corpus, & caput altissime tollit. Hæc igitur sublimitas nisi corporis, molisq; vastæ sentienda non est. Quod autem in dimidio versiculi dicitur. Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ.] Posset hæc tralatio malum in generare sensum, sed si fontem, & Hebræos adeas videbis veritatem. Pro filiis superbiæ. Hebraicè sunt: Filij משהו shachaz. Ea vox exponitur duabus clarioribus ab illis משהו משהו gobaa chozech. Sublimitas, fortitudo. Estq; verissimus sensus. Ipse dominatur super omnes filios potentes, robustos. Filios roboris, & potentia. Hebræi sane quæ apposite interpretantur omnes beluas ingentes, omnia

marina monstra, quibus ait, balenam, siue cetum dominari velut regem, principem. Inculcans, quod superius sapenumero prædicauit. Est cetus omnium marinorum beluarum, monstrorumq; pelagi rex, præsidet omnibus, si corporis vastitatem respicias. Et pulcherrime sunt interpretati hunc locum Septuaginta αὐτὸς δὲ βασιλεὺς πάντων τῶν ἐν τοῖς ὕδασι. Ipse est rex omnium, quæ in aquis. Auen Esra vero Hebræus adamussim eodem modo exponens filios superbiæ כַּסְפֵּי חַיִּים col nolad bamaim. Omne, quod producitur in aquis. Nec video, nec vsquam reperio, quod Burgenfis scribit de shachaz, cum ea vox, palam pro robore sumatur ab Hebræis.

CAPVT XLII.



VI DEUS summus multis exemplis, quibus exuberat natura, potentiam, prouidentiamq; suam cõprobasset, iure proponitur Iob confitens humanam imbecillitatem, ad mysteria diuinæ prouidentia, sapiëntiaq; penetrare, non valentem. Quid enim superest tot visis, & animaduersis in omni mundo miraculis, quàm obstupescere, & aliquem summæ sapiëntia, qui fecerit omnia, regatq; ad omne tempus, confiteri? Hoc Iob nunc cõfiteretur. Ac quod ait, (cætera enim clarent) Quis est iste, qui celat asque scientia? Abraham Hebræus hunc exhibet sensum. Quis ille est, qui celat, negat, abscondit consilium, sapiëntiamq; tuã, tam insipienter? Quis ille est, qui sapiëntia, maiestatiq; tuæ detrahit, abscondit, sermone subducens, obscurans? Græci quoque bene. Quis abscondit silendo maiestatem tuam? Melius igitur hoc intelligitur de consilio Dei, quàm cuiusvis alterius, vt putat Nicolaus. Prosequitur. Ideo insipienter locutus sum, & quæ vltra modum excedunt scientiam meam.] Hebraicè ad hunc modum. Annunciaui, aut effatus sum, & nõ intellexi. Mirabilia sunt, quàm vt possim capere. Exaudi igitur tu voces nostras, quibus à te postulamus sapiëntiam. Nos ex te sciscitabimur, tu, nos responsis digneris. Audio, videoq; te. Hoc gloriari possum vidisse, audisseq; te. Certa sunt omnia, nullis ambagibus obuoluuntur. Idcirco me reprehendo, nempe, vt est, Hebraicè, quicquid locutus sum aperte refello. Quod autem dixit, Et ago pœnitentiam.] Hebraicè verbum pœnitendi נִחַמְתִּי nichamthi designat etiam consolatus sum. Potestq; dici, consolatus sum super his, quæ in cinere hoc, & sterquilinio sedens, dolui, quòd fuerim despectus cunctis. Aut certè pœnitent eorum, quæ locutus sum. Hanc pœnitentiam in cinere, & fauilla, quibus caput pœnitentis aspergitur, ago. Vterque sensus ab Hebræis adhibetur. Quæ sequuntur in capite, manifesta sũt. Illud quod ait. Faciem eius suscipiam, vt non nobis imputetur stultitia.] Suscipere faciem, notũ est Hebræis esse, honorare honore prosequi quæpiã. Illud vero, Vt non nobis imputetur stultitia.] Aliquanto secus in fontè. Ne faciam vobiscum נִבְלַח nebalah stultitiam, non Dei, sed illorum. Ne deuoluam super caput vestrum, stultitiam vestram, qua me, meãque prouidentiam defendere professi, hominem innocentem profcidistis, lacerastis. Eos ad Iob ire iussit, velut illis longe iustiozem, quippe factis, & in ipsa harena philosophatum, illi tantum nugando. Meritoq; Iob, vt iustior exauditus est, sibi, amicisq; beneficiis cælestibus impetratis Rediitq; pristina felicitas, qualia multa legas videasq; omnibus sæculis exempla. Plurimos enim, quos fortuna, vel in tartarum præcipites egisset, attolere caput, longe quã antea beatiore, cernas. Quod autè ait, socios, cognatosq; ad eum venisse, consolatosq; cum esse, iure conuersa, diuinitus fortuna.

Tempore felici multos numerabis amicos,

Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Attulerunt autem munera, amicitia, cognationisq; signum, velut apophoretum xenium. Apud Poetas Priscos, mores antiquos describentes.

Pallam signis, auroque rigentem.

Et circumtexto croceum velamen acantho.

Colloque morile

Baccatum, & duplicem gemmis, auroque coronam.

Non secus hoc libro, dicuntur amici, attulisse Iob inaures. Vbi autem noster interpretes ait ouem vnã. Pro oue, Hebraicè est, כֶּסֶף Kesita, id sonat nummum, obolum, testibus Hebræis. Quod magis quadrat hoc loco. Hoc ait capnio. Sed sciendum, Auen Esra eam vocem exponit כֶּסֶף חִיבָא chibsa Ketana, ouem Paruam. Quare non dissentit noster ab Hebræis.

Abreis. Quodq; ait, eum familia, filiiq; auctum, vocasseq; vnã è natis, diem. Hebraicè, est pro die, iemima. Ea vox, etsi diem denotat, relinquendum tamen nomen ipsum fuerat. Hieronymus ponit nomenclum etymologias, non ipsa nomina. Nam nomen secundæ casia. Hebraicè קֶזִיָּה Keziah, id sonat casiam. Tertiam dictam cornu stibij. Stibium vocat fucum. Ea vox Hebraica est חֶפְחֶף haphuch, fucus, & stibium idem sunt. Hebraicè igitur dicitur, Cornu fuci. Seruatur enim fucus quemadmodum Nicolaus ait, in cornu. Septuaginta nescio cur dixerint ἀμαλθηαίς κέρως. Cornu Amalthææ. Docent Græci quid sit cornu amalthææ. Vocasse Priscos Amalthææ cornu, bonorum copiam. Amalthæam nutricem Iouis fuisse, quem capræ supposuerit, eius capræ vnũ cornu Iouem Amalthææ dedisse, quo cuncta bona, quæ quis optare posset, continerentur. Sed, vt dixi, cornu Amalthææ in Hebraico non est. Colligunt autem Græci, dignum memoratu, Iob in ea calamitate septem annos mãsisse, quoniam centum septuaginta annos, iuxta translationem Septuaginta post plagam, dicitur vixisse, quorum dimidium sint octoginta quinque. Vniuersam autem vitam fuisse ducentos quinquaginta annos, è quibus septem subduxerit scriptura, vt designaret illud miserabile tempus, vitæ non debere deputari. Sed sciendum translationem Septuaginta nõ minus hoc libro in recensendis annis, quàm multis aliis diuinæ scripturæ locis, variare à fonte. Nam non sunt in Hebraico centum septuaginta anni post plagam: sed vt habet translatio nostra, centum quadraginta. Tempus item quo Iob ante calamitatem vixit, non refertur vsquam, quare vniuersæ vitæ tempus colligi non potest. Illud item sciendum apud Græcos ex editione Septuaginta & Theodotionis addi quædam in fine libri, quæ in editione Symmachi, & Aquilæ sequentium Hebraicũ non habeantur. Ea sunt, vt ferunt Græci ex editione Syriaca, nempe Chaldæa quadam. Sunt autem omnia, quæ vice præfationis habentur apud Latinos in principio libri, quòd habitauerit in regione Ausitide in finibus Idumææ, & Arabiæ, quod accepta vxore Arabessa genuerit ex ea filium, cui nomen fuerit Emon. Eadem illa, quæ in præfatione leguntur. Cumq; deprehendatur ex hac historia, Iob fuisse quintum ab Abraham, prætermisso scilicet ipso Abraham, deprehenditur fuisse ferè coætaneus Mosi, qui & ipse quintus ab Abraham, si numeres primum ipsum generis caput Abraham, inde Isaac, Iacob, Leui, tum Amram patrem Mosi. Itaque quo tempore graui feruitute gementes Hebræi, breui liberandi, & in terram promissionis educendi erant, vir iustus florebat, iamq; calamitates eas egredientibus Israëlitis ex Ægypto, perpeffus fuerat, cuius res gestæ toto oriente claræ, proprietatis exemplo, Hebræis esse potuissent. Denique dicitur apud Græcos οὕτως ἐρμηνεύεται ἐν τῆς σερακίης βίβλῳ, ἐν μὲν γῆ αἰγυπτῶν ἐπὶ τῶν ὀρέων τοῦ εὐφρατέως. περὶ τῆς γῆς δὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἰαβὰβ. ἢ δὲ ὅσα τῆς αὐτοῦ ζαράβ ἐξ ἀνατολῶν ἡλίου, ἰδὲ βὰβ ἀπὸ πύλων γαβέμ. Fertur item ab eisdem Græcis ex testimonio Chryostomi, patriam Iob fuisse Vs in Arabia, vbi sepulchrum eximij viri, & sterquilinium in quo sedit monstratur: insuper honores, quos singulis annis, vt fama est, exhibeant incolæ. Hinc Auerroes Aristotelis interpres, sermone Arabs, in moralibus, Iob ad fortitudinis exemplum produxit, vocans eum beatum.

FINIS.

הם ונשלם תהלה לבורא עולם

autem tralatio Septuag. apud Græcos notissimum est, ea videlicet, quæ apud eos est vulgatiſſima, quæ ut dixi à sanctis doctoribus vbique citatur & exponitur: hocq; dico quatenus licuit Græcorum libros euoluere. Nam neque Luciani editionem, neque alterius cuiusquã vidi vnquam nisi in declarationem editionis Sept. citatam & enarratam. Ac licet Hieronymus quadam suo tempore testetur fuisse diffusionem, vt alij Septua. interpretationem, alij Lucianum, alij Theodotionem vel hexapla Origenis legerent, apud scriptores tamen vnica est interpretatio Septuag. Post Septuaginta iam Euangelio coruscate, id est à prima illa editione circiter quingentis annis, emerſerunt noui tralatores. Quorum tempora & genus, & professionem, morisq; & causas interpretandi describit idem Theodotus, quem pro me loquentem, hancque rem clare differentem propono: δευτέρα δὲ ἐκδοσις γέγονεν ἔτι, ἀκρίτως πρὸς τὸ σωώτης τῆς πόλεως ὑπάρχον ἔλλησι ἀν' ἐκαστοῦ ἐν ἱεροσολύμοις, καὶ τοῖς ἔλλησι καὶ πάλιν ἀναστρεφόμενος ἢ θέσει, ἐπεπιμύθη τῶν τῶν κρημίων τῆς χειρὸς καὶ λιπῆθεις, ὡς περὶ κων' ἐπὶ τῶν ἰδίων ἐμετῶν ἀδυνάτερες, καὶ ἀναθεματίας τῶν χειριστῶν τοῖς Ἰουδαίοις τῶν δραμῶν, ἠρμήνευσε καὶ αὐτὸς τὴν θεῖαν γραφὴν ἐπὶ Ἀδριανῶν βασιλείᾳ τῶν ληρωθέντων μετὰ τετρακισία τετράκοντα ἔτη τῆς τῆς ἐβδμήκοντα ἑρμηνείας κρημνίσαντος διερραμμένη λογισμῶν. Quæ sunt: Secunda editio in hunc modum fuit. Aquila quidam Sinopeus è Ponto, cum esset prophanus, baptizatus est in Hierosolymis: Cùmque in prophanorū gentiliū que moribus iterū volutarerur, obiurgatus est à præconibus gratiæ. Et dolore affectus tāquam canis ad proprium vomitum est reuersus, execratusq; Christianismū, & ad Hebræos se recipiens, interpretatus est & ipse diuinas scripturas sub Adriano imperatore leproso, post editionem Septuag. anno quadringentesimo trigésimo, doloso & peruerso animo. Sic ille. Aquilas igitur secundus interpres, cum verborum proprietati maxime institisset, nō quidem vnquam est publice receptus, sed legebatur ad declarationem tralationis prioris. Sic Eusebius, Origenes, Theodoritus, cæteri q; vt vbiq; in nostris apparet, apparebitq; annotationibus, eius sunt vsi tralatione, raro videlicet, & nōnullis tantū in locis. Cui fidē derogabant tum reditus ad genres, tum ad Iudæos accessus, deinde quōd sentiebant passim obliqua & peruersa mente cum transtulisse. Cōtemptus etiam est, vt ait diuus Hieronymus, vti scrupulosior, & qui quædam verborum portenta videretur excogitasse, qualia multi nunc inuenerunt, vt herbificare, motabilitare, & id genus, quæ cū à Hieronymo de optimo genere interpretandi irrideantur, cōstat alienum à mente eius esse, vt isto modo apud Latinos loquamur, cum ne Græci quidē ferre potuerint. Secuta est tertia editio Symmachi quæ similiter à Theodoto describitur, ἢ γὰρ τῶν Συμμαχῶν ἐκδοσις τῆς τῆς ὑπάρχουσας ἔτι τῶν Σαμμεαρέτης ἀν' ἀφίλαρχος ὑπάρχον, καὶ ὑπεροφίαν νοσῶν, μὴ τιμῆθεις ἔστω τῶν ἰδίων ἔθους, τοῖς Ἰουδαίοις τῶν πρὸς τῶν καὶ ἐκ δευτέρου ἀεὶ τιμῆται, καὶ τῶν διαστροφῶν τῶν Σαμμεαρέτων ἑρμηνεύει καὶ αὐτὸς τὴν θεῖαν γραφὴν ἐπὶ Σεβήρ. Ergo tertia, inquit, fuit editio Symmachi, Is cū esset Sammarites, magistratum, honorū q; cupidus, plenusq; fastu nec à propria gente ad honores ascitus, refugit ad Iudæos, iteratq; circūciditur. Et ad euerſionem Sammaritarū, scripturas & ipse est interpretatus sub Seucero. Hucusq; Theodoritus. Ecce igitur & Symmachus bis circūcidus, nunquam Christianus, ad euerſionem suę gentis, id est Sammaritarum denuo edidit. Discrepabant enim libri Sammaritarū à libris Iudæorum, multaq; erant adiecta, multa detracta, vt interdum ostendit eximius Hierony. vt illud, Dixitq; Kain ad Abel, Egrediamur foras, nō est apud Hebræos, sed erat in libris Sammaritanorum, Vt enim eorum scripturas, quos oderat, ostenderet mendaces trāstulit ad Græcos ostendens quantū errarent in scripturis Sammaritiæ. Hac editione similiter atque Aquilæ vsi sunt Græci. Nunquā est publice recepta, nonnullis in locis inducta ad declarationem prioris, & vbiq; receptissimæ tralationis. Semper enim inuenies apud Eusebium, cæterisq; Græcos λευκότερον, σαφέστερον, id est clarius, apertius vel Symmachus vel Aquila transtulit, nunquam dicentes verius ostendentes editionem Sept. potius obscuram esse, quàm non veridicā. Secutus est Theodotus quartus post Septuaginta interpres, de quo etiam Theodoritus, τετάρτη ἢ τῶν Θεωδοτίωνος πέλεις ἐκδοσις, ἔτι τῶν τῶν αἰρέσεως Μαρκιανῶν τῶν Ποπιλῶν ἀν' ἐξέδοκεν καὶ αὐτὸς τὴν ἑρμηνείαν ἐπὶ κομμῶν τῶν βασιλείᾳ ἐν αὐτοῖς τοῖς χρόνοις, τῶν διαστροφῶν τῶν αὐτῶν αἰρέσεως. Hoc est: Quarta fuit editio Theodotionis. Is erat ex hæresi Marciani Póticī, & in euerſionem suæ sectæ edidit scripturam sub Cōmodo imperatore. Sic ille. Etiā igitur Theodotio, quia hæreticus esset, nūquam est receptus, nunquam præpositus antiquis interpretibus, quos afflatu spiritus sancti transtulisse tota Græcia assentiebatur, eos adorabant, venerabantur, solētque interdū apud eos Theodotio citari, sicut Aquila & Symmachus, publice lectus & receptus nunquam. Scripturas autem Marcionistarum deprauatas & falsatas fuisse, sicut Sammaritanorum, & in eorum

Aquila interpres, apostata.

Symmachus interpres Samarites.

Theodotus interpres, hæreticus.

Arum euerſionem hæreticum Theodotionem verisimile est transtulisse, post quem secutæ sunt aliæ editiones, quæ tum à Græcis, tum ad imitationem Græcorum sæpenumero citantur à diuo Hieronymo. Erant autem editiones, quarum ignorabantur autores, appellatæ à prima quæ fuit Septuaginta. Quinta, Sexta, Septima, de quibus idem Theodoritus, ἢ πέμπτη δὲ ἐκδοσις ἐν πῶν εὐρέθῃ ἐπὶ Ἀλεξάνδρῳ τῶν βασιλείᾳ, ἐν Γεργῶ, καὶ ἡ ἑκτὴ δὲ ὁμοίως ἐν πῶν εὐρέθῃ καὶ ῥυμμένη ἐπὶ Ἀλεξάνδρῳ τῶν Μαμμάρη πατρὸς, ἐν Νικοπόλει τῆς τῶν ἀρῆθῶν. Quinta, inquit, editio in doliis est reperta sub Caracalla imperatore in Hierico. Similiter & Sexta in doliis est reperta, abscondita, sub Alexandro Mammeæ imperatore in Nicopoli aquilonari. Hæc Theodoritus. Post has editiones Septima fuit sancti Luciani inducta ob varias superiores editiones, quæ circumferebantur, de quo non est opus me multa dicere cū Suidas plurima scribat, & idem Theodoritus hoc loco. Ἐβδμήτη ἐκδοσις ἐστὶν ἢ τῶν ἀγίων Ἀδελφῶν τῶν μεγάλων ἀσκητῶν καὶ μαρτύρων, ὅστις ταῖς τῶν γραμμῶν ἐκδοσις ἐν τῶν, ἐργῶν δὲ καὶ τοῖς Ἐβραίοις; μετ' ἀλεξείᾳ τῶν λείποντα ἢ τῶν ἀεὶ σέοντα, καὶ τῶν καταλόγων τῆς ἀληθείας, πόρρω τῶν χρόνων δι' ὁμοίωσιν ἐκδοσις ἐν τοῖς οἰκείοις τῆς γραφῆς γραφῶν ἐξέδοτο τοῖς Χριστιανοῖς ἀδελφοῖς. ἢ τῆς ἐκδοσις μετὰ τὴν ἀθλησιν καὶ μαρτύρων τῶν αὐτῶν ἀγίων Ἀδελφῶν, τῆς τῶν Διοκλητιανῶν καὶ Μαξιμιανῶν καταληξάσης μακρῶν εὐρέθῃ ἐξ ἰδιοχέρη γραμμῶν, ἐν Νικομυδίᾳ ἐπὶ Κορνανθῆν τῶν βασιλείᾳ τῶν Ἰουδαίων ἐν πύργῳ μαρμαρέῳ καὶ κρημνίσαντος. Septima, inquit, editio est sancti Luciani, magni illius militis & martyris, qui superioribus editionibus insistens, tum & Hebraicis se tradens, diligenter quæ deessent, quæque redundarent, & quæ à Catalogo veritatis procul essent B correxerit, in propriis scripturæ locis, ediditque Christianis fratribus, quæ editio post eius certamen & martyrion, deferbente Diocletiani & Maximiani infania, reperta est propria manu scripta in Nicomedia sub Constantino imperatore apud Iudæos, in turri parua marmorea calce illita. Hæc Theodoritus, Cum quo similiter Suidas scribit, Lucianum transtulisse obuiamque ire voluisse corruptioni, à temporibus, & crebris transcriptionibus, tum malis hominibus, in exemplaria illatæ. Eūque fuisse Syrum ex Samosatis. Eōque facilius nouit Hebraice propter vtriusque linguæ affinitatem. Hanc editionem nunquam ferè vidi citari & commemorari à Græcis, diuōque Hieronymo: non quod vt reor non haberent fidem, sed quod adessent superiores editiones. Nunquam autem sumpta fuit antiqua editio Septuaginta quod ea & apostoli vsi essent, & quod longe esset antiquior & augustior cæteris omnibus. Hanc interpretantur, vt dixi, Græci Theologi, ex ea citant testimonia. Pfalterium quoque quod canitur in Ecclesia & Septuaginta non Luciani, Nam hoc interpretantur ipsi iidem Theologi Theodorus, Theodoritus, Basilus, Chrysofomus, Gregorius, Origenes. Idem etiam habetur apud Latinos è Græco tralatum. Estq; ad alia innumera, vel illud testimonium, quod istud enarrat Hierony. citans ipsum sub nomine Septuaginta, sic superiores Græciæ theologi, vt ibidem expresse cenitur. Græcæ igitur editiones in hunc habuere modū. Nam de Hesychio nihil reperi. Fuit etiam Hexaplos Origenis, in quo opere conferebantur è regione sex editiones, videlicet ipsi Septuaginta Aquila, Symmachus, Theodotio, tum Quinta & Sexta editio: idcirco inscriptū C opus Hexaplos, quasi sextuplex. Citatur interdum à theologis. Hoc igitur est, quod hucusque narrauimus, quicquid apud Græcos de varietate tralationum, refertur. Quibus cognitio venio ad Latinos, ad quod peruenit sanctorum theologorum tempora, prior illa, adorata, & culta semper apud omnes editio Septuaginta dico antè sanctissimum eloquentissimūque Cyprianum, ante Lactantium, ante Hieronymum, Augustinum, Ambrosium. Eaque eodem in honore fuit, similiterque in Ecclesiis legebatur Latinorum Latine, atque Græcorum Græcè. Tanta fuit autem veneratio quam erga hanc editionem veluti diuinam veluti à spiritu sancto inspiratam, Latini habuere, vt diuus Hieronymus, qui primus apud Latinos, & varietatem illam editionum apud Græcos cognouit, & Septuaginta à fontibus Hebræorum plurimū recessisse perspexit, eoque primus eam vel emendare, vel illustrare conatus est, non modo non fuerit eo primo tempore receptus, sed multos etiam hostes ob hanc causam sibi conflauerit. Quorum est locupletissimus testis diuus ipse Augustinus, quem necesse est audire hoc loco. Decimo octauo de ciuitate libro scribens primum narrat vt à Ptolemæo Philadelpho remissi fuerant Iudæi quos pater eius Ptolemæus Lagi egerat captiuos: Vt dona ad templū miserit, postularitque ab Eleazaro scripturas & interpretes: Vt stupendo mirōq; cōsensu separati, quia spiritus vnus in eis esset, inter se con cordes fuerint. Tum addit: Nam cū fuerint & alij interpretes, qui ex Hebræa in Græcam linguā sacra illa eloquia transtulerint, sicut Aquila, Symmachus, Theodotio, sicut etiam est

Editiones Quinta & Sexta. Editio Septima, sancti Luciani.

Hexaplos Origenis.

illa interpretatio cuius autor nō apparet, & hoc sine nomine interpretis Quinta editio d nuncupatur: hanc tamen quæ Sept. est, tanquam sola esset, sic recepit Ecclesia, eaq; vrūtur Græci populi Christiani, quorum pleriq; vtrum alia sit, ignorant. Ex hac Septuaginta interpretatione, etiam in linguam Latinam interpretatum est, quod Ecclesiæ Latinæ tenent. Quamuis non defuerit presbyter Hieronymus homo doctissimus, & omnium linguarum trium peritus, qui non ex Græco, sed ex Hebræo in Latinum eloquium easdem conuertit scripturas. Sed eius tamen litterarum laborem, quamuis Iudæi fatentur esse veracem, Septuaginta vero interpretes in multis errasse, contēdāt, tamē Ecclesiæ C H R I S T I tot hominum autoritari ab Eleazaro tunc pontifice, ad hoc tantum opus electorum neminem iudicant præferendum. Quia etsi non in eis vnus spiritus apparuisset, sine dubitatione diuinus, sed inter se verba interpretationis suæ Septuaginta docti, more hominum cōtulissent, vt quod placuisset omnibus, hoc maneret, nullus eis vnus interpres debeat anteponi. Cū verò tantum in eis signum diuinitatis apparuit, profecto quisquis alius, illarū scripturarū ex Hebræa in quamlibet aliam linguam interpres est verax, aut congruit illis Septuaginta interpretibus, aut si non congruere videtur, altitudo ibi prophetica esse credenda est. Hæc & multa alia diuis Augustinus, cuius testimonium eo, vel maxime citauit, vt plura super hac re fierent his qui ea nesciunt, manifesta. Primumq; tātus honos habitus sit Septuaginta vt tota Græcia censuerit neminem eis esse præferendum. Deinde hæc Septuaginta tralationē peruenisse ad Latinos, & in Ecclesiā quicquid diuinarū scripturarū legeretur, & haberetur esse ex hac tralatione. Testatur etiam diuis Augustinus doctissimū Hieronymū ex E Hebræo transtulisse sed propter reuerentiam Septuaginta non fuisse receptum. Hoc igitur erit primum & prudentissimum quæque mouens quàm maxime argumentum, & in considerationem excitans, cū autoritas illorum Septuaginta esset in Ecclesiā roborata, stabilita, vt tanquam cælestes & oracula cælestia adorarentur, quem Ecclesia tam magnis viris postea prætulit, eum necessario aliquem maximum fuisse virum, fuisse doctrinæ tātæ & authoritatis, vt eum Ecclesia, prius etiam Augustino, multisq; dissentientibus, tot tamq; celebribus viris anteponere non dubitaret. Summota est autem editio Septuaginta nunc apud Latinos. Illa inquam editio, quæ tempore Hieronymi, Augustini, Ambrosij, omnibus in templis legeretur, omnium manu teneretur, quam Augustinus item affirmat Ecclesiā relinquere noluisse, etiam si & errasse Septuaginta & Hieronymum bene vertisse, ab Hebræis audirent, tanta inquam tamq; venerabilis tralatio, in tanta nominis celebritate hoc tempore apud Latinos nusquam est. Græci retinuerunt, Latini non retinuerunt. Hinc apud diuum Gregorium pontificem maximum, apud Strabum, Bedam, multosq; alios inuenies interdum citari antiquam tralationem, ipsorum videlicet Septuaginta, vt in toto opere videbimus. Quid igitur fuit in causa, quæ tāta temporū, sententiarūq; mutatio, vt quam antea summa veneratione colerent, quam sanctorum, doctissimorumq; episcoporum, firmaret, stabiliaretq; autoritas, cui nullam aliam ad ea tempora prætulissent, præferēdamq; cum Græcis censuissent, mutarint postea sententiam, eam reiecerint, alteram loco eius habuerint. Qui fuit tantus ille vir, tam celebris, tantæ doctrinæ & sanctitatis, qui fecerit hanc mutationem? Qui roboratam in ecclesia, id est, in omnium Christianorum pectore opinionē firmatam L X X. interpretum, sua magnitudine commutarit, propeq; euerterit? An Aquilas, Symmachus, Theodotio, qui omnes hæretici, aut semichristiani, aut bis Iudæi fuerunt. Qui ne apud Græcos quidem obtinuerunt vnquam, vt reciperentur? Quosq; ducentis annis ante nunquam recepissent? An Lucianus, cuius editio vix Græcis ipsis est nota, nedum Latinis? Quem nunquam apud vllos Latinorum inuenies, præter vnum, idq; raro, Hieronymum, nominari. De quo & Hesychio altero translatores Hieronymus ipse in præfatione Euangeliorum, Prætermitto, ait, eos codices, quos à Luciano & Hesychio nūcupatos, paucorum hominum asserit peruersa contentio, quibus vtiq; nec in toto veteri instrumento post Sept. interpretes emēdare quid licuit, nec in nouo profuit emendasse. Sic Hier. negat Lucianum quicquam emendare potuisse, quia recepti essent iam longo tēpore Septuaginta. Deinde si non est ab ecclesijs Græcorum receptus, dico quoad licet & scripturas Græcorum, & ecclesiastica officia nunc videre, nō fuisset etiam ab ecclesijs Latinorum. Tum quis sibi persuadeat pluri ecclesijs fecisse Lucianum, quàm L X X. quos instructu spiritus sancti asserunt transtulisse: Deinde credendū est Lucianum in transferendo Hebraicum maxime fuisse secutum, qui nusquam apparet in vulgata editione. Iā si litteris mandatū est apud Græcos de interpretibus, de tēpore, de causa tralationū, siluissent ne Latini

A Latini, super interprete isto suo quē Sept. tantis, tā claris viris prætulissent? Cū ergo fama sanctitatis ac doctrinæ Hier. fuerit maxima, vt totū orbem Christianum circūsonaret, hūc certe hunc, non aliū credendū est ecclesijs Sept. nominatissimis illis viris postea anteposuisse, & id maxime credendū est factum fuisse, quando deificatus est Hier. quādo ecclesia eum numero diuorum adscripsit. Tūc credendum est, tanti viri sanctitatem ac doctrinam eodem ecclesiæ suffragio fuisse consecratā. Nōdū enim tempore Augustini erat consecratus, eoq; Augustinus doctissimū eū appellauit, nihil de sanctitate locutus. Apud iuniores autem, id est, eos qui post Augustinū floruerunt, sanctus & ecclesiæ doctor dicitur. Neq; verisimile est ecclesiā summa custodia retinentem & conseruantem opera Hier. editionem sacrarum scripturarum, quæ maximū ponderis esset, ceterisq; omnibus præstaret, aut in curia amississe, aut vllo modo deprauari permisisse. Nec potuit eodem tempore apud omnes ecclesijs editio eius extingui & aboleri. Primū igitur argumentū vulgatam nostram tralationem, non esse cuiusquam alterius, nisi Hieronymi, quia non est antiquorum interpretum, non est vllius eorum, qui post L X X. interpretes transtulerunt, non Aquilæ, non Symmachi, non Theodotionis, non Quinta, non Sexta, nō Septima. Ostende tu non vanas mihi proferens coniecturas, sed vera testimonia producens, quomodo aliqua istarum editionum sit nostra vulgata editio, ego veris testimoniis & rationibus cōvincam non esse. Cū igitur à Græco nostra tralatio non fluat, eam ab Hebraico venire necesse est, & propter superiores rationes, quia videlicet antè lata est editioni vetustissimæ & venerabilissimæ, necesse est esse maximi Hieronymi. Illud quod quis suspicari posset, aut ab alio suspectum audiret, mistionem quandam factam Græcarum illarum editionum, & hanc esse nostram sciat id partim hebetissimæ mentis esse iudicium, partim hoc ipso Hieronymi editionem esse hanc nostram demonstrari, quo Hieronymi non esse illi probare niterentur. Primum necesse fuit eum qui mistionem hanc faceret, vt facta reciperetur, fuisse tum maximæ doctrinæ & famæ, famæ inquam tantæ, vt extingueret veterum tralatorum nomen. Deinde eruditionis & iudicij tanti, vt sciret & diiudicare posset vbi melius Aquila, melius Symmachus, melius Theodotio transtulisset. Quod est maximi iudicij. De qua re Hieronymus ipse in præfatione Euangeliorum, Primum, inquit, difficile est omnes legere qui in Euangelia scripserint. Deinde multo difficilius adhibito iudicio, quæ optima sunt excerpere. Tum istud examen sine cognitione fontis, fieri non potuisset. Ad quem enim scopum respicias, vt scias melius Aquilam, interdum melius Symmachum transtulisse. Ad quam veritatem oculos intendat, cū in isto delectu versaris, nisi videlicet Hebraicam? cū igitur istud examen editionum, in vnum corpus conflatarum, sine fontis cognitione fieri nequiret, sine maxima litterarum Græcarum peritia, proferre non poteris aliquem è Latinis, nisi Hieronymum, qui esset ad id idoneus. An Rufinum dices, virum ignobilem, & quem non solum scripta eius testantur nec Græce nec Latine admodum fuisse peritum, sed id ei præcipue obiicit Hieronymus. An istum, inquam, potius recepisset ecclesia, quàm Hieronymum, eum etiam voluerit, vbi fuisset taxatus ab Hieronymo, merito fuisse taxatum? Sic enim legimus in decretis Pōtificum distinctione quinta decima. Item Rufinus vir religiosus plurimos Ecclesiastici operis edidit libros, nonnullas autem scripturas interpretatus est. Sed quoniam beatus Hieronymus, in aliquibus eum de arbitrij libertate notauit. Illa sentimus, quæ beatum Hieronymum prædictum sentire cognoscimus. Et non solum de Rufino, sed etiam de vniuersis, quos vir sæpius memoratus, zelo Dei & fidei religione reprehendit. Hucusque decretū. Vides hic maximam Hierony. autoritatem, vides quo loco scripta eius haberi velint. Cū nonnullas scripturas dicit Rufinum interpretatum, sentit vt Clementem, vt Iosephum, quos vertit è Græco, sed mendose admodum. Quis igitur sibi persuadeat, vt interpretante clarissimo Hieronymo scripturas, alius se ingerere audeat, aut ausum potius eum quàm Hieronymū ecclesiā recepisse? Mixtam ignobilis viri tralationem, aut celeberrimæ tralationi veterum interpretum, aut eminentissimo Hieronymo prætulissent? Deinde profero tibi, si vis nostram hanc tralationem, esse mixtam ex illis Græcorum editionibus, Hieronymum ipsum id fecisse, qui solus facere ex omnibus Latinis & Græcis poterat. Nam nemo apud Græcos & Latinos vel nouit Hebraice nisi vnus Hieronymus, vel nouit tantum, quantum ipse. Dico Origenem, Eusebium, aliosque Græciæ doctores. Hieronymus ergo in transferendo nunc Aquilam, nūc Symmachum est secutus, nunc Theodotionem, nunc Quintam, nunc Sextam editionem, nunc secundam editionem Aquilæ. Legit illius vel in prophetas, vel in Ecclesiasticè commentarios, vel librum quæstionum He-

braicarum, vel alia scripta eius. Sequebatur autem nunc istum, nunc illum, referens ad fontes Hebraicos, totam istam veritatē. Sine cognitione veritatis Hebraicæ nec ipse, nec alius quisquā se expedire in tāta editionum varietate nec extricare potuisset. Quod ipse Hier. euidentissime est confessus, in prefatione super Esra. Deinde, inquit, etiam qui exemplaria aliorum interpretū habuerint, & Hebraei sermonis ignari sunt magis errabunt, ignorantes quis è multis verius dixerit. Quod etiā sapientissimo cuidā nuper apud Græcos accidit, vt interdum scripturæ sensum relinquens, vniuscuiusque interpretis sequeretur errorē. Nos autem qui Hebrææ linguæ saltem paruam habemus scientiam, & Latinus sermo nobis vt cunq; non deest, de aliis magis possumus iudicare, & ea quæ ipsi intelligimus in nostra lingua promere. Hæc loquitur vir doctissimus: cuius testimoniū si vel legissent, vel diiudicare potuissent, qui factitios interpretes somniarunt, non erubescerent tam falsa suorum animorū iudicia proferre, nūquam id fortasse fecisset. Vides Hier. expresse cōfitemente, neminem Hebraici sermonis ignarum posse de interpretationum varietate iudicare. Cū igitur nostra editio paucis exceptis, quæ vel temporū longinquitas, vel assidua transcriptio, aut alius quis casus demutauit, respondeat ad Hebraicum, cū sit aperta, clara, cū ab homine sit cōflata, quem necesse esset sermonis Hebraici esse peritum, nō minus item Græci & Latini, cum sit confecta tū ad fontem Hebraicū, tum ad collationem & imitationem aliorum Græciq; interpretū, cū arguat tralatores & auctores suum, linguā Latinā, orationis perspicuitatem, apprime calluisse, & in transferendo prudentiā illi & iudiciū non defuisse, certe nō potest esse nisi doctissimi Hier. qui cōfiteretur hæc omnia & necessaria sacrarum litterarum esse interpreti, & sibi modeste fatetur suppetisse. Quæ res maioribus etiā & validioribus argumentis demonstratur, argumentis in quā tā claris & certis, vt mirer, vnde in cōtrarium suspicio dimanauerit. Nisi forte ex his quæ sæpe solent in iudicādo contingere, cū ad primas quāsq; rationes, quæ sese offerunt, commouemur, vltterius penetrare nō laborātes. Sed antequam ad hæc clara argumēta veniamus, colligamus quæ sunt superius examinata. Primū, veterem lxx. editionem celebrem, famigeratā, post tempora Hier. fuisse relictā, & amotam ex Ecclesia. Deinde editionem quæ ei successit, non esse vltius eorum qui post Sept. in Græcam linguam transtulerunt, quod vbiq; in tota editione cognoscitur, collatis his quæ ex tralatione Aquilæ, Symmachi, Theodotionis reperiuntur apud Græcos. Tertium est, vulgatam nostram editionem ex Hebraico fluere, tum sequi eā cæteros interpretes, nunc vnum, nunc alterum, resonantem, sed magna cum prudentia & iudicio eius qui hoc faciebat, Hebraicum cum primis respicientis, & verba interpretum nonnunquam imitantis, sensibus integris. Demum constat testimonio ipsius Hieronymi, neminem posse mistam hanc interpretationem facere, nisi & Hebraicè bene & optime Græce peritum. Tum sermonis sui, in quem transfert apprime gnarum. Clariora autem & irrefragabilia argumenta, quæ si primum fuissent prolata, tanta disputatione non fuisset opus, hæc sunt. Nemo potest negare libros prophetarum, qui sunt in vulgata editione, quosque quotidie in publicum legit Ecclesia, esse Hierony. Videbis enim hos eosdem in operibus diui Hierony. ab eo interpretatos & enarratos, omnibus respōdētibus. E regione est editio lxx. ex altera parte editio ipsius Hierony. in commentariis Hierony. ipse semper dicit. Nos ita vertimus, ita trāstulimus, sic vertit Aquila, sic Symmachus, quem nos secuti sumus. Hæc & id genus sepissime ille loquitur in commentariis, & hoc quod vt suum adducit, est in vulgata editione. Nam vt alia innumerabilia in re tam clara omittam, in hac vulgata editione inuenies illa quæ multis in locis queritur Hierony. in codicibus olim lxx. interpretum defuisse, & in codicibus haberi quos nuper ex Hebraico ipse transtulerit: Videlicet, Ex Aegypto vocauit filium meum. Et, Quia Nazareus vocabitur. Et, Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Et, Videbunt in quem compunxerunt. Et id genus alia de quibus fusc loquitur in libro de optimo genere interpretandi. Deinde in libro Danielis capite xi. hæc scribit: Hucusque Daniele in Hebraico volumine legimus, cætera quæ sequuntur vsq; in finem libri de Theodotionis editione tralata sunt. Ionas item propheta arguit Hier. transtulisse. Nam ad alia, cucurbita illa quæ tantos tumultus excitauit, facile testatur. Erat enim in antiqua editione lxx. cucurbita, pro cucurbita Hieronymus testatur in epistola ad Augustinum, & in commentariis se Aquilam cum cæteris secutum, posuisse hederam. Hoc ergo videbis in editione vulgata. Ex quibus sit clarum & perspicuum libros prophetarum esse Hieronymi, nec quēquam arbitror fore tā inepte proteruientem, qui id neget. Agnoscat enim omnia si libros & commentarios adierit. Sunt autem prophætæ maiores & minores

Anores, quorum numerus efficit maiorem partem Bibliorum. Habito igitur pro claro & cōperto dimidiū scripturarum & libros difficiliore esse Hier. quod ipso sole est clarius, quid superest nisi vt intelligas reliquam partem esse eiusdem auctoris? Nam qui prophetas receperunt, etiā cætera eiusdem auctoris par est eos recepisse. Nec est verisimile factum corpus totius veteris testamenti dimidiū ex Hier. dimidiū ex alio quopiam auctore. Ex hac editione prophetarū, id est ex stilo quem in vertendis prophetis est Hieron. secutus, & ex documentis quæ tradidit ipse in libro de optimo genere interpretandi, potest intelligi, quam sit in cæteris vertendis libris rationem secutus: & quid censuerit in transferendo aliquo autore esse faciendum. Duplex est ratio trāsferendi, vt idem docuit. Cū verba tantum exprimentes, filum orationis verborumq; ordinem intactum relinquimus. Alia cū sensuū syncretitate seruata, ordinem immutamus, modum linguæ sequentes ad quā trāsferimus: Prior ratio, non solum inepta est & inutilis, sed etiam ab omnibus neglecta, repudiata, quod tralatio non solū esset turpis, horrida & incōcinna quod saltem tolerari posset, sed etiā obscura, intellectu difficilis, laboriosa, molesta. Quid enim si verba tātū trāsferens sequaris filum orationis Græce in vertendo aliquo Græco auctore, quales erāt antiquæ tralationes Aristotelis, Hippoc. Galeni, quas vbi maius lumen accessit, iure merito iuniores reiecerūt: Quis vnquam eruditus è tam multis, si vel ab ipso Ciccone incipias vertens Græca in Latinū, non sequendum sibi Latinæ orationis ordinem existimauit: Meritoq; eā transferendi rationem doctissimus & prudentissimus Hier. tenendam in scripturis non censuit, quas non solum ex Hebraico vertere, sed lōge facere clariore statuit, quā essent in editione Sept. interpretum, qui sequentes Hebraismos, & penè ad verbum transferentes vbiq; sunt difficiliore: vt si nostrā conferas cum eorum tralatione, magnum in omni orationis proprietate discrimen agnoscas. Hieron. ergo qui præter infinitā propè eruditionem, etiam exactissimi iudicij esset, & vbiq; sermone claro, & aperto esset delectatus, quippe quē facilem semper haberet, & in promptu, & promere sine difficultate posset, non est horrorem sermonis Hebraici secutus, sed temperatum orationis genus, nūc verba, vt ipse ait in Iob, nūc sensus nunc simul vtrunque resonās. Quod idem testatur fecisse superiores interpretes, qui nūc vel verbum è verbo, vel sensum è sensu, vel ex vtroq; commixtum, & medie temperatum genus tralationis, expresserint. Vnde & in præfatione in libros Regū vocat se vel interpretē, vel paraphrasten. Idemq; ait contra obtrectatores suos in libro de optimo genere interpretandi, consideranda non verba in scripturis, sed sensus. Quod autē de mēte diui Hier. sit, vt in scripturis verba inusitata & dura minimeq; Latina fugiamus, apparet ex eodē libro, in quo ait, Aquilam merito à se & à Christianis proiici, veluti contentiosum interpretem, qui non solum verba, sed & etymologias verborum transferre conatus sit. Quis enim, inquit, pro frumento, & vino, & oleo, possit vel legere, vel intelligere *χέυμα, ὀπωλεσιμον, πιλβόπηται*, & nos possumus dicere, fusionem, pomationemq; & splendentiam, Vides Hieron. ex horrentem verba inusitata, qualia hodie formantur à nonnullis, vt herbificare, motabilitate idq; genus multa Hier. etiam eum dicit *καλόχρηλοι*, qui syllabas interpretatur & litteras, vt dicat *σείει τον ἕρπον, καὶ σείει τὸν γλῶ.* Quod Latine dicitur, Quatit cælum, & quatit terram. Quod Latina, inquit, lingua omnino non recipit. In quibus ostendit Hieron. debere nos omittere quæ lingua Latina non recipit, innuit autem repetitiones istas Hebraicas, Quatit cælū, & quatit terram. Sicut illud: Oritur sol & occidit sol. Et, Gyrens gyrando vadit spiritus, & in suos circulos reuertit spiritus. Et Noë vir iustus, perfectus erat, in generationibus suis, cū Deo ambulauit Noë. Et genuit Noë tres filios. Ibidemq; ait Hieron. Quanta, inquit apud Græcos bene dicuntur, quæ si ad verbum transferamus, in Latino non resonant. Et è regione quæ apud nos placent, si vertantur iuxta ordinē, apud illos displicebūt. Ex quibus Hier. verbis sit perspicuum oportere interpretes, verborum mutare ordinem, non curantes verbum verbo reddere, idq; non solū in trāsferendis Græcis, sed etiam Hebraicis. Eadē enim est ratio. Hūc stilū expressit idē in prophetis, quos esse eius nemo negare potest. Quod si fecit in prophetis, nō mirū si etiā in cæteris locis eādē est rationem secutus. Liber quoque Hester, nemo potest inficiari quin sit Hier. qui cap. x. in medio ferè capitis, sic scribit: Quæ habētur in Hebræo, plena fide expressi, hæc autē quæ sequuntur, scripta reperi in editione vulg. quæ Græcorū lingua & litteris cōtinetur. Rursum cap. x. i. Hoc quoq; principiū erat in editione vulgata, quod nec in Hebræo, nec apud vllum fertur interpretū. Rursum cap. duodecimo. Hucusq; pro cœmum, quæ sequuntur, in eo loco posita erant, vbi scriptū est in volumine. Et diripuerunt bona vel substantias eorum, quæ in sola vulgata editione repe-

Interpretā
di duplex
ratio.

rimus. Cap. xlii. Hucusq; exemplar epistolæ. Quæ sequuntur post eum locū scripta reperi, vbi legitur: Pergensq; Mardocheus, fecit omnia quæ mādauerat ei Hester. Nec tamē habetur in Hebraico, & apud nullū penitus ferūtū interpretū. In fine capituli. Hæc quoq; addita reperi in editione vulgata, cap. sequenti. Nec non & ista quæ subdita sunt in editione vulgata reperi. Ex his omnibus intelligimus quid esset vulgata editio tēpore Hier. Agnosci- mus Hieronymū ex Hebraico transtulisse. Hæc non cōsiderarunt, qui nos in assertione rei testatissimæ, qua solent vbiq; procacia, præcipites asseruerunt. Sed quoniam cæcitas corū manifesta est, nec cupimus eos imitari, nō refellā maledicta maledictis. Satis est nobis afferere veritatem. Liber igitur Hester magno vociferatu clamat se esse Hier. Respice igitur stilum istius libri, vide an retineat Hebraismos, an sonet idiotismos. Videbis eum esse Latinum, stilum Latine & aperte, claræq; orationis & proprię ducentem. Ex stilo, quē tenuit in eo libro transferendo Hier. possis agnoscere cæteros libros eiusdem stili scripturæ totius veteris testamenti esse eiusdem auctoris. Neq; etiam verisimile est cū libri prophetarū, cū liber Hester sit Hieronymi, cæteros ex Hebraico nō esse eiusdem. Arguit igitur & stilus & ratio eūdem omnium fuisse tralatorem. Nulla deniq; superest dubitatio, quin stilus vulgatae editionis arguat Hieronymum interpretem, quippe qui expresse fateatur, in trāslatione ex Hebraico se magis sensā quā verba fuisse secutū. In epistola ad Augustinū, vbi inquit de correctione editionis Lxx. loquens, Græca transtulimus, hic de ipso Hebraico, quod intelligimus, expressimus, sensuum potius veritatem, quā verborum interdum ordinem conferuantes. Postea declarat quod genus interpretationis sit sequendū, nempe quod in libro de optimo genere interpretandi demonstrat, & in præfationibus diuinorū voluminū quas editioni suæ præposuerit. Ex quibus irrefragabilia argumēta colliguntur eius esse vulgatam, editionem, quæ & stilum supradictū sonet, & ei tales præfationes sint præpositæ. Venio nunc ad alios duos libros Psalteriū & Ecclesiasten, quid duplices habentur & diuersi: sunt enim in vulgata editione, & inter opera Hieronymi, diuersa interpretatione. De quibus sciendū est, principio Psalterium quod canitur in ecclesia, non est Hier. sed est Psalterium antiquum, quod canebatur & legebatur in ecclesia tempore Hier. quod ipse Hieronymi, commentariis explanauit. Est autem Psalterium antiquæ tralationis Lxx. interpretum, quod & à Græcis Græce canitur, & enarratur, & sub nomine Sept. citatur, tam ab ipsis quā Hieronymo in commentariis. Nam Hieronymus cōtra emulos testatur non odisse se, nec detraxisse antiquæ tralationi Lxx. vt quam in conuentu fratrum exponeret. Hæc igitur commētaria in antiquum illud Psalterium habentur inter opera eiusdē. Quoniāq; ab Hebræis carpebatur Psalteriū antiquū, vertit ex Hebraico postulanti Sophronio, nihil dūtaxat sententiæ vt ipse ait demutās. Testatur ergo se de sententiā tantū nihil mutasse, verba vero, & orationē sæpe mutauit, nō tamē tātopere, quantōpere in cæteris libris, quia Psalteriū poēma sit nudū diuersis sensibus expositū. Mutauit autē sæpe Hebraismos, vt quod est Psalmo secundo: Quare turbabūtur gentes, Hebraice, Turbatæ sunt, טורגשׁו. Et Habitator cæli: Hebraice, habitans cælū. Et, Super Sion montem sanctū meum: Hebraicè, Mōtē sanctitatis meæ. Et, in virga ferrea: Hebraicè, in virga ferri. Et, Nūc ergo reges intelligite Hebraicè, Et nūc reges intelligite. Psalmo quoq; quarto, vt mittā multa, q; habet Hebraicè Filij hominū, vsquequo gloria mea in cōtēptū: Ipse, Filij viri vsquequo inclyti mei. Transferēs quod erat Hebraicè gloria mea, inclyti mei. Et alia multa, quæ proferre ociosi essēt, & tēpore abutentis. Mutauit ergo sæpissime Hebraismos, quantū genus sermonis illud patiebatur. Quare autē cū receptæ sint aliæ scripturæ veteris testamētī, quas trāstulit Hier. solū antiquum Psalterium Sept. interpretum remāserit, pulchram & veram assignat causam Hier. ipse ad Sanian & Fritellam his verbis. Hoc enim quod Sept. interpretes transtulerūt propter vetustatem in ecclesia cantādum est, & illud ab eruditis sciendū, propter notitiā. Sic Hierony. docet, & vt docuit factum est, Psalterium antiquum propter auctoritatem & vetustatem esse in ecclesia cantandum, si quid autem verius, in Hebraico videatur, retinendū ab eruditis ad scientiam. Sicut ait Orator. Vsum populo cōcessi, scientiā mihi referuauī. Factum igitur est, vt docuit ipse Hierony. Fuit præterea quoddam aliud Psalterium Sept. quod Hieronymus asteriscis & obelis emendauerat, extinctum prorsus, & tempore eiusdē ad pristinas corruptelas reuersum, Bis enim eā correctionem addiderat. Ad Ecclesiasten accedo: Sciendumq; primum duas esse interpretationes libri qui dicitur Ecclesiastes, vnam in vulgata editione, alteram inter opera diui Hieronymi, in quam edidit commētarios ipse ad Blefillā antequam totum corpus Bibliorum transtulisset, verbis & orationis filo pluri-

Aplurimum discrepantes, sensibus non multum. Hæc editio quam commentariis illustravit Hieronymus est vetus editio Septuaginta tralatorum, quæ erat vsui ante & tempore diui Hieronymi. Perindēque in hanc scribit commentarios, sicut in veteres Psalmos, qui erant Septuaginta. Quæ quidem vt erant vbiq; Septuaginta, horridior est & difficilior, retinens Hebraismos, intactāque sermonis Hebraici seriem relinquēs. Hæc, inquam tralatio, non est prorsus facta ab Hieronymo, sed à Græco est, ad Hebraicos tamen eodices nonnullis in locis, ab eo qui eam explanabat, repurgata, & emendata. Vnde in præfatione istius libri Hieronymus ait transferentem de Hebraico se magis consuetudini Sep. coaptasse. Innuēs se veterem editionem quam explanabat, secutum, miscentem nonnunquam de Hebraico. Esse autem Ecclesiasten, non nouam aliquam Hieronymi ex Hebraico tralationem, sed antiquam ipsorum Septuaginta totus ipse textus testatur. Essētque necesse totum proferre librum. Esse item duram & difficilem, & sine commentarijs vix intelligibilem, paucis exemplis demonstrabo. Vbi in nostra germana ipsius Hieronymi tralatione, in qua Hieronymus iuxta consuetudinem & præcepta sua, magis sensā quā verba est secutus, dicitur clare & aperte, enucleate, Oritur sol & occidit, & ad locum suum reuertitur, Septuaginta iuxta Hebraicum trāstulerunt, καὶ ἀνατέλλει ὁ ἥλιος, καὶ δύει ὁ ἥλιος, καὶ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ ἐλθὲ. Quod in illa tralatione, quam explanabat olim Hieronymus, sic ad verbum tralatum inuenies, Oritur sol, & occidit sol, & ad suum locum ducit. Vides pro eo quod in antiqua illa editione erat, ducit, Septuaginta posuisse ἔλκει, id est trahit, vel ducit. Quod quidem obscurissimum est, vt nisi locus explanatione iuuetur, omnino non possit intelligi. Rursum in ea interpretatione eodem cap. obscure, & inusitato Latinis modo. Est ne verbum de quo dicatur, vide hoc nouum est, Septuaginta transtulerūt, ὅς λαλήσει ἐπὶ, ἰδὲ τὸ χρῆμα ἐστὶ. Qui loquatur & dicat, vide hoc nouum est. Rursum eodem capite: Et ecce omnia vanitas, & præsumptio spiritus. Septuag. καὶ ἰδὲ πάντα μοταίωσι, καὶ προῶρεσις πνεύματος. Vbi pro eo quod nostra vulgata Hieronymi editio habet clare & aperte, afflictio spiritus, Græce est προῶρεσις, quod Latini transtulerunt præsumptionem. Id enim Græcum videbatur eis designare à τὸ ante, αἶρω capio, fumo, eodem cap. in illa editione dicitur, Peruersum non poterit adornari, & imminutio non poterit numerari. Apud Septuag. διεσπόμενον & δυνήσεται ἰδὲ τοσπυθλίου, καὶ ἐστὶν ἰδὲ δυνήσεται ἀεθμὸν ἡμῶν. In secundo cap. in illa horrida editione. Veniuntentabo te in læticia. Septuaginta, δύνω διὰ τὸ εὐφροσύνη. Dicit etiam ibidem Hiero. vocem, προῶρεσιν magis sonare voluntatem, quā præsumptionem. Quo fit perspicuum, id antea in editione Latina fuisse. Nam nunquam credo Hier. ipse προῶρεσιν, præsumptionem transtulisset, cū neget id esse verum vocis significatum, & ex Hebraico demonstrat, aliud esse legendum. Testatur etiam ipse in præfatione, se legisse Blefillæ Ecclesiasten, & certe credendum est eum legisse fœminæ iuxta vulgatam illius temporis editionem, id est ipsorum Septuaginta sicut explanabat eorum tralationem in conuentu fratrum, & sicut enarravit eorum Psalmos: Legisse autem declarando Græcum ex fontibus Hebraicis, inuenies cap. quinto apud eundem. Notandum quoque quod hic περιουσία, in meliori parte accipitur pro occupatione spirituali, veræq; lætitiæ. Cū dicit hic, designat illam tralationem, quam habebat præ manibus. Eoque ait in præfatione magis se interpretum Septuag. consuetudini coaptasse. Cap. quoque vndecimo ait, Sciendum quoque, quod vbi nunc Sept. interpretes posuerunt, τὸ ἀμύγηλον. Quod dicit nunc, declarat eum præ oculis tralationem Septuaginta habuisse. Eodem cap. porrò quod ait, Impinguabitur locusta. Sciendum vbi in nostris codicibus legitur locusta, in Hebræo scriptum עגור, Nostros codices dicit vulgatam ipsorum Sept. editionem, eodem cap. vbi in textu dicitur, obmutescunt omnes filia carminis: Ipse Hieronymus, inquit, in commentariis, Obmutescere, siue vt melius habet Hebraicum, surdescere filias carminis. Erat ergo, estq; in editione Septuaginta, quam explanabat Blefillæ obmutescunt, quod corrigit in cōmentario ex Hebraico, non in textu autem, quod non esset magni momenti discrimen. Item eodem cap. In eo vero vbi nos habemus capparim, in Hebræo habet עפפרי. Cū dicit: Vbi nos habemus, profecto illam designat interpretationem in qua erat vox illa capparis. Nec mireris interdum eum dicentē: Vbinos posuimus, Septuaginta interpretati sunt, ponitque aliquid aliud: declarabat enim, vt dixi, cū Hebraico vulgatam editionem Septuaginta, ponens nonnunquam aliquid clarius. Quoniam igitur hæc editio magis erat ipsorum Septuaginta, quā sua, magis Græca quā ex Hebræorum fontibus, quoniam eam enarrauerat vt eo tempore circumferebatur, idq; antequam vertisset reliqua opera ex Hebraico, postea cū mentem appulisset ad totam edi-

tionem, & ad Ecclesiasten peruenisset, non se Septuaginta interpretum consuetudini, sed sua, & praeceptis suis coaptauit. Si enim in prophetis, si in Daniel, si in Iona, si in Hester, magis sentia, quam verba fuerat secutus, & si irriserat, irridendosque monstrauerat qui verbum è verbo inepte, obscure, puerilitèrque redderent cur non decuit eum idem facere in Ecclesiaste suo? Et si ad diuum Augustinū fatetur se in editione ex Hebraico magis sentia, quam verborum ordinē posuisse recedentē scilicet ab eo quod fecerant Sept. cur non debuit in Ecclesiaste memor esse sui, & nos cur non eius esse Ecclesiasten in vulgata editione putare debemus, cum id habeat, quod fatetur se in transferendo fecisse, splendorem scilicet, & perspicuitatem addidisse, & obscura transferendo aperta fecisse. Sed nolo alium magis testē quam ipsummet Hieronymum, sit ne Ecclesiastes, qui est in vulgata editione, eius nec ne ut mirabilis fuerit error eorum, imo vero impudentia, qui ex tam contrarijs rationibus conati fuerint probare vulgatam editionem non esse Hieronymi. Hanc igitur Ecclesiastæ, quæ est in vulgata editione esse ipsius Hieronymi veram, germanamque editionem ipse doceat. Satis quidem prudētibus, & linguarum peritis id probaret stilus ipse Hieronymianus, verborum proprietates, enucleata, apertaque oratio, pulcher ordo & dispositio, fuga Hebraicæ obscuritatis, multaque alia, quæ arguunt doctissimū, prudentissimūque interpretem, ut liber non videatur Hebraicus, sed ab aliquo è Latinis eruditissimō conscriptus. Nam si capias vnum caput, puta primum ex illa translatione, & cōferas cum hac nostra, videbis tantum interesse, quantum inter antiquam quandam Aristotelis translationem, atque eam quam fecit Argyropilus, aut quam Theodorus in libris de animalibus, quos ante eum in antiqua editione nemo poterat intelligere. Quis enim quæso est sensus, Oritur sol, & occidit sol, & ad suum locum ducit? Quid est ducit? Scio quidem ducit designare spiritū trahit, quasi festus quiescit, aut aspirat ad suum locū, & quasi anhelat festinus, sed nihil horū intellexissem, nisi vox Hebraica, & Hier. ipse, cæterique interpretes adiuuassent. Et tamen non significat aliud, quam quod clare & aperte dicitur in nostra translatione, reuertitur. Præsumptio quoque spiritus quid designat, cum in nostra translatione sit clarissimū? Est enim nota vox Hebraica rehuth quæ ut ipse docet Hier. notat afflictionem, miseriam. Ex his igitur quæ cum essent obscura, ambigua, siue apud Sept. in priore translatione, siue in Hebraico in commentariis illustrauit & aperuit Hieron. collatis more suo cæteris interpretibus, eaque habentur in nostra editione, intelligimus Ecclesiasten, quem habemus in vulgata editione, esse eius. Conferam quædam tantum, cætera suo loco. Vbi igitur in antiqua translatione Septuag. videlicet in illa quam enarrat Hieronymus Blesillæ, primo capite habetur, Oritur sol, & occidit sol, & ad suum locum ducit, & oritur ipse ibi. Hieron. docet in commentariis pro eo quod est ducit, Symmachum & Theodotionem vertisse, recurrit: addens quia videlicet sol reuertatur ad locum suum. Ille igitur qui in nostra editione, pro eo quod habebat editio vulgata, Et ad suum locum ducit: posuit, & ad suum locum reuertitur. Ecce fuit Hieron. secutus, sicut ubique solet, tum in prophetis, tum in cæteris declarationibus scripturæ sacræ, Symmachum & Theodotionem. Quis etiam nisi Hieronymus fuerit, qui pro, Et oritur ipse ibi, Vadit ad austrum & gyrat ad aquilonem, gyrans gyratione vadit spiritus, & in circulos suos reuertitur spiritus: clare & aperte, minimèque inusitato orationis ordine posuit. Ibi que renascens gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonem, Lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur. Quæto melioribus & clarioribus verbis eandem sententiam explicuit: reiiciens superuacua solis & spiritus reiterationem, & intra periodum colligens orationē. Hinc est quod se appellat vel interpretem vel paraphrastem. Quis fuit igitur is, nisi Hieron. clare semper orationis studiosissimus, & qui eadem hæc ipsa verba posuit in commentariis? Quanto etiam est verius quod nostra habet editio, Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat. Quæ quod illa, Omnes torrentes vadunt in mare, & mare non impletur? Nonne verius, pro torrentibus flumina, pro vadere, intrare, pro impletur, redundat? Similiter paulo ante, Generatio vadit, & Generatio venit, & terra in sæculū stat. Noster autē, Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternū stat. Quanto verius & apertius, Generatio præterit: id enim propriū est. Verius etiam est, Terra in æternū stat: quàm in sæculum. Nam sæculū non est æternitas, Græce autem αἰών, & Hebraice עולם olam, æternitas est, licet etiam sæculum. Illud etiam, quod in illa editione, omnes sermones graues non poterit vir loqui. In nostra longe apertius, mutato ordine, & verbis clarioribus positus. Cunctæ res difficiles, non potest eas homo explicare sermone. Apud Hebræos דבאר dabar, notat sermonem & rem: Vt, Verba dierum, id est, Res gestæ temporum.

Et, Si-

A Et, Sicut scriptum est in libro verborum regum Israël: id est rerum gestarum. Sic isto loco, qui vidit pro eo quod habebat antiqua editio, λέγει sermones, dicendum esse, res, erat Hebraicæ linguæ peritus, norat vocem frequentius designare rem sicut Græcis, ἔδεν τὰ ῥήματα. Nos diceremus, Nihil ad rem. Noluit sequi veterem translationē. Fuit ergo Hieron. qui exponēs eundē locum in cōmentariis, sui similis ait: Non solum de physicis, sed de ethicis quoque scire, difficile est. Nec sermo valet explicare causas, naturasque rerū. Agnoscis eundē in cōmentariis atque in editione? Vides, difficile, explicare, verba eadem in cōmentariis, atque in translatione? Rursum in illa editione, Et non est omne recens sub sole. Quis hoc intellexisset? Quanto apud nos apertius relicto Hebraismo? Nihil nouum sub sole. Et ipse Hieron. in cōmentariis sæpe iterat, nihil nouum, iuxta comicum. Ibidem in illa translatione: Estne verbum de quo dicatur, vide hoc nouum est. Hieronymus ibidem ait, Apertius hoc Symmachus transtulit, putāsne est, qui possit dicere, vide hoc nouum est. Itaque id ipsum posuit in nostra translatione, Nec valet quicquam dicere, ecce hoc recens est. Rursum ibidē, Et ecce vniuersa vanitas, & præsumptio spiritus: pro præsumptione, ut dixi, nostra editio habet afflictio, postum non nisi ab Hieronymo, qui dicit in cōmentariis: Dicebat mihi Hebræus, quo scripturas sanctas instituentem perlegi, quod supra scriptum verbum רעוּת rehuth, id est præsumptio, magis hoc loco afflictionē, & ἄλγεων, quàm passionem & voluntatem significaret: id est, miserias spiritus, quibus homo à diuersis cogitationibus afficitur. Ergo qui dixit in nostra editione, pro præsumptione afflictionē, liquido fuit ipse Hieron. Rursum eodem capite in illa editione, peruersum non poterit adornari, & imminutio non poterit numerari. Quis sit sensus, quoniam obscurus est, audiamus ipsum Hieronymum, tum videbimus eundem ipsum, in germana sua editione, id est vulgata, eundem posuisse sensum. Tāta, inquit, exponens eum locum, malicia in mundi huius capacitate versatur, ut ad integrum boni statum, mundus redire non valeat. Denique tantus est numerus seductorum, & eorum qui de grege Domini, à diabolo rapti sunt, ut supputatione non queat cōprehendi. En idem Hieron. sibi ipsi consonans in germana sua, luculentaque interpretatione, eundē sensum posuit, Peruersi difficile corriguntur, & stultorum infinitus est numerus. Transferens scilicet aperte ad personas, quod obscure dicebatur sine personis in Hebraico. Eodem cap. in illa editione, Quia in multitudine sapientiarum multitudo furoris: pro furore, quod erat obscurū & ineptū, nam nec Græcū ὀργήσεως, sonabat furorem, sed iram, vel indignationem: In nostra editione est, indignatio. Et Hieron. in cōmentariis, Quanto magis quis sapientiā fuerit affectus, tanto plus indignatur subiacere vitiiis, & procul esse à virtutibus quas requirit. Ecce indignatio etiam apud Hieronymum. Secundo autem cap. in illa editione, vbi dicitur, Consideraui in corde meo ut traherem in vino carnem meā. Ipse Hieron. interpretatur, Volui vitam meam tradere delitiis, & quasi vino, sic voluptate sopire. Nostra autem editio videtur dicere cōtrarium, Cogitaui in corde meo, abstrahere à vino carnem meam. Dicendū, duplicē esse sensum, trahere in vino carnem, propter verbū Hebraicum ἔφα μασ- hac, quod tum designat trahere, tum procul facere, ducere in longum, ablōgare. Itaque, cum essent duo sensus, postremum magis est in editione secutus, cum ante & post, sint aliæ sententiæ de repudiatis voluptatibus. Antè, Risum reputaui errorem, & gaudio dixi, cur frustra deciperis? Post, Vt animum meum transferrem ad sapientiam. Videtur ergo is verior sensus. Ostendā autem ipsum Hieronymum, variante interdum in plures sensus voce Hebraica, modo vnum, modo alterum fuisse secutum. Vt in secundo plāto vertit ex Hebraico quod est in vulgata editione, Apprehendite disciplinā, Adorate patrem. In cōmentariis autem in psalmos Septuaginta interpretū, exposuit, adorate filium. Quod obiicit ei Rufinus. Respondet suæ libertatis esse, è duobus sensibus, quem velit sequi, nec alterum ab altero destrui. Deinde non est ex vno exemplo pugnandum, cum tot habeas in contrarium. In vulgata quoque nostra editione habetur, Feci mihi cantores & cantatrices, & delicias filiorum hominum, scyphos, & vrceolos: Pro scyphis & vrceolis in illa antiqua editione est, Ministros vini & ministras, iuxta videlicet Septuaginta ἰσχυροὶ καὶ ὀνοχοῦχοι. Hieron. autem in cōmentariis dicit Aquilā non viros & fœminas, sed vasculorum species nominasse λυγέλαια, καὶ ὑδραῖα, quod Hebraice dicitur שידה שידוה shidda shiddoth. Nec Symmachum longe esse ab hac opinione. Ergo id ipsum quod sibi verius videbatur. Posuit vulgata editione, scyphos, & vrceolos, non ministros vini, & ministras, ut habet illa editio, quam ipse explanat Blesillæ. Capite sexto in illa editione obscurissime, Melior est aspectus oculorum super ambulantem in anima, Clare autem, & enucleate, & expresse in propria translatione: Melius

est videre quod cupias, quàm desiderare quod nescias. Hanc sententiam positam ab Hieronymo in vulgata interpretatione, liquet ex commentariis, cum ait, Dilucide hoc interpretatus est Symmachus dicens, Melius est prouidere, quàm ambulare vt libet: id est, melius est iuxta sensum cuncta agere, qui animæ est oculus, quàm voluntatem cordis sequi. Hoc est enim ambulare in anima, sicut Ezechiel ait, Qui ambulat in voluntate cordis sui. Ex quibus Hieronymi verbis liquet eum fuisse, qui in vulgata editione dixit, Melius est videre quod cupias, id est, agere iuxta sensum, vt sentis, vt palam est, melius sequi prompta, aperta, clara, patentia, quàm infinitas & incertas sequi cordis cupiditates: id est, desiderare quod nescias, te ab incertis cupiditatibus rapi sinere, desiderando quod nescias & non videas. Exposuit igitur Hieronymus, & iuxta expositionem est interpretatus, in sua vera interpretatione, secutus Symmachum, quem sapissime sequitur. Videmus hic quanta fuerit eorum cæcitas, qui sibi ipsis oculos effoderunt, ne viderent aduersum se tendere, quæ ex summa hebetudine, sibi propitia & fauentia crediderunt. Eodem capite, est hæc sententia obscure. Si genuerit vir centum filios, & annis multis vixerit, & plures fuerint dies annorum vitæ eius, & anima eius non repleatur bonis, nec sepulchrum fuerit illi, dixi melius esse ab eo abortiuum. Quid est melius ab eo? Clare igitur in nostra translatione, Hoc ego pronuntio, quod melior illo sit abortiuus. Si tãto igitur oratio est melior, quanto clarior, certe longe anteit nostra editio, & hominẽ doctissimum suum interpretem vbique vociferatur. Fuitque hominis eruditissimi dicere tam appropriate. De hoc ego pronuntio, scientis relinquere obscura, duraque, & ea transferendo illustrare, qui videret Hebraica & Græca, sed intelligeret, vt essent apertiora, alio modo Latine esse dicenda. Aspice quæso reliquum illius capituli, videbis quanta in his obscuritas, easdem tamen res claras, apertas, in nostra editione. Capite nono in illa editione, Et quidem caritatem, & quidem odium, non est cognoscens homo, omnia in facie eorum. Quis vnquam hoc intelligat sine interprete? quàm clare & aperte in nostra editione? Et tamen nescit homo vtrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta. Quod autem hoc transtulerit Hieron. apparet ex cõmentariis, vbi ponit eadem verba, & eundem sensum. Etiam, inquit, hunc locum Symmachus manifestius est interpretatus, dicens, Omnia hæc ita statui in corde meo, vt ventitilarem vniuersa, quia & iusti & sapientes, & opera eorum in manu Dei sunt. Et insuper neque amicitias, neque inimicitias scit homo, sed omnia coram eis incerta, In futuro igitur scient, &c. Ecce fuit Hierony. qui posuit clariorem sensum in germana, genuinãque sua interpretatione, secutus & hoc loco Symmachum. Voluit enim, vt ipse testatur, omnia in vnâ conferre veram editionẽ, quæ sparsa apud omnes interpretes habebantur, ne quisquã grauaretur tot facere sumptus, & quia nesciret Hebraicũ, nullum in interpretibus haberet delectũ. Cap. decimo, in illa interpretatione: Pretiosa est super sapiẽtia & gloria, stultitia parua. Vulgata autẽ Hieronymi editio, clarius & apertius & verius: Pretiosior est sapientia atque gloria, ad tẽpus stultitia. Quo in loco incredibilis fuit, nescio cuius cæcitas, qui hãc sententiã, vt eam monstraret dissentire ab Hebraico, citauit: Pretiosior est auro sapientia: non animaduertens redũdare, auro, in codice mendofo suo. Quod autẽ nostra tralatio eo loco fit melior & verior, & quæ is sit sensus Hieronymi, perspicuũ est. Dicit enim Salomõ, meliorẽ esse stultitiã paruam, & ad tẽpus ascitã, quàm sapiẽtiã & gloriam. Melius esse aliquando stultum esse, quàm sapientẽ. Hanc stultitiã, paruam Salomon, interpretes stultitiã ad tempus dicit, & in cõmentariis simplicẽ quandã, mediocremque sapiẽtiã, præcipue vt vltionẽ referuemus Deo, videamurque potius stulti, inimicos vlciscentes, sub velamẽto prudẽtię, exercere malitiã. Hæc stultitia est, omni sapiẽtia melior, is est sensus Hieronymi enucleatus ab eo in cõmentariis & positus clare & aperte in sua insigni, veraque translatione, in qua conatus est explicare, & euoluere obscuritates Hebraicas. Sic per totum Ecclesiasten, qui recte & prudenter animaduertet, intelliget eundem commentarios scripsisse, atque vulgatam editionem fecisse. Magnus profecto & incomparabilis vir, qui cum videret Hebraicum difficillimum, duplicem nobis laborem exantlauit, & præclarum beneficium præstitit, vt non solum verba, sed etiam sensus transferret. Nam verba tantum reddere, non magnæ difficultatis, in sensibus autem exprimendis est & studio incredibili, & maxima prudentia opus. Fuit etiam Latinitatis studiosus, & orationis apertæ, & ordinatæ, vt qui doctissimus esset, singularẽque à Deo donum assecutus, vt esset admirabilis non solum sentiendo, sed etiam eloquendo. Quapropter omnia clamant, feruntque omnia clara testimonia, vulgatam editionem esse Hieronymi. Sed rationes sub epilogo colli-

A colligamus: Primum testimonium vulgatã editionẽ esse Hieronymi fuit, quod præposita est, etiam resistente prius Augustino, celeberrimę editioni Septuaginta vt qui est loco lxx. admissus, necessario fuerit maioris autoritatis & opinionis, quàm illi. Secundum, quod cum vulgata editio non sit vllius eorum, qui apud Græcos transtulerunt, necessario fluxit ab Hebraico, ideoque Hieronymi fuit. Tertium, quod aut non est facta hæc editio ex mixtione Græcarum editionum, aut si facta est, non potuit fieri nisi ab vno, qui Græce & Hebraice peritissimus esset, & cui iudicium, summãque prudentia non deesset. Cum autem id solus habuerit Hieronymus, cum apud hunc vnum & primum apud Latinos cognitio diuersorum interpretum, exactãque collatio deprehendatur, solus is ex diuersis interpretibus verissima quæque & apertissima colligens, referensque ad fontes Hebraicos, exactissimam & omnium illarum Græcarum interpretationum vice vnã potuit dare editionem. Quartum sunt præfationes, quas ipse Hieronymus ad Augustinum & contra Ruffinum dicit se editioni suæ, ex Hebraico præposuisse. Fieri que non potest, vt tantus error in ecclesia, præcipue in sacris litteris inoleuerit, vt præfationes præpositę fuerint alteri, quàm Hieronymianæ translationi. Quintum, stilus ipse validissimum est testimonium, qui non solum refert doctissimum Hieronymum, cum sit illustris, apertus, clarus: sed Hieronymus etiam ipse cum aliis in locis, tum vero ad Augustinum, confessus est se transferentem ex Hebraico, expressisse quod intelligeret, sensuum potius, quàm verborum ordinem interdum cõseruantem. Et quod se dicit fuisse veluti paraphrasten. Et quod in libro optimo genere interpretandi, **B** infectatur *νεολογισται*, id est, cum verbum à verbo redditur, non sensa potius exprimuntur. Et quod dicat se parare vnã voluisse editionem, quæ vice omnium illarum Græcarum editionum esset. In quibus alius verbum è verbo, alius sensum ex sensu, alius vtrunque expresserat. Sextum ac vltimum, & irrefragabile testimoniũ est, quod expresse & extra omnem controuersiam libri prophetarum sunt Hieronymi. Sunt autem idem libri prophetarum, quos vt suos explanat Hieronymus, atque hi qui in vulgata habentur editione. De qua re clarissimum est testimonium, apud ipsum in prima apologia aduersus Ruffinum: Commentarij, inquit, in duodecim prophetas, & meam, & Septuaginta, editionem edisserunt. Hoc ergo quod Hieronymus testatur, videbis in cõmentariis aperte, in quibus è regione est vulgata editio, quam Hieronymus suam dicit, parte alia editio Septuaginta. Tum Daniel, in quo se fatetur ex Hebraico transtulisse vsque ad duodecimum caput. Ionas item, in quo pro cucurbita, est hædera. Deinde & liber Hester, in quo sæpe fatetur interpretes se ex Hebraico transtulisse. In quibus omnibus est idem etiam stilus, nec verbum è verbo sed potius sensus redderet clarẽ & Latine. Cum autẽ similes sint ceteri libri, his qui palam sunt Hieronymi, certe clarissimum est, omnium vnum fuisse interpretem. Superest vt adducamus ea quæ suspicari fecerunt vulgatam editionem non esse Hieronymi. Tres autem in summu sunt rationes, Vna, quod tot errata in ea deprehendantur, vt fieri non possit toties doctissimum errasse Hieronymum. Secundo, quod in libro Hebraicarum quæstionum, vbi corrigitur vulgata editio Septuaginta interpretum, quæ tunc erat vsui, in nostra editione contraria his quæ ibi dicuntur, inueniuntur. Et quod illic emendatur, ac reicitur, veluti male positum, ab Hieronymo, reperitur in nostra translatione. Ex quo non videtur fuisse idem is qui scripsit eum librum, & qui vulgatæ editionis fuit autor: ille autem est Hieronymus: nõ ergo sibi contraria diceret. Tertia ratio magis Iudæos, & sciolos Hebraicarum litterarum Christianos, mouens, est, quod ordo loquendi prorsus est immutatus, vt alio modo dicatur in Hebraico, quàm in Latino, & phrasēs inuicem sibi non respondeant. Ex quo fit, vt Hebræi non sentientes orationem nostram orationi suæ respondere, corruptissimam clamant nostram interpretationem. Verbi causa: quod noster dixit, Peruersi difficile corriguntur, & stultorum infinitus est numerus. Horum ferè nihil est in Hebraico. Sed, Peruersum non poterit corrigi, & imminutio non poterit numerari. Imperitiores Hebræi, quorũ maxima turba est, hic lapsum interpretem clamarent. Quod etiam faciunt quodã suæ naturæ instinctu, qui non solum non de nostris, sed ne de suis quidem bene vnquã loquuntur. Nec vidi ferè eorum quenquam, qui proximum suum laudaret, semper seipos omnibus præferentes. Has igitur rationes, præstigiolas esse, diligens, exactaque examinatio comprobabit. Non enim sufficit, auiditate contradicendi currentem, vnã in contrarium proferre rationem, plures alias fauentes veritati relucere. Illi vere sunt præcipites & cæci, qui hoc faciunt, non agnoscentes detectis erroribus eorũ, fabulam se bonis iudiciis futuros. Primum de ratione transferendi quod non sit de mente Hieronymi, vt in transferendo verborum

ordinem sequaris, & quod hæc vera sit interpretandi ratio, superius ex dictis ipsius Hieronymi est ostensum. Qui cum huiusmodi reprehenses suo quoque tempore habuerit, qui eum carperent, quod transferens ab ordine discederet: ipse respondit, quæ responsio etiam hodie reprobis, reprehensibus quadrabit. Respondit autem se primum defendens exemplo Ciceronis in translatione duarum orationum Aeschini & Demosthenis, & præcepto Horatii: Nec verbum verbo curabit reddere, fidus interpretis: Tum ait, Terentium interpretantem Menandrum, Plautum & Cecilium veteres comicos, non habuisse in verbis, & tam decorem & elegantiam in translatione conseruasse, quam veritatem interpretationis. Sed proponam verba ipsius Hieronymi, quibus omnis hæc responsio continetur, ut qui cum audierit, sciat ipsum pro se respondisse. Difficile est, inquit, alienas lineas insequentem, non alieni excidere, & arduum, ut quæ in alia lingua bene dicta sunt, eundem decorem in translatione conseruent. Significatum est aliquid vni verbi proprietatem, non habeo meum, quod id efferam, & dum quero implere sententiam, longo ambitu vix breuis vitæ spatia consumo. Accedunt hyperbatorum anfractus, dissimilitudines casuum, varietates figurarum. Ipsum postremo suam, & ut ita dicam, vernaculum linguæ genus. Si ad verbum interpreter, absurde resonant, sed necessitate aliquid in ordine, vel in sermone mutauero, ab interpretis videbor officio recessisse. Quod si cui non videtur aliquid linguæ gratia in interpretatione mutari, Homerum ad verbum exprimat in Latinum. Plus aliquid dicam eundem in lingua profæ, verbis interpretetur, videbis ordinem ridiculum, & poetam eloquentissimum, vix loquentem. Deinde, me semper ab adolescentia non verba, sed sententias fateor transferuisse. Alij syllabas aucupentur & litteras, tu quære sententias. Hæc Hieronymus ipse pro se ipso ad cauillationem ineptorum respondens, qui translationem eius tamquam non veridicam accusant, quia verborum ordinem non sequatur. In qua more suo, magis sententias quam verba & syllabas quæserit interpretis. Secunda ratio, cum aiunt, in vulgata editione tot errata deprehendi. Primum sciendum est accidere potuisse atque etiam accidisse Hieronymianæ editioni, quod accidit olim interpretationi L. X. X. De qua Hier. ipse in præfatione in libros Paralipom. Sed si Septuaginta interpretum, inquit, pura, & ut ab eis verba in Græcum, editio permaneret, superflue mi Chromati, episcoporum sanctissime, atque doctissime, impelleres, ut Hebræa tibi volumina, Latino sermone transferrem. Hoc igitur & in editione eius sciamus nonnunquam accidisse, ut tunc assidua transcriptio, & imperitia scriptorum plurima loca deprauarit, tum omnes alij casus, quibus subiectas esse litteras nemo est qui nesciat. Non est opus me comprobare, cum elaboratissima, exactissimaque impressio Frobeniana, infinita penè loca, collatis multis, & his antiquis codicibus, restituerit. Multa quoque deprauauit nominum vocumque similitudo, ut quod legimus in Iob: Sicut ceruus desiderat umbram, cum dicendum sit, seruus: & solis ardore, pro salis ardore. Sicut item in Psalmis quotidie deprauate legitur, Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: cum dicendum sit, Fortem, viuum, Hebræice מים, Græce ζυωπι. Et Interfecta est terra à sanguinibus: Pro, Infecta. Et id genus, Quanta olim corruptela inuaserat in Græcos & Latinos codices, quod vsque ad riuum toties queritur Hieronymus: Quot locis Cicero, Virgilius, alijque boni autores mendosi reperiuntur? Dico autem quorundam tantum locorum deprauationem, non totius editionis, sicut quidam temerarij proferre audent. In quo cauendum, ne Manichæorum impietatem sectemur, de quibus Augustinus ad Hieronymum, Manichæi, inquit, plurima diuinarum scripturarum, quibus eorum nefarius error clarissima sententiarum perspicuitate conuincitur, quia in alium sensum detorquere non possunt, falsa esse contendunt: ita tamen ut eandem falsitatem non scribentibus apostolis tribuant, sed nescio quibus codicum corruptoribus. Hæc Augustinus. Hic ego sæpe dubitavi, ne qui conantur persuadere vulgatam editionem non esse Hieronymi, aut esse quidem, sed ab inimicis eius fuisse corruptam, id faciant, quo facilius scripta eorum & editiones recipiantur. Quod quidem non prorsus affirmo, nec si de quibusdam esset id verum, alios quibus diuersus animus fuit, hæc dubitatione comprehensos velim. Nam ut mittam alios, si qui sunt Sanctes Pagninus vir optimus, & pari doctrina, atque probitate præditus, testatus est se non in euersionem vulgatæ editionis transfuisse, sed ut collatione translationis suæ hæc editio magis interdum claresceret. Quod & apud Græcos partim viri Christiani fecerunt, ut Lucianus, partim hæretici, aut semichristiani, ut magna fuerit illorum, atque istorum temporum similitudo. Secundo sciendum est alia causa, quæ facit credere Hieronymum errasse, quod quidem apud viros prudentes, iudicioque præditos non est error. Diuersa scilicet lectio, quæ vel in syllabis, & litteris,

vel

A vel in his quæ puncta apud Hebræos dicuntur (sunt autem illis vice vocalium) existit. In punctis autem fuit maior causa variandi. Puncta sunt Hebræis notulae, dictionibus subscriptæ. Quibus variatis, eiusdem dictionis & diuersus sonus, & diuersus significatus existit. Verbi causa, dictio El, si ea vocali, aut puncto subnotetur, qui vocatur Zere זרע, signat Deum: sin eo, quod dicitur Segol סגול, præpositio est, ad. Ex quo factum est, ut (quoniam sicut tempore Septuaginta, sic tempestate Hieronymi istæ notulae apud Hebræos non habebantur, sicut nec accentus apud Græcos, veteres, librosque antiquos Græcorum nullis accentibus notatos reperies) eadem dictio minus facile, atque nunc, significatu esset accipienda, posset intelligi, manente eadem voce ambigua, & sola prolatione, non scriptura, valente distinguui. Nunc autem, quando post multa tempora, coeperunt Hebræi notulis uti, sicut & Græci accentibus, cum apud veteres sine accentibus dictiones scriberentur, polysemæ Hebræicæ dictiones in vnum tantum significatum reuocatae sunt. Sicut accentus Græcus multa nunc distinguit, quæ sine accentu essent ambigua. Proponam duo tantum exempla hoc loco, nam plura in nostris annotationibus, & apud eruditissimos quosque reperies. Secundo Psalmo, ubi vulgata editio habet, Prædicans præceptum eius, Hieronymus in suo Psalterio ex Hebraico vertit, Annunciabo Dei præceptum, Hebraica autem dictio אלהי si puncta respicias, non sonat Deum, sed ad, ut dicendum sit, Annunciabo, vel referam ad præceptum. Qui igitur hic lapsus interpretis contenderet, ipse potius reprehensione dignus esset, cum in codice eius eadem dictio posset ad diuersos trahi significatus. Alterum exemplum erit Gen. capite xxxviii. de Iuda, Ascendebat ad tonsoras ouium ipse, & Hiras opilio gregis. Pro opilione, qui Hebraice dicitur רועה roeh, id est, pastor, in Hebraico non legitur רועה recheu socius eius, eisdem litteris. Ex quo apparet cum subtractis notulis posset dictio duos habere significatus: Hieronymus secutum fuisse priorem, qui fortè verior est, cum de tondeudis ouibus sit sermo. De qua re meminit etiam ipse in quæstionibus Hebraicis, & causam cur opilionem, non socium transfulerit, docet. Pro pastore, inquit, amicus legitur, sed verbum ambiguum est, quia iisdem litteris scribitur. Hæc varietas & apud Septuaginta, & Hieronymum interdum deprehenditur, in quo quidè nullus est error. Fuisse autem olim Hebraicas litteras sine notulis, & probatissimi Hebræorum autores sunt, & clara extat ex scriptis eorum & nostrorum ratio. Afferunt illi hoc validissimum argumentum, notulas has antiquas non esse, quod apud Rabinos suos antiquos, quos Thalmudistas appellant, cum sapissime de litteris & nominibus litterarum disseratur, nunquam extet nomen istarum notularum: Nunquam nominatur aut citatur, camez, sheua, zere, segol, & alia, cum ita necessitas postularer, ut de his fieret aliqua mentio, sicut etiam de litteris, & syllabis. Eadem est ex nostris scriptoribus comprobatio. Cur cum vitari non posset hæc commemoratio nunquam apud Origenem, Eusebium, Hieronymum nostrum nunquam inuenitur, cum præsertim etiam in punctis tota consistat Hebraici sermonis ratio. Cum ex his varientur significatus, dictiones in multas species abeant? Et tamen mirum est ubique silentium. Idque cum primis mirabile est apud Hieronymum, qui toties Hebraicas litteras, & pondus earum examinat, nunquam notulas has commemorans, ut eas prorsus videatur ignorasse. Nos quidem sine notulis hisce in explicatione vocum Hebraicarum, nihil possumus loqui. Ac verissimile est iuniores Hebræos ita reperisse hæc puncta, sicut reperti sunt à iunioribus Græcis accentus. Proferebantur quidem dictiones cum accentu, sed non scribebantur, sicut Itali, cæteræque gentes accentibus in loquendo vtentes, scribendo non vtuntur. Vix autem fieri posse nobis videretur, ut possemus Græce loqui, nisi accentibus iuuaremur. Veteres tamen, quibus lingua vsitatissima esset, facile & expedite, & recte sine accentibus loquebantur. Sic iuniores Hebræi, cum iam dimittere sermonis sui consuetudinem diuersis casibus affecti cogentur, & lingua propter desuetudinem fieret difficilior, repperunt notulas ut quæ facile maiores effari sine punctis propter consuetudinem poterant, hoc posseti assequerentur, notulis illis adiuti. Cuius cum sint efficaces comprobationes, quas diximus, accedit etiam expressum & clarum Hebræorum testimonium. E quibus Auen Esra hæc scribit דאיתו בספר אבות כן מנחג הכני טבריי אוחם חקקר ס מהם חיו אנשי המסורת ואנחנו מהם קבלנו כל חוקר Quæ sunt: Vidi in libro qui dicitur Zachoth, consuetudinem & morem fuisse sapientum Tyberiadis, qui radix sunt & præcipui, quod ab eis extiterunt hi qui notationes Masoreth repperunt, & nos accepimus ab eis totam punctandi rationem. Sic ille fatetur à sapientibus Tyberiadis, de quibus scribit etiam Hieronymus, habuitque vnum ex eis præceptorem, profectas has notulas hodiernas. Eosque coepisse primos his vti, procul dubio post Hiero-

Aa

vulgatae editionis autorem fuisse, qui posuit in sua Latina translatione quod olim iudicauerat Symmachum pulchre transtulisse. Hæc vocabitur virago. Tertio cap. Quod habet vulgata editio, Serpens erat callidior: antiqua habebat, Serpens erat sapientior. Hieronymus testatur in Hebræo haberi **סרפ** harum, quod Aquila & Symmachus **πυθων** transtulerunt, id est nequam & versipellem: tum subiicit, Magis itaque ex hoc verbo calliditas & versutia, quam sapientia demonstratur. Ecce Hieronymus in vulgata editione posuit quod magis in voce Hebraica significabatur, Serpens erat callidior. Eodem cap. Quod apud nos est, Ad auram post meridiem, cum esset anceps sensus Hieronymus ait Theodotionem manifestius dixisse, **ἐν τῷ πνεύματι τοῦ θεοῦ κατέβηεν τῆς ἡμέρας**, vt meridiano, inquit, calore transacto, refrigerium auræ spirantis ostenderet. Vides vt transtulerit, quod putabat Theodotionem manifestius dixisse, eumque ad amissum secutus, dixit, Ad auram post meridiem. Aura, & post meridiem, refrigerium designant. Ex hoc etiam habes vulgatam editionem, non esse vllius Græcorum. Nam hic sequitur Theodotionem, superius sequebatur Symmachum. Mixtio autem facta est, sed ab Hieronymo vt vides. Et talis mixtio nõ quæ sit confusio, sed pulcherrimus delectus, prudentissimo iudice legente. Dies autem me deficeret, si cuncta vellem recensere. Sed mihi satis est, his exemptis totum librum demonstrasse, infinita alioqui alia ante oculos habens. Vbicunque autem (quod rarum est) aliquid illic diuersum interpretem à nostra translatione posuisse comperies, scito ancipitem fuisse significatum: meliorem autem & vero propiorem, quod tempus dubia sæpe reddens clara, demonstrabat esse eum, qui sit in nostra editione. Sed annotationum hoc erit officium, in quibus polliceor me huius rei, quando habent, quod nunquam credidissem, aliquot aduersarios, fore obseruantiores. Res igitur adeo clara est, vt vitium fuisse meum potius intellegam, qui tot verba in tam perfecta causa profuderim. Vulgata igitur editio est Hieronymi. Omnes autem libri Hebraici & Chaldaici vulgatae editionis, quos præfationibus suis, vt ad diuum Augustinum & aduersus Ruffinum scribit, muniuit Hieronymus, illius sunt. Liber autem Sapientiae, & Ecclesiasticus Sirak qui **πρωσοφτος** dicitur, & Baruch cum epistola Hieremiae, ex antiqua Latinorum translatione apud nos remanserunt. Licet Hieronymus testetur, se Ecclesiasticum Hebraicum reperisse. Sed iam Græcus erat, & ex Græco in Latinum translatus. Sic & librum Machabæorum primum testatur se Hebraicum reperisse. De quibus omnibus clare ipse in prologo Galeato. Hic prologus, inquit, scripturarum, quasi galeatum principium omnibus libris, quos de Hebræo vertimus in Latinum, conuenire potest, vt scire valeamus, quicquid extra hos est, inter apocrypha esse ponendum. Igitur sapientia, quæ vulgo Salomonis inscribitur, & Iesu filij Sirak liber, & Iudith, & Thobias, & Pastor, non sunt in canone. Machabæorum primum librum Hebraicum reperi, Secundus Græcus est, quod ex ipsa phrasi potest intelligi. Hæc ille. Licet igitur Hebraicum & hunc librum repererit, erat tamen apud Græcos, & in Latinum translatus habebatur. Esrae tertius & quartus fabulosissimi sunt, quos neque in Hebraico, neque apud Sept. reperies, & Hieronymus testatur se eos ignorare. Nec in antiquis Bibliis Latinorum habebatur, quod & laudatissima Colonienis impressio testatur. Censuerimque ego, vt doctissimis viris adhibitis, reijceretur è canone scripturarum, sicut & Pastor eiectus est, qui nuper emerit. Illud quoque non est ignorandum, duas Hieronymi editiones dedisse: priorem è Græco in Latinum, transferentem scilicet eam, quam fecit Origenes, in qua editionem Theodotionis admiscuit vulgatae editioni Septuaginta, cuius rei multis in locis meminit ipse. Ac primum in epistola ad Augustinum, his verbis, Quod autem in aliis quæris epistolis, cur prior mea in libris canonicis interpretatio asteriscos habeat, & virgulas prænotatas, & postea, aliam translationem absque his signis ediderim, pace tua dixerim, videris mihi non intelligere quod quæsis. Illa enim interpretatio Septuaginta interpretum est, & vbicunque virgulæ, id est, obeli sunt, significatur quod Septuaginta plus dixerint, quam habetur in Hebraico. Vbi autem asterisci, id est, stellulæ prælucentes, ex Theodotionis editione ab Origene additum est. Et ibi Græca transtulimus, hic de ipso Hebraico, quod intelligebamus, expressimus, sensuum potius veritatem, quam verborum ordinem interdum conseruantes. Hæc diuus Hieronymus. Quæ declaratio plurimum obseruanda est. Siquidem plures præfationes sunt in hanc è Græco translationem, ascriptæ alteri verè suæ ex Hebraico translationi. Vbicunque igitur duas præfationes in editione vulgata reperies, scito alteram in translationem è Græco, alteram in translationem ex Hebraico congruere. Quod ipsis quoque præfationibus fit manifestum, in quibus asteriscorum meminit, & obeliscorum. Duæ fuerunt

A fuerunt igitur editiones Hieronymianæ, vna ex Græco, posterior ex Hebraico. De prima præterquam quod meminit ad Augustinum, etiam aduersus Ruffinum de ea sic scribit. Egone contra LXX, aliquid sum locutus, quos ante annos plurimos diligentissime emendatos, meæ linguæ studiofis dedi: Præfatio igitur prima, quæ incipit, Desiderij mei desideratas accepi epistolas. Est in Pentateuchum versum ex Hebraico, quod ipse testatur. Desiderij obsecrantis, inquit, vt translatum in linguam Latinam de Hebræo sermone pentateuchum, nostrorum auribus traderet. Præfatio quoque in Iosue & Iudicum, est in editionem Hebraicam, quod & ipsa testatur, quæ de translatione ex Hebraico, & de codicibus Græcorum loquitur. Et se excusat autor, se non in iniuriâ LXX, transferre, quod ei obiiciebat Ruffinus. In libros quoque Regum est vna præfatio, in editione vulgatam ex Hebraico, vt ipse docet aduersus Ruffinum. Liber autem Paralipomenon duas habet præfationes, in duas, quas diximus editiones. Ac prior quæ incipit, Tantus ac talis est liber iste, est præfatio editionis ex Hebraico, vt testatur contra Ruffinum. Vbicunque enim se excusat quod non in contumeliam antiquæ translationis transferret, proculdubio Hebraicam editionem respicit. Nam transferens è Græco, veterem editionem ipsorum LXX, illustrabat, nec opus erat ea excusatione. Secunda autem præfatio congruit in editionem è Græco, in qua meminit asteriscorum, & obeliscorum, & claret vel maxime his verbis, eam ex Græco esse. Ita enim, inquit, in Græcis & Latinis codicibus hic nominum liber vitiosus est, vt non tam Hebræa, quam barbara quædam & Sarmatica nomina coniecta arbitrandum sit. Nec hoc B Septuaginta interpretibus, qui spiritu sancto pleni, ea quæ vera fuerant, transtulerunt, sed scriptorum culpæ ascribendum est, & quæ sequuntur. Deinde ait, Vbicunque ergo asteriscos, id est, stellas, radiare in hoc volumine videritis, ibi sciatis de Hebræo additum, quod in Latinis codicibus non habebatur. Ex quo intelligis additum aliquid ex Hebræo in ea editione, non totam Hebraicam fuisse translationem. Fallunturque qui queruntur subtractos è libris asteriscos & obelos. Nam liber Paralipomenon in vulgata editione, est ex Hebraico, nec habet, aut habuit vnquam asteriscos & obelos. In hac etiam præfatione de sensuum translatione meminit. Liber quoque Iob duas habet præfationes, alteram in Græcam illam editionem, olim emendatam, alteram in editionem ex Hebraico. Cuius rei locupletissimus testis ipse Hierony. aduersus Ruffinum his verbis: Transibo ab librum Iob, quem post LXX, interpretum editionem, quam Origenes obelis asteriscisque distinxit, ante annos plurimos Latino sermone datum, cum rursus iuxta ipsum Hebraicum vertere, sic locutus sum. Cogor per singulos scripturæ diuinæ libros, & quæ sequuntur. Paulo post. Cæterum apud Latinos, ante eam translationem, quam sub asteriscis & obelis, nuper edidimus, septingenti ferme, aut octingenti versus desunt, vt decurtatus & laceratus, corrosusque liber, fœditatem sui publice legentibus præbeat. Ex quibus Hieronymi verbis apparet præfationem in Hebraicam editionem, esse eam, cuius aduersus Ruffinum principium citauit. Altera autem præfatio, quæ incipit, Si fiscellam iunco texerem, est in editionem è Græco: in qua etiam meminit obeliscorum & asteriscorum. Vulgata autem Iob editio, sicut cæteri libri sacri, est ex Hebraico vera illa Hieronymi translatio. Ac quoniam submota est editio antiqua LXX, etiam ea quam olim Hieronymus emendasset, est submota, recepta in solidum Hebraica & vera eius translatione. Remanserunt autem nonnullis in locis præfationes, Græcæ editionis propter vtilitatem eorum quæ in ipsis referrentur. Et forte in antiquis Latinis codicibus, Hebraicæ duntaxat editionis, id est, vulgatæ, præfationes habebantur, deinde ex operibus Hieronymi sunt & hæc interiectæ, ab his, qui discrimen istud Hebraicæ & Græcæ editionis ignorarent, suspicatis vnâ atque eandem esse translationem, & eiusdem duas præfationes, quod etiam magnos hac tempestate viros fefellit. Diuus igitur Hieronymus vulgatæ editionis est autor. Et hæc est illa vera eius, cuius tot meminit locis, nobilissima, inclytæque translatio, omnibus antiquis, aut futuris vnquam vsque ad rerum consummationem, editionibus longe præcellens, quæ ex sermonis Hebraici asperitate (nam horridum & durum esse sermonem Hebraicum, cum primis testis est ipse Hieronymus in præfatione in epistolam ad Galatas, in qua queritur his verbis, Sed quid agam? loquar? sed omnem sermonis elegantiam, & Latini eloquij venustatem, stridor lectionis Hebraicæ sordidauit) in apertam & claram, facilemque orationem est reuocata, vt legi & intelligi ab omnibus posset. In quam nos superiore quinquennio annotationes aut recognitiones edidimus vsque in Pentateuchum, in quo opere cum, vt fit, quædam in quodam quasi angulo, ad mores horum temporum spectantia dixissem, nullius

quidem personam attingens, nonnulli qui se maxime peti suspicarentur, vt se defenderent: D accuratissimis oculis opus ipsum collustrarunt, si quid posset eis regerendi criminis materiam suggerere. Fueruntque, quos offenderet, quod vulgatam editionem Hieronymi contempsisset, alij in eo se laesos putarunt, quod dixisset quosdam sciolos Hebraicarum literarum Christianos, cum vix summis labris earum cognitionem degustassent, imprudenter huic editioni detraherent. A quibus ergo longius tunc aberam, quam ortus ab occasu, cum eos nec vultu, nec scriptis, aut fama cognouissem. Itaque hac indignatione concepta, praeter alia, obiecerunt mihi quod ipse potius Hieronymianam editionem damna- rem, cum eam tot locis tam male, vt ipsi dicebant, suggillasse. Ad qua, spretis aliis, haec tantum respondemus: Multa hoc tempore indignam in religione Christiana accidisse, quae quoniam atrociora sunt, si nullum doloris indicium e nobis excuterent, aut nos confortes esse & essentientes testarentur, aut esse tanto stupore docerent, vt etiam in apertis malis essemus immobiles. Si quis igitur est qui horum alterum velit nos esse, iam per nos ei licet, vt quicquid velit, loquatur. Quod si nos cupiat in tam indigna causa modestiores, fatemur vbiq; meliorem esse modestiam, quam impetum. Verum, & illud admonemus. Saep̄ fieri, vt quo res sunt indigniores, hoc magis efficere, vt minus nobis temperare possimus. Quos autem optima conscientia tuetur, nulla re nec possunt, nec debent offendi. Quod ad Hieronymum attinet, libentissime fatemur, facilius fuisse, vt tum in Pentateucho tum reliquis libris nos laboremus in annotando & exponendo, quam Hierony. in transferendo. Longeque propensius esse, vt nostrum, quam eius caliget iudicium, dum credimus aliquid eum effugisse, quod nos potius effugit, ab illo quidem bene versum, a nobis bene animaduersum, non ita. Cum vero vel diuersum quid a fonte annotamus, vel nostram editionem dicimus interdum aliquo casu prolapsam, non esse interpretis aequi asseruamus, clamare, nos aut interpretem, aut interpretationem damnaue. Idq; indicium esse hominis iam male affecti, & sibi quodcumque ferat sese, patrociniū querentis. Nec putamus aut nostram inconstantiam, aut interpretis vituperationem, vt quam agnoscimus & fatemur inconstantiam, omni quae fuerit vnquam apud Graecos, aut apud eos & Latinos futura sit, meliorem postea in recognitione eius aliquid obseruasse. Ac sicut LXX. interpretes non damnabat Hieronymus, rursus transferens, in quo saepe ab aemulis suis queritur se accusatum: sic ipsi, Latina exemplaria ad Hebraica & Graeca recognoscen- res, non damnamus, sed recognoscimus, locaque variantia annotamus.


Vulgata vero editio an sit Hieronymi, ipsa, sua luce ve-
ritas comprobabit. Ac tamen non magni refert,
a nobis tam exiguae virtutis hominibus quen-
quam vel laudari, vel reprehendi, haec
tamē profitemur, vt displicent qui
sibi ipsis, iudiciisq; temerariis
suis credentes, ab antiqua, sa-
cro sanctaque religione
desciuerunt, sic ama-
mus & colimus
quos vera pro-
bitas & do-
ctrina ab
his di-
stinguit.

FINIS.



INDEX

Baris apud hyperboreos propheta	180. b	madescit	52. b
Abel chebel dictus	25. a	ante aetatem nullum peccatum	86. d
non Abbreviari manū Dei quid	174. c	aestu vrgeri	136. a
Abraham pater multitudinis, genitum	138. d	aestus libidinis furori aquarum coparatur	144. a
Abraham cur sic appellatus	127. e	aeternitas maris refutatur contra Aristotelē	31. e
Abrahami	126. c	aeternitas mundi refutatur	51. a
abscondita pro arcahis	221. f	aeternitas in Deo solo est	3. a
absorbere terram, quid	262. f	aeternum non semper pro infinito	116. d
absurda quae si mundus esset aeternus	2. e. f	aether & chaos duo magna principia	11. a
absurda, si mundus ab aeterno fuisset	7. c	aetheria substantia vnde	15. d
absurda sequerentur multa, si paradus non es- set sensibilis	56. f	aethiopes ad adorandum Christum venturi pre- dicuntur	64. c
abyssus charibdis	8. b. c	aethiopia duplex occidentalis & Orientalis	63. f. 64
abyssus quid	13. d. 19. a 102. d. 108. d	etymologia caeli	26. 28. c
abyssus & terra omnium rerum origo	15. e	affligere pro humiliari	166. d
accipere faciem, quid	221. e	affligere pro abstinere	184. b
accipere personam	191. b	agalo durus	262. c
aceruus Quidio quid	15. a	ager damascenus fertur fuisse in quo primus homo sit formatus	65. f
acetabulum argenteum	171. d	agnus pro nummo male positum	137. b
acrabini scorpiones	186. c	agitatio, & dei actio quae	15. b
ada peccatum tantum attulit animae mortem	108. a	a haron peccatum ad aquas	179. b
ada quae benedictio futura, si paruisset man- dato	84. b	alab tumor addit	231. c
adae angeli visi	88. b	allegoriae croactae vitandae	54. b
adae peccatum triplex	87. a	allegoria si perperam intelligatur, principium est falsarum opinionum	263. d
Adam & viro & mulieri nomen est commune	123. b	an vnde dictum	177. b
Adam interpretatur	103. f	alima, herba est satietatem cito afferens	246. e
Adam non proprium, sed specificum	103. f	albedo scientiae ostenditur	212. a
Adam pulsus e paradiso	87. 88. a. b	ala aurora dantur	239. e
propter Adam omnia creata	50. d	ambrosia cur sic dicta	59. a
Adam duobus vitiis scelus suū confitetur	79. f	ambrosiae & pomi vitae comparatio	59. c
Adam quo in loco creatus	54. e. f	amici niuibus comparati	214. f
Adam quomodo viderit Deum deambulantem in paradiso	46. a	amicitia vera, rara	ibid.
Adam vt fertur formatus est in agro damasceno	65. f	amici torrenti comparati	215. c
Adam ante lapsum qualis fuerit	66. e. f	amici tres Iob, qui & vnde	208. f
Adam lingua Hebraea locutum probatur	68. d	amor antiquissimus Deus	8. f
Adam ab Heden dictus	107. e	amor quid	13. c
Adam vnde sit dictus	24. f	amor diuinus qualis esse debeat	61. a
Adam non cupiuit similis fieri Deo	110. f	amphibia corpora quomodo nascantur	40. d
Adami creatio.	67. e	anathema quid	178. a
adolere pro incendere positum	161. d	angeli ante mundum creati	259. a
Adorare apud Hebraeos, quid	129. a	angeli quando creati	89. b. 90. d. e
adducendi verbum quomodo accipiendū	78. b	angeli cur alati describuntur	87. e
aer vnde	10. e	angeli praefecti elementis qui	242. b
aer quid	30. d	angeli dij vocantur	91. c
aer pro caelo	31. b	angeli boni formā assument suae bonitati con- uenientissimam	71. d. e
aer ex aquis, & Aether ex aere generatus	35. d	angeli a Deo creati	91. e
aer omnium aquarum genitor	28. d	angeli saepe in habitu viri visi	88. a. b
aerem omnium rerū principium aliqui dicunt	28. e	angeli tres Abraham apparuere	128. 129. a
aeris duplex genus	31. c	angelorum habitatio	92. b
aeris nullum apud Hebraeos vocabulum	29. a	angelorum pulchritudo spectatissima	46. d. e
arditio vulgata an sit diui Hieronymi	90. a	angelos Deum allocutum in homine forman- do falso existimant	102. f
aegyptus neque vnquam ferē pluuiā caelesti im-		angelus est quicumque a Deo mittitur	179. a
		angelus pro Deo vsurpatur	150. b
		anima pro persona	226. c. f



I N D E X.

anima spiritus & ventus idem	13. e. f.	aquas cum terra cur esse oportuerit	10. f.
anima habitaculum iustitiae	216. f.	aquila acerrimus est oculis	263. a.
anima mundi	13. e.	aquila interpres apostata	268. d.
anima pro vita	219. b.	aquilon pro tota terra	18. b.
anima ex nihilo creata	53. c.	aquilo pro vniuersa terra	243. a.
anima an prior corpore sit facta	106. a.	arabes cabai	215. a.
anima apud Hebraeos pro vita	120. a.	arabia à suo primo habitatore sic nuncupata	63. c.
anima proprie quid	41. b.	arabia felix vbi sita	65. e.
animae etymologia	41. b.	aram, Mesopotamia	180. d.
anima rationalis, Dei imago	44. f.	ararath Armenia	119. b. c.
anima pro toto & defuncto accipitur	165. e.	araxes fluiuius	109. b.
anima mortui quid	172. d.	arbor scientiae boni & mali, quid	60. b. c.
anima pro homine	126. f. 167. b. 170. b.	arbor vitae	58. e.
animae esurienti, amara dulcia videntur	214. e.	arbor scientiae boni & mali, cur sic dicta	111. b.
animae receptaculum vbi	119. e.	arbor vitae pro vitalis	109. e.
animae viuientis nomine complectuntur omnes bestiae terrestres	42. e.	arbor pro fructu vsurpatur	67. a. b.
animalia primæua, à terra limosa calefacta	10. f.	arbor vitae cur sic dicta	58. d.
animalia primæua vbi primum nata	42. a.	arbor vitae vbi sita	59. d. e.
animalium esus cur prohibitus	48. d. e.	arbores pro fructu ponunt Hebraei	109. d.
animalium genera duo	33. c.	arbores pro ligno	109. d.
animalium corpora cur olim tam fortiora & magna	42. d.	arbores vnde generatae	35. e.
animam affligere quid	184. b.	arbores opacæ diis consecratae	192. b.
animam in manu ponere	222. a.	arboris vitae descriptio	60. a. b.
animantium tria genera	40. c.	arboris scientiae boni & mali triplex sensus	61. d.
animam pignori dare	197. b.	ab Arboribus duæ res exiguntur	33. e.
animus & anima, quid	54. b.	arcana Dei	244. c.
animus humanus similitudo Dei	103. d.	arcana quaedam, variè interpretatum	151. a.
animi lunares è luna cur fibus confecti	22. b.	arca Noè reliquiae adhuc ostenduntur in montibus Ararath	119. b. c.
animorum immortalitas	44. a. b.	arca Noè quibus in locis extincta	1. f.
anni quibus vixit Iob	267. a.	arca Noè quanto tempore aedificata	116. e. f.
annorum numerus	123. 124. a.	arca Noè vbi quieuerit	119. c.
annus Iubilæus	186. f. 187. a.	arce varie sumitur	102. a.
antichristus	45. a.	arctari gressus, quid	231. a.
antiqua fama	224. f.	arcturi filij	261. c.
apaim vox Hebraica duos habet significatus	53. d. e.	arcturus, diuersa sortitur nomina	217. f.
aphar cunctorum animalium principium	7. d.	arcturus in cauda arietis sidus	ibidem.
apostata nomen est probri plenum	251. d. e.	arcturus signum caeleste	260. 261. a.
aqua ex Thalete rerum principium	9. e.	ardor pro vento	223. b.
aqua principium rerum caelestium	29. e. f.	arida, terra vocatur	8. a. b.
aqua principium est principium omnium animantium	40. d.	Aristoteles & Proclus in nomine Chaos lapsi sunt	99. d.
aqua vel Abyssus Iob testimonio creata	19. a.	armatus rapiet ipsum	212. f. 213. a.
aqua cum terra simul facta	11. f.	armenia non longe ab Heden	107. f.
aqua lustrationis	172. b.	armilla siue Hormilla vnde deducatur	140. d.
aqua lustrali peccata leuiora purgantur	178. c. d.	aromata vbi optima nascantur	67. e.
aqua maris	102. e.	articulus latinis, quid	118. c.
aqua supercaelestes quæ	29. b. c.	asellus, cupiditas	177. b.
aqua ante diem creatæ & fundatæ	19. b.	asina Balabam vider angelum tenentem gladium	87. 88.
aqua rerum omnium principium	9. b. c.	assyria à primo incola nominata	131. f.
aqua infernæ & supernæ	26. f.	assyria Cabana	133. a.
aqua cur non dicantur creatæ	12. c.	astra ad quid creata	37. f.
aqua supernæ & infernæ	19. f.	astra matutina	258. c. f.
aquarum qualidarum inuentor	138. c. d.	astra pro diis perperam habita	38. a.
aquarum natura bifariam diuisa	30. a.	astrologia ab Hebraeis introducta	209. b.
aquarum augmentum & decrementum vnde	22. d.	astrologia superstitionum mater	195. a.
aquarum proles	102. c.	asylum Hebraeorum Chaldaica est aeditio.	144. a.
aquarum tria genera	27. a.	attenuatio spiritus	228. d.
aquas supercaelestes nullas esse	27. c.	attritio rerum omnium, quid	222. d.
aqua supercaelestes	118. c.	Aue an ab Eua	112. c.
aquas animatas Theologia sacra asserit	9. c.	aues ex fungis quomodo natae	40. f.
		aues ex arboribus quomodo natae	40. 41. a.
		auis ad volatum	213. b.
		Augustinus	

I N D E X.

Augustinus defenditur super interpretatione nominis Adam	103. f.	Bonum quomodo cognoscatur	60. d.
aurum à Siculo in quo differt	132. e.	Bonum multiplex	75. c. d.
auroræ ortus non semper idem	259. d. e.	Bonum Deus appellatur	149. b.
aurum ab Aquilone, quid	258. b. c.	Bonum est in oculis meis, pro placet	128. b.
aurum ductile	173. b.	Bonum & malum quid	111. b.
aurum & argentum ex aquis	15. d.	Breuitas vite demonstratur	215. f.
aurum optimum, vbi	63. c. d. 64. c. 67. d.	Brutorum corpora & spiritus ab eodem principio	54. a.
aurum pro affluentia diuitiarum	239. f. 240. a.	Bubulus	193. b.
auster quia calidus animalibus imperfectis gignendis aptus	152. a.	Bufo, quid	164. a.
auster ab humiditate appellatus notus	152. a.	Burgensis vir litteris Hebraicis peritissimus	149. c.
authoritas sacrorum librorum	1. c.	per Byssum intelligitur linum tenuissimum	158. b.
azymus panis cur Hebraeis præcipitur	152. e.		

B

Abel non à Belo dicta	123. e.	Abalitarum duplex genus	55. c.
Balaham quid	64. c.	Cabalistici libri tempore Efdæ non scripti	116. f.
Balaham Chaldaeus	180. a.	Cabalæ libri quando editi	122. d. e.
Balaham de Romano imperio	181. f.	Cadmon vetustum	202. c.
Balenæ piscis descriptio	264. 265. 266.	Cæli nuncupatio duplex	27. e.
Balteus regum, quid	221. c.	Cæli nomen ab eius natura ductum	31. b.
Barba non ardens, quid	165. d.	Cæli solidissimi & quasi ære fusi	257. e. f.
Basan filij	200. d.	Cæli caelorum qui	28. f.
Bdelium, margaritum esse probatur	173. e. f.	Cæli apud Hebraeos crymon	31. b.
Bdelium variè vertitur	109. e.	Cæli nomine quid intelligendum	49. e.
Beatitudo pro ligno vite	59. e.	Cæli tantum duo sunt	104. d.
Behemoth bestiae descriptio	263. 264. 265. c.	Cæli pro Angelis	224. d.
Behemoth duas habet significaciones	263. c. d.	Cæli ornatus	104. f.
Behemoth tantæ est magnitudinis, vt timeatur, dum bibit ne fluiuius deficiat	264. b.	Cælum ex aquis constatum Theodorito	101. c.
Belial, quid	192. c.	Cælum quid apud omnes gentes	29. f. 37. e.
Belli finis	237. c.	Cælum & terra testes dicuntur	236. d.
Bellum, plure, quid	236. b.	Cælum Empyreum,	11. e. 29. a. 104. d.
Bellum sarcophagum	120. c.	Cælum solidissimum crystallum ex aqua concretum	27. c.
Benedicere duplicem eamque cõtrariam habet significacionem	206. a.	Cælum tres res habet	37. e.
Benedicere in nomine eius, hoc est, benedicere nomen eius Hebr.	190. f. 191. a.	Cælum terris præfertur dualis de causis	11. c.
Benedictiones Moysi	84. a.	Cælum ex aqua & igne constat	104. e.
Benedicere, quid	41. d. 83. d. 208. d.	Cælum secunda die creatum	29. d. e.
Bestia vnde dicta	42. e.	Cælum Theologis, quid	28. c.
Bestiarum terra Hebraei etiam appellant feras	43. a.	Cælum ad quid creatum	38. a.
Bestiarum cibis	48. d.	Cælum solidum dicitur per excellentiam	101. d.
Bethel domus Dei	134. b.	Cælum Empyreum quando creatum	89. b.
Bibliotheca Venetiis celeberrima	95. c.	Cælum pro aere	26. f. 27. a. 30. b.
Binarius cur infastus	101. e.	Cælum esse quintâ essentiam, falsum est	104. f.
Bituminis genera duo	122. f. 123. a.	Cælum tripliciter dicitur	11. d.
Bitumen vbi abundat	122. f. 123. a.	Cælum inter aquas positum	19. f.
Boatis collectio est viginti duarum stellarum	261. a.	Cælum vnum tantum	49. d.
Bohu & Thohu, nomina primæ materiae	12. f.	Cælum acceptiones varias sortitur	26. 27. 28. c.
in Bivio federe quid	14. b.	Cælum crystallinum & firmamentum idem	104. e.
Bona fortuna Iob enumerantur	205. c. d.	Cælum apud Hebraeos semper in plurali profertur	31. b. c.
Bona plurima quæ ex Moysi scientia de mundi creatione, prouenere	4. e. f.	Cælum cur firmamentum dicitur	101. b.
Boni & mali scientia an sit apud Deos	86. c.	Cælum pro toto aërio tractu	27. e.
Boni duplex natura	128. b.	Cælum quomodo in tempore factum	3. e.
Bonitas, mens, animus, tria sunt rerum principia	16. e.	Cain acquisitio	25. a.
Bonum & malum pro nuditate	75. f. 76. a.	Calamitates suas Iob deplorat	230. b. c.
Bonum & pulchrum eadem voce Hebraeis significatur	116. b.	Calamitatis magnæ indicium	214. b.
Bonum & malum scire quid	75. c.	Calidus sol probatur	39. b.
Bonum in omni lingua naturam habet duplicem	23. f.	Caligo oculorum vnde	229. d.
		Caligo quid	209. d.
		Calliditas serpentis dæmonis	74. f.
		Calumnia Moysi in Christianos	189. b.
		Campus Thancos	175. c.
		Capilli mulieres putrefacti, in toridem serpen-	

C

I N D E X.

creatarum	49	Effodientes thesaurum	210.e
Dies tyrannorum incerti	225.a	Effundi sicut aqua, quid	144.a
Dies præcoque	175.b	Egressus de spinis quis	213.a
Dies intercalares	209.c	El nomen Dei	224.b
Dies & lux idem	25.c	Elementa rerum duo	5.f.6.a.b
Dies omnes apud Deum numerati	209.e	Elementis propria sedes datæ	27.c
Dies primus nullū mane habuit, sed vesperum duntaxat	25.c.e.f	Elementorum situs	259.b
Dies hominis intra certam metam præscripti	222.c.d	Elementorum ordo describitur	26.d.e.f
Dies vnde dicta	25.b	Elias an in paradysum translatus	108.c
Dies stati ac solennes Hebræis Mohadim dicuntur	102.a	Elohim, quid	110.f
Dies natiuitatis Iob	209.a.d	Elysius campus paradysus	107.a
Dies antiqui qui	100.b	Embryo quomodo fit	219.d
Dies vna	101.a	Empyreum cælum	104.d
Dies primus fuit ardentissimus	25.f	Enoch an in paradysum translatus	108.c
Dies nouissimi qui	181.c	Ephi mensura	155.c
Diffinitur sapientia	16.b.c	Ephod duplex	158.d
Diffusio cælestis vbi sita	52.e	Ephrata Berhlehem	158.a
Dij plures suspicari sunt	10.a	Equorum natura	262.f
Dilatari cor, quid	189.d	Equus & mulus homo fieri potest.	205.b
Diluua particularia fuere	1.d	Erratum Græcorum codicum	105.b
Diluuij causa	117.d	Error in annorum numero	123.c.124.a
Diluuij paradysus euersus	108.b	Error Leui qui appellat deum nouissimū	234.b
Diluuium videtur prædici	116.d	Error de Chao rerum omnium principio	6.e
Diluuium vniuersale fuit	1.d	Error Manichæorum de creatione	23.f
Diluuium quo tempore mundauit	116.f	Error eorum qui asserunt hominem factum esse ad imaginem angeli	44.d
Dionysij tyranni miseria	215.c	Errores qui sequerentur, si mundus esset æternus	3.e
Diplas serpens	190.c	Errores eorum qui sine initio mundū crediderunt	50.f
vt Diuina ab humanis longe discrepant hic nõ eodem modo in his atque in illis eadem verba semper sunt interpretanda	97.f	Erubescendi origo	61.b.c
Dixit Deus, quomodo intelligendum	23.b.c	Eruditio absque pietate pestilens	104.b
Diues arbori comparatur, quæ nunc floret, & citò arefit	231.f	Erumnæ, labores sunt Herculei	83.a
Diuinitæ Orientalium in armentis	235.e.237.c	Eruptio maris, vnde	259.b
Dodanim Rhodus	121.e	Esse ipsum solus Deus habet	149.d
Dolores pro cibis	214.d	Esse & fieri interdum pro eodem simuntur	100.f
Dolor manuum, quid	235.b	Esus animalium quia tacitus, prohibitus	48.d.e
Dolor & labor	112.b	Etyologia hominis varia	105.e
Dolore torqueri, quid	218.f	Eua vnde dicta	85.e
Dolor in circuncisione maximus	137.c	Eua cur sic appellata	24.f.25.a
Doloris maximi, signa	222.b	Eua an procul ab Adam creata	54.55.a
Domus ædificatæ Ægyptiis obstetricibus	147.b	Euæ creatio mira	68.69.a
Domus quid	216.f	Eua omnium futurorum hominum genitrix	67.b
Dornix fluuius	109.b	Euaporatio vnde	52.d
Dormienti cum vxore maledictio	198.d	Euilath, quam Hebræi chauala, vbi sita	64.f
Dominatus hominis in bestias	46.f	Eunuchi fideles ministri regij vocantur	140.e
Dominus exercituum, Deus cur dicitur	105.a	Eunuchi etsi non gignant, coeunt tamén	141.c
Dormire pro coire	166.a	Euomere pro execrari aut stomachari	165.a
Draco vnde dictus	110.c	Eunomij Hæresis	156.c
Dracones maris, pisces maximi	102.d	Euphrates fluuius	110.a
Duo admittæda omnibus Christianis viris	44.c	Euphrates & Tigris fluminum ortus	62.e
Duplex est quicquid in mundo est	220.b	Euphrates & Tigris vnde	62.e
		Euphratis fluuij ortus	109.a
		Eυαγγελιον Græcis quid	171.d
		Exaltatio duplex	260.e.f
		Exaltatio pro refugio	155.e
		Excubent pro custodient	168.e
		Excellentia, homines à brutis differunt	212.b.c
		Exordia rerum duo	5.e
		Experientia mira quorundam animantium naturarum	40.c
		Experiri verbum est multarū significationum	134.f.135.a
		Exsiccandi vis aquilonibus ventis	119.a

E

Ecce docuisti plurimos, duobus modis intelligi potest 211.a
 Ed vox Hebraica quid sonat 53.a
 Edem pro volupate 56.57.
 Editio Chaldaica quæ dicitur 37.a
 Editiones, quæ & sexta sub doliis repetitæ 269.a
 Effectus in causis 33.f
 Efficacia Dei, Filius eius, Basilio magno 17.p

I N D E X.

		F	
		Fabulæ apud Græcos vnde natae	187.e
		Fabulæ Hebræorum de Abram in fornacem coniecto	124.b
		Fabulosa de coruo quem emisit Noë	119.c
		Facere mirabilia	217.f
		Facere pro sacrificare	152.c.164.d
		Faciem accipere	221.b
		in Faciem in nates	108.b
		Faciem Mofi non fuisse cornutam	160.c
		Faciem suscipere	266.c
		Fallaces qui	205.a
		Fato omnia tribuisse putatur Iob	210.f.211.a
		Fel Hebræis pro omni amaritudine	235.d.e
		Felicitas impiorum lucernæ comparata	237.a
		Felicitas impiorum non est diuturna	237.e
		Felicitas impiorū tanquā nix ante solem	241.e
		Felicitati pristinae postulat Iob restitui	246.a
		Felicitium habitatio	231.f
		Fertilem fuisse paradysum autoritatibus probatur	65.d
		Fertilitatis causa	ibid.
		Fides de re inconcussa est	224.c
		Fidimus his quæ non mutantur	ibid.
		Fiducia tabernaculi	231.e
		Figmenta cabalistarum	55.e
		Figurarum genera tria	59.c
		Figurarum genus in sacris litteris duplex	59.b
		Figurata, & dicta, & facta in sacris litteris	59.b
		Filij Adam phrasis Hebraica	123.c
		Filij arcturi	261.c
		Filiarum Iob nomina	267.a
		Filij Basam	200.
		Filij Belihal qui	192.e
		Filij Dei qui	116.a.b.259.a
		Filij Gad dixit singulare pro plurali	185.b
		Filij Henac	175.d
		Filij hominis, locutio Hebraica	103.f
		Filij Iob septem figuratè dicti	205.c.d
		Filij Mosis quomodo filij Aaron sint	168.e
		Filij Noë tres, toti generis humani fontes	62.d
		Filij Seth, pro omnibus hominibus	181.e
		Filij superborum, qui	246.b
		Filios per ignem facere transire quid	164.f
		Filium Dei rerum creationem appellant multi	17.a.b
		Filius senectutis Ioseph	139.b
		Filius Dei cur in terras deductus	178.c
		Filius pro Viro	197.d
		Filius Dei cur λόγος dictus	17.b
		Filius imago patris	45.e
		Filius pro secundo principio rerum	17.f
		Filius Dei Angelus vocatus	179.a
		Fimbriae	176.e
		Fingere quid	114.e
		Finis omnium desideriorum	174.175.a
		Firmamenti nomine, quid intelligendum	28.c
		Firmamentum	30.c.101.a
		Firmamentum quid	26.c.37.e
		Firmamentum inter aquas positum	27.a.118.e
		Firmamentum ex quo factum	20.c.d
		Firmamentum qua die creatum	29.f
		Flatus Dei pro spiritu	211.c
		Flamma pro calamitatibus	225.f
		Flumina paradisi quatuor	108.e
		Flumina Orientalia tria	63.e.f
		Fluuij paradisi diuisio duobus modis fieri potuit	63.a
		sub Fœtur domini mahum ponebant iuraturi	132.c
		Fluuius paradisi in quatuor amhes distributus	62.e
		Focum domus suæ operire, quid	231.a
		Fœnerandum minimè	197.b
		Fomes ignis quid.	183.e
		Fons pro vaporibus	52.c.105.e
		Fontes bituminis	122.123.a.b
		Formare quid	114.e
		Fortis pro belligerante	167.f
		Formatio hominis ex limo	53.a.b
		Frater vsurpatur pro proximo	120.e
		Fratres apud Hebræis ducebant vxores fratrum qui sine liberis defrukti essent	140.a
		in Fronte non in corde legem gestabant Iudæi	153.e
		Frustrum funis quomodo in serpentem euaserit	40.c.d
		Fructus pro arbore ponitur	137.f
		Fructus ventris	190.a
		Fructus pro virtute	113.e
		Fruentum pluribus modis acceptum	257.a
		Fundamenta terræ, quæ	18.f
		Fundamenta terræ nulla	258.f
		Funis paupertatis	253.f
		Furti causa	225.c
		Futuris pro presentibus vtuntur hebræi	149.c
		Futuro pro præterito hebræi vtuntur	209.b
		G	
		Gaudium in sacris litteris, quid	230.b
		Gaudium hypocritæ, instar puncti	234.c
		Gehenna damnatorum locus	159.e
		Gehon non esse Nilum deprehenditur	63.e
		Genealogia prima	2.a
		Generatio pro familia	168.e
		Generatio omnis per Solem	22.c
		Generationis nomen vnde ductum	105.b.c
		Genere neutro carent Hebræi	112.d
		Genesis liber cur sic dictus	50.f
		Gentes in terra primæ	5.d
		Geon fluuius	109.a
		Gigas varie acceptum	122.a.b
		Gigantes quasi gigantis	117.a
		Gigantis per excellentiam dicuntur fortes	227.e
		Gigantes incubes & succubes fuisse volunt nonnulli	117.a
		Gigantes non esse demones, vt quidam volunt	117.a
		Gigantes qui fuerint	117.b
		Gigantes cur sublati	117.c.f
		Gladius flammeus & versatilis.	87.d.e
		Gladius iniquitatum vltor	234.c
		Gladius versatilis	112.d.e
		Gloria impiorum vanissima	234.f
		Gomer mensura	155.d
		Gopher ligni leuissimi nomen	171.f
		γραμμαρις Scriba	174.b
		Græci omnium gentium nouissimi	5.d
		Græcia Hebræis Iauan	121.e
		Græcorum & Hebræorum de Chao opinio	99.f
		Gratia pro misericordia	174.a

I N D E X.

Gravitas pro omni excessu	229.e	Holocaustum sempiternum	183.d
Gravium, principium	41.a	Homicida secundus, quis	114.a, b
Gryphus fabulosus	163.c	Homicida quis	186.c
Gurgulium, quid	264.d	Hominem nasci sine corde quid	220.d
Gustus pro persuasione	214.c	Homines extremæ paupertatis designantur	241.b
H			
Habitaculum iustitiæ, anima	216.f	Homines primi vbi terrarum habitauerint	25.d
Habitaculum, Tentorium, & Tabernaculū idem	172.e	Homines soli vos estis, quos habet sensus	220.f
Habitatio ferarum	231.f	Homines non esse immortales creatos &	83.c
Hæreson omnium principium	263.d	Homines terrigenæ	106.a
Hæretici Deum in homine formando angelos allocutum falso existimant	102.f	Homines primi cur vitam in plures annos quam nos protraxerint	107.f, 108.a
Hæretici Dathan & Abiron conferuntur	191.d	Homocæmia Anaxagora quid	9.b
Haiah verbum quid	12.d	Homini & hominis christiani discrimen	205.b
Halitus pro spiritu	233.a	Homini nomine vocati sunt primi parentes	69.b
Hammon corniger Ægyptiorum	185.e	Homini primi nomina duo	53.d
ad Hariolos & magos non declinandum	165.e	Homini formatio	53.a
Hebræis quid	7.d	Homini mirabilis creatio	49.c
Hebræis præpositio variè significat	136.e	Homini impij ruina proponitur	232.a
Hebdomas dierum quid	134.d	Homini vacua etymologia	103.c
Hebræi existimant Iob male de providentia fuisse	209.a	Homini primi pulchritudo	46.b
Hebræi futuris pro præteritis imperfectis vtuntur	105.f	Homini tria genera in principio fuerunt	47.a
Hebræi vnde dicti	126.a, b	Homo Adam	103.c
Hebræi multa in Astrologiam referunt, à sacris litteris alienissima	209.b	Homo ad laborem nascitur	213.b
Hebræi non solum feri, sed & imperiti	45.d	Homo creatus mortalis	55.c, 66.a
Hebræi superstitiosi	41.d	Homo cum nascitur, a simo simillimus, cur	220.d
Hebræi non habent plura annorū genera, contra quorundam somnia	114.f	Homo cum nascitur secum adfert peccati causas	222.c
Hebræi falluntur Abram in fornacem coniectum	124.b	Homo iustus describitur	204.f, 205.a
Hebræi omnium nationū imperitissimi	191.a	Homo probatur factus ad imaginem, non Angeli	45.c, f
Hebræi cur plerumque nomē plurale cum verbo singulari coniungant dicentes dij creavit	97.e	Homo pro masculo	209.d
Hebræis cur præceptum vt lactucis agrestibus vterentur	152.e	Homo, quando inchoatur, monstrum	5.f
Hebræicæ linguæ proprium	120.a	Homo quomodo in vtero formetur	219.c
Hebræus quid	126.b	Homo omnium rerum dominus	50.c
Hebraismus est contra faciem & super faciem	100.b	Homo in nullam se potest vertere figuram	71.d
Heden regio paradisi	107.c	Homo duplex ponitur	44.b, c
Heden cur sic dicta	107.e	Homo à quibus gignitur	21.a
Heden proprium loci	106.c	Homo, ratio, intellectus, mens	103.b
Heliopolis ante adventum Hebræorū in Ægyptum condita	147.a	Homo omnium rerum creatarū dominus	43.c
Henac filii	175.d	Homo divinitatis particeps	43.d
Herbæ cur plantis priores	33.b	Homo primus vbi creatus	18.b
ab Herbis vnum efflagitatur	33.e	Homo post omnia creatus	10.a
Herniosus quid	166.b	Homo creatus miles	48.b
Heroes & Semidei homines dicebantur	82.f	Homo caput mulieris ostenditur	80.c
Hexaplum Origenis cur ab eo conscriptū	95.b	Homo in quo differat à brutis animantibus	44.f
Hieronymus lapsus	118.a	Homo immortalis asseritur	43.c, d
Hierusalem	126.e	Homo primus creatus in paradiso	54.f
Hyacinthus coloris, cerulei est & odore laudatissimo	158.b	Homo est planta celestis	45.a
Hyle quid	7.b	Homo imago verbi	45.b
quid Hieronymum ad novam editionem impulit	96.c	Homo ad imaginem Dei factus	103.b
Hircoceruus	193.b	Homo per negationem creatus	52.b
Historiam certi refert Procopius	210.b	Horror visionis	211.c
Holam, eternitatem & mundum significat	14.e	Hospitalitatem suam Iob prædicat	248.b
		Hostia & pro peccato & delicto offertur	162.e
		Hostia maris, quid, & quæ	193.c & 259.b
		Hostia mortis, vbi	259.f, 260.a
		Humani generis prima post diluivium propagatio	121.c
		Humanitas quantum Deo grata	196.b
		Humanitas commendatur	196.c
		Humanitatis verum exemplum	214.f
		Humor	

I N D E X.

Humor terrestris quomodo in medullas & succum vitalem arborum vertatur	41.f	Iniquitatem minime declinandum	254.e
Humor & calor duo rerum principia	11.c	Initium quid	49.a
Humus pro terra	188.d	Innocentiam suam Iob comprobat	234.c
Hus, patria Iob, & à quo nominata	203.e	Innocentia quando amissa	61.c
Hyades succula dictæ	217.f	Inopia	244.c, d
Hyle seu materia prima philosophorum est inventum	100.a	Inscriptio librorum apud hebræos triplex	97.b
Hyle terrenarum rerum omnium principium	7.d	per Insomniam monentur homines vt caueant ab opere nefario	250.c, d
Hymber quid	51.c	Inspiratio dei in Adam	58
Hypocrita regnare cur Deus permittat	252.a, b	Instituta ecclesiæ vniuersa ex libris veteris testamenti de sumpta	170.c
Hypocrita pro impio ponitur	229.d, c	Insula à quibus nomina accepere	11.b
		Insultum comedere	214.c
		Intellectus pro visu	76.e
		Interitus hominum declaratur	212.b
		Interitus pro post vel retro positum	148.b
		Interpretatio paradisi mystica	107.c
		Interrogatio dei ad Adam facta ad quid	78.f
		Inuehitur in eos qui in blibia novas moluntur interpretationes	182.f
		Interrogatio in sacris litteris datur deo	207.b
		Interrogatio pro negatione	219.b
		Invidia Diaboli in hominem	71, 72.a
		Invidia læanæ nomine designatur	211.d
		Invidia omnia destruntur	212.b
		Ioannes an in paradysum translatus	108.c
		Iob arguitur loquacitatis	223.a
		Iob an vere extiterit	203.c
		Iob futurus cum deo in iudicio, duo postulat vt ei det.	222.b
		Iob simplex & perfectus dictus est	204.e, f
		Iob dicit se scopum	227.d
		Iob faci comparatus	221.a
		Iob positus in proverbium & fabulam	229.c
		Iob postulat sibi dari vadimonium	228.c, f
		Iob Arabs erat & Ismaelita	241.a
		Iob tria proponit vt attentè audiatur	236.f
		Iob vnde genus duxerit	203.d
		Iob se dicit mare esse	216.b
		Iob ante Moysen vixit	5.c, 16.e
		Iobileus, remissio	166.f
		Ionis vnde sumpsit suam appellationem	121.b
		Ioseph ab Ægyptiis deus habitus	145.e
		Iosue nominis deprauatio	175.a
		Iosue vt luna statuitur	183.b
		quem Iouem dicunt poetæ, sacra lingua vertit	
		Ichoua	83.e
		Ira dei	214.a
		Iris an fuerit etiam ante diluivium	120.c
		Ironia in sacris litteris	86.b
		Irruere in pupillum	215.d
		Isai pater David, non Iesse	142.f
		Isha cur Eua vocata	67.f
		Ismaelitæ Arabes	64.a
		Israël vnde dictus	136.d
		Iubilare quid	187.a
		Iubilatus vnde dictus	186.f
		Iudæorum pertinacia de Trinitate	44.e
		Iudæorum commentum	102.f, 103.a
		Iudicare pro prospicere	255.c
		Iudices dij dicuntur	156.f
		Iudicia doloris ingentis	222.b
		Iudiciaria fallax	37.b, c
		Iudiciorum dei profunditas	238.a
		Iudicium dei formidabile & tremendum	79.b, c
		Iudicium Iob, quid	222.c



I N D E X.

Iuge sacrificium	159.b	Libri cabalæ Eſdræ tempore aditi	122.d.e
Iumenta de quibus dicuntur	42.f	Librorum ſacrorum authoritas	1.c
Iumenta & beſtiæ quomodo differunt	43.	Limen pro pelui ſumptum	153.c
Inramenti ratio	155.f	Lingua cur moderanda	220.c
Inramentum per Deos externos non debet fieri	157.d	Lingua Hebræa locutum Adam	68.d
Inramenti cur olim manū ſub forma poneret	132.c	Lingua Hebræa cur ſancta vocetur	110.c
Iurare per cælum quid	155.f	Lingua ſancta	130.a
Iuravit pro placuit	148.a	Lingua ſanctitatis	198.a
Iuſtis mala cur irrogentur	217.a	Lingua Hebræa tempore 70. carebat punctis	127.e.f
Iuſtitia petire non poteſt	211.d	Linguarum diuerſitas quando cœpta	25.a.b
Iuſtitia quid	127.d	Linguarum diuiſio	122.e
Iuſtitia partes duæ	130.e.f. 205.b	Ligna Hebræi arbores vocant	109.d
Iuſtum ſe prædicat	206.b. 246.a.b	Lignum pro arbore	111.c. 192.b
Iuſtus quis in litteris ſacris	127.d	Lignum vitæ, beatitudo	59.e
Ixon animal quaſi incognitum	193.c	Lignū vitæ quomodo ſit intelligendum	58.f. 59.a

K

Kachas vox Hebræa, quid	227.a
Kain ſecundus homo vbi habitare cepit	62.c
Kameterim nomen	209.e

L

Labium	160.c
Labor Tharach	187.f
Lachrymas ſuas proſequitur Iob	229.d
Lactantij error in ſupputatione annorum mundi	181.c
Lactuce agreſtes, de omnibus herbis amaris dicuntur	152.e
Lacus Generareth	186.d
Lætitia iuſtorum interitus eſt impiorum	217.c
Lapides pretioſi vnde	15.d
Lapides pretioſi vbi optimi naſcuntur	67.c
Lapillorum nominibus mira interpretum diſcrepantia	109.e
Lapſus genuum vnde	229.d
Lapſus Hieronymi	118.a
Laqueus animæ	220.d
Latrones, calamitates	232.e
Latronum genera duo	213.a
Latus, quomodo accipiatur	68.e.f. 69.a
Laus impiorum brevis	234.e
Laudes de Sabbatho	49.f. 50.a
Lauræ qua homo coronandus, ſi non peccaſſet	48.b
Leges mari præſcriptæ	19.b
Leges duæ Adæ datæ	82.d
Leges duæ datæ primis parentibus	67.a.b
Leges multæ diuinæ variis temporibus ſatæ	82.d
Leones rugientes pro Superbia	211.c
Lepræ & nõ lepræ quibus datū iudicium	194.d
Lepus Romanus cuniculus	163.d
Leuiathan præcis ingens eſt, quem alibi cetim nominant	264.c
Leuiathan pro dracone	64.b
Leuiathan quid	209.f. 210.a
Leuita non officij nomen	168.b
Leuitarum officij	168.f. 169.a
Leuitis cur pilos radere præcipiebatur	172.b
Leuium omnium, principium	41.
Liber Geneſis cur inſcriptus	97.d
Liber Iob à Moyſæ inſcriptus	97.d
Liber Iob quare obſcurus	203.a
Lia vxoris Iacob habitus	145.e
Librare quid	19.c

Loci tres in deſcriptione paradifi inducuntur	61.e.f
Loci in quibus cometæ gignuntur, duo	52.e
Locorum deſcriptiones, duo arguere ſolent	56.a
Locus, quomodo teſtis dicatur	236.d.e
Locus in quo paradifiſ erat adhuc extat	108.d
Longæuitas hominum vnde	33.f
Longanimis dominus	175.f. 176.a
Loquendi modi Deo attributi	23.b.c.d
Loqui ſi cœperint, duos ſenſus habet	210.f. 211.a
Loquitur Deus quomodo	23.c.d
Lucis munus	24.b.c
Lucis termini	25.c
Lucis creatio quid	24.b
pro luctu ſuo eſt Leuiatha	210.a
Lumina puriſſima vnde orta	35.c
Luna aquarum regina	22.d
Lunæ defectus	242.c
Luna cur ſole maior appareat	39.d.e
Luna temporum index	37.b
Luna temporum confeſtrix	22.c
Lutherus confeſſionem tollit	170.c
Lux origo mundi	24.f
Lux poſt terras primò creata	20.a
Lux quid	212.a
Lux & Sol idem	21.b
Lux regnum eſt gignendarum cauſa	21.b
Lux quare reperta	24.b
Lux pro Sole vſurpatur	23.f. 24.a
Lux ante omnia reperta	24.c.f
Lux variè accipitur	230.f. 231.a
Lux vrbis nomen	134.b
lybra quid	169.b

M

Macedonum victoria	181.f
Maceria & repagulum idem	140.e
Madianitæ & Cuſlei ſunt iidem	6.b
Madianitæ Arabes	64.a
Magi tres Sabæi	121.f
Magi vitandi	165.e
Magorū patria, Babylonia, Chaldea, Perſia	121.c
Magnitudo diuinitatis Dei oſtenditur	18.g
μακροθυμία	175.f. 176.a
μαλακία	190.a
Mala	221.f

I N D E X.

Mala cur iuſtis irrogantur	217.a
Mala in Deum non in aſtra referenda	213.b
Maledicere diem natiuitatis ſuæ quid	209.a
Maledicere quid	83.d
Maledicere verbum abhorret ſcriptura	206.a
Maledictio Dei in terram vnde	119.f
Maledictio domini quæ	196.b
Maledictio ſerpentis duas maximas ſpargit ambages	80.c
Maledictio mulieris 80.c. in quo poſita	111.f
Maledictio quæ ventura populo non obtemperanti legi	84.e.d. 85.
Maledictiones duæ	80.e
Maledictus quis	196.b
Mali cognitio, vnde	60.d
Malum genera duo	241.c
Malum cur in ore dulce	235.c
in Malum multipliciter dicitur	75.c.d
Malus ſeruatur in diem perditionis	238.c
Mandragoræ	134.f
Manè vnde dictum	235.f. 26.a
Mane ante diem, effectumque à Sole	25.e.f
Manibus lux abſcondita	255.c.d
Manichæorum error de creatione	23.f
Manna etiam hodie reperitur	155.d
Manna cur inane vocatum	179.d
Manna vnde ductum	155.c
Manna bdelio ſimile	173.e
Manna ad multitudines aptum	155.d
Manu excellā peccare	176.d
Manum inuenire aliquid, quid ſit	171.c
Manum Dei non abbreviari quid	174.c
Manus pro	176.d
Audacia	171.c. 174.b
Facultate & potentia	171.c. 174.b
Flagello	240.b
Iuramento	155.f
Operibus	211.a. 219.a
Perſecutione	250.a
Ramo	226.a.b
Rapacitate	235.c
Manus valida quid	149. & 216.e
Mare aquæ totius ſedimentum	32.a
Mare quomodo efficitur	30.f
Mare rubrum Hebr. dicitur non rubrum, ſed caricò ſum ſeu papyroſum	154.d
Mare rubrum vento exſiccatum	100.e
Mare quomodo ſalſum effectum	31.f. 32.a
Mare cur moueatur etiam ſine ventis	32.f
Mare terreſtre & cæleſte	30.e.f
Mare nouiſſimum quod dicatur	191.f
Margaritum ſine vino vbi naſcatur	65.d
Maria vnde dicta	155.a
Mari Iob comparatur	216.b
Maris æternitas reſutatur cõtra Ariſtotele	31.e
Maris & terræ exhalatio	260.e.f
Maris etymon	32.f
Maritus deſyderium vocatur	85.b
Materiæ primæ nomina	12.f
Materiæ primæ, duæ	13.a
Materies omnium ſtirpium in terra	33.f. 34.a
Mazaroth quid	261.b
Meliora quæ	43.b
Melchitedech quis fuerit	126.e
Mebra polita pro anim icogitationibus	229.c.d
Membrum nullum quod non prouidètia vniuerſali conſtructum	219.c
Memoria cineri comparatur	221.f

Mendacia duo in Serpente ad mulierem decipiendam	74.e
Mendacium triplex moſtratur fuiſſe in ſerpente ad mulierem decipiendam	74.d
Menſes vacuos habere	215.f
Mens prima	103.c
Mens pro Dei filio	16. 17.
Mens pro corde	184.e
Mens imago & ſimilitudo diuina	43.d
Mentis domicilium in corpore, vbi	53.f
Mentis diuerſæ acceptiones	43.d.e. 44.a
Mercenarij dies	222.d
Merces ſceleratorum	244.c
Merciū nomē duobus modis accipi poteſt	209.e
Mercurius Moyſi contemporaneus & ideo inſcribendo, penè conſentaneus	99.c
Mercurius Trimegiſtus Ægyptiorum propheta	180.b
Mercurius Trimegiſtus in filio Dei omnia eſſe pronunciauit	98.a
Mercurius Trimegiſtus de rerū creatione multa ſcripta reliquit	5.e
Mercurius Trimegiſtus philoſophiæ Ægyptiæ antiſtes	9.b
Meridies pro eremo & deſerto	175.b
Meriri dæmonis nomen	201.a
Mefopotamia & Armenia primæ hominibus	155.c
Mefopotamia, Aram 180 d. (habitare)	42.a
Mefopotamia & Armenia idem	62.a
Mefopotamiæ, Arabiæ & Syriæ affinitas	65.e
Mefopotamiæ vbertas	58.c
Mefſani V ſitæ	64.f
Mefſias prædicatur	181.c
Mefſias Hebræis Shaliac, id eſt miſſus dicitur	144.f
Mezentij error, dexteram ſuam Deum appellas	242.b
Milites cæleſtes, qui	152.b. 153.c
Militia cæli quid	104.f. 105.a
Militia multiplex	215.e
Militia pro tentatione	60.f
Militia pro multitudine	168.a
Mirabili facere	217.f
Miracula Dei	255.f. 256.a
Miracula quibus maietas cõprobatur	246.a.b
Miraculum apparet in fulmine	256.a
Miraculum Dei	18.
Miferiæ hominum quæ	222.c
Miferiæ mulieri inditæ poſt lapſum	82.c
Miferiæ omnes quando pateſcunt	79.a
Mitre quem miſſurus es, non poſſe Chriſto tribui	150.a
Mna, vox Hebræa, & quid ſignificet	135.d
Mizraim Ægyptus	121.d
Mærores, tenebræ dicuntur	230.b
Modius	155.e
ſuper Molam non ſcenerandum	197.b
Moloch vnde deductum	164.f. 165.a
Moloch idolum 164.e. 165.a	Moly ſtos 59.d
More locus in quo Deus Abraham apparuit	124.
Mors primogenita quid	231.d
(d e)	
Mortalitatis index	172.c
Mortalium interitus declaratur	212.a.b
Morte morieris, quomodo intelligendū	67.b
in Morte omnium eadem conditio	210.c
Mortis immaturæ duæ ſimilitudines	226.c
Mortui cur viuus prælati	209.b

I N D E X.

Mortuorum resurrectio prædicatur 222.e
 Moses vt sol statuitur 183.b
 Moses sepultus à domino per Angelorum manus 202.e.f
 Moses cur sic vocatus 147.f
 Moses verè Deum accolatus est 171.e
 Moses cur de rebus spiritualibus non loquitur 58.e
 Moses vxores 174.d
 Moses benedictiones 84.a
 Moses sapientia 4.d
 Moses peccatum ad aquas 179.b
 Motus diuinus, volatio dicta est 87.e.f
 Multa transgredientium 196.e
 Mulier Apollinari duobus nominibus vocata 67.f
 Mulus *mulos*, semiafinus 124.f
 Mulier quando creata 66.f
 Mulier & corpore, & nomine à viro ducta 110.b
 Mulierem septima die creatam aiunt nonnulli 50.b
 Mulieris maledictio quæ 81.c
 Mulorum inuentor 138.c
 Mundanæ creationis cognitio fuit ante & post Mosén penes gentes 5.b
 Mundicia & puritas pro Iustitia 130.c
 Mundi creationem Moyse primus docuit 1.b
 Mundi Chaldæi septem 101.d
 Mundi non potuisse esse æternū ostenditur 2.c
 Mundum creatum & dissolubilem 50.f.51.a
 Mundum quis primò *κόσμος* vocauit 23.b.24.a
 Mundum principium habuisse constat 1.b
 Mundum sex millibus annorū duraturum 181.c
 Mundus à Deo procreatus 97.c
 Mūdus intellectualis, verbū Dei est creatis 17.b
 Mundus propter hominem factus 10.e
 Mundus vnde dictus 6.d
 Mundus sumitur pro omni genere bestiarū noxiarum 151.d
 Mussar vox hebraica, duo habet significata 250.c
 Mutilum Deo minime offerendum 166.f
 Mygale quid verè sit ignoratur 164.a
 Mystera non fieri sine Dei præsentia 78.c.d
 Mystica paradisi interpretatio improbat 107.c

N

Nabaiot 133.a
 Nabaiot qui à nobis Nabathæi 121.f
 Nabathæi 64.f
 Nata cuncta cur à Deo conseruantur 221.b
 Nathã ad Dauid propter scelus cõmissum 79.b
 Nati nunquam, cur & mortuis & viuus prælati 209.b
 Naturæ miraculum 262.a
 Naturæ mira varietas ibidem
 Naturæ varietas declaratur 244.e
 Natura hominis narratur contemptibilis 216.d
 Natura humana in duo partita 78.a
 Natura diffinitur 34.d
 Natura rerum quid 34.f
 Naturæ meliores 34.b.c
 Naues, poma porrantur 218.e.f
 Nazarei sanctificati 145.e
 Nazarenus 170.c
 Nazareus, sanctus 170.e
 Necromantia quid 195.a

Nectar aut neostar vnde dictum 59.a
 Nembrot nomen corruptum 122.a.b
 Nemoribus dij delectari opinabantur 192.b
 Nèpente quid 59.d
 Nephilim filij 175.b
 Nephthalim quid 202.b.c
 Neruus quid 136.c
 Nihil ante omnia fuit 20.c
 Nihil in terris fit sine causa 213.a
 super Nihilo terra fundata 18.b.c
 Nili fluij nomen vnde deductum 63.b
 Nilus fluius 109.a. b. 152.b
 Ninieue 106.f
 Noach quis 117.c
 ex Nocte omnia gigni Theologi Græcorum asserunt 9.c
 sine Nocte in mundo nihil esse posse 24.d.e
 Noctis comoda 24.d
 Nomen quatuor litterarum, Deus 71.a
 Nomina antiquissimorum hominum ex lingua hebraica desumpta 24.25.a
 Nomina diuina duo 137.b.f
 Nomina ab aliqua proprietate rebus imposita 167.a
 Nomina filiorum Iob 172.c
 Nomina primum terri indita 2.b
 Nomina & etymologiæ primorum hominum vnde 24.f
 Nomina reb⁹ indita iuxta suas proprietates 31.b
 Nomina duo hominis primi 53.d
 Nomina rebus secundum naturā imposita 68.d
 Nomina animalibus ab Adam indita 67.f.68.a
 Nomina diaboli quot, rot nocēdi artes 72.b.c.f
 Notus ventus vnde oritur 168.d
 Nouissimi dies qui dicantur 181.c
 Nox natiuitatis Iob 109.a.d
 Nox prior die 9.e
 Nubes vtres vocatæ 261.e
 Nuditatis pro ruina 77.e
 Nuditatis cognitio quid 61.c
 Numam & Minoa fictæ 171.c
 Numerus binarius cur infaustus 101.e
 Numerus septenarius 213.d
 Numinis aduentu fit ventus 211.c
 Nuncupatio cæli duplex 26.a.27.c
 Nuncupationes rerum, partim diuinæ, partim humanæ 68.c
 Nunquid rugiet 214.b
 Nuptiæ ante casum præceptæ 48.f
 Nutus Dei locutio appellatur 217.c
 Nuptiæ ante casum præceptæ 48.f

O

Obeliscus quid 102.e
 Oblatio ex omni frugū genere maturo fiebat 161.e
 Oblatio apud Hebræos quid 113.a
 Obolus, 167.d
 Oceanus cur sic vocatus 33.a
 Oculi pro mente 75.f
 Oculorum caligo vnde 229.f
 Oculorum primorum parentum apertio 77.f
 Oculos habere clausos, siue apertos, quid significet 75.e
 Omnia à Sole nascuntur & viuunt 22.d
 Omnia hominis causa reperta 43.b.c
 Onager asinus syluestris 262.b
 Onager

I N D E X.

Onager quibus regionibus assuetus 214.b
 Onocrotalus pelicanus 163.f
 Onychini lapidis color 109.f
 Onyx radix candens 159.d
 Ophyr India, regio ferax auri 246.d
 Ophiomachus, pugnam cum serpentibus committit 163.f
 Opinio quorundam de mundi æternitate refellitur 51.a
 Opinio Iuliani imperatoris de Sole 53.b.c
 Opiniones multa & diuersæ de paradiso 56.57.
 Opiniones veriores quæ 2.e
 Opera mea, quid 218.f
 Opera omnia mundi quibusdam mala 23.f
 Operationes obscuræ ex notis cognosci 53.f
 Operationis principium 211.a
 Opes humanæ minime admirandæ 215.c
 Opes impij, ad quorum manus venturæ 213.a
 ab Oppressione aliena temperandum 189.a
 Opus seruile 183.f
 Opus primum in terris 14.f
 Opus Dei quod 50.c
 Opus laudat opificem 258.259.a
 Or pro sole, & maor pro luna 22.b.c
 Oraculum, quid 76.a
 Orbis, Lux & Sol idem 20.b
 Orbis caelestis natura 49.b
 Orbis sydereus & caelestis super aquas positus 19.f.20.b
 Ordo rerum procreandarum 49.b.c
 Ordines duo rerum natarum 34.f.35.a
 Ordines caelestes, qui 242.b
 Ordo rerum creatarum 35.a
 Ordo & natura rerum creatarum 10.e
 quo Ore Deus locutus sit primo parenti 66.e.f
 Oriens in sacris litteris quid 61.f
 Orientis pars duplex 61.b
 Orientis regio primum habitata 62.c
 Origo hominis à cælo 45.a
 Origo & author rerum supernarum & infernarum 34.f
 Origo rerum omnium vnde 10.e.15.f.259.c
 Origo rerum, Deus 34.d
 Orion Archophilax dicitur 217.f
 Orion signum caeleste 261.a
 Ornatus cæli 104.f
 Orpheus duo rerum omniū ponit magna principia 11.c
 Orpheus propheta apud Græcos 180.a.b
 Ortus non semper idem 259.d.e
 Oryx quid 193.b
 Ostende mihi faciem tuam quomodo intelligendum 160.a
 Otium primæ mulieris, sui lapsus causa fuit 73.f
 Ouum sine sale 214.c

P

Pacis significata 156.e
 Pacis fluius, vnde ortus 62.e
 Padus fluius 108.f
 Pactum Laban cum Iacob decies mutatum 135.d.e
παλιμαίος λόγος 224.f
 Palmæ se comparat Iob 246.b
 Panis omne id quo vescimur 191.c
 Panis propositionis, panes facierum 158.d
 Panis azymus cui Hebræis præcipitur 152.e

Panis sacrificij 183.e
 Paleg diuisio 122.d
 Paludes exhaustæ 32.e Papyrio quid 147.c
 Parce mihi, pro relinque 216.c
 Paradisum esse cælum improbat 107.d
 Paradisum fertilissimum fuisse probatur 65.d
 Paradisum non fuisse locum inmortalem 55.a
 Paradisum in nostro orbe sita monstratur 107.e
 Paradisum itiquè quidam constituunt in monte Caucaaso 63.a.b
 Paradisus mystice interpretatus 107.b
 Paradisus in Hedem 106.b
 Paradisus probatur terrestris 57.a.b
 Paradisus terrestris vbi 42.a
 Paradisus terrestris, & quæcunque in eo terrestria 59.d
 Paradisus an sensibilis 56.d
 Paradisus cabalisticus 56.d.e
 Paradisus describitur 108.e
 Paradisus vbi sita 106.f
 Paradisus terrestris 54.e
 Paradisus vbi 25.d
 Paradisus in Edem 56.a
 Paradisus terrestris & caelestis 56.c.d
 Paradisus mortalitati obnoxius 108.b
 Paradisus non sita extra orbem nostrum 106.f
 Paradisus mystice interpretatus 107.b
 Paradisus mysticus 56.b
 Paradisus vox persica 106.d
 Paradisus diluio euerfus 108.b
 Paradisus vbi situs disceptatur 56.b.c
 Paradisus cur nõ inueniatur, cum locus in quo situs erat extet 108.d
 Paradisus Dei 107.f
 Paradisus an ante cælum & terram factus 109.d
 Pars hominis melior quæ 44.b
 Pars improborum maledicta 241.d
 Particularia omnia corrumpuntur 32.c
 Partus atque conceptus desertatur 210.d
 Pascere sterilem 241.e
 Pascha suum quo die celebrabant 183.d
 Pascha varie interpretatur 153.a
 Pater, Filius rerum principia 16.e
 Pater pro primo principio rerum 16.e
 Pater Hebræis est princeps 114.c
 Pater mi, duobus modis exponitur 252.e
 Patientia Iob laudatur 251.b
 Patria Magorum 64.c
 Patroni nulli ad Dei tribunal aderunt qui causas dicant 254.d
 Patruelis, patruj soror 151.a
 Pauonum stoliditas 262.e
 Peccandi causæ simul cū homine nascuntur 222.c
 Peccandi verbum duplicis est significationis 172.c.d
 Peccare manu excelsa 176.d
 Peccare pro expiare 172.f
 Peccata tria Adam perpetrasse ostenditur 87.a
 Peccatum vnde 196.e.213.a
 Peccatum pro expiatio 172.f
 Peccatum sequitur pœna 84.85.
 Peccatum Sodomiticum vnde 225.e
 Peccatum in foribus esse quid 113.b
 Peccatum Adæ non inutilisse nobis, sed animam Peccatum quid 178.b (mortem 108.a
 Peccatum à delicto differt 162.e

I N D E X.

Peccatum Moſis & Aaron ad aquas	179.b.c	Pontus quid	125.d
Peccatum omne, ignorantia	133.b.c	Populus pro familia	169.a
Peccatum in pueris nullum	86.d	Porcina carne cur Iudæi non vtantur	168.c
Peculiaris populus, quis	189.e	Porphyrio omnium animalium formoſiſſimum	163.e
Pelles Hyacinthinæ	158.b	Porphyrius dictus impius	111.a
Pelles Hyacinthinæ Hebr. quæ dicantur	169.f	Porta pro vrbe	197.d
Pelles de animalibus & arborum corticibus dici poſſunt	85.86.a	Portæ mortis, vbi	259.260.a
Pentateuchus à Moyſe conſcriptus	97.b	Portæ pro oppidis & vrbibus	192. & 194.a.c
Pentateuchus tantum à 70. tranſſatus	268.c	Portantes orbem qui	218.b
Penna ſtruthionis	261.c	Poteſtas Dei	217.e
Percutere fœdus	128.a	Præſini lapidis color	109.f
Perfectio quid	225.f	Præceptum falſi	178.a
Perfidia hominum oſtenditur	214.f	Præmia malorum	231.c
Periſcelides quid	184.d	Præmium animorum piorum	44.b
Perizomata, ex ramis facta	77.b	Præmium cæleſtium bonorum	235.a.b
Periſcelides à ſæminâlibus differunt	162.d	Præmium impij	244.b
Peſec dicendum non phaſe	152.f	Præpoſitionis in, vis apud Hebræos	97.e
Perſonam accipere quid	191.b	Præputium cordis quid	191.b
Perſpicua omnia, aquea	15.e	Præſides diei & mortis duo ſtatuantur	39.c
Phanuel vnde formatum	136.c	Præſtigijs diabolus delectatur	195.a
Phares Hebraicè diuiſio	140.c	Primogenitus Hebræis, principium doloris eſt	143.f
Pharo, locus vbi tralatio prima à 70. facta	268.c	Primordia rerum fœcundiſſima	33.f
Phaſe, nomen modis variis corruptum eſt	152.f	Primogenitum, quid	231.c
153.a		Primitia quid	178.b
Philon ſuarum litterarum ignarus	105.e.f	Primitia, oblationes	177.f
Philon mundum creatum oſtendit	4.e	à Principe malo omnia profecta dicebat Manichæus	23.f
Philonis Iudæi laus	44.e.45.a.b	Principia rerum & elementa in principio, qualia	18.d.e
Philophandi genus corruptiſſimum	95.e	Principia tria rerum, platonis	16.e
Philophia ab Eois ad Græcos	5.d	in Principio id eſt in filio	97.e
Philophia omnis, vbi	217.d	Principium rerum inuiſibile ſpiritus	14.d.e
Philophi ſapientes per antiphrâſim appellâ-tur	110.e	Principium primum rerum	16.e
Phison fluuius	63.a.b.109.a	Secundum	17.e.f
Phison non eſſe Gangem probatur	109.c	Probatio hominis varia	215.e
Phiton vrbs quando condita	146.147.a	Probatio pro tentatione	60.c.d.e
Phylateria	176.e	Probare, arcanis artibus eſt ſecreta quærere	72.f.73.a
<i>τὸ φῶς ἡγεμονικόν</i>	21.f	Probitas ſine ritibus eſſe non poteſt	192.a
Pietas ad Dei amorem ſpectat	193.e	Procopius de paradifo	106.d.e
Pietas Iob	211.b.c	<i>τὸ εὐχρηματικόν</i>	175.b
Pietas omnium virtutum procreatrix	95.e	Prodigium mirabile	243.b
Pietas perire nequit	211.c	Prometheus ſummi Dei nomen	53.c
Pili mortalitatis indicium	172.b.c	Prophete pro ſeruis	211.f
Pifcis maximi nomina	264.c	Propheta viſio vacata	217.b
Placentarum genera multa quæ diis offerebantur	162.c.f	Propheta quid	174.f
Plagarum Iob deſcriptio	227.c.d.e	Prophete gentium idololatrarum	180.b
Plantarum genera duo	52.a	Prophete videntes nominati	127.a
Pleiades ſignum cæleſte	260.f.261.a	Prophetiarum genera quinque	174.f
Pluere bellum, quid	236.b	Proprietates ſpiritus	13.f.14.a
Plutarchi error	168.b.c	Proprietates in deo, duæ	3.f.4.a
Plutarchus de Dei ſapientia	176.a	Protelare vnde dictum	189.b
Pluuia per negationem creata	52.b	Prouidentia Dei magna	24.d
Pluuia ſæpe dantur & ad vtilitatem, & ad correctionem	257.c	Prouidentia diuina falli non poteſt	210.f
Pluuia diffinitio	52.c.d	Prouidentia magnæ argumentum	263.c
Pœnarum genera omnia Iob deſcribuntur	225.b.c	Prouidentia pars tertia	213.c
Pœna quæ Chain eſt damnatus	113.f	Pſalterium quo vtimur eſt non ſit à Hieronymo ex hebræo tranſlatum, eſt tamen ab eo Ro-correctum	96.e
Pœna Chain prima & ſecunda	113.e	Pſalterium è Græco in Latinum ab Hieronymo ma tranſlatum eſt	96.f
Pœnitendi verbum quid	266.e	Pſalterium quo vtimur non eſt Hieronymi ſed ſeptuaginta interpretum	
Polluti qui	170.a.171.a	Ptolomæi error de tranſitu maris rubri	125.c
Pollutus in anima quis	170.a	Pudenda Hebræis denudatio	121.a
Polymita veſtis	139.b	Pudoris	
Pomarij ducis Ferrarij deſcriptio	58.a		
Ponere animam in manu	222.a		

I N D E X.

Pudoris & erubeſcentiæ occaſio	61.c	Res duæ vniuerſales aliarum effectrices	11.c
Puer pro ſeruo	129.f	Res humane	213.c
Puluer in luctu caput aſpergebatur	227.e	Res impiorum proſperè ſuccedentes deſcribuntur	237.b.c
Puluis pro terra	18.d	Reſina vox vnde ſumpta	139.c
Pulchritudo primi hominis	46.b	Reſheph, quid	213.b
Pulchrum & bonum Hebræis idem	116.b	Reſponſum ſuperbum Cain ad Deum	79.a
ex Puluere non poterat formari homo	53.d	Reſurrectio corporum	233.f.234.a
Punctis olim carebant Hebræi	127.e	Reſurrectio mortuorum	222.e
Putiphar magiſter cœquorum aut militum	139.f	Rex formidinum	231.e
Pygargus	193.b	Rhodus inſula vnde dicta	121.d.c
Pythia	165.f	Romanæ vrbs excidium per Caſarianos, anno 1527. fol. 119.a	
Pythion Samuelis	58.d	Ritus penè omnes quibus vtitur Eccleſia ex veterè deſumpti	178.b
Python	165.f	Romanos ab Eſaï deſcendiſſe aſſerunt Iudæi	133.f

Quæſtio latitudinis terræ proponitur 260.a
 Quicquid in mudo eſt duplex eſt 220.b
 Quid eſt cur Dei nomen 148.f.149.a.e.f
 Qui eſſe Deum quomodo intelligendū 49.f
 Quid eſt Deus dicitur 149.a

R

R abioſi Moſis in Chriſtianos calumnia	189.b
Rachabiturum præclarum exemplum	60.f
Rachaph id eſt incubatio & agitatio	100.c
Radices maris qui	255.b
Radij ſolis, quantæ ſint virtutis	38.d
Radio textoris vita comparata	216.b
Rameſſes & Phiton vrbes quo tempore conditæ	146.f.147.a
Rami pro filiis vel membris corporis	231.d
Rapaces onagris ſylueſtribus comparati	241.a
Ratio de iuſtis & iniuſtis repetitur	244.a
Rationes quibus mundi æternitatem quidam probare nituntur	3.c
Ratio prouidentia viſionibus cognoscitur	212.c.d
Refugium miſerorum Deus	221.a.b
Regio quæ primo habitata	62.c
Regio orientis feraciſſima	58.a
Regiones quæ adhuc retinent nomina eorum, qui eas habitauerunt	121.c.d
Regnum omnium vetuſtiſſimum	1.e
Regnum cælorum vim pati quomodo intelligendum	60.e
Rei vnius alicuius tres ſint imagines	46.a
Repagulum Hieronymo quid	140.d.e
Rephaim, Gigantes	187.e
Repleuit carnem pro ea, exponitur	70.a.b
Rerum tria principia: duo viſibilia, tertium inuiſibilia	14.e
Rerum nuncupationes diuinæ & humane	68.c
Rerum exordia duo	5.f
Rerum confuſionem nullam fuiſſe ante mundum creatum	6.a
Rerum gerendarum ſigna à Deo data ſunt	256.d
Rerum primordia fœcundiſſima	33.f
Rerum creatarum ordo & natura	10.e
Rerum omnium principium terra & aqua	29.e
Rerum cognoscendarum ratio duplex	10.d
Rerum parentes aquæ; quibusdam	9.c
Rerum natarum duo ordines	34.f
Res duæ per negationem create	52.b
Res cæleſtes & terreſtres quæ	34.f.35.a

S

S aba duplex	121.f
Sabæi Arabes	215.a
Sabbati vna	101.a
Sabbatum laudatur	49.f.50.a
Sabbatum cur dicatur ſanctificatum	50.c
Sabec varie ſumitur	131.e
Saccus, vox Hebraica, Græca & Latina	139.d
Sacerdotes iudices appellantur	156.f
Sacerdotes olim voluntarij	205.e
Sacerdotes populi conſeruatores	169.a
Sacrificium iuge	459.b
Sacrificium	183.e
Sacrificiorum genera multa	192.b
Sagitta domini	214.b
Sal cur omnibus adhibebatur quæ Deo offerebatur	178.a
Salem quibusdam Hieruſalem	126.e
Salfedo quomodo efficiatur	32.a
Sanctificare quid	205.f
Sanctificatio ſabbati qualis	50.c
Sancti pro Angelis	224.d
Sanctitatis lingua	198.a
Sanguis qui eſt in pelui, non in limine, dicendum	153.c
Sanguis & anima idem Hebræis	120.a
Sanguis brutis anima	120.b
ex Sanguine ſiunt reliquæ corporis partes	20.e
Sanitas & dolor à Domino	213.f
Sapientia ab eo deest qui amici non miſereretur	214.e.f
Sapientia ante mare & Abyſſum	19.c
Sapientia cur in quibusdam moritur	220.f
Sapientia Dei miranda oſtenditur	223.b
Sapientia idem quod ſpiritus	16.a.b
Sapientia in omni creatione Deo ſocia	18.
Sapientia Moſis	4.d
Sapientia nihil pretioſius	246.
Sapientia, omni motu velocior	16.d
Sapientia ſæpe rebus aduerſis cõparatur	254.a
Sapientia Salomoni pro ligno vitæ	59.c
Sapientes æquinoce philoſophi dicuntur	110.c
Sapientibus ſolis data terra eſt	214.f
Sartaginis vſus in ſanctuario	161.e

I N D E X.

Sata tria	129.c	Septenarius numerus facer	49.f
Satan in diuinis litteris, quis	71.f	Septuaginta errarunt in annorum numero	123.c.124.
Satan aduersarius	180.c	Septuaginta interpretum versio sub Ptolomeo philadelpho facta est.	56.d
Satietas violentiæ mater	205.c	Septuplum punietur, variis modis expositum	114.a
Scelera maxima duo, omnium aliorum principia, quæ se vitasse Iob dicit	227.f	Setæ equinæ in aqua cœnosa moratæ ad solem, serpentes fuisse	40.c.d
Scelerum fontes vbi	213.a	Serh redditio	25.a
Scelus primorum parentum omnia incommoda inuexit	83.c	Serhim lignum	158.c
Scelus suum duobus modis faretur homo primus	79.f	Sexus vtriusque creatio simul facta	67.c
Sehenitæ Arabes	64.b	Sexus vterque sub vno nomine intelligitur	67.a.c
Schismatici Darhan & Abiron conferuntur	191.d	Shem quis	117.c
Scientia idem quod intellectus	16.b	Shoha lapidis preciosi genus	109.f
Scientia boni & mali quid	86.c	Si pro non	184.f
Scientia boni & mali amphibola	76.a	Siccitas quid	32.b
Scire bonum & malum, quid	75.c.d	Sicera ebrietatem aut ebriamentum	163.b
Scirpus	217.a	Sicimi Hierusalem	137.f
Scopus sagittarum domini Iob	216.d	Siclus	167.d
Scribæ in Euangelio qui dicantur	195.d	Siclus & dragma in quo differunt	132.d
Scriptores sacri fuere tantum rerum narratores non interpretes	71.c	Siclus quid	167.b.196.f
Scriptura sese ipsam declarat.	106.f	Signa caelestia potestate hominis data	256.d
Scriptura non redditur sterilior, si à multis interpretata sit	95.c	Signa Dei venturi	258.d
Seculum Hebræis quid	155.a	Signa quedam rerum serendarum Deus dedit	256.d
Secreta sapientiæ Dei	220.b	Signa pro syderibus	37.b
Sedes mari data	32.b	secundum Signa qui iudicant	37.c
Sedimentum aquæ, mare	32.d	Signum flagitij commissi Adæ	79.b
Sela, Shalom. Amen quid	170.c	Signum sagittantium pro copo Hebræis	227.d
Semen pro filio	165.b	Similitudo & Idololum in quo differunt	156.d
Semen quid	70.d	Simplicem esse quid	218.d
Semina exigua quomodo in diuictorum animantes coalescant	41.f	Sifoin non ex coma faciendum quid	165.c.d
Senectam quæ declarat	48.a.b	Sitientes, qui	231.c
Sensus & intellectus vnde nascuntur	53.f	Situs elementorum	259.c
Sensus duo de arbore sciendi bonum & malum	59.60.	Sol & Lux idem	21.b
Sensus triplex arboris scientiæ boni & mali	61.d	Sol omnium rerum terrenarum & supernarum origo	34.f
Sensus quid	185.b	Sol probatur calidus	59.b
Sensus cur altissimas corporis fedes occupet	20.c	Sol cur post terram & aquas primum creatus	21.f
Septenarius numerus Hebræis perfectus	213.d	Sol eodem tempore tria efficit	38.c
Septuaginta interpretes	268.b	Sol an maior terris	38.d
Sepulchrum Iob adhuc monstratur	267.b	Sol Luna maior	38.c
Sermonis Hebræici proprium	149.	Sol quando creatus	25.d
Serpens exterior	80.f	Sol Luna maior	39.e
Serpens diabolus in Eux deceptione assumpsit formam suæ malitiæ conuenientem	71.d.e	Sol inter cuncta præstans	21.f
Serpens & tentator idem	73.a	Sol multis nominibus appellatur	20.f
Serpens erat diabolus	110.e	Sol post terram primo creatus	20.a
Serpens diabolus	58.d	Sol rerum omnium maximus & pulcherrimus	35.c
Serpens quomodo mulierem accesserit exemplis monstratur	71.b.c.d	Sol mundi oculus	38.d
Serpens incantandi vox est	72.f	Sol omnium rerum est causa	22.e
Serpens terrestris	80.e	Solem omnium rerum procreatorem & interitum dixerunt	20.f.21.a
Serpens tortuosus quid	243.e.f	Solis creatio	3.f
Serpens antiquus quis	73.d	Solis materia	21.f
Serpentes duæ, duæ maledictiones	80.e	Solis inimus	37.b.d
Serpentis nomina	73.b.c	somnia non obseruanda	165.c
Serpentis fraus	74.f	somnij & quietis comoda	24.d
Serpentum prudentia	110.e	somnus quid	69.b.c
Serpentum duplex genus	73.a.b	sonus concisus	173.b
Serui pro prophetis	211.f	sopor profundus cur immissus in Adam cum Eua crearetur	69.b.c
		spatia quatuor ante initium	49.a
		spatium pœnitentiæ præscribitur	116.e
		Species	

I N D E X

Species omnis in mundo agitur Spiritu	13.f	Sulphur quid	231.f
Species omnium arborum in terra	33.f	Summum pro extremitate	188.e
Specus pro domo opulenta	213.e	Superbiæ causa	215.e
Spes impij araneæ similis	217.f	Superbiæ nomine fœnum designatur	211.c.d
Spicas posuit pro spinas	157.b	Superbiam, quæ efficiant	215.e
Spinæ maiores & minores	85.d	Superbia vnde oritur	191.e
de Spinis egressus quis	213.a	Superbus, pro mari tumescenti	243.d.c
Spinæ maiores & minores	85.d	Supplicia dantur ad correctionem	214.d
Spiratio in faciem hominis facta duobus modis potest intelligi	54.a	Supplicium vnde	213.a
Spiratio omnium animalium vbi sita	53.c	Supputatio annorum verissima, hebræa est	114.f
Spiritu omnia agitantur	13.f	Sur, Syria	65.a
Spiritus filius Dei demonstratur	45.b	Suscipere faciem quid	266.e
Spiritus ab antiquis amor dictus	13.e	Suscitare Leniathan qui parati, plures habet sensus	209.f.210.a
Spiritus intelligentiæ sapientia	234.e	Sybilla de linguarum diuisione	122.c
Spiritus mercurio Trismegisto quid	16.d	Sydera quando creata	36.b.c.e
Spiritus pro vita corporea	218.d	Sydera ex qua materia consistit	20.e
Spiritus pro vi & impetu	14.e.f	Symmachus interpretis Samarites	268.e
Spiritus meus non permanebit variè expositum	116.b.c		
Spiritus domini quid super aquis ageret	19.d		
Spiritus mali quomodo à malis distinguendi	80.d		
Spiritus meus quomodo accipiatur	116.d		
Spiritus Moyfi per nares ingressus	54.		
Spiritus domini, quid	16.b		
Spiritus domini	13.		
Spiritus domini super aquas quid	100.a		
Spiritus multis sumuntur modis	100.c		
Spiritus domini, quid	19.d		
Spiritus domini, quid	14.f		
Spiritus in scripturis varius	15.f.16.a		
Spiritus diuinus amor	8.f		
Spiritus animans, & ipsa animatio differunt	54.c		
Spiritus omnis cognoscens aut loquens, aut est homo, aut Angelus, aut Deus	71.d		
Spiritus quid	54.b		
Spiritus interpretatur ventum Theodotius,	100.c		
Splendor pro magnificentia	231.a		
Stactes quid	159.c.d		
Status tres ante lapsum	82.c		
Stella quomodo in orbe	30.a		
Stellæ quando creatæ	36.b.c.e		
Stellæ à sole lumen accipiunt	38.c		
Stellas non esse maiores sole & luna	38.b		
Stellio phalangium putatur	164.a		
Stellio	101.a		
Sterilem pascere	241.e		
Sternomantes	165.f		
Sterquilinum in quo sedit Iob	267.b		
Sterquilinum quid	216.a		
Stirpes quid	34.a		
Stirpes vnde generale	35.c		
Stringere caudam quid	263.e		
Struthiocamelorum stoliditas	262.e		
Struthio, pauo	262.c.d.e		
Subiectum libri Iob	203.b		
Subitici pro humiliari	151.f		
Substantiæ in celo, duæ	27.b		
Subuersio quid	134.e		
Subuerterit pro transferit	220.c		
Succellus cur sit in rebus terrestribus, duæ dantur causæ	34.c		
Sue nihil fecundius genuit natura	47.b		

T

T abernacula vstria	226.d
Tabernaculi fiducia	231.c
Tabernaculorum vsus apud quos	231.a
Talentum à Siclo differt	132.c
Tectum pro Tabernaculo	175.e.f
Tegumentum quo antiquissimi homines vtuntur	86.c
Tellus ante peccatum inarata dabat Cererem	48.d
Temperare sibi à sanguine quid	120.d
Tempora vnde colligantur	22.b.c
Temporis illius descriptio quo deus probauit Iob	206.c
Tempus aliud vniuersale, aliud particulare	3.d
Tempus quid	3.d.37.101.f
Tempus an sit creatum	89.b
Tempus fuit ante Solem & Lunam	89.e
Tempus vitæ Iob.	267.a.b
Tempus cum celo creatum	25.c
Tenebræ abyssus & chaos Mercurio idem sunt,	99.c
Tenebræ pro cæcitate posite	213.d
Tenebræ pro calamitatibus	230.a
Tenebræ, quid	13.b.c
Tentatio Hebræis quid	190.b
Tentatore ad probationem multorum Deus est vsus	60.d.c
Terebinthus à quercuè maximè differt	137.c
Terebinthus quid	114.d
Termini aquis positi	243.b.c
Termini maris	19.b.c.259.b
Termini lucis	25.c
Termini mari constituti	32.b.c
Termini rebus omnibus constituti	244.f
Ternarius poëtis consuetus	213.d
Terra duabus de causis obscura & inuisibilis	6.a
Terra itanis & vacua quomodo	121.f
Terra & aqua simul creata	19.a
Terra inter res visibiles prima creata	258.c
Terra Gofea	142.f
Terra hertus nuncupata	105.c
Terra irrigata & mollesfacta, rerum omnium principium	10.c

I N D E X.

Terra miserię	219.f	Tortulæ panes subinericii panes nominantur	
Terra pes mundi	6.c	173.f	
Terra er at inanis & vacua	5.f	Tragelaphus quid	193.b
Terra in qua oriebatur panis, igni subuerfa est.	246.a.	Tralatio prima sacrarũ litterarum ex Hebraicõ in Græcum	267.e
Terra inanis & vacua. Et Chaos an idem sint.	99.b.	Translatio septuaginta quo tempore Latina facta sit	96.e
Terra rerum omnium antiquissima	223.f	Translatio Hieronymi omnium optima	55.c
Terra quæ fuerit ante mundi creationem	5.e	Trecentu pro sexcenti sumptum	153.f.154.a
Terra falsuginis	262.b	Tres vidit Abraham & vnum adorauit	128.f
Terra prius inuisibilis	11.b	Tria simul creata fuisse	20.b
Terra principium rerum omnium terrestrium	29.e.f	Triadis mysterium	102.f
Terra cũ arida vocetur	8.a.b	Tribulationum causæ	203.b
Terra antequam informaretur, quid	7.c	Tributum pro labore	145.b
Terra vnde dicta	32.d	Trinitas Abraham se ostendit	129.a.b
Terra non est in die creata	18.f	Trinitas in veteri testamento siletur	128.f
Terra ac mare an sibi vicissim cedant	31.d	Trinitas demonstratur	44.d.45.e.f
Terra ad quid creata	32.f	Trinitas innuitur	130.e
Terra pro matre ac genitrice, Sol pro genitore,	42.a.	Turris quo aurore ædificata	122.d
Terra è nihilo facta	215.a	Tyrannis impij describitur	225.a.b
Terra domicilium hominum	10.e	Tyranno cur futurum malum	225.c
Terra rotunda	32.e.f	Tyrannus princeps opulentus dicitur	251.e
Terra & cælum testes dicuntur	236.d		
Terra & Aqua simul facta	11.f	V	
Terra aquilonis prima creata	18.b	Vacuus quid	18.a
Terra Aquilonis omnium melior	18.b	Vadè sibi dari Iob postulat, cui fidere possit	228.e.f
Terra quando creata	11.b	Vagina animi, corpus	236.c
Terra visionis cur sic dicta	131.d	Vanus mendax	188.f
Terræ natiuitas & conditio qualis	18.d.e	Vapor eleuatus, pluuiarum causa est	52.d
Terræ quomodo aquis detectæ	25.d.e.f.27.d.e	Varietas naturæ	244.e.262.e
Terræ crassities	39.a	Vaticinium de impijs	237.e.f
Terra granidatur hyeme	259.d.e	Vaticinium de Romano imperio	181.f
Terræ ptimum habitata	1.f.2.a	Vaticinium de Messia	181.e
Terræ nomine anima terrestria intelligenda	49.e.	Veftes maris quid	19.c
Terræ creationes, duæ	11.f	Velle Dei & posse idem	23.c.24.e
Terræ nomina duo	7.b	Venæ sustutti	211.e
Terram absorbere	262.f	Veneri nomine astutiæ dæmonum exprimitur	71.e.f
Terris primum nomina indita	2.b	Venenum in capite aspidibus esse	235.e
Testamentum vetus qui abiciant	170.c	Veneris appetitus quibusdam, vnde	77.a
Testari, pro loqui deum cum homine	177.c	Venite ad se	217.f.218.a
Testimonia pro oraculis	177.c	Venti quibus vis maxima exsiccandi	118.f
Testimonio vnus non potest quisquam iudicari	186.e	Ventri loquæ mulieres	165.e
Testimoniũ diuinæ potestatis præcipium	263.f.264.a	Ventus Deam venientem solet præcedere	78.b
Tetragrammaton, Dei proprium nomen existimatur	149.d	Ventus sit aduentu numinis	211.e
Tetragrammaton nomen ineffabile	105.d	Verba Dei ad Adam creatum	50.d
Tetragrammaton nomẽ quibus nominibus intelligitur	159.a	Verba insulfa	214.c
Tetragrammaton nomen	150.2.154.c	Verba in ventum profertis	215.d
Thancoo campus	175.c	Verba serpentis ad mulierem deceptoris	73.e
Themma	61.f.65.a	Verba ventosa	226.d
Theba arca ex quauis materia facta	147.d	Verba vera quàm valida	215.c
Theodotion interpres hæreticus	268.f	Verbum Dei creantis quid	17.b
Theristum quid	140.b	Verbum pro re Hebræis	124.f
Thohu Hebræis idem quod chaos	6.d	Verbum domini quid	173.a
Thopheth tria habet significata	229.c	Verbum & sermo pro re apud Hebræos	13.b
Thesauri niuis ac grandinis	260.b	Verecundia quædam noxia	76.f
Thesaurum effodientes	210.e	Verenda cur in abstrusis partibus posita	77.d
Tigris fluuij ortus	109.a	Veritas sacrarum litterarum	2.e
Timere Deum, idem quod Venerari	130.e	Vestes Adæ & Eue an fuerint pelliceæ	85.f.86.a
Timor addit alas	2.1.c	Vestis polymita	139.b
		Vestis pro corpore sumpta	156.e
		Vestitus omne id quod vestimus significat	191.c
		Vetus instrumentum Manichæi tollent	170.c
		Vetustiora	

I N D E X.

Vetustiora esse sanctiora	9.d	Vitæ duæ, aliq̃ maximæ, aliq̃ minores	14.
Via æterni quid	16.c.179.a	Vitæ lignum beatitudo	59.e
Via Dei	263.f	Vita vento & radio comparatur	216.b
Vicissitudo noctis & diei prodigium	244.f	Vitam & misericordiã tribuisti mihi quid	219.d
Videntes prophetæ dicti	127.a	Vitia vnde	172.b
Videre pro intelligere sumitur	76.f.d	Vitiari, quid	205.a
Vidit Deus lucem quod esset bona	23.e.f	Vitulus conflatilis vbi confectus	187.b
Vidit pro intellexit positum	76.c	Vltio pro prohibitione	176.b
Violentiæ mater satietas	205.c	Vmbra mortis, quid	244.f
Virga Aaron	177.d	Vnitas Ecclesiæ vnde	170.c
Vires corporis quid efficiunt	117.d	Vnitas ecclesiæ à Luthero abrogatur	170.c
Vir & mulier simul creati, vt quidam volunt	23.a	Vnum pro multis vsurpatur	124.e
Vir mendacij	111.a	Vnum esse, quid	218.d
Vir apud Hebræos significat vnũque	120.d.e	Vocare, quid	31.a
Vir terra Noë	121.a	Voca ergo, varie sumitur	211.d.e
Vir vanus in superbiam erigitur	220.d	Vocem dei audire, quantam vim habere	84.c
Virgulum quid	105.c	Voces duæ perpendendæ inter se: dei locuti, & mulieris tum loquentis	61.b
Viri famosi, qui	116.f	Voces tres quibus precatur felicitas	170.e
Virtus diuina, duabus de causis potest Spiritus Dei appellari	14.d	Voluptas nulla ex diuitijs captis	236.a
Virtus diuina, quæ	14.d	pro Voluptate Eden ponitur	57.b.c
Virtus non est in sensuum alienatione	209.b	Voluptatum munera	78.b.c
Virtutes Iob notantur	211.a.b	Vr Chaldeorum	124.b
Vis Sampson vbi sita	171.b	Vs patria Iob	267.b
Vis Spiritus	13.e.f.14.a.b	Vrbes tabernaculorum, pro præfidijs	146.c
Vis expiandi non in aquis posita	178.c	Vrbes tredecim quomodo absorptæ	125.c
Vis veritatis quanta	215.c.d	Vrgeri æstu	136.a
Visionem Iob Hebræi parabolam purant	206.d	Vrim quid	183.c
Visiones scripturæ non sunt ad amissum rebus ipsis coaptandæ	206.c.d	Vtilitates animalium	47.b
Vitio in somno sæpe prophetis fiebant	181.a	Vtinam appenderentur peccata mea	213.f.214.a
Vitio Hebræis quid	127.a	Vuas quis potest ad satietatem ex vinea aliena degustare nec tamen efferre	197.a
Visiones terrificæ	211.c	Vulua quid	259.c
Visionum plura genera	127.b	Vxores Moïsi	174.d
Visitare & probare, prouidentia verba sunt	216.d		
Visitare speciem quid	213.e	Z	
Visitatio Dei	219.e	Zamolxis aquid Geras propheta	180.b
Vita humana Pythagoræ, quid	60.c	Zonatus cur sic dicitur	17.b
Vita serpentis, quæ	81.d	Zonam torridam quidam gladium flammurum putarunt	17.d
Vita hominis, assiduus conflictus	213.f.215.c	Zoroaster apud Persas propheta	181.a.b
Vita humana septem viris vsque in finem mundi continuata	169.a.b		
Vitæ breuitas ostenditur	215.f		

F I N I S.

